32101 054391154

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

FRAGMENTA

HISTORICORUM GRÆCORUM.

VOLUMEN QUARTUM.

Digitized by Google

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT ET SOCII, VIA JACOB, 56.

Digitized by Google

FRAGMENTA
HISTORICORUM GRÆCORUM

COLLEGIT, DISPOSUIT, NOTIS ET PROLEGOMENIS ILLUSTRAVIT

CAROLUS MÜLLERUS.

VOLUMEN QUARTUM.

INSUNT FRAGMENTA

PRAXAGORÆ ATHENIENSIS,
BEMARCHII CÆSARIENSIS,
EUSTATHII CAPPADOCIS,
EUTYCHIANI CAPPADOCIS,
MAGNI CARRHENI,
EUNAPII SARDIANI,
OLYMPIODORI THEBÆI,
PRISCI PANITÆ,
MALCHI PHILADELPHENSIS,
CAPITONIS LYCII,
CANDIDI ISAURI,
EUSTATHII EPIPHANIENSIS,
HESYCHII MILESII,
NONNOSI,
PETRI PATRICII,
ANONYMI,
MENANDRI PROTECTORIS,
THEOPHANIS BYZANTII,
JOANNIS EPIPHANIENSIS,
JOANNIS ANTIOCHENI,

ALIORUM AUCTORUM SUPRA QUINGENTOS NUMERO QUORUM ÆTAS EST INCERTA.

ACCEDUNT ADDENDA

ET INDICES LOCUPLETISSIMI AUCTORUM,

TITULORUM, RERUM NOMINUMQUE.

PARISIIS,

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,

INSTITUTI FRANCIÆ TYPOGRAPHO,

VIA JACOB, 56.

M DCCC LXXXV.

Digitized by Google

.D433
.H4
v.4

UNIVERSITY
LIBRARY
PRINCETON

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Rem lubricam sane et errori obnoxiam aggreditur, si quis itineris longitudinem definire susceperit, quod nemo unquam sit emensus. Sic mihi quoque accidit, ut sero intelligerem magnum istum fragmentorum acervum, qui in opus artificiose tesselatum expandendus erat, multo latius quam opinatus eram vindicare sibi spatium. Tanta enim in dies succrescebat historiarum copia, ut volumen tertium, quo absolvere operam meam decreveram, vix iis sufficeret scriptoribus, quos ordine chronologico ad Constantini Magni usque tempora recensere deberem. Itaque trecentorum et amplius agmen historicorum, quorum ætas est incertior, una cum Addendis et Indicibus locupletissimis in novum hocce volumen deduxi. Verum ne sic quidem requiem mihi fecit Firminus Didot. Ego enim quum stans promissis longe majus mihi fecisse viderer, quam pro ævi nostri levitate exspectare prudentior quisque potuisset, Firminus Didot aliam prorsus sibi legem scripsit. Quem si audias, promissa præstitis non modo exæquanda sed etiam superanda sunt, atque favor publicus quo cœpta nostra excipiuntur, non præmium esse debet, quo fruentes quiescamus, verum stimulus et ἱερὸς quasi οἶστρος quo quis ad majora incalescat. Quemadmodum igitur nova illa Polybii et Dionysii et Diodori fragmenta ex pulvere Escorialensi in lucem protracta volumini secundo inseruit, in tertia autem parte reliquias Nicolai Damasceni et Dexippi et Eusebii e codice Hispanico et ex Atho montis thesauris literatis auxit maximopere : similiter quartum quoque volumen dote aliqua haud stipulata locupletari voluit. Videlicet colligendis et resarciendis fragmentis non

JAN 20 1908 222724

Digitized by Google

subsistendum in ætate Constantini Magni, sed ad ea usque tempora pergendum esse decrevit, quibus Constantinus ὁ τῆς πορφύρας ἀπόγονος scriptores veteres, nescio laudandone an exsecrando consilio, discerpere instituit. Itaque novum historicis illis librum dedicavimus, qui quanquam sermone labentem græcitatem coarguunt, fide tamen et auctoritate in suæ quisque ætatis historia principem facile locum merentur. Denique appendicis instar adjecta sunt Chronica Joannis Antiocheni, qui quum in historia imperatorum Romanorum auctores optimos ad verbum fere transcripserit, permulta præbet bonæ frugis plenissima. Reliquias horum Chronicorum sat amplas, quarum partem Valesius olim, partem majorem nuper in Anecdotis Parisinis Cramerus edidit, tum numero auximus e codice Parisiense, tum opera critica locis quam plurimis correximus.

Hæc fere præfanda mihi præfationum osori visa sunt. Ne tamen quod superest in hac pagina spatium illiteratum livore pereat, locum apponere liceat memorabilem, qui vol. III, pag. 343, ubi de vita Nicolai Damasceni agitur, inserendus est. Acceptum refero illustrissimo Cardinali Angelo Mai, qui benigne eum communicare mecum voluit, quum Romæ versabar, ut quæ ad geographiam pertinerent, ibi colligerem. Jam diu scilicet in parando desudamus corpore geographorum, quo scripta geographica quæ vel integra perdurarunt, vel ex parte saltem in codicibus supersunt, vel quorum fragmenta per varios auctores sparsa occurrunt, sive græce sive latine sive arabice scripta sint, ad unum omnia comprehendantur ex ordine disposita, commentariis explanata, tabulis denique æri incisis illustrata. Quanquam si sortem perpendas quæ similia aliorum cœpta hucusque manserit, verendum sane ne nostra quoque consilia ὁ φθόνος τῶν θεῶν discutiat, vel efflorescentem vix segetem flatus quidam Typhonii exurant. Quod Deus avertat. Sed illuc redeo. Etenim Sophronius in Miraculis SS. Cyri et Cyrilli (Spicileg. Rom., tom. III, p. 548), quo loco exponit quomodo Isidorus, Dionysii *Damasceni* filius, morbo epileptico laborans sanatus sit, primum nonnulla præmittit de Damasci urbis claritate, ex quibus pauca hæc exscribere juvat: Αὕτη γὰρ, ait, τῆς Κοίλης Συρίας μητρόπολις, τῆς ὅλης Ἑῴας ἀρχηγὸς ἐβασίλευε, Νίνον ἑαυτῇ βασιλεύοντα καὶ Σεμίραμιν τὴν περίφημον ἔχουσα· ἄμφω γὰρ ἐκεῖ βασιλεύσαντες καὶ τείχεσι τὴν πόλιν κυκλώσαντες, ἀπ᾽ αὐτῆς τὰς

Digitized by Google

ἀποικίας ἐξήγαγον, εἴς τε τὴν Ἀσίαν καὶ τὴν Ἀραβίαν τὴν λεγομένην εὐδαίμονα. Deinde vero de Dionysii genere affert hæcce: Δαμασκηνὸς ἦν καὶ τῶν ἐν τέλει λαμπρῶν Διονύσιος, ἐκ γένους βλαστήσας ἀεὶ διαλάμψαντος· οὗπερ ἀρχὴ καὶ ῥίζα Νικόλαος ἦν ὁ φιλόσοφος, ὁ Ἡρώδου παιδευτὴς καὶ παίδων τῶν Ἀντωνίου καὶ Κλεοπάτρας διδάσκαλος· ἀφ' οὗ καὶ Νικόλαοι δώδεκα κατὰ διαδοχὴν ἐξανθήσαντες, φιλοσοφίᾳ γαυρούμενοι, τὸ γένος ἐφαίδρυναν καὶ εἰς μέγα δόξης καὶ λαμπρότητος ἤγαγον· ἐκ τούτων ὁ λαμπρὸς γεννηθεὶς Διονύσιος, κτλ.

Parisiis, mense Januarii MDCCCLI.

CAROLUS MÜLLERUS.

Digitized by Google

LIBER NONUS.

A CONSTANTINO MAGNO USQUE AD PHOCAM IMPERATOREM.

306–602.

PRAXAGORAS ATHENIENSIS.
BEMARCHIUS CÆSARIENSIS.
EUSTATHIUS CAPPADOX.
EUTYCHIANUS CAPPADOX.
MAGNUS CARRHENUS.
EUNAPIUS SARDIANUS.
OLYMPIODORUS THEBÆUS.
PRISCUS PANITES.
MALCHUS PHILADELPHENSIS.
CAPITO LYCIUS.
CANDIDUS ISAURUS.
EUSTATHIUS EPIPHANIENSIS.
HESYCHIUS MILESIUS.
NONNOSUS.
PETRUS PATRICIUS.
MENANDER PROTECTOR.
THEOPHANES BYZANTIUS.
JOANNES EPIPHANIENSIS.

PRAXAGORAS ATHENIENSIS.

Praxagoras Atheniensis postremis Constantini M. temporibus vel sub Constantio imperatore, ut videtur, Vitam Constantini M. libris duobus, Res Alexandri Magni libris sex, denique De regibus Athenarum libros duos dialecto ionica conscripsit, testante Photio.

Photius cod. 62, p. 20 ed. Bekk. : Ἀνεγνώσθη Πραξαγόρου [τοῦ Πραξαγόρου addit cod. A.] τοῦ Ἀθηναίου τῆς κατὰ τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον ἱστορίας βιβλία δύο. Ἐν οἷς λόγοις διέξεισιν, ὅτι ὁ πατὴρ Κωνσταντίνου Κωνστάντιος Βρετανίας ἐβασίλευσε, Μαξιμῖνος δὲ τῆς Ῥώμης καὶ τῆς ἄλλης Ἰταλίας καὶ Σικελίας, ὁ δὲ ἕτερος Μαξιμῖνος τῆς τε Ἑλλάδος καὶ τῆς κάτω Ἀσίας καὶ Θράκης. Διοκλητιανὸς δέ, ὁ καὶ τῶν ἄλλων πρεσβύτατος, τῆς τε Βιθυνίας ἦρχε καὶ τῆς Ἀραβίας καὶ τῆς Λιβύης καὶ τῆς Αἰγύπτου, ὅσην ὁ Νεῖλος ἐπερχόμενος ἄρδει. Τὸν οὖν Κωνσταντῖνον ὁ πατὴρ πέμπει παρὰ Διοκλητιανὸν εἰς Νικομήδειαν παιδευθησόμενον. Παρὼν δέ, φησὶ, Μαξιμῖνος, ὁ τῆς κάτω Ἀσίας βασιλεύων, εἰς ἐπιβουλὰς ὥρμησε τοῦ νέου· καὶ πρὸς μάχην λέοντι ἀγρίῳ καθίστησι τὸν νεανίαν. Ὁ δὲ τὸ μὲν θηρίον κρατήσας ἀνεῖλε, τῆς δὲ ἐπιβουλῆς αἰσθόμενος φεύγει πρὸς τὸν πατέρα· οὗ τὸν βίον λιπόντος, ὁ παῖς ἐκδέχεται τὴν βασιλείαν. Ταύτης δὲ ἐπιβὰς, Κελτοὺς καὶ Γερμανοὺς, ἔθνη πρόσοικα καὶ βάρβαρα, κατεστρέψατο. Ἀσελγῶς δὲ καὶ βαρέως τῶν ὑπηκόων ἄρχειν Μαξέντιον μαθών (οὗτος δ' ἄρ' ἦν μετὰ Μαξιμῖνον τῶν ἐν Ῥώμῃ καταστὰς κύριος), ἐστράτευσεν ἐπ' αὐτὸν, δίκας τῆς εἰς τοὺς ἀρχομένους παρανομίας πραττόμενος. Καὶ μάχῃ νικήσας ἐς φυγὴν ἔτρεψε. Φεύγων δὲ, ἣν τοῖς πολεμίοις αὐτὸς ἐδολοφόνησε μηχανὴν, ταύτην εὕρατο τοῦ βίου καταστροφὴν, τῇ παρ' αὐτοῦ κατασκευασθείσῃ διώρυγι περιπεσών. Τὴν μέντοι τούτου κεφαλὴν τινες τῶν Ῥωμαίων ἀποτεμόντες καὶ ξύλῳ ἀρτήσαντες τὴν πόλιν περιεπόλευον. Κωνσταντίνῳ δὲ καὶ ἥδε ἡ βασιλεία προθύμως καὶ χαίρουσα προσεχώρησεν. Ἐπεὶ δὲ καὶ Λικίνιον ὠμῶς καὶ ἀπανθρώπως τοῖς ὑπηκόοις ἀποκεχρημένον ἐπυνθάνετο (οὗτος δὲ τῆς μοίρας ἐκείνης ἐβασίλευσεν, ἣν Μαξιμῖνος ὁ τὴν ἐπιβουλὴν Κωνσταντίνῳ διὰ τοῦ λέοντος προσενεγκὼν ἐπεστάτει, αὐτοῦ τὸν βίον λιπόντος), οὐκ ἐνεγκὼν ὁμοφύλων ὕβριν ἀφόρητον, ἐστράτευεν ἐπ' αὐτὸν, τῆς τυραννίδος αὐτὸν εἰς τὸ βασιλικῶς ἄρχειν μεταστησόμενος. Λικίνιος δὲ τὴν τοῦ βασιλέως ἐπιστρατείαν ἀκούσας καὶ δείσας, ἔκρυπτέ τε τὴν ὠμότητα φιλανθρωπίας προσχήματι, καὶ ὅρκους ὑπέτεινεν, ἀγαθόν τε ἑαυτὸν τοῖς ὑπὸ χεῖρα παρασχέσθαι, καὶ ἃς ἔθετο σπονδὰς συντηρεῖν ἀπαραβάτους. Διὸ τότε μὲν ὁ βασιλεὺς ἀπέστη τοῦ πολεμεῖν· ὕστερον δὲ, ἐπεὶ κακίᾳ ἡρεμεῖν οὐχ οἷά τέ ἐστι, καὶ τῶν ὅρκων ἠφειδηκότα καὶ ἐς πᾶν κακότητος ἐληλακότα καταπολεμήσας μάχαις κρατεραῖς, καὶ ἐν τῇ Νικομηδείᾳ συγκλείσας ἐπολιόρκει. Κἀκεῖθεν ἐν ἱκέτου πρὸς βασιλέα καταφυγόντα σχήματι κατέλιπεν ἡ βασιλεία. Καὶ συνέβη τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον, τῆς μεγάλης ἀρχῆς τὸν ἄξιον ἐπιζητούσης, εἰς ἑαυτὸν τὰς

Lecti sunt Praxagoræ Atheniensis *De gestis Constantini Magni historiarum libri duo:* quibus narrat Constantini patrem Britanniæ imperasse, Maximinum (*M. Aurelium Valerium Maximianum Herculium*) Romæ et ceteræ Italiæ atque Siciliæ regnum tenuisse; alterum vero Maximinum (*C. Galerium Valer. Maximianum*) Græciam, minoremque Asiam ac Thraciam occupasse; Diocletianum autem, qui ceteros ætate anteibat, Bithyniam tenuisse; Arabiam item et Africam atque Ægypti omnem oram, quam Nilus alluit (*an.* 292). Igitur Constantinum pater ad Diocletianum Nicomediam erudiendum misit. Aderat tum forte Maximinus ille (*C. Galerius Valerius Maximianus*), qui inferiori Asiæ imperitabat. Is insidias adolescenti tendere animum inducens, ad pugnam cum fero leone inermem eum composuit (*Idem narrat Zonaras II, p.* 623 *Bonn.*). Ille vero feram superans occidit, deprehensisque insidiis, ad patrem confugit; quo vita defuncto (306 *Juli.* 25), regnum filius excepit. Eo potitus Gallos et Germanos, gentes finitimas ac barbaras, in potestatem redegit. Cognito deinde impotenter ac tyrannice subditis imperare Maxentium (hic post Maximinum Romæ imperio potitus erat), expeditionem adversus eum suscepit, pœnas tyrannidis quam in subditos exercebat, exacturus. Mox prœlio superior in fugam tyrannum convertit. Ille vero fugiens, quem hostibus per dolum interitum machinatus est, ipse reperit, in foveam, quam aliis paraverat, delatus (312 *Oct.* V. Zos. II, 16). Hujus caput Romani a corpore resectum hastæque impositum per urbem gestarunt, et victori Constantino libentes se ac volentes etiam hujus regni incolæ tradiderunt. Audito rursum Licinium quoque crudeliter et inhumane suis abuti (cui pars illa imperii obvenerat, quam Maximinus ille, qui Constantino per leonem insidias struxerat, usque ad mortem tenuerat), non ferens intolerandam civibus vim atque injuriam inferri, copias item contra hunc eduxit, quo tyrannidem legitimo commutaret imperio. Licinius vero intellecta in se expeditione, metu perculsus immanitatem texit, humanitatisque speciem præferens jurejurando etiam se obstrinxit clementem deinceps subditis futurum, quæque fœdere icto promisisset, integre servaturum. Quamobrem bello tunc imperator abstinuit. Postea tamen (ut conquiescere improbitas nequit) violati jurisjurandi reum atque in omne flagitiorum genus delapsum, magnis prœliis victum in Nicomedia urbe inclusum obsedit. Hinc supplicis habitu ad Constantium fugienti ademptum imperium est, et Constantino Magno traditum. Sic, magno imperio dignum desiderante imperatorem, Constantinus tandem quæ diximus regna sibi vindicavit. Patrium enim regnum jure hereditatis adiit, Ro-

ιρημίνας βασιλείας ἐπισπάσασθαι. Τῆς τε γὰρ πατρώας κληρονόμος ἐγένετο καὶ τῆς Ῥωμαίων, καταλύσας Μαξιμῖνον (l. Μαξέντιον), Ἑλλάδος τε καὶ Μακεδονίας καὶ τῆς κατὰ Ἀσίας, παραλύσας τῆς ἀρχῆς τὸν ῥηθέντα Λικίνιον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης μοίρας, ἧς ἦρχε Διοκλητιανός, αὐτὸς ἀνεδήσατο τὸ κράτος. Ὁ γὰρ Λικίνιος καὶ ταύτην εἶχεν ὑφ' ἑαυτὸν, Μαξιμίνου πολίμου νόμῳ ἀφελών, ὃς Διοκλητιανοῦ διάδοχος ἐγεγόνει. Κρατυνάμενος οὖν καὶ μίαν δείξας τὴν σύμπασαν βασιλείαν, κτίζει τὸ Βυζάντιον ἐπώνυμον ἑαυτῷ. Φησὶν οὖν ὁ Πραξαγόρας, καίτοι τὴν θρησκείαν Ἕλλην ὤν, ὅτι πάσῃ ἀρετῇ καὶ καλοκἀγαθίᾳ καὶ παντὶ εὐτυχήματι πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότας ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἀπεκρύψατο. Ἐν οἷς αὐτοῦ καὶ οἱ δύο συμπεραινοῦνται λόγοι.

Ἔτος δὲ τῆς ἡλικίας ἦγε δεύτερον καὶ εἰκοστὸν Πραξαγόρας, ὡς αὐτός φησιν, ὅτε ταῦτα συνέγραφε. Συνεγράψατο δὲ ὁ αὐτὸς καὶ ἕτερα βιβλία δύο Περὶ τῶν Ἀθήνησι βασιλευσάντων, ἔτος ἀνύων ἐνενηκαιδέκατον. Συνέταξε δὲ καὶ ἕτερα βιβλία ἕξ Εἰς τὸν τῶν Μακεδόνων βασιλέα Ἀλέξανδρον, τριακοστὸν πρῶτον ἐλαύνων ἐνιαυτόν. Ἔστι δὲ τὴν φράσιν σαφὴς καὶ ἡδύς, ὀλίγον δὲ τοῦ δέοντος ἀτονώτερος. Κέχρηται δὲ Ἰωνικῇ διαλέκτῳ.

BEMARCHIUS CÆSARIENSIS.

Suidas : Βημάρχιος, Καισαρεὺς ἐκ Καππαδοκίας. Οὗτος ἔγραψε τὰς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως πράξεις ἐν βιβλίοις δέκα, Μελέτας τε καὶ λόγους διαφόρους. Eadem Zonaras p. 386. Ex opere historico nihil servatum. Scripserit sub Constantio, cujus laudes (orationibus) celebrasse dicitur a Libanio De vita sua, tom I, p. 24 et 30 sqq. ed. R.

Subjicere liceat mentionem Palladii Methonaei, qui iisdem fere temporibus florens, librum *De festis Romanorum* scripsisse perhibetur. Suidas : Παλλάδιος, Μεθωναῖος, σοφιστής. Γέγονε δὲ ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως. Περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις ἑορτῶν. Διαλέξεις. Λόγους διαφόρους, Ὀλυμπιακόν, Πανηγυρικόν, Δικανικόν. Cf. Eudocia p. 35a. Ad hunc, ut videtur, Palladium Libanius scripsit Ep. 573 etc. Adde Phot. cod. 13a : Ἀνεγνώσθησαν Παλλαδίου σοφιστοῦ μελέται διάφοροι, καὶ Ἀφθονίου καὶ Εὐσεβίου σοφιστοῦ καὶ Μαξίμου σοφιστοῦ Ἀλεξανδρέως. Ἀλλὰ τῶν ἄλλων ὁ Παλλάδιος κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν τὴν ἐν λόγοις ἐπὶ πλεῖστον διενήνοχεν. Cf. Westermann. *Gesch. d. gr. Bereds.* 93, 14.

EUSTOCHIUS CAPPADOX.

Suidas : Εὐστόχιος, Καππαδόκης, σοφιστής. Ἔγραψε Τὰ κατὰ Κώνσταντα τὸν βασιλέα, καὶ Ἀρχαιολογίαν Καππαδοκίας καὶ λοιπῶν (num ἄλλων?) ἐθνῶν.

Archæologiam hujus scriptoris ante oculos habuit Stephanus Byz. : Παντικάπαιον, πόλις μεγίστη, τῶν κατὰ Βόσπορον μητρόπολις. Ὠκίσθη δὲ παρὰ Αἰήτου παιδὸς, λαβόντος τὸν τόπον παρὰ Ἀγαήτου τοῦ Σκυθῶν βασιλέως, καὶ καλέσαντος τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ παραρρέοντος ποταμοῦ Παντικαποῦ (Παντικαπᾶ cod. Palat.). Ὁ πολίτης Παντικαπαιεύς. Λέγεται καὶ Παντικαπαιάτης. Ἔστι δὲ Παντικαπαιεὺς ὡς ἀπὸ τοῦ Παντικάπη, ὡς τοῦ Σινώπη τὸ Σινωπεύς. Τὸ δὲ Παντικαπαιάτης (Παντικάπη codd. Rhedig. et Salmas.) κεῖται παρὰ Εὐστοχίῳ.

Alius Eustochius est medicus et Plotini discipulus, qui scripta magistri ordinavit, de quo v. Porphyr. in Vit. Plotini c. 7. Eustochium Syrum e Palæstina rhetorem habes ap. Libanium Ep. 699 : Εὐστόχιον οἶσθά που τὸν ἐκ Παλαιστίνης τὸν νόμων τε πλήρη καὶ τῇ τῶν λόγων ῥώμῃ βοηθοῦντα τοῖς νόμοις.

---

unanum everso Maximino (*Maxentio*), Græciæ denique et Macedoniæ Asiæque minoris exuto, ut diximus, regno Licinio; verum etiam ejus partis, cui Diocletianus præfuerat, imperium sibi adjunxit. Nam hanc quoque belli jure Maximino ademptam, qui Diocletiano successerat, tenebat Licinius. Victor itaque, et unum ex omnibus imperium conflans, mox Byzantium cognominem sibi civitatem fecit. Refert autem Praxagoras, quamquam gentilis homo est, omni virtutum atque honestatis genere omnique felicitate cunctos qui antecesserint imperatores obscurasse Constantinum. In his duo ipsius Historiarum libri terminantur.

Ceterum annos natus erat duos et viginti Praxagoras, ut de se ipse testatur, quum hæc commentatus est. Scripserat etiam *De regibus Athenarum* libros duos, annum agens undevicesimum. Porro libros sex *De rebus gestis Alexandri Magni Macedonum regis* composuit, ætatis anno primo et tricesimo. Stylus illi apertus est et jucundus, nonnihil tamen æquo languidior. Dialecto denique usus est Ionica.

Panticapæum, urbs maxima, earumque quæ in Bosporo sunt metropolis, condita est ab Æetæ filio, qui locum illum ab Agaete Scytharum rege acceperat, nomenque urbi indidit a Panticape fluvio præterfluente (*cf. Herodot.* 4, 18; *Dion.* 314; *Mela*, 2, 1, 5). Civis Panticapæensis (*cf. Strabo* 2, p. 74; 11, p. 494). Dicitur etiam Panticapæates. Formatur vero Panticapæensis, quasi ab urbis nomine Panticape; quemadmodum a Sinope fit Sinopensis. Forma Panticapæates vero reperitur apud Eustochium.

MAGNUS CARRHENUS.

EUTYCHIANUS CAPPADOX.

Magnus, ex Carrhis Mesopotamiæ urbe oriundus, et Eutychianus Cappadox Juliani imperatoris expeditionem Persicam, cui uterque interfuerat, literis tradiderunt. Et Eutychianus quidem in bello isto dux Armeniorum fuit, testante Joanne Malala. Magnus autem, ni fallor, idem est cum Magno tribuno, cujus Zosimus (III, 22, 8) et Ammianus Marcellinus (XXIV, 4, 24) de Ctesiphontis urbis oppugnatione agentes mentionem faciunt. De alio quodam Magno, Nisibeno ex Mesopotamia, iatrosophista, qui historici nostri fere æqualis fuit, vide Eunapium in Vit. Sophist. p. 103 ed. Boisson. et Theophilum De urin. proœm. Eutychianus, nescio num idem cum nostro an diversus ab eo, laudatur apud Codinum De orig. Constantinop. p. 18 ed. Bonn., ubi quæ de Byzantii muris Constantinianis et de encæniis urbis leguntur, ea ita se narrasse auctor dicit, καθὼς ἱστοροῦσι Εὐτυχιανὸς πρωτοσηκρήτης ὁ γραμματικὸς (*) καὶ Εὐτρόπιος ὁ σοφιστὴς, ὁ τῷ παραβάτῃ Ἰουλιανῷ συμπαρὼν ἐν Περσίδι, καὶ ἐπιστολογράφος Κωνσταντίνου (sic cod. Vat.; ὁ ἐπ. Κωνσταντῖνος vgo) Ἐλευσίός τε διάκονος ὁ φιλόσοφος, Τρωίλος ὁ ῥήτωρ, ὁ πολλὰς ἀρχὰς μετὰ δόξης ἀνύσας, καὶ Ἡσύχιος ὁ ταχυγράφος. Οὗτοι πάντες αὐτόπται γενόμενοι τῶν τηνικαῦτα πραχθέντων ἀκριβῶς ταυτὶ συνεγράψαντο. — Qui hoc loco præter Eutychianum et Eutropium citantur Eleusius, Troilus et Hesychius notarius, num historias scripserint, parum liquet. Troilus, quem aliunde novimus, de Constantinopoli urbe a Constantino exornata in *Orationibus* disseruisse videtur. Suidas: Τρωίλος, σοφιστὴς, παιδεύσας ἐν Κωνσταντίνου πόλει. Λόγους πολιτικοὺς, Ἐπιστολῶν βιβλία ζ'. Troili Prolegomena in Hermogenem edidit Walz. in Rhett. Gr. tom. VI. Ceterum Troilus Sidetes (Socrat. H. Eccl. VII, 27) non Constantini Magni æqualis fuit, uti Georgius Codinus dicit, sed initio sæculi quinti, sub Theodosio II floruit. Nam amicus fuit Anthemii, qui pro Theodosio II puero Orientis regnum administravit (an. 408 sqq. Vide Socrates VII, 1 et 27; Synesius Epist. 73; Tillemont *Hist. des emp.* VI, p. 4. 9). Eandem rhetoris ætatem inde colligis quod Socrates VI, 6 (ex eoque Nicephorus Callist. XIII, 6) Eusebium, quo tempore carmen de rebus Gainæ Gothorum ducis (qui mortuus est post an. 400) scripserit, Troilum sophistam audiisse refert. Jam quum de Troili ætate errasse Codinum pateat, fortasse etiam de Hesychio similiter lapsus est. Certe constat pleraque, quæ de Constantinopolitanis originibus Codinus tradit, ex Hesychii Milesii Illustris Chronicorum libro sexto esse descripta, adeo ut proclivis sit conjectura hunc ipsum Hesychium Milesium, qui Anastasii et Justiniani temporibus vixit, a Codino laudari. Ceterum si duos Hesychios, alterum notarium, alterum illustrem, distingui malueris, per me licebit.

(*) Ab hoc Eutychio genus duxerit Εὐτυχιανὸς ὁ υἱος, qui Agathiæ auctor suasorque fuit scribendæ historiæ, ἀνὴρ τὰ πρῶτα τειλῶν ἐν τοῖς τῶν βασιλέων ὑπογραφεῦσι, καὶ τὰ ἄλλα ἀγαθὸς καὶ ἀγχινούστατος, παιδείας τε ἀποχρώντως ἔχων, καὶ τοῦ τῶν Φλωρίδων γένους ἄριστον ἐγκαλλώπισμα γεγενημένος (Agathias proem. p. 7, 18 ed. Bonn.).

(DE JULIANI BELLO PERSICO.)

Malalas Chron. p. 328, 20 ed. Bonn.: Καὶ κατιὼν ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανὸς κατὰ Σαββουραρσάκου, βασιλέως Περσῶν, κατέφθασεν ἐν Ἱεραπόλει· καὶ πέμψας κατεσκεύασε πλοῖα ἐν Σαμοσάτοις, πόλει τῆς Εὐφρατησίας, τὰ μὲν διὰ ξύλων, τὰ δὲ διὰ βυρσῶν, ὡς ὁ σοφώτατος Μάγνος ὁ χρονογράφος ὁ Καρρηνὸς, ὁ συνὼν αὐτῷ Ἰουλιανῷ βασιλεῖ, συνεγράψατο. Ἀπὸ δὲ Ἱεραπόλεως ἐξελθὼν ἦλθεν ἐν Κάρραις τῇ πόλει· κἀκεῖθεν εὗρε δύο ὁδοὺς, μίαν ἀπάγουσαν εἰς τὴν Νίσιβιν πόλιν, οὖσάν ποτε Ῥωμαίων, καὶ ἄλλην ἐπὶ τὸ Ῥωμαϊκὸν κάστρον τὸ λεγόμενον Κιρκήσιον, κείμενον εἰς τὸ μέσον τῶν δύο ποταμῶν τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῦ Ἀβορρᾶ· ὅπερ ἔκτισε Διοκλητιανὸς, βασιλεὺς Ῥω-

Imperator Julianus contra Sabburarsacen (*Saporem Arsacen*), Persarum regem, exercitum ducens, Hierapolim venit, missis in Samosata Euphratesiæ urbem, qui navigia fabricarent, partim lignea partim coriacea, uti tradit sapientissimus Magnus Carrhenus chronographus, qui hoc bello sub Juliano militavit. Hierapoli discedens imperator Carrhas venit; hinc via sese in duas partes findit, quarum una in Nisibin duxit, urbem Romanis olim subjectam; altera in Circesium tendit, castrum Romanum, quod Euphratem inter et Aborram fluvios medium, a Diocletiano exstructum est. Julianus itaque diviso exercitu, armatorum sedecim millia Nisibin versus expedivit, sub Sebastiani et Procopii ductu; ipse autem ad Circesium castrum ducit iter. Ubi militum stationariorum sex millibus, quos ibi

μαίων. Καὶ μερίσας τὸν στρατὸν ὁ αὐτὸς βασιλεὺς πέμπει ἐπὶ τὴν Νίσιβιν ὁπλίτας ἄνδρας μυρίους ἑξακισχιλίους μετὰ δύο ἐξάρχων Σεβαστιανοῦ καὶ Προκοπίου. Καὶ κατέφθασεν ὁ αὐτὸς Ἰουλιανὸς τὸ Κιρκήσιον κάστρον· καὶ ἐάσας καὶ ἐν τῷ Κιρκησίῳ κάστρῳ, ὅσους εὗρεν ἐγκαθέτους στρατιώτας ἑξακισχιλίους, προσθεὶς αὐτοῖς καὶ ἄλλους ὁπλίτας ἄνδρας τετρακισχιλίους μετὰ ἐξάρχων δύο Ἀκχαμέου καὶ Μαύρου. Καὶ ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν, καὶ παρῆλθε τὸν Ἀβορρὰν ποταμὸν διὰ τῆς γεφύρας, τῶν πλοίων φθασάντων εἰς τὸν Εὐφράτην ποταμόν· ὧντινων πλοίων ὑπῆρχεν ὁ ἀριθμὸς διακοσίων πεντήκοντα. Καὶ συναθροίσας τὸν ἴδιον αὐτοῦ στρατὸν, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ Ἀνατόλιον μάγιστρον καὶ Σαλούστιον ἔπαρχον πραιτωρίων καὶ τοὺς στρατηλάτας αὐτοῦ, ἀνελθὼν ἐν ὑψηλῷ βήματι ἐι' ἑαυτοῦ προσεφώνησε τῷ στρατῷ, ἐπαινῶν αὐτοὺς καὶ προτρεπόμενος προθύμους καὶ σωφρόνως ἀγωνίσασθαι κατὰ Περσῶν. Καὶ εὐθέως ἐμβαίνειν εἰς τὰ πλοῖα ἐπέτρεψεν, εἰσελθὼν καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ εὐτρεπισθὲν αὐτῷ πλοῖον, καὶ προηγεῖσθαι αὐτῶν προσκουλκάτορας προσέταξεν ἄνδρας γενναίους ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν λαγχιαρίων καὶ ματτιαρίων χιλίους πεντακοσίους, κελεύσας βαστάζεσθαι καὶ τὰ σίγνα αὐτοῦ καὶ τὸν κόμητα Λουκιανὸν (sic etiam Zosim. III, 14, 3. Λουκιλλιανὸν sec. Ammian.), ἄνδρα πολεμικώτατον, εἶναι σὺν αὐτῷ, ὅστις καὶ πολλὰ κάστρα Περσικὰ παρὰ τὸν Εὐφράτην κείμενα καὶ ἐν μέσῳ τῶν ὑδάτων ἐν νήσοις ὄντα ἐπόρθησε καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς ὄντας Πέρσας ἀνεῖλε. Βίκτορα δὲ καὶ Δαγαλάϊφον κατέταξεν ὄπισθεν τῶν λοιπῶν πλοίων εἶναι καὶ φυλάττειν τὰ πλήθη. Καὶ κατῆλθεν ὁ βασιλεὺς μετὰ τοῦ στρατοῦ παντὸς διὰ τῆς μεγάλης διώρυγος τοῦ Εὐφράτου τῆς μισγούσης τῷ Τίγρητι ποταμῷ· καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν αὐτὸν Τίγρητα ποταμὸν, ὅπου μίγνυνται οἱ δύο ποταμοὶ καὶ ἀποτελοῦσι λίμνην μεγάλην. Καὶ παρέβαλεν εἰς τὰ Περσικὰ ἐν τῇ χώρᾳ τῶν λεγομένων Μαυζανιτῶν πλησίον Κτησιφῶντος πόλεως, ἔνθα ὑπῆρχε τὸ Περσικὸν βασιλεῖον· καὶ ἐπικρατὴς γενόμενος Ἰουλιανὸς ὁ βασιλεὺς ἐσκήνωσεν ἐν τῇ πεδιάδι τῆς αὐτῆς πόλεως Κτησιφῶντος, βουλόμενος μετὰ τῆς ἰδίας συγκλήτου καὶ ἕως Βαβυλῶνος εἰσελθεῖν καὶ παραλαβεῖν τὰ ἐκεῖσε. Ὁ δὲ βασιλεὺς Σαβδουαρσάκιος ὑπονοήσας ὅτι διὰ τῆς Νισίβεως ἤρχετο ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων Ἰουλιανὸς, ὥρμησε κατ' αὐτοῦ μετὰ τοῦ πλήθους αὐτοῦ παντός. Ἀπαγγελθέντος δὲ αὐτῷ ὅτι ὄπισθεν αὐτοῦ ἐστιν ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων Ἰουλιανὸς παραλαβὼν τὰ Περσικὰ μέρη, καὶ ὅτι ἔμπροσθεν αὐτῷ ἀπαντῶσιν οἱ στρατηγοὶ τῶν Ῥωμαίων καὶ πλήθη πολλὰ, καὶ γνοὺς ὅτι ἐμεσάσθη, φεύγει εἰς τὴν Περσαρμενίαν, δόλῳ πέμψας δύο συγκλητικοὺς αὐτοῦ καὶ αὐτοὺς κατὰ ἰδίαν βούλησιν βινοτομήσας πρὸς Ἰουλιανὸν τὸν βασιλέα Ῥωμαίων, ἵνα πλανήσωσιν αὐτὸν, πρὸς τὸ μὴ καταδιωχθέντα αὐτὸν φθασθῆναι. Οἱ δὲ βινοτομηθέντες Πέρσες (sic) ἦλθον πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμαίων προδοῦναι, φασὶν, θέλοντες τὸν βασιλέα Περσῶν, ὡς τιμωρησάμενον αὐτούς. Ἀπατηθεὶς δὲ παρ' αὐτῶν ἑπομνυμένων ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανὸς ἠκολούθησεν αὐτοῖς μετὰ τοῦ ἰδίου στρατεύματος· καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τὴν ἔρημον καὶ ἄνυδρον ἐπὶ μιλια ρν', πλανήσαντες αὐτοὺς, τῇ εἰκάδι πέμπτῃ τοῦ Δαισίου τοῦ καὶ Ἰουνίου μηνός. Καὶ εὑρὼν (εὖρον?) ἐκεῖ τείχη παλαιὰ πεπτωκότα πόλεως λεγομένης Βουβίων, καὶ ἄλλο δὲ χωρίον, ἑστώτων μὲν τῶν οἰκημάτων, ἔρημον δὲ ἦν, ὅπερ ἐλέγετο Ἀσία· ἔνθα ἐλθὼν ὁ βασιλεὺς Ἰουλιανὸς καὶ ὁ πᾶς στρατὸς τῶν Ῥωμαίων ἐκεῖ ἐσκήνωσεν. Ἐν αὐτοῖς δὲ τοῖς τόποις

---

invenit, ipse quattuor millia militum alia adjecit, Accameo (*Machamaro sec. Ammian.* XXV, 1, 2) et Mauro ducibus constitutis. Inde autem discedens, Aborræ fluminis ponte trajecto, classem suam, 1250 naves numero habentem, per Euphratem adventantem reperit. Tum vero in unum coactis copiis cum Anatolio magistro et Salustio præfecto prætorio, conscenso alto suggestu, exercitum allocutus est, et fortia ejus facta deprædicans, uti paratissimo optimoque animo contra Persas in aciem descenderent hortatus est. Post hæc statim navigia conscendere jussis omnibus, ipse quoque in paratam sibi navem ingressus est; præmissis qui exploratores essent, quingentis ex numero lanceariorum et mattiariorum fortissimis viris; vexilla quoque sua sibi præferri jussit, et Lucilianum comitem, virum bellicosissimum, secum habere voluit. Hic plurima Persarum castra Euphrati continia, et quæ medias inter aquas in insulis sita erant, vastavit, Persis custodibus eorum trucidatis. Extremæ vero classis curam Victori et Dagalaipho demandavit. Et descendit rex cum exercitu universo per magnum canalem, quo Euphrates Tigridi miscetur, atque in Tigridem, ubi mixti duo illi fluvii ingentem alveum efficiunt. Et in Persidis regionem perrexit, quæ Mauzanitarum vocatur, a Ctesiphonte non procul, ubi reges Persarum sedes suas habuerunt. Figebat autem victor imperator Julianus tentoria sua in ipsa Ctesiphontis planitie, in animo habens ad Babylonem usque cum primoribus suis penetrare eamque subjugare. Persarum vero rex Sabburarsacius existimans imperatorem Romanum per Nisibim iter instituisse, copiis suis omnibus instructis, adversus eum proficiscitur. Certior autem factus Julianum sibi a tergo esse regiones Persicas occupantem, a fronte autem Romanos duces cum exercitu magno se adorturos instare: mediis se hostibus inclusum sentiens in Persarmeniam fugit, cavensque sibi ne ab hostibus prehenderetur, ex primoribus suos duos, naribus proprio illorum ex consensu abscissis, dolose mittit, qui Julianum in avia abducerent. Duo itaque hi imperatorem Romanorum adeuntes, Persarum ei regem, ob illatas sibi injurias, se prodituros esse dicebant. Quumque juramento sese in hoc obstrinxissent, imperator dolis eorum delusus, ipse cum exercitu hos itineris duces secutus est. Et per errores duxerunt eum in deserta et aquæ carentia ad milliaria centum quinquaginta, die vicesima quinta Dæsii sive Junii mensis. Invenerunt ibi mœnia quædam antiqua et collapsa urbis, quæ Bubia olim vocabatur, et aliud quoddam castellum, Asiam nomine, quod domicilia quædam adhuc stantia habebat, sed desertum erat. Ibi imperator cum exercitu considens, castra posuit, sed nec militi cibum, nec ju-

γενόμενοι ἐλίποντο τροφῶν, καὶ οὐδὲ τοῖς ἀλόγοις ὑπῆρχε βοτάνη· ἦν γὰρ ἐρημία· καὶ γνοὺς ὁ πᾶς στρατὸς Ῥωμαίων ὅτι ἀπατηθεὶς ὁ βασιλεὺς ἐπλάνησεν αὐτοὺς καὶ εἰς ἐρήμους ἤγαγε τόπους, εἰς πολλὴν ἀταξίαν ἐτράπησαν. Τῇ δὲ ἑξῆς ἡμέρᾳ μηνὶ Ἰουνίου κς', ἀγαγὼν τοὺς πλανήσαντας αὐτὸν Πέρσας ἐξήτασεν αὐτούς· καὶ ὡμολόγησαν λέγοντες ὅτι « ὑπὲρ πατρίδος καὶ τοῦ βασιλέως ἡμῶν, ἵνα σωθῇ, ἐδώκαμεν ἡμᾶς ἑαυτοὺς εἰς θάνατον, καὶ ἐπλανήσαμεν ὑμᾶς· ἰδοὺ οἱ δοῦλοί σου ἀπεθάνομεν. » Καὶ ἀπεδέξατο αὐτοὺς μὴ φονεύσας αὐτούς, ἀλλὰ δοὺς λόγον αὐτοῖς, ἵνα ἐκβάλωσι τὸν στρατὸν ἐκ τῆς ἐρήμου χώρας. Καὶ περὶ ὥραν δευτέραν τῆς αὐτῆς ἡμέρας ὁ βασιλεὺς Ἰουλιανὸς παριὼν τὸ στράτευμα καὶ διασωπῶν αὐτοὺς μὴ ἀτάκτως φέρεσθαι ἐτρώθη ἀδήλως· καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸν ἴδιον παπυλεῶνα διὰ τῆς νυκτὸς τελευτᾷ, ὡς ὁ προγεγραμμένος Μάγνος ἐξέθετο.

Εὐτυχιανὸς δὲ ὁ χρονογράφος ὁ Καππάδοξ, στρατιώτης ὢν καὶ βικάριος τοῦ ἰδίου ἀριθμοῦ τῶν Πριμοαρμενιακῶν, παρὼν καὶ αὐτὸς ἐν τῷ πολέμῳ, συνεγράψατο ὅτι κατελθὼν ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανὸς μονὰς τε ἐπὶ τὰ Περσικὰ μέρη διὰ τοῦ Εὐφράτου εἰσῆλθε καὶ ἐπικρατὴς γενόμενος καὶ νικήσας πάντας παρέλαβεν ἕως πόλεως λεγομένης Κτησιφῶντος, ἔνθα ὁ βασιλεὺς Περσῶν ἐκάθητο, ἐκείνου φυγόντος ἐπὶ τὰ μέρη τῶν Περσαρμενίων, καὶ βουλομένου μετὰ τῆς ἰδίας συγκλήτου καὶ τοῦ στρατοῦ αὐτοῦ ἄχρι τῆς Βαβυλῶνος τῇ ἑξῆς ὁρμῆσαι καὶ ταύτην παραλαβεῖν διὰ τῆς νυκτός. Καὶ ὡς καθεύδει, εἶδεν ἐν �ράματί τινα τέλειον ἄνδρα ἐνδεδυμένον ζάβαν καὶ εἰσελθόντα πρὸς αὐτὸν εἰς τὸν παπυλεῶνα αὐτοῦ πλησίον τῆς πόλεως Κτησιφῶντος ἐν πόλει λεγομένῃ Ἀσίᾳ, καὶ κρούσαντα αὐτὸν λόγχῃ· καὶ πτοηθεὶς ἐξυπνίσθη κράξας· καὶ ἐξανέστησαν οἱ κουβικουλάριοι εὐνοῦχοι καὶ σπαθάριοι καὶ ὁ στρατὸς ὁ φυλάττων τὸν παπυλεῶνα, καὶ εἰσελθόντες πρὸς αὐτὸν μετὰ λαμπάδων βασιλικῶν· καὶ προσεσχηκὼς Ἰουλιανὸς ὁ βασιλεὺς ἑαυτὸν σφαγέντα κατὰ τῆς μασχάλης ἐπηρώτησεν αὐτούς· « Πῶς λέγεται ἡ κώμη ὅπου ἐστὶν ὁ παπυλεών μου; » καὶ εἶπον αὐτῷ ὅτι Ἀσία λέγεται. Καὶ εὐθέως ἔκραξεν· « Ὦ Ἥλιε, ἀπώλεσας Ἰουλιανόν. » Καὶ ἐκχυθεὶς τὸ αἷμα παρέδωκε τὴν ψυχὴν ὥραν νυκτερινὴν πέμπτην (ἔτους κατὰ Ἀντιόχειαν τὴν μεγάλην χρηματίζοντος υια').

---

mentis pabulum in tam deserto loco invenire potuit. Exercitus itaque totus quum intelligeret ab imperatore transfugarum dolis deluso se in loca inculta abductum esse, tumultus statim ciebat maximos. Die autem sequente, nempe Junii vicesima sexta, imperator Persas illos, errorum auctores, coram adduci jussit. Interrogati « Nos, aiebant, pro rege ac patria morti nos addicentes fraudem vobis fecimus. Ecce servi tui ad necem parati sumus. » Imperator vero ita eos excepit, ut salvos fore fide data promitteret, modo exercitum suum ex deserto deduceret. Et circa horam secundam ejusdem diei Julianus imperator, dum exercitum lustrans militem ut ordinem servaret hortatur, ab incerta manu vulneratus est. Et in tentorium suum regressus eadem nocte vitam finivit, uti *Magnus*, quem supra commemoravi, tradidit.

Eutychianus autem chronographus, Cappadox, et ipse expeditionis illius socius et vicarius cohortis suæ Primoarmeniorum, scriptum reliquit Julianum imp., emenso quindecim dierum itinere, in regiones Persicas per Euphratem penetrasse; ubi bello superior factus et ubique victor omnia subegit usque ad Ctesiphontem urbem, regni Persarum sedem regiam, rege ipso in Persarmeniam fuga elapso. Sequente autem die, primoribus et exercitu stipatus, Babylonem usque penetrare destinaverat, urbem eam de nocte aggressurus. Inter dormiendum vero per somnum vidit virum quendam adultum, lorica indutum, qui tentorium regium in Asia, urbe Ctesiphonti vicina, erectum ingressus, hasta eum percussit. Ipse autem horrore expergefactus exclamitare: confestim igitur consurgentes cubicularii eunuchi et spatharii quique ad tentorium regis excubias agebant milites, cum lampadibus regiis ad eum ingressi sunt. Julianus autem imp., quum animadvertisset se sub axilla letale vulnus accepisse, de vici nomine, ubi positum erat tentorium, sciscitatus est. Asiam vero vocari respondentibus illis, elata statim voce exclamavit: « O Sol, Julianum perdidisti! » Et effuso sanguine animam efflavit, hora noctis quinta anno æræ Antiochenæ 411.

EUNAPIUS SARDIANUS.

Eunapius Sardianus, rhetor et historicus, natus est circa annum 347 p. C. Cognatus fuisse videtur Eunapii ejus, qui ipse quoque haud infimi nominis rhetor, a Lydis missus ad Julianum imperatorem legatione non absque laude perfunctus est (360 p. C.). Vide Eunap. fr. 15 et 45. Nostrum in Asia puerum erudivit Chrysanthius, sophista et theologus gentilis, qui Melitam, consobrinam Eunapii, in matrimonium duxerat, quemque Julianus, antequam ad expeditionem Persicam proficisceretur (362), summum Lydiæ pontificem constituit (*). Jam prima hac institutione Eunapio inculcata fuerit superstitiosa ista doctrina, miraculorum consectatrix, quam inter gentiles philosophos tum maxime vigentem, contra Christianos tueri, moderate tamen, Chrysanthius studebat. Ætatis anno decimo sexto (an. 362) ex Lydia juvenis in Græciam iter suscepit (**), ut Athenis se in disciplinam daret Proæresii, qui senex tunc octogenarius inter Athenienses sophistas principem locum obtinebat. In ipsa autem navigatione Eunapius febri correptus vehementi, adeoque vi morbi prostratus est, ut, appulsa nave, manibus popularium suorum, quos itineris socios habuerat, e Piræeo in urbem ædesque Proæresii deportatus sit. Ibi morbo ingravescente quum de salute Eunapii jam desperarent, Æschines Chius medicus os moribundo per vim aperuit eique medicamentum infudit, quo alvus descendit copiosius, levatusque Noster τὸν ἀέρα εἶδε καὶ ἐπέγνω τοὺς οἰκείους. Sanitati restitutus, balneoque, quo initiari novitii discipuli solebant, a Proæresii alumnis purgatus, collegio scholasticorum adscribitur. Paterno deinceps amore Sardianum juvenem magister amplexus est, meritaque ejus Eunapius grati animi pietate rependit (Vit. Soph. p. 74-76). Quadriennio post, sive ætatis anno vicesimo, arcana doctrinæ theurgicæ, quæ a Iamblicho est profecta, Eunapio reclusa sunt (*). Eodem fere tempore, opinor, mysteriis Eleusiniis initiatus est (**). Deinde, postquam per quinque jam annos Athenis commoratus erat, in Ægyptum (Alexandriam) se conferre statuit, verum a parentibus in Lydiam revocatus est, ubi, hortantibus amicis, rhetoricen profiteri cœpit (***). Magisterio huic horas impendebat matutinas; deinde ad meridiem usque et ultra ex ore pendebat Chrysanthii, qui quem literarum elementis olim imbuerat, nunc in adyta sublimioris philosophiæ suæ docendo introduxit (****). Præterea discendæ arti medicæ Eunapius operam navavit. Nam ægrotanti quondam Chrysanthio seni quum venam incidere medici vellent, obstitisse se, idque saluti Chrysanthio fuisse dicit, addens: Οὐδὲ γὰρ ἄπειρος ἰατρικῆς ὁ ταῦτα γράφων (Vit. Chrys. p. 119). Idem etiam ex Historiis colligas, in qua sæpius metaphoris utitur ab arte medica repetitis. Denique Nostrum

(*) Eunapius Vit. Chrysanth. init. p. 117 ed. Boiss.: Ταύτης τῆς γραφῆς αἴτιος ἐγένετο Χρυσάνθιος, τόν τε γράφοντα ταῦτα παιδευκὼς ἐκ παιδὸς, καὶ διατελέσας εἰς τέλος, ὥσπερ νόμον τινὰ, τὴν περὶ αὐτὸν εὔνοιαν.

Idem Vit. Maximi p. 56: ... Χρυσανθίῳ γυναῖκα εἶναι... Μελιτὴν ὄνομα ἔχουσαν καὶ ὑπ' αὐτοῦ θαυμαζομένην διαφερόντως, τοῦ δὲ ταῦτα γράφοντος ἀνεψιάν.

Idem ib. p. 57: Ἀρχιερέα δὲ ἀπολείξας (Ἰουλιανὸς) τόν τε ἄνδρα (Χρυσάνθιον) καὶ τὴν γυναῖκα τῆς Λυδίας, καὶ ὑπ' ἐκείνοις ἐπιτρέψας εἶναι τῶν ἄλλων τὴν αἵρεσιν, αὐτὸς ἐπὶ τὸν Περσικὸν συνήγετο πόλεμον.

Idem Vit. Chrysanth. p. 111: Ὁ δὲ Χρυσάνθιος τὴν ἀρχιερωσύνην τοῦ παντὸς ἔθνους λαβὼν κτλ.

(**) Eunap. Vit. Proaires. p. 74: Διέβαλε μὲν γὰρ ὁ ταῦτα συντιθεὶς ἐξ Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην καὶ Ἀθήνας, τελῶν εἰς ἕκτον καὶ δέκατον ἔτος. — Idem ib. p. 92. Ἰουλιανοῦ οὐ βασιλεύσαντος, τόπου τοῦ παιδεύειν ἐξειργόμενος (Προαιρέσιος, an. 362) — ἔδοκει γὰρ εἶναι Χριστιανός — σοφίᾳ τινὶ περιῆλθε τὴν πρόγνωσιν... Ὁ δὲ συγγραφεὺς κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον εἰς ἕκτον που καὶ δέκατον ἔτος τελῶν παρῆλθέ τε εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ τοῖς ὁμιλήταις ἐγκατεμίγη. — Idem Vit. Maximi p. 58: Καὶ ὁ ταῦτα γράφων ἐπαιδεύετο κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους (quibus Julianus expeditionem Persicam suscepit), παῖς ὢν καὶ εἰς ἐφήβους ἄρτι τελῶν. — Eunap. Histor. fr. 8: Κομιδῇ γὰρ ἦν ὁ γράφων τάδε παῖς, ἡνίκα ἐβασίλευσεν (Ἰουλιανός).

(*) Eunap. Vit. Soph. p. 20: Ὁ γοῦν ταῦτα γράφων, ἐκ παιδὸς ἀκροατὴς Χρυσανθίου γενόμενος, μόλις εἰς εἰκοστὸν ἔτος ἠξιοῦτο τῶν ἀληθεστέρων, οὕτω μέγα τι χρῆμα εἰς ἡμᾶς τῆς Ἰαμβλίχου φιλοσοφίας διετάθη καὶ συμπαρέτεινε τῷ χρόνῳ.

(**) Idem p. 52: Τοῦ δὲ ἱεροφάντου κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον (sc. Juliani tempp.) ὅστις ἦν τοὔνομα οὐ μοι θέμις λέγειν· ἐτίλει γὰρ τὸν ταῦτα γράφοντα.

(***) Idem p. 92: Ὁ δὲ συγγραφεὺς... ἀγαπηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ (τοῦ Προαιρεσίου) καθάπερ παῖς γνήσιος, ἠπείγετο μὲν μετὰ πεμπτον ἔτος εἰς τὴν Αἴγυπτον, οἱ δὲ πατέρες καλοῦντες ἐπὶ Λυδίας ἐξεβιάσαντο· κἀκείνῳ μὲν σοφιστικὴ προὔκειτο.

(****) Idem p. 114: Τὸν δὲ ταῦτα γράφοντα ἐκπαιδεύσας νέον ἔτι ὄντα, ἡνίκα ἐπανῆλθεν Ἀθήνηθεν, οὐκ ἔλαττον ἠγάπα, ἀλλὰ καὶ προσετίθει καθ' ἡμέραν τῷ διαφέροντι τῆς εὐνοίας, ἐς τοῦτο ἐκκινήσας, ὥστε τὰ ἐωθινὰ μὲν ὁ συγγραφεὺς ἐπὶ ῥητορικοῖς λόγοις ἑτέροις συνῆν, καὶ τοὺς δεομένους ἐπαίδευεν, μικρὸν δὲ ὑπὲρ μεσημβρίας ἐπαιδεύετο, παρὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἰὼν διδάσκαλον, τοὺς θειοτέρους καὶ φιλοσόφους τῶν λόγων· ἡνίκα οὔτε ὁ παιδεύων ἐκαμνεν ἐρῶντι συνὼν, τῷ τε ἐκδεχομένῳ τὰ μαθήματα τὸ ἔργον ἦν πανήγυρις.

videbimus familiarem fuisse celeberrimi suæ ætatis medici, Oribasii, qui Chrysanthium morbo postremo laborantem tractavit (Eunap. Soph. p. 120). Nullusque dubito quin Noster sit Eunapius ille, cui τῶν Εὐπορίστων tetrabiblum Oribasius inscripsit. Præter allata de vita Eunapii nihil compertum habemus, nisi quod ad provectam satis ætatem pervenerit. Nam in historiis scribendis occupatum adhuc fuisse post annum 414, senem septuagenarium, ex fragm. 87 consequitur.

Opera Eunapii novimus duo, Βίους φιλοσόφων καὶ σοφιστῶν et *Romanæ historiæ libros quattuordecim*. In illo sermonem instituit de viginti tribus philosophis et sophistis, quorum major pars vel æquales Eunapii fuerunt, vel proxime ætatem scriptoris attigerunt. De plurimis pauca verba jecisse satis habet; nobiliores prolixiore quidem stylo prosequitur, ita tamen ut βιογράφου munus prorsus eludat. Neque ordinem rerum neque delectum curans, incompositam farraginem nebulosa involvit narratione, quam dicendi genere deturpat scabroso isto et inepte picturato, quod tanquam nervosum simul et elegans ista ætas admirabatur.

Alterum opus, ἡ μετὰ Δέξιππον ἱστορία χρονική, historiam Romanam continebat inde a Claudii II decessu (270 p. C.), in quem Dexippi Chronica desierant, usque ad Arcadii annum decimum (404 p. C.), quo Arsacius, pulso Johanne Chrysostomo, episcopalem Constantinopoli sedem occupavit, uxorque Arcadii Eudocia ex abortu mortua est (Vid. testim. Photii). Hæc annorum 134 historia per quattuordecim libros ita erat distributa, ut libro primo compendiaria ratione percurreret (διὰ τῶν ἀναγκαίων ἐπιτρέχει, Eunapius ait) res annorum 85, qui a Claudio labuntur ad Julianum Cæsarem (271-355), dehinc ad argumentum, quod primo consilio sibi delegerat, accederet, et diducta narratione per reliquos libros tredecim historiam Juliani, Valentis, Theodosii et Arcadii usque ad annum 404 explicaret. Rursus in his quasi cardo exstitit beatum regnum Juliani. Hic lux est, reliqui umbra; hic candidus Græcorum Apollo; reliqui, τοῦ ἀνισχολοπισμένου σοφιστοῦ sectatores, atrum et averruncandum vulgus monachorum. Καὶ σχεδόν τι, Photius ait, τὸ τῆς ἱστορίας αὐτῷ εἰς τὸ ἐκείνου (Ἰουλιανοῦ) ἐγκώμιον συντεθὲν ἐξεπονήθη. Idque ipse etiam Dexippus fatetur (fr. 1): Καὶ πάντα γε εἰς τὸν Ἰουλιανὸν ἀναφέρειν ἐοίκει, ὃς ἐβασίλευσε μὲν ἐφ' ἡμῶν, τὸ δὲ ἀνθρώπινον αὐτὸν ὥσπερ τινὰ θεὸν προσεκύνουν ἅπαντες. Et in proœmio libri secundi (fr. 8): Φέρεται δὲ ἐντεῦθεν ὁ λόγος ἐφ' ὅπερ ἐφέρετο ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἀναγκάζει γε ἐν τοῖς ἔργοις ἐνδιατρίβειν ὥσπερ τι πρὸς αὐτὸν ἐρωτικὸν πεπονθότας. Ceterum ad Juliani res posteritati mandandas non suo tantum ipsius impetu ferebatur, sed quotquot tunc doctrinæ laude eminebant, omnes absque remissione Eunapium instanter precabantur, ut hanc provinciam vellet suscipere: præ ceteris autem Oribasius ille Pergamenus medicus, qui Juliani comes perpetuus consiliorumque omnium socius fuerat. Is enim, Eunapius ait, ἀσεβεῖν ἐδόα περιφανῶς, εἰ μὴ συγγράφοιμι· καὶ τῶν γε πράξεων (πάσας γὰρ ἠπίστατο παρὼν ἁπάσαις) μάλα ἀκριβῶς ὑπόμνημα συνετέλει πρὸς τὴν γραφήν (fr. 8).

Desinit opus in annum 404, uti monui. Quem quidem terminum operi non auctoris consilium sed fati necessitas posuisse videtur. Certe non percipio ego cur Eunapius, quem post annum 414 in scribendo adhuc versatum esse scimus (fr. 47), in anno 404 subsistere, quam ad mortem usque Arcadii (408) narrationem, si licuisset, deducere maluerit. — Porro libros operis quattuordecim non uno tenore Eunapius perscripsit, neque simul in publicum edidit. Etenim quum Eunapius in Vitis sophistarum Historias suas de rebus quæ ad Juliani, Valentis et Theodosii tempora pertinent, ita laudet ut eas tunc jam editas esse appareat (v. fr. 14. 19. 22. 25. 45. 55): in Vita Prisci (fr. 65), ubi de Hilario loquitur, qui a Gothis sub Alaricho Græciam vastantibus (an. 396 p. C. Arcadii anno 1) occisus sit, ita habet: Καὶ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς ἑξῆς, ἂν τῷ δαίμονι δόξῃ, γραφήσεται. Igitur primum composuit Historias usque ad mortem Theodosii (270-395), ut videtur; deinde scripsit Vitas sophistarum (circa ann. 405); denique post annum 414 Historias suas continuavit, Arcadiique regnum additurus erat; quod consilium quominus ad exitum perduceret morte prohibitus esse videtur. — Quæ quum ita sint, putari possit τὴν νέαν Ἱστορίας ἔκδοσιν, cujus tituli Except. De sentent. atque Photius mentionem faciunt, de opere ab ipso Eunapio retractato continuatoque debere intelligi. At quæ Photius refert in eam potius ducunt sententiam, ut nova ista recensio a Christiano aliquo bibliopola profecta sit, qui resectis convitiis, quibus religioni nostræ Eunapius insultaverat, emendatum sic et castigatum opus iterum ediderit. Est hæc Niebuhrii sententia probabilissima. Ita habet vir clarissimus (Script. hist. Byz. tom. I, p. XIX): « Quum duplicem editionem Historiæ Photius vidisset, Constantinianæ eclogæ, ut inscriptio docet, e secunda sumptæ sunt, ubi loci plurimi, in quibus scriptor rabido adversus Christianos odio effrenate indulserat, ita recisi essent, ut, Photio judice, hiantes lacunæ apparerent, et sequentia plurima laborarent obscuritate. Cujus vitii culpam Photius in Eunapium ipsum confert: con-

jecturane ductus an testimonio, non constat. Scriptorem mutilatum opus ita reliquisse, ut in his quæ manebant sensus laboraret, sane non probabile est. Ac fieri certe potest ut non ipse scriptor, sed bibliopola, indocti amanuensis opera, libros ab iis locis qui vendentibus periculum crearent liberare animum induxerit: qualia sunt expurgata, quæ vocant, exemplaria, quæ in regionibus ubi decreta concilii Tridentini recepta fuerunt, non raro occurrunt. »

De auctoritate Eunapii non est cur multus sim. Quemadmodum ab usu rerum civilium alienus fuisse videtur, sic in historiam intulit, quæ sedulo arcenda erant, rhetoris professionem atque studia et iram mentis præoccupatæ. Hinc oratio ab limpida historiæ tranquillitate prorsus abhorrens; hinc tractationis genus epidicticum, quo spernitur ἡ ἀκρίβεια historica tanquam humilius quid (*); hinc denique, quod maximum est, judicia de rebus personisque perversa nullaque ad veri justique normam directa et ponderata. Ceterum quodsi Eunapius calamitates, quæ in Romanum imperium irruerunt, omnes ex spretis sacris majorum adscitaque Christianorum religione perperam sane repetendas esse censuit, ideoque Julianum in cœlum evexit, Christianos imperatores insanis conviciis oneravit: meminisse juvat quantopere in contrariam partem peccaverint scriptores Ecclesiastici, qui Constantini, Juliani et Theodosii res literis consignarunt. Haud minimum igitur ad singula quæque recte trutinanda momentum afferret opus Eunapianum, si integrum ad nos perdurasset. Nunc acquiescendum nobis est in Excerptorum Constantinianorum parte superstite et in Zosimo, quem in rebus ab Eunapio tractatis hunc ipsum sibi ducem selegisse et quodammodo in compendium redegisse tum diserte Photius testatur, tum ex reliquiis Sardiani nostri colligitur.

TESTIMONIA.

Photius Bibl. cod. 77 : Ἀνεγνώσθη Εὐναπίου Χρονικῆς ἱστορίας τῆς μετὰ Δέξιππον, νέας ἐκδόσεως, ἐν βιβλίοις τεσσαρεσκαίδεκα. Ἄρχεται μὲν τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς Κλαυδίου βασιλείας, ἐς ὃν Δεξίππῳ ἡ ἱστορία καταλήγει, ἀποτελευτᾷ δὲ εἰς τὴν Ὀνωρίου καὶ Ἀρκαδίου τῶν Θεοδοσίου παίδων βασιλείαν, ἐκεῖνον τὸν χρόνον τέλος τῆς ἱστορίας ποιησάμενος, ὃν Ἀρσάκιος μὲν τοῦ χρυσοῦ τῆς ἐκκλησίας στόματος Ἰωάννου ἀπελαθέντος εἰς τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ἀνηγμένος ἱεράτευεν, ἡ δὲ τοῦ βασιλεύοντος Ἀρκαδίου γυνὴ κατὰ γαστρὸς ἔχουσα καὶ ἀμβλώσασα τὸν βίον ἀπέλιπεν.

(*) Sic chronologiæ contemplorem se fatetur Eunapius (fr. 1).

Οὗτος ὁ Εὐνάπιος Σαρδιανὸς μὲν γένος ἐστί (τὰς γὰρ ἐν Λυδίᾳ Σάρδεις ἔσχε πατρίδα)· δυσσεβὴς δὲ τὴν θρησκείαν ὢν (τὰ Ἑλλήνων γὰρ ἐτίμα) τοὺς μὲν εὐσεβείᾳ τὴν βασιλείαν κοσμήσαντας παντὶ τρόπῳ καὶ ἀνέδην κακίζων διασύρει, καὶ μάλιστά γε τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον, ἐξαίρει δὲ τοὺς δυσσεβεῖς, καὶ τῶν ἄλλων πλέον Ἰουλιανὸν τὸν παραβάτην, καὶ σχεδόν τι τὸ τῆς ἱστορίας αὐτῷ εἰς τὸ ἐκείνου ἐγκώμιον συντεθὲν ἐξεπονήθη. Ἔστι δὲ καλλιεπὴς τὴν φράσιν, εἰ περιέλοι τις αὐτῷ τῶν λόγων τὸ ἀλεκτρυονῶδες καὶ ἐλαφωδέστερον, καὶ συωδέστερον, καὶ ὃὴ καὶ τοὺς ἱερακώδεις, καὶ κορακώδεις, καὶ πιθηκώδεις, καὶ τὸ ποταμῶδες δάκρυον, καὶ τὰ ὅμοια· τούτοις γὰρ καὶ τὴν ἄλλην τῶν ὀνομάτων περιλυμαίνεται καὶ διανοθεύει εὐγένειαν. Καὶ τροπαῖς μὲν κέχρηται παραβόλως, ὅπερ ὁ τῆς ἱστορίας οὐκ ἐθέλει νόμος, ἀφαιρεῖται δὲ τὸ λυποῦν ἡ τῆς λέξεως ἔμφασις τὰ πολλὰ καὶ ἀστειότης. Τῇ συνθήκῃ δὲ καὶ τῷ σαφεῖ πρὸς ἱστορίαν καὶ ταῖς περιόδοις συμμέτρως καὶ οἰκείως ἔχει· πλὴν ἐνιαχοῦ δικανικώτερον μᾶλλον ἢ ἱστορικώτερον μεστοῖ καὶ περιβάλλει τὸν λόγον. Νεωτερίζει δ' οὐκ ὀλίγα καὶ περὶ τὰς συντάξεις, πλὴν οὐκ εἰς τὸ ἄχαρι, οὐδ' εἰς τὸ ταῖς μεθόδοις λαβὴν ἐπιδοῦναι.

Δύο δὲ πραγματείας τὴν αὐτὴν περιεχούσας ἱστορίαν συνεγράψατο, πρώτην καὶ δευτέραν. Καὶ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ πολλὴν κατὰ τῆς καθαρᾶς ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν πίστεως κατασπείρει βλασφημίαν, καὶ τὴν Ἑλληνικὴν ἀποσεμνύνει δεισιδαιμονίαν, πολλὰ τῶν εὐσεβῶν βασιλέων καθαπτόμενος· ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ, ἣν καὶ νέαν ἔκδοσιν ἐπιγράφει, τὴν μὲν πολλὴν ὕβριν καὶ ἀσέλγειαν, ἣν κατὰ τῆς εὐσεβείας ἐσκέδαζεν, ὑποτέμνεται, τὸ δὲ λοιπὸν τῆς συγγραφῆς σῶμα συνείρας, νέαν ἔκδοσιν, ὡς ἔφημεν, ἐπιγράφει, ἔτι πολλὰ τῆς ἐκεῖσε λύσσης ὑποφαίνουσαν. Ἀμφοῖν δὲ ταῖς ἐκδόσεσιν ἐν παλαιοῖς ἐνετύχομεν βιβλίοις, ἰδίως ἑκατέραν ἐν ἑτέρῳ τεύχει καὶ ἑτέρῳ συντεταγμένην· ἐξ ὧν αὐτῶν καὶ τὴν διαφορὰν ἀναλεξάμενοι ἔγνωμεν. Συμβαίνει οὖν ἐν τῇ νέᾳ ἐκδόσει πολλὰ τῶν χωρίων διὰ τὰς γεγενημένας τῶν ῥητῶν περικοπὰς ἀσαφῶς ἐκκεῖσθαι, καίτοι φροντιστής ἐστι τοῦ σαφοῦς· ἀλλ' ὅτῳ τρόπῳ λέγειν οὐκ ἔχω, μὴ καλῶς κατὰ τὰς περικοπὰς ἁρμόσας τοὺς λόγους ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐκδόσει τὸν νοῦν λυμαίνεται τῶν ἀναγινωσκομένων. Ἐν οἷς καὶ τὸ τέλος.

Idem cod. 98, de Zosimo : Εἴποι δ' ἄν τις, οὐ γράψαι αὐτὸν ἱστορίαν, ἀλλὰ μεταγράψαι τὴν Εὐναπίου, τῷ συντόμῳ μόνον διαφέρουσαν, καὶ ὅτι οὐχ, ὥσπερ ἐκεῖνος, οὕτω καὶ οὗτος Στελίχωνα διασύρει. Τὰ δ' ἄλλα κατὰ τὴν ἱστορίαν σχεδόν τι ὁ αὐτὸς καὶ μάλιστα ἐν ταῖς τῶν εὐσεβῶν βασιλέων διαβολαῖς. Δοκεῖ δέ μοι καὶ οὗτος δύο ἐκδόσεις, ὥσπερ κἀκεῖνος, πεποιηκέναι· ἀλλὰ τούτου μὲν τὴν προτέραν οὐκ εἶδον· ἣν δὲ ἀνέγνωμεν, ἐπέγραφε νέας ἐκδόσεως, ἐξ ὧν συμβαλεῖν ἦν καὶ ἑτέραν αὐτῷ, ὥσπερ καὶ τῷ Εὐνα-

πίῳ, ἐκδεδόσθαι. Σαφὴς δὲ μᾶλλον οὗτος καὶ συντομώτερος, ὥσπερ ἔφημεν, Εὐναπίου· καὶ τοῖς τρόποις, εἰ μὴ σπάνιον, οὐ κεχρημένος.

ARGUMENTUM.

Fr. 1. Libri primi, qui usque ad Juliani Cæsaris tempora pertinet, procœmium. — 2. *Aurelianus*. Seleucis avis. — 3. *Probus* (Cremna in Lycia obsessa). — 4. *Carini* indoles. — 5. *Diocletianus* fines imperii R. muris copiisque firmat. — 6. Jovii et Herculii, legionum nomina. — 7. Ablabius, præfectus prætorio, a *Constantio* supplicio afficitur (337). — 8. Libri secundi procœmium. — Constantius et Julianus Cæsar : 8 a. Constantius in Galliam ablegans Julianum Cæsarem, legatos rerumque omnium administratores ei addit Marcellum et Salustium (355). — 9. Julianus Germanos ad Argentoratum prœlio fundit (357). — 10. Julianus contra Chamavos proficiscens Saliis parcere jubet (358). — 11. Charietto-nem, latronem Gallum, socium sibi adjungit contra Quados. — 12. Pacem Chamavis petentibus concedit, obside retento filio regis captivo (358). — 13. Badomarius, Germanorum princeps, captivos Romanos Juliano restituere recusat (359). — 14. Constantii in Julianum invidia et insidiæ. Cyllenius quidam, qui Juliani res contra Alemannos gestas scripserat, ut veritatis parum studiosus ab ipso Cæsare redarguitur. — Julianus imperator : 15. Eunapius rhetor, legatus Lydorum, benigne ab imperatore excipitur (361). — 16. Juliani in judiciis exercendis æquitas. — 17. Salustius aulæ præfectus. Julianus Marcellum in honore habuit, etsi filium ejus conjurationis reum supplicio affecerit (362). — 18. Heraclium cynicum scripta oratione Julianus refutavit. — 19-22. Juliani expeditio Persica. Julianus Scytharum incursiones animo præsagit. Ctesiphontis obsidio. — 23. Post mortem Juliani super creando principe consultatio. (Subjungitur στηλιτευτικὸς κατὰ Εὐναπίου.) — 24. Loci e laudatione Juliani petiti : Juliani ad Oribasium medicum vox; Solis adoratio. — 25. Libanium in deliciis habebat Julianus; in Proæresium infestior erat. — 26. 27. Oracula Juliano data. — 28. *E novi libri procœmio*. Ad suæ ipsius res ætatis describendas accedens auctor se veritatis studiosissimum fore pollicetur. — Jovianus, Valens et Valentinianus (363-378) : 29. Valentinianus Nicææ in Bithynia imperator proclamatur (364). — 30. Salustius, præfectus prætorio, homo integerrimus, a numere suo removetur. Valentinianus Rhodanum vel Chrysaphium archieunuchum judicio condemnatum cremari jubet. — 31. 32. Procopii rebellio (365). — 33. Arbitio Valentem Procopii cœptis territum ac fluctuantem erigit ac confirmat (365). — 34. Parum abfuit quin prœlio ad Thyatira commisso imperatoris copiæ ab Hormisda, Procopii duce, cladem acciperent (366). — 35. Supplicia de consciis Procopii sumpta. — 36. Ælianus, Valentis dux; ejus indoles. — 37. Belli Gothici sub Valente initia (366.) — 38. Theodori in Valentem conjuratio (374). — 39. Festus, in Asia proconsul, summa crudelitate sævit in eos qui Theodoreæ conjurationis participes fuisse, artesque magicas exercere videbantur. Periit Maximus philosophus et Cœranius (374). — 40. Perierunt item Simonides, Patricius et Hilarius. — 41. De origine Hunnorum, quorum impetu pulsi Gothi in Romanorum ditionem, trajecto Istro, confugerunt (376). — 42. 43. Gothi in fines Romanos admissi jussu Valentis, ruptis fœderibus Thraciam late vastant. — 44. Marciani virtus. — 45. Musonii, Asiæ proconsulis, qui in bello Isaurico cecidit (368), laudatio. — 46. Valens bellum contra Gothos parat (378) — 47. Sebastianum ex Italia advocat, virum probum strenuumque, cui bellum istud gerendum committat. — Theodosius. 48 : Theodosii luxuria. — 49. Infelix rerum publicarum sub Theodosio status. — 50. Nicopolitani in Thracia, qui Gothis se dederant, irrident reliquas Thraciæ civitates spe auxilii resistentes. — 51. Modares, militum dux, strategemate usus Gothos in Thracia clade afficit (379). — 52. Julius, in Asia dux, senatum Constantinopolitanum de consiliis Gothorum, per Orientis urbes dispersorum, clanculum certiores facit (380). — 53. Arbogastis Franci, quem una cum Baudone Gratianus Theodosio contra Gothos auxilio misit (381), mores et ingenium. — 54. Morbus intestinorum per plures urbes homines corripuit. Quæ calamitas comparatur cum alia quæ, Neronis temporibus, urbis, nescio cujus, incolis accidit. — 55. Gothi in Romanorum imperium trajicientes Christianam fidem simulabant, ut fallerent imperatores Christianos. — 56. Magnum asinorum sub Theodosio pretium. — 57. De Gratiani indole (383). — 58. Maximi bellum cum Barbaris, qui in paludes Macedoniæ se receperant (388). De dissoluto imperii statu. — 59. Tatianus ejusque filius Proculus (præfectus ille prætorianus, hic urbanus) Rufini fraude circumventi (392). — 60. Conjuratio principum Gothorum a Fravitha suppressa (392). — 61. Theodosius paullo post mortem Gallæ uxoris in bellum contra Eugenium proficiscitur. — Arcadius et Honorius : 62. Arcadius et Honorius Theodosio

patri succedunt (395); at rerum omnium potestas erat penes tutores eorum Rufinum et Stelichonem, mutuis illos se inimicitiis lacessentes. — 63.64. Rufini indoles. — 65. Alarichus per Thermopylas in Græciam irrupit. Mors Prisci, Proterii, Hilarii (395. 396). — 66-69. De Eutropii eunuchi indole. — 70. De Timasii, militum præfecti, moribus. — 71. Bargus, homo nequam, in bene de ipso meritos ingratus, machinis Eutropii circumventus pœnas dat (396). — 72. Eutropius Timasium et Abundantium, virum consularem, in exilium ejicit (396). — 73. De auctoris in scribenda historia studio veritatis. De malis quibusdam scriptoribus querelæ (E novi libri prooemio). — 74. Nuntios de rebus occidentalibus Eutropii temporibus valde incertos fuisse. — 75. Asiæ minoris provincias immanem in modum diripuit Tribigildus, in Phrygia militum dux; hunc clanculum adjuvat Gainas. Uterque hoc agebat, ut Eutropium, tamquam omnium istorum malorum auctorem, in invidiam inducerent, potestatemque ejus everterent (399). — 76. Leo, militum dux contra Tribigildum, in Asiam mittitur; homo brutus, at familiaris Eutropii. — 77. Subermachius dux Eutropio deditissimus; ejus origo moresque. — 78. Persæ cujusdam de victoriis Romanorum derisio. — 79. De rebellione Gainæ (400). — 80. Fravitha dux contra Gainam emittitur. Ejus indoles. — 81. Fravithæ naves Liburnicæ. — 82. Fravitha ad Chersonesum Gainam vincit; quod victum non sit persecutus a multis ei crimini vertitur. Constantinopolim reduci Arcadius dignitatem consularem defert (401). — 83. Hieracis Alexandrini mores. — 84. Arbasacii ducis, qui contra Isauros bellum gessit (404), mores dissoluti. — 85. Mors Fravithæ. Johannes dux creatur. — 86. Bellum Isauricum. Hieracis rapacitas. Hierax ab Herenniano correptus pecunia se redimit (404). — 87. His temporibus, sicuti etiam deinceps sub Pulcheriæ administratione, præfecturæ gentesque venales erant. Quas qui emerat pro lubitu diripiebat. Sic Hierax, quem accipitrem quasi aquila oppressit Herennianus. — 88. Stelichonis rapacitas.

ΙΣΤΟΡΙΑ Η ΜΕΤΑ ΔΕΞΙΠΠΟΝ.

ΝΕΑ ΕΚΔΟΣΙΣ.

Ε ΛΙΒΡΟ ΠΡΙΜΟ.

1.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Exc. De sentent. p. 247-253 Mai. : Δεξίππῳ τῷ Ἀθηναίῳ κατὰ τοὺς Ἀθήνησιν ἄρχοντας, ἀφ' οὗ παρὰ Ἀθηναίοις ἄρχοντες, ἱστορία συγγέγραπται, προσαριθμουμένων τῶν Ῥωμαϊκῶν ὑπάτων, καὶ πρό γε αὐτῶν τῶν ὑπάτων καὶ ἀρχόντων ἀρξαμένης τῆς γραφῆς. Τὸ δὲ ἓν κεφάλαιον τῆς ἱστορίας τὰ μὲν ἀνωτέρω καὶ ὅσα τὸ ποιητικὸν νέμεται γένος, ἐᾶσαι καὶ ἐπιτρέψαι τῷ πιθανῷ καὶ μᾶλλον ἀναπείθοντι τὸν ἐντυγχάνοντα, τὰ δὲ προϊόντα καὶ ἐπὶ πλέον μαρτυρούμενα συνενεγκεῖν καὶ καταλλείσαι πρὸς ἱστορικὴν ἀκρίβειαν καὶ κρίσιν ἀληθεστέραν. Διάζεται γοῦν καὶ συναριθμεῖται τὸν χρόνον εἴς τε τὰς Ὀλυμπιάδας περιγράφων καὶ τοὺς ἐντὸς ἑκάστης Ὀλυμπιάδος ἄρχοντας. Πρόθυρα δὲ κάλλους ἀνάμεστα προθεὶς τῆς συγγραφῆς καὶ προϊών, τά τε ἔνδον ἐπιδείξας σεμνότερα, τὸ μὲν μυθῶδες καὶ λίαν ἀρχαῖον ἀφαιρεῖ, καὶ ἀφίησιν ὥσπερ φάρμακον παλαιὸν καὶ ἀδόκιμον εἰς τοὺς συντεθεικότας· Αἰγυπτίους δὲ χρόνους ἀναλεγόμενος καὶ συνωθούμενος ἐπὶ τὰ πρῶτα καὶ τελεώτερα (παλαιότερα? Bekk.) τῶν παρ' ἑκάστοις ἀρχῶν, τοὺς ἡγεμόνας καὶ πατέρας τῆς ἱστορίας ἐκτίθησιν, ἔνδηλος ὢν καὶ σχεδόν τι μαρτυρόμενος, ὅτι τῶν ἀπιστουμένων ἕκαστον ἕτερος προλαβὼν εἴρηκεν. Καὶ περιφέρει γε τὴν ἱστορίαν ἐκ πολλῶν καὶ παντοδαπῶν τῶν ταῦτα

HISTORIA
QUA DEXIPPUM AUCTOR CONTINUAVIT.
EDITIO ALTERA.

1.

PROŒMIUM.

Dexippus Atheniensis juxta annuorum principum, qui Athenis fuerunt, fastos, inde a tempore, quo archontes apud Athenienses esse cœperunt, historiam composuit, Romanis quoque consulibus ex ordine adscriptis. Sed enim quum ante consules ipsos atque archontas scriptum exordiatur, id sibi proposuit historicus, ut antiqua nimis et quæ a poetarum gente traduntur, ea singula probabilitati suæ permittat, et prout cuique lectori videbitur, esse sinat : posteriora autem et quæ testimoniis magis abundant, ea conferat ad historicam severitatem, et sub verioris critica regulas redigat. Cogit igitur digeritque tempus, juxta Olympiadum seriem id scribens, juxtaque occurrentes in unaquaque Olympiade archontas. Jam pulcherrimo historiæ suæ proœmio præposito, pergit porro; et ipsum scripturæ corpus venustius adhuc ostendens, fabulosa quidem et prisca nimis resecat, atque apud horum auctores, tanquam pharmacum vietum et reprobatum, otiosa esse sinit : Ægyptiaca vero tempora supputans atque ad antiquiores purioresque, qui sunt apud quamque gentem, fontes revocans, principes patresque historiæ in medium profert; plane demonstrans ac propemodum testimoniis comprobans, unumquodque ex his incertioribus alium ex alio historico fuisse mutuatum.

εἰρηκότων ὥσπερ ῥωπόν τι καὶ ποικίλον καὶ χρήσιμον εἰς ἓν μυροπώλιον τὴν ἰδίαν ἐξήγησιν κατακεκλεισμένην καὶ συντεγμένην. Πάντα δὲ, ὅσα πρός τε τὸ κοινὸν ἁπάντων ἀνθρώπων ἀξιόλογα καὶ κατ' ἄνδρα δι' ἀρετὴν περιττοῦ τινος ὀνόματος τετυχηκότα, λάθρως ἐπιδραμὼν καὶ διαθέμενος τῷ λόγῳ, τελευτῶν εἰς Κλαύδιον καταλύει τὴν συγγραφήν, καὶ Κλαυδίου τῆς βασιλείας ἔτος τὸ πρῶτον, ἐς ὃ καὶ τῆς βασιλείας ἤρχετο καὶ ἐτελεύτα, ἐνιαυτὸν ἄρξας Ῥωμαίοις ἑνα· οἱ δὲ καὶ ἕτερον αὐτῷ χαρίζονται. Εἶτα Ὀλυμπιάδας καταλογίζεται τόσας καὶ τόσας καὶ ὑπάτους καὶ ἄρχοντας ἐπὶ ταύταις, τὴν χιλιάδα τῶν ἐτῶν ὑποβαλών, ὥσπερ ἀγωνιῶν, εἰ μὴ πολλῶν λίαν ἐτῶν ἀποδοίη λόγον τοῖς ἐντυγχάνουσιν. Ἐγὼ δὲ ὁ τοῦτο τὸ ἔργον εἰς νοῦν βαλόμενος, ὑπ' αὐτοῦ Δεξίππου ταῦτα ἔχων ἐκδιδάσκεσθαι καὶ συλλαμβάνειν, ὅσος καὶ ἡλίκος ὁ κίνδυνος κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἕκαστον ἱστορίαν γράφειν, καὶ πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ὁμολογεῖν, ὅτι ταῦτα οὐκ ἔστιν ἀληθῆ κατὰ τοὺς χρόνους, ἀλλὰ τῷ μὲν οὕτως, τῷ δὲ ἑτέρως ἔδοξε, καὶ περιφανῶς ἑαυτοῦ κατηγορεῖν, ὥσπερ ἐκεῖνος, ὅτι χρονικὴν ἱστορίαν γράφων πλανωμένην τινὰ καὶ μεστὴν τῶν ἀντιλεγόντων, ὥσπερ ἀπρόσοδον ἐκκλησίαν, ἐκτίθησι τὴν γραφήν, ὀξέως δὲ καὶ τῆς Βοιωτίας ἀκούων παροιμίας, ὅτι οὕτως αὐλεῖν οὐ πρέπει, κἀκεῖνα προσελογιζόμην, ὅτι τέλος ἱστορίας καὶ σκοπὸς ἄριστος τὰ πραχθέντα ὅτι μάλιστα δίχα τινὸς πάθους εἰς τὸ ἀληθὲς ἀναφέροντα γράφειν, οἱ δὲ ἀκριβεῖς λογισμοὶ τῶν χρόνων, ὥσπερ ἄκλητοι μάρτυρες, αὐτομάτως ἐπεισιόντες, ἐς ταῦτα ὠφελοῦσιν οὐδέν. Τί γὰρ Σωκράτει πρὸς σοφίαν καὶ Θεμιστοκλεῖ πρὸς δεινότητα συντελεῖται παρὰ τῶν χρόνων; ποῦ δὲ ἐκεῖνοι καλοὶ κἀγαθοὶ διὰ θέρος ἦσαν; ποῦ δὲ τὰς ἀρετὰς ἐφ' ἑαυτῶν, καθάπερ τὰ φύλλα, πρὸς τὴν ὥραν τοῦ ἔτους αὐξανομένας καὶ ἀπορρεούσας παρείχοντο; Ἀλλ' ἴσως ἕκαστος αὐτῶν τὸ γοῦν ἐς φύσιν καὶ δύναμιν ἀγαθὸν διαρκῶς καὶ συνεχῶς ἐν ταῖς ἐνεργείαις ἀπεδίδου καὶ διέσωζεν. Τίς οὖν λόγος πρὸς ἱστορίας τέλος εἰδέναι καὶ γινώσκειν, ὅτι τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν νικῶν οἱ Ἕλληνες κυνὸς ἐπιτέλλοντος; τί δ' ὄφελος ἦν τοῖς ἐντυγχάνουσιν εἰς ὠφέλειαν ἱστορικῆς χρείας, εἰ κατὰ ταύτην ἐτέχθη τὴν ἡμέραν ὁ δεῖνα, καὶ μελοποιὸς ἀνέσχεν ἢ τραγῳδὸς ἄριστος; Εἰ γὰρ ἔσχατος ὅρος τῶν περὶ τὴν ἱστορίαν καλῶν τὸ πολλῶν καὶ ἀπείρων πραγμάτων ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ καὶ διὰ βραχείας ἀναγνώσεως πεῖραν λαβεῖν, καὶ γενέσθαι γέροντας ἔτι νέους ὄντας δι' ἐπιστήμην τῶν προγεγονότων, ὥστε, τίνα μὲν φευκτέον, τίνα δὲ αἱρετέον, εἰδέναι, τοὐναντίον ἐμοί γε δοκοῦσι ποιεῖν οἱ περιττοῖς καὶ ἀπηρτημένοις ἐπεισοδίοις ὥσπερ ξενικοῖς ἡδύσμασι τὸ τῆς ἱστορίας ἐδώδιμον καὶ χρήσιμον ἀνατρέποντες καὶ διαφθείροντες ἁλμυρῷ λόγῳ πότιμον ἀκοήν. Κωλύει μὲν γὰρ ἴσως οὐδὲν καὶ περιττόν τι μαθεῖν, ἄλλως τε, ὡς φησιν αὐτὸς Δέξιππος, τῶν μὲν χρονικῶν ἢ πάντων ἢ τῶν πλείστων διαπεφωνημένων, τῶν δὲ ὑπερόρων καὶ φανερῶν πράξεων συμπεφωνημένων. Τίς γὰρ οὕτω περιβόητος ἅπασιν ὅσοι λόγων ἥψαντο καὶ κατέλιπον λόγους, ὡς Λυκοῦργος Λακεδαιμόνιος; ἐς ὃν καὶ ἡ τοῦ θεοῦ μαρτυρία διὰ στόματος ἅπασι θεὸν ἄντικρυς ἀνα-

---

Ipse autem e multis atque omnigenis, qui de his rebus scripserunt, historiam conficit; cinnum veluti varium et perbonum ad unicam pigmentarii officinam, ad suam videlicet narrationem, cogens atque cumulans. Omnia vero, quæ sive generatim inter homines illustria, sive singillatim ob alicujus virtutem præstante fama inclaruerunt, celeriter percurrens atque in suam lucubrationem adsumens, finem historiæ facit in Claudii anno primo, quo is regnum et auspicatus est et finivit, anno uno Romanis imperitans; quanquam nonnulli duos huic imperii annos largiuntur. Deinde Olympiadas supputat planeque adnumerat cum consulibus et cum archontibus: atque ex Olympiadibus annorum milliarium conficit; quasi laboriose æstuans, nisi permultorum annorum lectoribus suis rationem reddiderit. Ego vero, qui de hoc opere lucubrando consilium cepi, ab ipso quidem Dexippo discere potui atque cognoscere, quale quantumque periculum sit per annos singulos historiam deducere, ac porro lectoribus confiteri, hoc et illud secundum temporum rationem non vere esse dictum, sed aliis aliter visum: atque ita se ipsum perspicue coarguere, ut reapse Dexippo accidit, quod historiæ chronicæ quivis auctor fallacem quandam et plenam repugnantiarum, ceu chorum exlegem, edit scriptionem: Bœoticum quoque proverbium mox auditurus, quod sic tibiis sonare non decet. Denique et illud mecum reputavi, finem historiæ scopumque optimum esse, ut res gestæ, duce omnino veritate, absque ullo affectu scribantur: accuratos vero temporum calculos, si veluti testes non invocati adsint, prædictæ rei nihil prodesse. Nam quid Socrati ad sapientiam vel Themistocli ad ingenii sollertiam conferunt tempora? num hi per æstatis tempestatem bonos se probosque viros præbebant? num suas virtutes, tanquam folia pro anni tempore, crescentes defluentesque exhibebant? Atqui horum, opinor, uterque quidquid vel naturæ conditione vel ingenii cultu exquisitum erat, id perseveranter atque perpetuo præ se ferebat actibus suis atque servabat. Quid igitur prodest historiæ proposito scire ac cognoscere, Græcos navali prœlio ad Salaminem vicisse exoriente canicula? Quid rursus confert lectoribus ad utilitatem ex historia capiendam, quod ille tali die natus sit, qui deinde melicus vel tragicus poeta evasit optimus? Etenim si summum historiæ bonum in eo vertitur, ut multarum ac pæne innumerabilium rerum præclare gestarum brevi tempore modicaque lectione peritiam nanciscamur, fiamusque senes dum juventute floremus, ob præteritarum rerum scientiam, ita ut, quid fugiendum sit quidve appetendum, sciamus: contrarium mihi facere videntur qui supervacaneis et assutis episodiis, tanquam peregrinis condimentis, bonum historiæ pabulum adulterant, delicatumque auditum amaro sermone violant. Nisi forte inania etiam discere animus fert. Præsertim quum chronici scriptores, ut ait ipse Dexippus, vel omnes vel certe plurimi invicem dissideant in rebus illustribus ac manifestis, quas per se ipsas in controversiam nemo revocat aut diffitetur. Nam quis apud historiæ peritos vel conditores Lacedæmonio Lycurgo ce-

καλοῦντος ἐπὶ τῷ θεῖναι τοὺς νόμους. Τίς δὲ τῶν ταῦτα εἰρηκότων ἑτέρῳ συμφέρεται περὶ τῶν ἡνίκα ἐτίθει τοὺς νόμους χρόνων; ἀλλὰ πάντες, ὥσπερ οἰκίαν ἢ στῦλον δοκιμάζοντες ἤ τι τῶν ὁμοίων, ὅτι μὲν ἔστι καὶ γέγονε, συντίθενται καὶ κατανεύουσι, περὶ δὲ τοῦ πότε [ἀπορίᾳ suppl. Nieb.] παντοδαπῇ ἐμπεπλήκασι τὰ βιβλία. Ὁπότε καὶ Θουκυδίδης ὁ πάντων ἀκριβέστατος τὸν μέγαν καὶ πολυύμνητον ἐκεῖνον πόλεμον ἀρχήν τινα καὶ προφάσεις φησὶ λαβεῖν πρὸς δευτέραν κίνησιν ἐκ διαφορᾶς ἡμερῶν, ἢ περὶ πόλεων ἁλώσεως αὐτοῖς ἐγένετο, καὶ οὐδὲ αὐτὸς ἔχει διαιτᾶν σαφῶς καὶ ἀκριβῶς, τίνες ἐπεκάλουν δικαιότερον, ἀλλ' ἐπὶ τὰς ἡμέρας ἐλθὼν ὑποδηλοῖ καὶ παραδείκνυσιν, ὅτι κενή τίς που καὶ ἀχρεῖος ἡ περὶ τοὺς χρόνους διατριβὴ καὶ σχολή.

Τοιαῦτά τινα καὶ πλείω ἕτερα πρὸς ἑμαυτὸν ἐκλησιάσας καὶ βουλευσάμενος, καὶ τοῖς ἐς τὰ χρονικὰ σπεύδουσιν καὶ ἀνεστηκόσιν ὁμοιά τινα παρεγγυῶν, ὡς ἡ περὶ τὰς ὥρας καὶ ἡμέρας ἀκρίβεια πλουσίων οἰκονόμοις τισὶ καὶ λογισταῖς πρέπει, καὶ νὴ Δία γε τοῖς ἐς τὰ οὐράνια κεχηνόσι, καὶ ὅσοι πρὸς ἀριθμῷ φανερῶς κάθηνται, αὐτὸς δὲ προαγορεύων πόρρωθεν τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ὅτι πιστεύσας ἑμαυτῷ δύνασθαι γράφειν γεγονότα τε καὶ γινόμενα, πρὸς τόδε τὸ ἔργον ὥρμησα, τὸ μὲν κατ' ἐνιαυτὸν καὶ καθ' ἡμέραν ὥσπερ ἀπροσδιόνυσόν τινα ῥῆσιν παραιτησάμενος, τὸ δὲ κατὰ χρόνους, οἳ τοῖς βασιλεῦσι περιγράφονται, κρίνας ἀληθέστερον. Ἀναγνώσεται γοῦν τις, ὅτι ταῦτα ἐπὶ τοῦδε τοῦ βασιλέως ἢ τοῦδ' ἐπράττετο· καθ' ὃν δὲ ἐνιαυτὸν καὶ ἡμέραν, ἕτερος ἐς τὴν ἀπάτην χορεύεταί † τις. Ἐγὼ δὲ καὶ [κατὰ? Nieb.] τὸ πιστεύειν ἑμαυτῷ γράφω, ἀνδράσιν ἑπόμενος, οἳ τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου μακρῷ προεῖχον κατὰ παιδείαν, καὶ διατεταμένως ἐνῆγον μὴ σιωπᾶν τὰ κοινὰ τῶν ἔργων, καὶ ὅσα ὁ καθ' ἡμᾶς ἔφερε χρόνος, καὶ τὰ πρὸ ἡμῶν μετὰ τὴν Δεξίππου γραφὴν οὔπω λόγου τι καὶ ἱστορίας ἐμφανοῦς τετυχηκότα. Ἐγίνετο δὲ ἐκείνοις τε κἀμοὶ κοινὸν τὸ ἔργον τόδε, καὶ πάντα γε ἐς τὸν Ἰουλιανὸν ἀναφέρειν ἐδόκει, ὃς ἐβασίλευσε μὲν ἐφ' ἡμῶν, τὸ δὲ ἀνθρώπινον αὐτὸν ὥσπερ τινὰ θεὸν προσεκύνουν ἅπαντες. Λόγου δὲ ἦν ἄξιον καὶ καλῶς ἔχειν ἐδόκει, καθάπερ τοῖς ἕνεκεν ἐρωμένης. . . . . νοῦσι ποιηταῖς οἳ γενομένοις ἀρίστοις· οὕτω καὶ ἡμῖν ἀρχήν τινα καὶ γένεσιν προθεμένοις τὴν . . . παρόντα καὶ . . . τῶν προ . . . ἐδόκει . . . . φὴν . . . κόντων χρόνων . . . μένον καὶ . . . ψυχῆς ἀναφέρουσι . . . τὸ εἴδωλον . . . δεῖν . . . ἐν ἀλλοτρίοις.

Ὅτι ἐξουσία ἐστὶ . . . πονηρᾶς . . . ὑπὸ λόγου . . . παρακινεῖ καὶ . . . χρόνον . . . χρηματίζει . . . ἀρχὰς . . . γὰρ μήποτε . . . οὕτω δέ τι . . .

[2. ΑΥΡΗΛΙΑΝΟΣ.]

[Suidas : Σελευκίς· ὄρνεόν ἐστι εὔπεπτον καὶ ἀκόρεστον καὶ πανοῦργον καὶ τὰς ἀκρίδας χανδὸν λαφύσσον. « Hæc verba credo Suidam hausisse ex Eunapio, quod Zosimus I, 57, 6, in ea parte Historiæ quam e Nostro sumpsit, Σελευκιάδας memoret, αἳ ταῖς ἀκρίσι συμπεριίπτανται καὶ τοῖς στόμασι ταύτας δέχονται. » Boissonadius. Zosimus ista intexit narrationi de Aureliani in Palmyrenos expeditione.]

3. (ΠΡΟΒΟΣ.)

Suidas : Καταχαίνειν· ἀναιρεῖν, φονεύειν. « Ὁ δὲ τοξότης ἠφίει βέλος, εὔστοχος ὢν τοσούτους καταχαίνειν, ὅσα ἠφίει βέλη. » Εὐνάπιός φησιν.

« Hoc fragmentum pertinet ad illam Historiæ

---

lebrior est? de quo dei testimonium in ore omnium versatur, diserte deum vocitantis ob ferendarum legum sapientiam. Quotusquisque vero ex his, qui de ea re scripserunt, consentit cum alio homine de temporibus quibus ille leges scripserit? Nimirum id omnes, tanquam de domo vel columna vel re simili agatur, quod quidem ille sit et exstiterit, concedunt et annuunt; de tempore autem quo exstiterit, variis dubitationibus implent volumina. Et quidem ipse Thucydides (IV, 122), quo nemo fuit diligentior, magnum illud et famigeratum bellum renovati ardoris initium occasionesque cepisse aiî ex dierum controversia, quæ de captis oppidis inter illos oriebatur. Neque tamen ipse satis aperte accurateque definit, utri justius questi sint : mox quum ad dierum supputationem ventum est, significat atque demonstrat, vanam esse propemodum atque inutilem istam circa temporum notationem sedulitatem.

Hæc et alia plura mecum ipse animo collegi ac reputavi; et ceteris etiam, qui ad annales scribendos studium impendunt, admonendi causa suggessi; quod videlicet circa anni tempestates diesque sedulitas villicos divitum ac rationarios deceat, atque eos hercle, qui cœlestia scrutantur, et calculatoris artem diserte profitentur. Ego vero hoc lectoribus meis affirmo, me non sine fiducia vires ad res præteritas ac præsentes scribendas mihi suffecturas, hoc opus aggressum esse, ita quidem, ut minutam sive anni sive diei rationem, ceu quid importunum, negligam; verum tempora intra quæ reges singuli versati sint, expendam accuratius. Lector igitur apud me inveniet hæc vel illa sub hoc vel illo rege evenisse; verumtamen rei gestæ annum et diem alius quivis præstigiator dicat. Ego vero pro hac mei fiducia scribere incipio exemplum secutus hominum, qui hanc nostram ætatem eruditione sua valde superaverunt : enixeque mihi proposui, quominus nihil publicarum rerum tacerem, sive quas nostra ætas vidit, sive superiores, quotquot post historiam Dexippi nondum litteris vel publicis commentariis commendatæ fuerunt. Quare commune cum illis historicis negotium suscepimus. — Et nobis quidem omnia ad Julianum referenda videbantur, qui memoria nostra regnavit et numinis instar ab universis hominibus cultus est...

2.

Seleucis avis, quæ cibos facile concoquit et insatiabilis et astuta, et locustas avide devorans.

3.

Eunapius : « Sagittarius autem sagittam emisit, quum esset jaculandi peritus, adeo ut tot homines interficeret, quot sagittas emitteret. »

partem qua Eunapius narrabat Palmyram ab Aureliano, vel Cremnam a Probi militibus obsessam. Rem illustrat Zosimus I, 54, 7 et 70, 1. Crediderim Eunapiana hæc esse referenda ad Cremnæ obsidionem; nam Zosimus, loco posterius citato, Nostri verba ante oculos habuisse videtur : Συνῆν τις ἀνὴρ αὐτῷ (Lydio in Cremna obsesso) μηχανάς τε κατασκευάζειν εἰδὼς, καὶ ἐκ μηχανῶν εὐστόχως ἀφιέναι βέλη δυνάμενος· ὥστε ὁσάκις ἐνεκελεύσατο ὁ Λύδιος αὐτῷ κατά τινος τῶν πολεμίων ἀφιέναι βέλος, μὴ διαμαρτεῖν τοῦ σκοποῦ. » Boissonadius.

4. ΚΑΡΙΝΟΣ.

Suidas : Καρῖνος, Κάρου τοῦ βασιλέως υἱὸς, γενόμενος ἐν ἐξουσίᾳ καὶ βουλήσεως κύριος, ἀνέδραμε τηλικοῦτον κακὸν ἐς τυραννίδα, [ὥστε ἀπέδειξε χρυσὸν τὴν τραγῳδουμένην τυραννίδα·] οὕτω καὶ τοὔνομα τοῖς ἔργοις μακρῷ παρῆλθε. Παίδων μὲν γὰρ εὖ γεγονότων ὕβρεις, διὰ τὸ σύνηθες, οὐδὲ ὕβρεις ἐνομίσθησαν, ἀλλ' ἦν ἐγκύκλιον αὐτῷ καὶ πρόχειρον τὸ τὰ τοιαῦτα ἁμαρτάνειν· ὁ δὲ ἐγκλήματά τε ἀνέπλαττε καὶ ἐδίκαζε τοῖς ἀδικουμένοις, καὶ τῶν δικαζομένων οὐδεὶς ἐσώζετο· ὅπου γε πολλῆς οὔσης καὶ ἀδιηγήτου τῆς φθορᾶς, παρανηλίσκοντό τινες τῶν εὐδαιμόνων, ὥσπερ ἐν κοινοῖς δείπνοις ἀλεκτορίδες, ἐς τὴν Καρίνου τρυφήν. Μεμνῆσθαι δὲ τῶν καταχοπτομένων ἔρασκε, τῶν μὲν ὡς οὐκ ἐπήνεσαν αὐτοῦ τὸ κάλλος, τῶν δὲ ὅτι λέγοντα, ὅτε ἦν μειράκιον, οὐκ ἐθαύμασαν, ὡς ἐβούλετο· ἀπώλλυντο δέ τινες καὶ γελάσαντες ἐναντίον αὐτοῦ ποτε. Καὶ πάντα ἦν αὐτοῦ βαρύτερα διασημίας, καὶ ἐλύττα ἐν μέσοις τοῖς ὑπηκόοις.

Hæc esse Eunapii patet e Suida vv. Διασημία, Ἐγκύκλιον, Μακρῷ, Ὕβρις, ubi particulæ hujus loci afferuntur, nominato auctore. Fortasse huc pertinet etiam Suidas v. Ἀτάσθαλα (vid. fr. 89). Ceterum quum ap. Suidam proxime antecedant hæc : Καρικὸν θῦμα· ἐπὶ τῶν ἄσαρκα ἢ ἄβρωτα μέλη θυόντων· οἱ γὰρ Κᾶρες κύνα θύουσιν. Εὐνάπιος : probabiliter Küsterus statuit Eunapii mentionem non suo esse loco factam, sed ad ea quæ de Carino sequuntur pertinere. Inclusa e Suida v. Μακρῷ suppleta sunt. De re cf. Vopiscus in Carino c. 16.

[5. ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΣ.]

[Suidas v. Ἐσχατιά : « Ὁ Διοκλητιανὸς λόγον ποιούμενος τῶν πραγμάτων ᾠήθη δεῖν καὶ δυνάμεσιν ἀρκούσαις ἑκάστην ἐσχατιὰν ὀχυρῶσαι, καὶ φρούρια ποιῆσαι. » Eunapio hæc vindicanda probabiliter censet Reitemeyer. ad Zosimum II, 34, 2, ubi : Τῆς γὰρ Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἁπανταχοῦ τῶν ἐσχατιῶν τῇ Διοκλητιανοῦ προνοίᾳ, κατὰ τὸν εἰρημένον ἤδη μοι (sc. in libri I parte nunc deperdita) τρόπον, πόλεσι καὶ φρουρίοις καὶ πύργοις διειλημμένης, κτλ. Ex ipso Zosimo Suidiana fluxisse putavit Valesius ad Ammian. Marcell. XXIII, 5, 2, p. 256.]

[6.]

[Idem : Ἰόβιοι καὶ Ἐρκούλιοι, ὀνόματα τάξεων. Τάγματα γάρ τινα δαίμοσιν (δαίμονος ed. Bernh.) ἐπώνυμα. Ἰόβις γὰρ παρὰ Ἰταλοῖς ὁ Ζεὺς, Ἐρκούλιος δὲ ὁ Ἡρακλῆς. Eunapium de his narrasse ex eoque hausisse lexicographum suspicatur Boissonadius, collato Zosimo III, 30, 4 : Ἐτετάχατο δὲ ἐν τούτῳ Ἰοβιανοὶ καὶ Ἐρκουλιανοί. Ταγμάτων δὲ ταῦτα ὀνόματα, παρὰ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ καταστάντα, φερόντων τὰς τούτων ἐπωνυμίας· ὁ μὲν γὰρ Διὸς, ὁ δὲ Ἡρακλέους ἐπώνυμον εἶχε. Et lib. II, 42, 3 : Ἰοβιανῶν καὶ Ἐρκουλιανῶν· τάγματα δὲ ταῦτα (δαίμοσιν supplendum censet Boiss.) ἐπώνυμα. Ceterum cf. Valesius in Ammian. XXV, 6, 2, et Schwarzium in Mamertini Paneg. p. 93.]

7. ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ.

Eunapius Vit. Ædesi p. 25 ed. Boiss. : Κωνσταντῖνος μὲν οὖν καὶ Ἀβλάβιον τιμῶν ἐχολάζετο, καὶ ὅπως γε ἐτελεύτα ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται. Ἀβλαβίῳ δὲ τὸν παῖδα κατέλιπε Κωνστάντιον, συμβασιλεύσαντα μὲν αὐτῷ, διαδεξάμενον δὲ τὴν ἀρχὴν τοῦ πατρὸς σὺν Κωνσταντίνῳ καὶ Κώνσταντι τοῖς

4.

Carinus, Cari regis filius, adeptus potestatem arbitratu suo quidvis agendi, tantus tyrannus evasit, ut tyrannorum sævitiam a tragicis poetis celebratam aurum esse ostenderet : adeo vel nomen ipsum factis longe superavit. Nam pueris quidem nobilibus injuriæ per contumeliam illatæ, propter consuetudinem, ne injuriæ quidem existimabantur, sed hujusmodi peccata erant ipsi familiaria et quotidiana. Idem etiam crimina comminiscebatur, et jus dicebat illis, qui læsi essent, neque ullus eorum, qui in judicio litigabant, incolumis evadebat : quum præsertim inter multas et ineffabiles cædes quidam ex opulentioribus velut in communibus epulis gallinæ, animi et voluptatis gratia a Carino consumerentur. Horum alios ideo cæsos dicebat, quod suam formam non laudassent, alios, quod se declamantem, dum adhuc esset adolescens, non admirati fuissent, ut voluisset; peribant etiam nonnulli, quod coram ipso risissent. Omnino cuncta ejus facta prodigiis et ostentis erant graviora, et in mediis populis, ejus imperio subjectis, rabie grassabatur.

[5.]

Diocletianus reipublicæ rationem diligenter iniens idoneo copiarum numero limites imperii tutandos et castella exstruenda curavit.

[6.]

[*Jovii et Herculi*, nomina legionum. Sunt enim quædam legiones a diis sic denominatæ. Jovis enim apud Italos est qui græce Zeus, et Hercules qui Heracles vocatur.]

ὀστράκου μεταπεσόντος, ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐχώρησε τοῖς Ῥωμαίοις.

Postrema ex Eunapio affert Suidas v. Ὀστράκου περιστροφή. Eadem locutione proverbiali Eunapius utitur in Vit. Proæresii p. 80, ubi v. Boiss. Sententia spectat Julianum Cæsarem, qui Galliæ præfectus profligatas ibi res Romanorum erexit.

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΟΣ ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡ.

8 a.

[Suidas : Ἐξιστάμενος, ἀντὶ τοῦ παραχωρῶν. « Ὁ οὖν Μάρκελλος κύριος ἦν τῶν πραγμάτων, ὀνόματος μόνου καὶ σχήματος τῷ Ἰουλιανῷ ἐξιστάμενος, τὴν δὲ ἀληθεστέραν αὐτὸς ἀρχὴν μεταχειριζόμενος. » Eunapii hæc esse monet Valesius ad Ammian. Marcell. XVI, 4, 3. Constantius quum Julianum Cæsarem declarasset, τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσιν ἔπεμπεν (355 p. C.). Ἄπιστος δὲ ὢν φύσει, καὶ ὡς εὔνους αὐτῷ καὶ πιστὸς ἔσται μήπω τεθαρρηκώς, συνεκπέμπει Μάρκελλον αὐτῷ καὶ Σαλλούστιον, αὐτοῖς, καὶ οὐ τῷ Καίσαρι, τὴν αὐτόθι καταπιστεύσας διοίκησιν. Verba sunt Zosimi III, 2, 4. Cf. Julianus in Ep. ad Athen., ubi in Galliam missum dicit οὐκ ἄρχοντα μᾶλλον τῶν ἐκεῖσε στρατοπέδων, ἢ τοῖς ἐκεῖσε στρατηγοῖς ὑπακούσαντα.

9.

Exc. De sent. p. 255 : Ὅτι φησὶν Εὐνάπιος περὶ τοῦ παραβάτου Ἰουλιανοῦ· Τῆς δὲ στρατείας ταύτης σφοδροτάτης τε ἅμα καὶ κλεινοτάτης τῶν πρὸ αὐτῆς γενομένων τὴν διήγησιν ἐς τήνδε τὴν γραφὴν ἐντείνοντες, οὐ πεισόμεθα ταὐτὸν τοῖς ἐν ἡμέρᾳ δᾷδας ἀνασχοῦσιν, ἵνα τι κρυπτόμενον ἀνεύρωσιν· οὐδὲ ὑπὲρ ὧν ἱκανῶς ἅμα καὶ συνενθουσιῶν τοῖς ἑαυτοῦ καλοῖς βιβλίδιον ὅλον τῇδε ἀναθεὶς τῇ μάχῃ διῆλθεν ὁ βασιλικώτατος καὶ ἐν λόγοις Ἰουλιανός, αὐτοὶ παραβαλούμεθα καὶ συνεκθήσομεν ἑτέραν γραφὴν τὰ αὐτὰ σημαίνουσαν· ἀλλὰ τοῖς μὲν βουλομένοις τὸ μέγεθος τῶν ἐκείνου λόγων τε καὶ ἔργων ἀνασκοπεῖν τὸ περὶ τούτων βιβλίον ἐπιτάξομεν, καὶ πρὸς ἐκείνην φέρεσθαι τὴν ἀκτῖνα τῆς συγγραφῆς, ἐκ τῆς ἐνεργείας τῶν τότε ὑπ' αὐτοῦ πραχθέντων ἐπὶ τὴν τοῦ λόγου δύναμιν ἀπορρυεῖσαν καὶ διαλάμψασαν· αὐτοὶ δὲ ὅσον οὐ πρὸς ἅμιλλαν μειρακιώδη καὶ σοφιστικήν, ἀλλ' εἰς ἱστορικὴν ἀκρίβειαν ἀναστῆσαι καὶ διαπλάσαι τὸν λόγον, ἐπιῤῥαμούμεθα τὰ γεγενημένα, συνάπτοντες τοῖς εἰρημένοις τὰ ἑξόμενα.

« Juliani libellum, quo bella a se in Gallia gesta complexus fuerat, commemorat atque æque commendat etiam Libanius Or. XIII, tom. I, p. 412 Reisk. » Mai. Prœlium quod l. l. indicatur, est celeberrimum illud, quo Germanos fudit ad Argentoratum (357 p. C.). Zosimus III, 3, 6 : Συμμίξας δὲ τοῖς πολεμίοις, πάσης ὑπερβολῆς ἐπέκεινα τὸ τρόπαιον ἔστησεν, ἓξ μὲν ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ μυριάδων (χιλιάδων? *sex millia* sec. Ammian. XV, 22 : octacisχιλιοι νεκροὶ fuere sec. Liban. Or. ad. Jul.) ἀπολομένων, ἑτέρων δὲ τοσούτων ἁλομένων κατὰ τοῦ Ῥήνου καὶ διαφθαρεισῶν ἐν τῷ ῥεύματι. Ὥστε εἴ τις ἐθέλοι τῇ πρὸς Δαρεῖον Ἀλεξάνδρου μάχῃ ταύτην παραβαλεῖν τὴν νίκην, οὐκ ἂν εὕροι ταύτην ἐκείνης ἐλάττονα.

10.

Ibid. p. 256 : Ὅτι Ἰουλιανὸς τοὺς ἀρχομένους καὶ τοὺς πολεμίους ἐδίδασκεν ἅμα τίσι δοκεῖ (δεῖ? B.) τὸν ὄντως βασιλέα κρατεῖν, καὶ ὡς ἀνδρείᾳ μὲν καὶ ῥώμῃ καὶ χειρῶν κράτος πρὸς τοὺς ἀνθεστηκότας μόνον τῶν πολεμίων χρήσιμα, δικαιοσύνη δὲ μετ' ἐξουσίας ὥσπερ πηγή τις οὖσα τῶν ἀρετῶν καὶ τοὺς μὴ παρόντας χειροήθεις ἐμποιεῖ (τε ποιεῖν? B.) καὶ δουλοῦσθαι πέφυκε. Τοιαύτας ὑποτείνων ἀρετὰς καὶ σπέρματα φιλοσοφίας εἰς τοὺς ὑπηκόους ἅπαντας ἀπὸ βήματος ἐπέταττε Ῥωμαίοις μηδένα Σαλίων ἀδικεῖν, μηδὲ ὁπόσων ἡ σίνεσθαι τὴν ἰδίαν χώραν. Ἰδίαν δ' ἀπέφαινε πᾶσαν αὐτοὺς δεῖν ὑπολαμβάνειν, ἣν ἄνευ μάχης καὶ πόνων ἔχουσιν· ὡς ἀναγκαῖον εἶναι πολεμίαν τὴν τῶν πολε-

---

Hæc felicitas contigit, atque omnia, tanquam testa conversa, meliora Romanis fluere cœperunt.

8 a.

Penes Marcellum omnium rerum potestas erat, qui solum nomen et habitum Juliano concedebat, interiorem autem ipse imperii vim administrabat.

9.

De Juliano Apostata sic ait Eunapius : Hujus maximæ et quotquot antea fuerunt clarissimæ expeditionis narrationem scribere aggrediens, haud imitabor eos qui meridie faces attollunt, ut latens aliquid vestigent. Nam quia ipse Julianus, in scriptorum quoque numero princeps, suorum facinorum admiratione captus, libellum integrum super hoc proelio conscripsit, equidem haud illi me contendam, neque aliam historiam eadem de re instruam : sed eos qui orationis pariter et operum magnitudinem contemplari volunt, ad prædictum libellum ablegabo, atque ad illius scripturæ splendorem, qui nimirum ex operum ejus virtute in ipsius orationis facundiam radios projicit. Ego vero, haud puerilis vel sophisticæ æmulationis studiosus, sed ad historicam veritatem orationem meam conformans et dirigens, res gestas percurram, et ante dictis consequentia nectam.

10.

Julianus subjectos æque suos atque hostes edocuit, quanam ratione verus rex vincere debeat : et quod fortitudo ac robur manuumque vis contra hostes tantummodo in acie valeant; verum justitia cum imperio juncta fons quidam virtutum sit, eaque absentes quoque subditos sibi servosque faciat. Atque has Julianus virtutes philosophiæque semina de tribunali suo palam subditis cunctis ostentans, Romanos inhibuit, quominus quemquam Saliorum læderent, vel popularentur regionem propriam atque vastarent : propriam vero dicebat debere eos existimare regionem, quam sine pugna et labore tenerent. Quare opus esse, ut illam utique

ἀδελφοῖς. Ἐν δὲ τοῖς κατὰ τὸν θειότατον Ἰουλιανὸν ἀκριβέστερον ταῦτα εἴρηται.

Ablabius, præfectus prætorio, invidia ductus in Sopatrum favore apud Constantinum maxime pollentem, machinis suis effecit, ut æmulus capitali crimine circumventus jussu Constantini trucidaretur. Fuse rem exponit Eunapius l. l. p. 24. Ipse Ablabius deinde a Constantio (337 p. C.) supplicio affectus est. Zosimus II, 40 · Ἀνῃρέθη δὲ τότε Ἀβλάβιος ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος, τῆς Δίκης ἀξίαν αὐτῷ ποινὴν ἐπιθείσης, ἀνθ' ὧν ἐβούλευσε θάνατον Σωπάτρῳ τῷ φιλοσόφῳ, φθόνῳ τῆς Κωνσταντίνου πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος. De mortis genere vide Eunapium l. l. p. 25 sq.

7 a. ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΟΣ.

Exc. De sent. p. 253 : ..... ἀλλ' ἡ μὲν παροιμία φησὶ τὸ θέρος ἐπὶ τῇ καλάμῃ φαίνεσθαι· τότε δὲ ὁ Κωνστάντιος ἐδείκνυ τοῦ πατρὸς ὤν.

Ὅτι κατὰ τὸν Ἰουλιανὸν τὸν Καίσαρα δοκοῦν τῷ αὐτῷ Κωνσταντίῳ βεβουλεῦσθαι καλῶς, ὁ χρόνος τὴν πεῖραν ἐς τὸ ἐναντίον ἔστρεφεν, ταῖς τοῦ Καίσαρος ἀρεταῖς συνευθουσιώσης ἤδη τῆς τύχης, καὶ σχεδὸν ἑκάστης ἡμέρας ξένα καὶ ποικίλα φερούσης τῷ βασιλεῖ διηγήματα· ἐφ' οἷς ὁ Κωνστάντιος δακνόμενος ἤδη καὶ δυσφορῶν ὑπὸ φθόνου, τοὺς ἡγουμένους τῶν φύσει πολεμίων ἐπετείχιζε τῷ Καίσαρι, καὶ τὴν αὐτοῦ προσετίθει τοῖς ἐχθροῖς δύναμιν, μόνα ὁρῶν τὰ ἤδεα, καὶ τὸ οἰκεῖον ξένον ὑπολαμβάνων, εἰ σὺν τῷ Καίσαρι σώζοιτο, καὶ τὸ ξένον οἰκεῖον, εἰ καταλύοι μεθ' ἑαυτοῦ τὸν Καίσαρα· ὥστε ὁ πόλεμος εἰς τὸ ὕπουλον μεταβαλὼν καὶ τὸ φύσει πολέμιον ἐποίει σύμμαχον.

8.

Exc. De sent. p. 254 et 255 :

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ ΤΟΥ Β' ΛΟΓΟΥ.

Τὰ μὲν οὖν ἀπὸ τῆς Δεξίππου συγγραφῆς ἐς τοὺς Ἰουλιανοῦ καθήκοντα [καιροὺς], ὡς ἐνῆν μάλιστα διὰ τῶν ἀναγκαίων ἐπιτρέχουσιν, ἱκανῶς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν δεδήλωται· φέρεται δὲ ἐντεῦθεν ὁ λόγος ἐφ' ὅπερ ἐφέρετο ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἀναγκάζει γε τοῖς ἔργοις ἐνδιατρίβειν ὥσπερ τι πρὸς αὐτὸν ἐρωτικὸν πεπονθότας. Οὔ τι μὰ Δία τεθεαμένους ἢ πεπειραμένους· κομιδῇ γὰρ ἦν ὁ γράφων τάδε παῖς, ἡνίκα ἐβασίλευσεν· ἀλλὰ δεινόν τι χρῆμα καὶ ἀπαραίτητον εἰς ἔρωτα τὸ κοινὸν ἀνθρώπων ἁπάντων πάθος καὶ τὸ τῆς ἐφ' αὐτῷ (ἐπ' αὐτῷ? B.) δόξης ἀστασίαστον. Πῶς γὰρ ἦν σιωπᾶν ὑπὲρ ὧν οὐδεὶς ἔφερε σιωπᾶν (σωπήν? N.); πῶς δὲ μὴ λέγειν ὅσα καὶ οἱ μὴ δυνάμενοι λέγειν ἀπὸ στόματος ἔρραζον, ἐς γλυκεῖάν τινα καὶ χρυσῆν διατριβὴν τὴν ἐκείνου ἀναφέροντες (μνήμην suppl. N.); Καὶ ὁ μὲν πολὺς ἄνθρωπος ταῦτα πάσχοντες ὅμως ἧττον ἐς τὸ γράφειν ἐξεδιάζοντο· τὸ δὲ ἐξαίρετον, καὶ ὅ τι περ ἦν ἐν παιδείᾳ γνωριμώτατον, οὐδὲ ἀριέντα ἦφίεσαν, ἀλλ' ἐνέκειντο παραθαρσύνοντες ὡς ἐπιλησόμενοι (συνεπιλ.? B.) τοῦ πόνου. Ὁ δὲ ἐς τὰ μάλιστα γεγονὼς αὐτῷ γνώριμος, ὁ Περγαμηνὸς ἀνὴρ Ὀριβάσιος, ἐκ φυσικῆς φιλοσοφίας ἰατρικὴν ἐπιτάττειν ἄριστος καὶ ὁρᾶν ἔτι θειότερος, καὶ ἀσεβήσειν ἑβδόᾳ περιφανῶς, εἰ μὴ συγγράφοιμι· καὶ τῶν γε πράξεων (πάσας δὲ ἠπίστατο παρὼν ἁπάσαις) μάλα ἀκριβῶς ὑπόμνημα συντελεῖ πρὸς τὴν γραφήν· ὥστε οὐκ ἦν ἀναβολὴ καὶ βουλομένῳ ῥᾳθυμεῖν.

Τοῦτο ἐγένετο τὸ εὐτύχημα, καὶ πάντα, ὥσπερ

---

7 a.

Ait vero proverbium : messem calamus ostendit. Tunc ergo Constantius, quonam parente satus esset, palam fecit.

Quæ consilia Constantius contra Julianum Cæsarem adornavisse ex utilitate sua putabat, ea feliciter tempus in contrarium vertit : Cæsaris virtutibus faveute jam studiosissime fortuna, et prope quotidie novis variisque nuntiis ad Augustum delatis : quibus morsus Constantius et jam æger invidia, in Cæsarem acerrimorum hostium duces incitavit, atque horum odiis vim ipsemet suam adjunxit. Et jam unice commodum suum respiciens, suos pro alienis habebat, si cum Cæsare salvi essent; alienos pro suis, dummodo Cæsari secum insidiarentur. Quare hoc belli subdolum genus eos etiam, qui naturaliter hostes erant, socios esse effecit.

LIBRI SECUNDI PROŒMIUM.

8.

Res itaque post Dexippi historiam usque ad Juliani tempora gestæ satis in superioribus, quantum summa quæque attingenti licuit, declaratæ fuerunt. Deinceps oratio fertur ad eum, quem jam ab initio spectabat, Cæsarem; cogitque nos in ejus gestis versari, amatorio veluti stimulo erga illum pellectos : non quod per Jovem nos eum viderimus, vel consuetudinem cum eo habuerimus : prorsus enim adolescentulus erat qui hæc scribit, dum ille regnabat : sed profecto magnum creat atque insuperabilem amorem concors hominum communisque sensus, et firmissima de illo principe existimatio. Nam quomodo nobis silere liceret, de quo nemo conticescere poterat? Cur ea non diceremus, quæ fandi etiam imperiti nihilominus loquebantur, laudem illius dulce quoddam et aureum officium ducentes? Et vulgus quidem quanquam ita esset affectum, minus me tamen ad scribendum compellebat; sed enim spectati homines et quotquot erant doctrina illustrissimi, remissum me non remittebant, verum hortando instabant ac præ se ferendo laboris quandam communionem. Qui vero Julianum maxime noverat Pergamenus Oribasius, homo a naturali philosophia ad medicam artem docendam paratissimus, et ad exercendam adhuc divinior, me etiam impium inclamabat aperte, nisi ad scribendum incumberem. Idem rerum quoque gestarum, quas omnes utpote præsens noverat, perquam accuratos commentarios mihi ad historiam scribendam suppeditavit. Quare non fuit morandi potestas, etiamsi otiari voluissem.

μούντων ἡγεῖσθαι καὶ νομίζειν, οἰκείαν δὲ τὴν τῶν παραχωρηκότων.

Ὅτι εἰώθει Ἰουλιανὸς ἀρχὴν νίκης, οὐ πολέμου τίθεσθαι.

De expeditione Juliani contra Chamavos et Salios (358 p. C.) vide Zosimum III, 6, ubi inter alia : Ἀντεπῆλθε μὲν τοῖς Κυάδοις (deb. Χαμάβοις)· παρηγγυᾷ δὲ τῷ στρατῷ, τούτοις μὲν κατὰ τὸ κρατερὸν διαμάχεσθαι, Σαλίων δὲ μηδένα κτείνειν ἢ κωλύειν ἐπὶ τὰ Ῥωμαίων ὅρια διαβαίνειν κτλ. Paucis hæc absolvit Ammian. XVII, 8. Cf. Julian. Orat. I.

1.

Ibid. p. 257 : Τοῦτον δεξάμενος ἑταῖρον ἐφ' ἑαυτῷ συνιστάμενον εἶχεν· εἶτ' ἄλλος προσῄει, καὶ πλῆθος ἦν· καὶ καθάπερ οἱ Πυθαγόρειοί φασι, μονάδος ἐπὶ δυάδα κινηθείσης οὐκέτι τὴν τῶν ἀριθμῶν ἠρεμεῖν φύσιν, ἀλλὰ διαχεῖσθαι καὶ ῥεῖν ἐς πολύ, οὕτω, Χαριέττονος Κερκίωνα προσλαβόντος, αἵ τε πράξεις ἐπὶ πολὺ προῆσαν, καὶ ὁ τῶν συνισταμένων ὄχλος ἀνάλογον ἠκολούθει ταῖς πράξεσιν.

« Abruptam ponit Constantinianus eclogarius narrationem de Chariettone, quam Zosimus III, 7, integram scribit, Eunapium sine dubio sectans, sed tamen aliis verbis utens. Summa rei est hæc : Charietto Gallus, magna vir præditus audacia et viribus, quum ante Juliani in Galliam adventum adflictas Quadorum incursionibus urbes videret, adsumpto sibi latronum comitatu, nocturnis insidiis trucidare Quados cœpit; quam rem postea superveniens Julianus ratam habuit, et Chariettonem auctoritate sua atque auxiliis confirmavit. » Mai. — Κερκίωνα] « Tropo quodam utens, loco latronum gallicanorum ponit Cercionem [Cercyonem], famosum illum Atticæ grassatorem, quem Theseus interfecit. Atque hæc est Eunapii, quam Photius cod. 77 admirabatur, ἀστειότης. » Mai. Dubito an tam insulse vel Eunapius luserit.

Suidas : Ἀνεῖχεν, ἐκώλυε. « Χαριέττων μὲν οὖν καὶ πρὸ τούτου φανερός τις ὢν καὶ ἀνυπόστατος τῷ τε πλεονάζοντι τοῦ ὁραστηρίου φοβῶν, ἀνεῖχεν ἀπὸ λῃστείας ἅπαντας. » Eunapio hæc vindicavit Valesius ad Ammian. XXII, 11. Cf. Zosimus III, 7, 4.

Idem v. Γιγαντώδης : « Ἐδόκει γὰρ τὸ σῶμα γιγαντώδης εἶναι καὶ τὸν θυμὸν θηριώδης, καὶ ἐς ἀγχίνοιαν τῶν συλλῃστευόντων ἁπάντων πολυπλοκώτερος. » Hæc ex eodem fonte ducta esse censet Majus, collato Zosimo III, 7, 1, qui de Chariettone : Ἀνήρ τις ἦν, μέγεθος σώματος ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἔχων, καὶ τὴν ἀνδρείαν ἀνάλογον τῷ σώματι.

12.

Exc. De legat. p. 15 P. (11 V.) : Ὅτι τοῦ Ἰουλιανοῦ ἐς τὴν πολεμίαν χωροῦντος, καὶ τῶν Χαμάβων ἱκετευόντων φείσεσθαι καὶ ταύτης ὡς οἰκείας, ὁ Ἰουλιανὸς συνεχώρει, καὶ τὸν βασιλέα σφῶν προελθεῖν κελεύσας, ἐπειδὴ προῆλθε καὶ ἐπὶ τῆς ὄχθης εἶδεν ἑστηκότα, ἐπιβὰς πλοίου (τὸ πλοῖον οὖν ἔχων (ἦν ἐκτὸς?) τοξεύματος), ἑρμηνέα ἔχων διελέγετο τοῖς βαρβάροις. Ἐκείνων δὲ πάντα ποιεῖν ὄντων ἑτοίμων, ὁρῶν εὐπρόσωπόν τε ἅμα καὶ ἀναγκαίαν αὐτῷ τὴν εἰρήνην (Χαμάβων γὰρ μὴ βουλομένων ἀδύνατόν ἐστι τὴν τῆς Βρεττανικῆς νήσου σιτοπομπίαν ἐπὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ φρούρια διαπέμπεσθαι), καμπτόμενος ὑπὸ τῆς χρείας χαρίζεται τὴν εἰρήνην, καὶ ὅμηρα ᾔτει λαβεῖν πίστεως ἕνεκεν. Τῶν δὲ ἱκανοὺς εἶναι αἰχμαλώτους λεγόντων, ἐκείνους ἔφη τὸν πόλεμον αὐτῷ δεδωκέναι, καθ' ὁμολογίαν γὰρ μὴ λαβεῖν· νυνὶ δὲ ζητεῖν παρ' αὐτῶν τοὺς ἀρίστους, εἰ μὴ τεχνάζουσι περὶ τὴν εἰρήνην. Τῶν δὲ ἱκετευόντων καὶ ἀξιούντων εἰπεῖν οὓς βούλεται, μεταλαβὼν αὖθις τὸν τοῦ βασιλέως αὐτῶν αἰτεῖται παῖδα, πλαττόμενος, ὃν εἶχεν αἰχμάλωτον, ὥσπερ οὐκ ἔχων.

---

trosticam crederent, cujus incolæ armis resisterent; verumtamen illam propriæ instar haberent, quæ jam sui deditionem fecisset.

Julianus non pugnam, sed victoriam exordiri solebat.

11.

Hunc (*Chariettonem*) in sodalitatem receptum lateri suo adhærentem habebat : tum alius accedebat, fiebatque numerus. Et quemadmodum Pythagorei aiunt monadem, si ad dyadem adjiciatur, haud jam retinere solitariæ notæ rationem, sed diffundi atque in pluralem numerum crescere; ita postquam Charietto Cercionem sibi adjunxit, plura jam facinora edebantur, et jam sociorum turba propter felicem factorum successum sequebatur.

Charietto igitur, quum et ante vir clarus esset et invictus et insigni rerum gerendarum audacia alios terreret, omnes a latrocinando prohibebat.

Videbatur enim (*Charietto*) et corpore gigantis esse et animo ferino et ingenii acumine et dolo omnes latrociniorum suorum socios longe superare.

12.

Quum Julianus in terram hostilem irrupisset, et Chamavi supplicarent, ut genti, tanquam quæ sua esset, parceret, assensus est, et eorum regem ad se venire jussit. Ut venit, et eum ad ripam stantem vidit, navem adscendens (erat autem navis extra teli jactum), per interpretem cum barbaris disseruit. Quum vero illi parati essent imperata facere, et videret pacem peropportunam esse et necessariam (etenim Chamavis invitis, e Britannia insula Romanis coloniis commeatus immitti nequeunt), utilitate adductus, pacem indulsit, et fidei firmandæ gratia obsides petiit. Quum dicerent idoneos esse eos qui in bello capti essent, hos bellum dixit sibi tradidisse, ex fœdere minime sumpsisse; nunc autem nobiliores postulare, nisi quid doli in pace convenienda excogitarent. Quum supplices orarent atque ob-

Ἐνταῦθα δ' τε βασιλεὺς αὐτῶν καὶ οἱ βάρβαροι πρηνεῖς ἐκταθέντες, οἰμωγῇ τε ἀφθόνῳ καὶ ὀλοφύρσει προσεκέχρηντο, δεόμενοι μηδὲν ἀδύνατον ἐπιτάττεσθαι· ἀδύνατον δὲ αὐτοῖς εἶναι καὶ τοὺς πεσόντας ἀναστῆσαι καὶ ὁμήρους δοῦναι τοὺς τετελευτηκότας. Γενομένης δὲ σιωπῆς, ὁ τῶν βαρβάρων βασιλεὺς ἀναβοήσας μέγιστον ὅσον, « Εἴθε ἔζη μοι, ἔφη, ὁ παῖς, ἵνα σοι δοθεὶς ὅμηρος, ὦ Καῖσαρ, δουλείαν ηὐτύχει τῆς ἐμῆς βασιλείας εὐδαιμονεστέραν. Ἀλλ' ὑπὸ σοῦ τέθνηκεν, ἀτυχήσας ἴσως καὶ τὸ ἀγνοηθῆναι. Πολέμῳ γὰρ ἐπίστευσε τὸ σῶμα νέος ὤν, ὃν σὺ μόνον ἀντάξιον εἰρήνης ὑπολαμβάνεις. Καὶ νῦν, ὦ βασιλεῦ, σὺ μὲν ἐξαιτεῖς ὡς ὄντα, ἐγὼ δ' ἄρχομαι θρηνεῖν, συνορῶν τίνα οὐκ ἔχω. Παῖδα γὰρ ὁδυρόμενος ἕνα, καὶ κοινὴν εἰρήνην τῷ παιδὶ συναπολώλεκα. Κἂν μὲν πιστεύσῃς τοῖς ἐμοῖς ἀτυχήμασι, παραμυθίαν ἔχει μοι τὸ πάθος ὡς ὑπὲρ ἁπάντων ἠτυχηκότι· ἂν δὲ ἀπιστήσῃς, καὶ πατὴρ ἀτυχὴς καὶ βασιλεὺς ὀρθήσομαι. Τοῖς γὰρ ἐμοῖς κακοῖς οὐκ ἀκολουθήσει μὲν ὁ παρὰ τῶν ἄλλων ἔλεος, ὅσπερ ἅπασιν ὀφείλεται τοῖς ἐν τοιούτοις καθεστηκόσι, προσκείσονται δὲ αἱ κοιναὶ συμφοραί. Καὶ οὐ παραιτήσομαι τοὺς ἄλλους ἀτυχιῶν, ἀλλὰ κοινωνεῖν ἐμοὶ τῶν δεινῶν ἀναγκάσω, τοσοῦτον ἀπολαύων τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας ὅσον ἀτυχεῖν μόνος μὴ δύνασθαι. » Τούτων ἀκούων ὁ βασιλεὺς τήν τε ψυχὴν ἔπαθε, καὶ τοῖς λεγομένοις εὐπαθῶς ἐξεδάκρυσε. Καὶ καθάπερ ἐν τοῖς δράμασιν, ὅταν εἰς ἄπορον καὶ δύσλυτον αἱ τῶν ὑποκειμένων ἔργων πλοκαὶ τελευτήσωσιν, ὁ καλούμενος ἀπὸ μηχανῆς θεὸς ἐπεισόδιος εἰς μέσον ἕλκεται, πάντα συμπεραίνων καὶ καταστρέφων ἐπὶ τὸ σαφέστερον καὶ εὔκριτον, οὕτω καὶ αὐτὸς ἐπὶ πράγμασιν ἀμηχάνοις καὶ δυσεξόδοις, μετ' οἰμωγῆς ἁπάντων τὴν μὲν εἰρήνην αἰτούντων, τὸν δὲ ἐπιζητούμενον ὅμηρον ἀπαγορευόντων μὴ ἔχειν, τόν τε νεανίσκον παραγαγὼν ἅπασιν ἔδειξε βασιλικῶς παρ' αὐτοῦ διαιτώμενον, καὶ διαλεχθῆναι τῷ πατρὶ κελεύσας ὅσα ἐβούλετο, περιεσκόπει τὸ πραχθησόμενον. Τὰ δὲ ἐπὶ τούτοις ἦν ἄξια τούτων. Οὐκ ἔτεκεν ὁ ἥλιος τοιαύτην ἡμέραν, οἵαν τότε ἐξῆν τοῖς παροῦσιν ὁρᾶν καὶ ἱστορεῖν. Οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ θορύβου καὶ θρήνων ἐκπλήξει καὶ θάμβει συνδεθέντες ἐς τὸ ἀκίνητον ἐπάγησαν, ὥσπερ Ἰουλιανοῦ δείξαντος αὐτοῖς οὐ τὸν νεανίσκον, ἀλλ' εἴδωλον. Ὁ δὲ βασιλεὺς, ἐπεὶ ἡσυχία μυστηρίων ἁπάντων ἐγένετο σταθερωτέρα, βαρὺ φθεγξάμενος εἰς μέσον, « Τοῦτον, εἶπεν, ὁ μὲν ὑμέτερος, ὡς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε, πόλεμος ἀπολώλεκε, θεὸς δὲ ἴσως καὶ τὸ Ῥωμαίων σέσωκε φιλάνθρωπον. Ἔξω δὲ αὐτὸν ὅμηρον, οὐ παρ' ὑμῶν καθ' ὁμολογίαν, ἀλλὰ παρὰ τοῦ πολέμου λαβὼν καὶ τῷ κρατεῖν ἀρκούμενος. Καὶ οὗτος μὲν οὐδενὸς ἀτυχήσει τῶν καλλίστων ἐμοὶ ξυνών· ὑμεῖς δὲ πειρώμενοι παραβαίνειν τὰς συνθήκας ἀποτεύξεσθε πάντων. Φημὶ δὲ οὐχ ὅτι κολάσομαι τὸν ὅμηρον, ὃν οὔτε ἐνέχυρον παρ' ὑμῶν εἴληφα τῆς εἰρήνης, ἀλλ' ἀνδρείας ἀπόδειξιν καθ' ὑμῶν ἔχω· ὃ καὶ ἄλλως ἄνισον καὶ θεμιτὸς, τοὺς οὐδὲν ἀδικοῦντας ὑπὲρ τῶν ἀδικούντων δάκνειν καὶ σπαράττειν, ὥσπερ τὰ θηρία τοὺς ἀπαντῶντας, ὅταν ὑφ' ἑτέρων διώκηται· ἀλλ' ὅτι πρῶ-

---

testarentur ut palam faceret quos vellet, iterum cum his sermone congrediens, ipsorum regis filium petit, quem captivum in sua potestate habebat, fingens tanquam non haberet. Ad quæ barbarorum rex et barbari, ad pedes jacentes, fletu largo et ejulatu usi, precibus contenderunt, ne quid imperaret quod præstare nequirent. Nec enim se posse eos qui periissent in vitam revocare, et eos qui mortui essent obsides dare. Silentio facto, barbarorum rex voce quam maxima potuit exclamavit : « Utinam viveret filius meus, ut tibi traditus obses, o Cæsar, feliciorem regno meo apud te servitutem serviret! Sed tuis armis cecidit, fortasse etiam a vobis non cognitus. Belli enim periculis suum corpus juvenis objecit, quem idoneum pacis vadem censes, et tu nunc eum, o Imperator, tanquam vivat, exposcis. Ego vero miser nunc primum lamentari incipio, quandoquidem qualem non habeam, nunc demum intelligo. Filium enim unicum lugens, et pacem communem una cum filio perdidi. Si meas miserias tantas esse, quantæ sunt, credideris, id consolationis habebit dolor, quod pro omnium salute hunc casum subierim : sin fidem abrogaris, et pater infelix et rex conspiciar. Nam non solum aliis mea mala commiserationem non movebunt, quæ omnibus debetur ejusmodi doloribus afflictis; sed accedent etiam publicæ calamitates; neque ceteros a miseriis defendam, sed communicabo meas cum multis, in hoc tantum regia potestate fruens, quod mihi soli non licet infelicem esse. » Hæc ubi imperator audivit, apud animum sæum summo mœrore est affectus, et eorum, quæ dicta erant, commiseratione punctus, tenere illacrimavit. Et quemadmodum in comœdiis, quando res involutæ et perplexæ ad ambigua et explicatu difficilia vergunt, deus qui vocatur ex machina in medium trahitur, qui omnia componit et tristia lætis mutat : ita Julianus, ubi res in magna difficultate versabantur, quum omnes cum fletu pacem peterent, neque obsidem, quem peteret, se habere testarentur, in medium adolescentem adductum omnium conspectui atque oculis subjecit, regie apud se habitum. Quumque eum disserere cum patre quæ volebat jussisset, ad ea, quæ deinceps agenda erant, advertit. Quæ sunt consecuta, his consentanea fuerunt. Non protulit sol diem qualis illa fuit, quam tunc videre et intueri his, qui aderant, licuit. Barbari enim, a mœrore et lamentis stupore et admiratione correpti, immobiles et fixi steterunt tanquam Julianus illis exhibuisset non adolescentem, sed falsam imaginem adolescentis. At imperator, ubi silentium altius, quam in mysteriis solitum, factum erat, graviter in medio loquens, « Hunc quidem, inquit, ut vos existimatis, vestrum bellum perdiderat : sed deus fortasse et Romanorum benignitas restituit. Habebo ego ipsum obsidem, neque eum a vobis ex conventione, sed a bello ipso, contentus vicisse; et illum quidem amplissima quæque non deficient, dum mea consuetudine fruetur. Quodsi conabimini a fœdere discedere, omnium jacturam facietis. Hoc dico non quod sæviam in obsidem, quem apud me habeo, non tanquam pignus pacis, sed meæ erga vos virtutis documentum. Est enim impium et minime deo gratum, eos, qui nihil commeruerunt, pro his qui deliquerunt, morsu appetere et laniare, ut feræ bestiæ quicquid occurrit et obvium est, si quis eos persequitur. Sed primum quia a vobis initium injuriæ fa-

τον μὲν ἄρξετε χειρῶν ἀδίκων, οὗ μείζων ὄλεθρος οὐκ ἔστιν ἀνθρώποις, κἂν δοκῶσι πρὸς τὸ βραχὺ καὶ παρὸν ἐπιτυγχάνειν· δεύτερον δὲ ὅτι πρὸς Ῥωμαίους ὑμῖν ὁ λόγος ἔσται καὶμὲ τὸν ἄρχοντα τούτων, ὃν οὔτε πολεμοῦντες οὔτε εἰρήνην αἰτοῦντες ἐνικήσατε. » Προσεχύνησαν ἐπὶ τούτοις ἅπαντες καὶ ἀνευφήμουν, θεόν τινα ἐπὶ τοῖς λόγοις ἡγούμενοι. Σπεισάμενος γοῦν καὶ τὴν τοῦ Νεβισγάστου μητέρα μόνον αἰτήσας, ἐκείνων ὁμολογούντων τε ἅμα καὶ δόντων, ἀνέζευξεν ἐπὶ τοιαύταις πράξεσι, μετοπώρου τε ἑστηκότος (ἐξεστηκότος Wyttenb.) καὶ χειμῶνος ἤδη συνισταμένου καὶ διαψύχοντος.

Res pertinet ad ann. 358 p. C. Eandem historiam vide ap. Petrum Patricium (Exc. De legg. p. 131 ed. Nieb.). Paucis hæc exponit Zosimus III, 7, nisi quod pro *Chamavis* perperam ponuntur *Quadi*. Præter Ammianum Marcellin. XVII, 8, 5, cf. Julianus in Ep. ad Athen. p. 280 A.

13.

Ibid. p. 17 : Ὅτι Βαδομάριός τις δυνάμει καὶ τόλμῃ προεῖχε Γερμανῶν, καὶ ἐς τοῦτο ὑπετύφετο μεγαλαυχίας, ὥστε ἐτύγχανε μὲν ὄμηρον τὸν ἑαυτοῦ δεδωκὼς υἱόν, ἕως ἂν ἀποδῷ τοὺς αἰχμαλώτους, οὓς ἐκ τῆς καταδρομῆς εἶχε συνηρπασμένους, τούτους δὲ οὐκ ἀποδιδοὺς ἀπῄτει τὸν ὅμηρον, πολλὰ ἀπειλῶν, εἰ μὴ λάβοι. Ἀποπέμπει δὴ τοῦτον Ἰουλιανὸς αὐτῷ, τοσοῦτον ἐπιθείς, ὡς οὐκ ἔστιν ἀξιόπιστον ἓν μειράκιον ὑπὲρ πολλῶν εὐγενεστέρων ὁμηρεῦον παρ' αὐτῷ· ἀλλ' ἢ τοὺς αἰχμαλώτους ἀποδιδόναι προσῆκον, ὄντας ὑπὲρ τρισχιλίους, τοῖς αὐτίκα ἥξουσι πρέσβεσιν, ἢ ἀδικοῦντα εἰδέναι. Ταῦτα ἔγραφέ τε καὶ τὴν πρεσβείαν ἐστελλε. Καὶ αὐτὸς εἵπετο τῇ πρεσβείᾳ ἀπὸ Νεμέτων ἄρας ἐπὶ τὸν Ῥῆνον. Ἤδη τε ἦν πρὸς τοῖς Ῥαυράκοις, ὅ ἐστι φρούριον.

Quæ h. l. de Badomario leguntur, aliunde non nota sunt. Apud Zosimum III, 4 *Badomarius* prave appellatur, qui *Chnodomarius* dicendus erat. Vide Reitemeyer. ad Zosim. l. l. Res pertinere videtur ad ann. 359.

14.

Exc. De sentent. p. 257 : Ὅτι φησὶν ὁ Εὐνάπιος περὶ Ἰουλιανοῦ· Ἐνταῦθα δὲ γενομένους μεμνῆσθαι προσῆκεν, ὡς νῦν ἡ γραφὴ περιέχει τὰ τοῦ Καίσαρος ἔργα, ταῦτα δὲ ἐγίνετο Κωνσταντίου βασιλεύοντος· ὥσπερ οὖν ἐν τοῖς κατὰ Κωνστάντιον ἀμφοτέρων μεμνημένη τὰ τοῦ προκειμένου Κωνσταντίου μᾶλλον εἶλκεν καὶ παρῆγεν εἰς τὸν λόγον, οὕτως ἐπειδὴ τὸν λόγον ἐκ τῆς γενέσεως εἰς Ἰουλιανὸν ἐλθόντα τὸν Καίσαρα νῦν ἀναγράφει, ἐπιμνήσεται πάλιν, ἐς ὅσον ἂν ἐγχωρῇ αὖ, τῶν κατὰ τοὺς παραπίπτοντας καιροὺς εἰς τὸν Καίσαρα Κωνσταντίῳ συντεθειμένων τε καὶ μεμηχανημένων.

2. Ὁ μὲν γὰρ Ῥωμαῖος Μάριος τὸν ἀντίπαλον Σύλλαν διπλοῦν θηρίον ἀποκαλῶν, ἀλώπεκα καὶ λέοντα, μᾶλλον ἔφασκε φοβεῖσθαι τὴν ἀλώπεκα· Κωνσταντίῳ δὲ λέων μὲν οὐδεὶς παρῆν, πολλαὶ δὲ ἀλώπεκες κύκλῳ περιτρέχουσαι διεθορύβουν τὸν Καίσαρα.

3. Πᾶσα δ' ἡ βία τὴν γραφὴν κατὰ μικρὰ καὶ ἐπὶ Κωνστάντιον φέρεσθαι, καὶ τῶν ὑπ' ἐκείνου πραττομένων ἕκαστον ἀναγαγεῖν ἐπὶ καιροὺς καθ' οὓς ἐγίνετο καὶ συνέπιπτεν.

4. Τότε δὴ ὁ Κωνστάντιος ἐφ' οἷς (χαίρειν supp. N.)

---

Primo Arcadii anno Alarichus per Thermopylas in Græciam irrumpens Bœotiam et Atticam vastavit, ipsasque oppugnare aggressus est Athenas, quas tutabatur cum Achille Minerva. De his ad Historiarum suarum volumina Eunapius lectorem ablegat in Vita Maximi p. 52 : ... καὶ οὐκ εἰς μακρὰν πολλῶν καὶ ἀδιηγήτων ἐπικλυσθέντων κακῶν (ὧν τὰ μὲν ἐν τοῖς διεξοδικοῖς τῆς ἱστορίας εἴρηται, τὰ δὲ, ἐὰν ἐπιτρέπῃ τὸ θεῖον, λελέξεται), ὅτε Ἀλλάριχος ἔχων τοὺς βαρβάρους διὰ τῶν Πυλῶν παρῆλθεν, ὥσπερ διὰ σταδίου καὶ ἱπποκρότου πεδίου τρέχων. Τοιαύτας αὐτῷ τὰς πύλας ἀπέδειξε τῆς Ἑλλάδος ἢ τε τῶν τὰ φαιὰ ἱμάτια ἐχόντων ἀκωλύτως προσπαρεισελθόντων ἀσέβεια, καὶ ὁ τῶν ἱεροφαντικῶν θεσμῶν παραρραγεὶς νόμος καὶ σύνθεσμος. Postremis Eunapius, Wyttenbachio interprete, significat Christianos monachos simul cum Gothis per Thermopylas in Græciam invasisse et patria avitaque templa evertisse. (Aliter Tillemont l. l. V, p. 434.) In isto tumultu perierunt Priscus ille, Juliani olim favore pollens, et Proterius et Hilarius quidam, teste Eunapio in Vita Prisci p. 67 : Καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸ βαθὺ διαφυλάττων ἦθος (sc. Priscus), καὶ γελῶν τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν, τοῖς τῆς Ἑλλάδος ἱεροῖς... συναπώλετο· πολλῶν καὶ ἄλλων ἐν τῷδε τῷ χρόνῳ τῶν μὲν διὰ λύπην προϊεμένων τὸν βίον, οἱ δὲ ὑπὸ τῶν βαρβάρων κατεκόπτοντο· ἐν οἷς Προτέριός τε ἦν τις ἐκ Καππαδοκίας τῆς νήσου, καὶ ἐμαρτυρεῖτο καλὸς καὶ ἀγαθὸς εἶναι. Ἱλάριον δὲ καὶ ὁ ταῦτα γράφων ἠπίστατο, ἄνδρα Βιθυνὸν μὲν τὸ γένος, Ἀθήνῃσι δὲ καταγηράσαντα, πρὸς δὲ τῷ καθαρῷ τῆς ἄλλης παιδείας, κατὰ γραφικὴν οὕτω φιλοσοφήσαντα, ὥστε οὐκ ἐτεθνήκει ἐν ταῖς ἐκείνου χερσὶν ὁ Εὐφράνωρ. Καὶ ὁ ταῦτα γράφων διὰ τοῦτο αὐτὸν τὸ ἐν εἴδεσι καλὸν ἐθαύμαζε καὶ ὑπερηγάπα. Ἀλλ' ὅμως καὶ Ἱλάριος τῶν ἀπολαυσάντων ἦν τῆς κοινῆς συμφορᾶς, ἔξω μὲν εὐρεθεὶς τῶν Ἀθηνῶν (πλησίον γάρ που Κορίνθου διέτριβε), κατακοπεὶς δὲ παρὰ τῶν βαρβάρων ἅμα τοῖς οἰκέταις. Καὶ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς διεξοδικοῖς, ἐὰν τῷ δαίμονι δόξῃ, γραφήσεται, οὐ τὰ καθ' ἕκαστον ἔχοντα, ἀλλὰ τὸ κοινὸν, ὃ ἐκεῖ σαφέστερον λελέξεται. « Hac Gothorum in Græciam incursione, Wyttenbachius ait, Athenas non captas esse, et hic significat Eunapius, et in opere Historiæ Romanæ fusius declarasse videtur, siquidem ejus sectator Zosimus V, 6 copiosus est in hoc loco, urbem divino munere ex isto periculo servatam tradens, circumeunte muros Minerva, et ante eos stante Achille : quorum conspectu perculsos hostes oppugnandi propositum abjecisse. At alii veteres urbem pariter, ut alias Græcas urbes, captam perhibent : quorum testimoniis nituntur Tillemontius (V, p. 188) et Corsinus (F. Att. IV, p. 197) : nituntur etiam eo, quod Eunapius supra in Maximo p. 52 dixit per Alarichi incursionem mysteria Cereris Athenis cessasse; quæ sane ratiuncula levis est ad fidem de servata urbe elevandam : et diserte refellitur præsente loco Eunapii, quo per verba ἔξω τῶν Ἀθηνῶν ostenditur, eos, qui intra urbem manserint, servatos esse : ad quem locum illi viri non attenderunt. Equidem haud dubito in judicio de hac Zosimi narratione sequi duos novissimos ejus annotatores : quorum Reitemeyerus cum cum aliis in concordiam redigi posse putat, ut Attica tantum regio, salvis Athenis ipsis, hostium injuriam experta esse credatur : Philostorgius vero (XII, 2), Alarichum intrasse Athenas dicens, ad Zosimi verba ita explicetur, ut dux hostium non cum copiis, et fœdere antea composito, intraverit. Heynius autem prudenter monet p. 641 : « Quum Christiani illo ævo nihil fere, quod memorabile esset, sine miraculo factum jactarent, tolerandum sane erat in Gentilibus, si et illi sua miracula venditarent. » Quanquam in hoc Athenarum negotio, et objecta hostibus specie Minervæ et Achillis, humana solertia valuisse potest : qualis valuisse dicitur in specie Minervæ, Ætolis urbem Pellenam oppugnantibus objecta, apud Polyænum (VIII, 59) et Plutarchum in Arato p. 1042, qui, pro Minerva Dianam exhibens, cetera consentit. » — Quod Prisci mortem attinet, eam non ei de qua loquimur Alarichi incursioni assignandam esse Wyttenbachius putat, sed ad priora tempora, chronologia vitæ Prisci motus, referri mavult, quoniam jam antea sub Theodosio, maxime inde

64.

Adeo amici erant revera inexorabiles, et facinus illud evasit illustrius.

ab an. 384 templa Græcorum patria diruta sint. Denique ad hoc velim attendas, Eunapium, quum sæpius in Vitis ad Historias suas lectorem ableget, adeo ut eas jam in publicum editas esse consentaneum sit : hoc loco, ubi de Alarichi temporibus sermo est, ita loqui, ut eorum memoriam tum nondum ab auctore nostro consignatam esse appareat.

66.

Suidas : Εὐτρόπιος ὁ εὐνοῦχος, ἐπίτροπος Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως. Καί φησιν Εὐνάπιος· « Ὁ μὲν γὰρ Ῥουφῖνος, ἀνήρ τε ὢν ἢ δοκῶν, καὶ ἐν ἀξιώμασι γεγονὼς, καὶ ποικίλαις ὁμιλήσας τύχαις, οὐ παρὰ λόγον, οὐδὲ τοῦ πρέποντος ἐκτὸς ἐδόκει καταξανίστασθαι τῆς νεωτεριζούσης ἅπαντα τύχης· ὁ δὲ θαλαμηπόλος εὐνοῦχος, παραλαβὼν τὸ ἐκείνου κράτος, ἐς τοσόνδε κατέσεισεν ἅπαντα καὶ κατεβρόντησεν, ὥστε οὐ μόνον Ῥουφῖνος ἦν αὐτὸς, ἀλλ' ὁ τοῦ μύθου Σαλμωνεὺς μικρόν τι χρῆμα πρὸς αὐτὸν ἦν. Ὅς γε ὢν εὐνοῦχος, ἀνὴρ εἶναι κατεβιάζετο. Καὶ οἱ μὲν μῦθοί φασι τὴν Γοργόνα φανεῖσαν ἅμα τε φαίνεσθαι καὶ τοὺς ἰδόντας μεταβάλλειν εἰς λίθον· ὁ δὲ καθ' ἡμᾶς βίος λῆρόν τινα περιττὸν καὶ φλήναφον τὸν μῦθον ἀπέδειξε. » Καὶ πολὺν καταχέει διασυρμὸν ὁ ἱστορικὸς τουτουὶ τοῦ εὐνούχου, τοῦ βίου αὐτοῦ ἐπάξιον.

67.

[Idem v. Χανδόν· « Ὁ δὲ Εὐτρόπιος καιροῦ καὶ τύχης ἀμέτρως τε καὶ χανδὸν ἀρυόμενος, καὶ κατεμφορούμενος καὶ πολυπραγμονῶν, ὥστε οὐκ ἔλαθε πατὴρ παῖδα μισῶν, ἢ ἀνὴρ γυναῖκα, ἢ μήτηρ τέκνον· ἀλλ' ἐξηκοντίζετο ἅπαντας πρὸς τὴν ἐκείνου γνώμην. »]

Eunapio locum vindicavit Maius. In postremis vir doctus in Steph. Thes. s. v. Ἐξακοντίζω leg. proponit : ἐξηκοντίζοντο ἅπαντες. Nescio an fuerit ἐξηκουτίζοντο.

66.

Eutropius eunuchus Theodosii imp. tutor; de quo Eunapius loquens, « Rufinus quidem, ait, quum vir esset aut esse videretur, honoribus etiam perfunctus et varia fortuna jactatus non præter rationem nec præter decorum a Fortuna omnia innovante destitui videbatur. Eunuchus vero cubicularius potestatem illius adeptus, omnia adeo concussit et instar tonitrus perturbavit, ut non solum esset ipse Rufinus, sed etiam ille fabulis celebris Salmoneus cum ipso collatus parvum quiddam esse videretur. Qui quum esset eunuchus, vir esse per vim conabatur. Et fabulæ quidem tradunt, Gorgonem simul et conspectam esse, et spectatores in saxa mutasse. Sed nostra ætas meras aniles nugas illam fabulam esse demonstravit. » Aliisque Eunapius eunuchum istum plurimis conviciis perfundit, improba ejus vita dignissimis.

67.

Eutropius vero occasionem et fortunam immodice et affatim hauriens et se ingurgitans et multis aliorum negotiis se immiscens, ita vivebat, ut pater filium odio prosequens aut maritus uxorem aut mater filiam minime lateret, sed omnes ejacularetur ad ipsius sententiam.

68.

Idem : Μυριέλικτος, ὁ πολλάκις ἑλίξεσι στρεφόμενος. Εὐνάπιος· « Ὁ βαρὺς καὶ μυριέλικτος ἐκεῖνος ὄφις, καθάπερ ὑπὸ τῆς Μηδείας ὑποψιθυριζόμενος καὶ τὴν ψυχὴν κεκαρωμένος παρέδωκεν αὑτόν. »

Idem : Καρωθείς.. καὶ κεκαρωμένος. « Ὁ δὲ τὴν καρδίαν ταῖς τιμαῖς ἤδη κεκαρωμένος παρέδωκεν ἑαυτὸν εἰς τὴν ὁδόν. »

« Credo hic agi de Eutropio qui fr. 69 serpenti comparatur. Sed et poterit hic aliquis agnoscere Rufinum, qui imperium affectans ac spe tumidus obviam processit Stelichonis militibus, a quibus circumventus fuit et occisus Claudianus In Rufin. II, 343 :

Ipse salutatum reduces post prælia turmas
Jam regale tumens et principe celsior ibat,
Collaque femineo jactabat mollia gestu,
Imperii certus, tegeret ceu purpura dudum
Corpus, et ambirent ardentes tempora gemmæ.

Cf. Zosimus V, 7: » Boissox.

69.

Idem : Περισπειραθείς, περιπλακείς, περιελιχθείς. « Ὁ δὲ εὐνοῦχος κατεκράτει τῶν βασιλείων, καὶ περισπειρασάμενος τὰς αὐλὰς συνέσφιγγεν ἅπαντα, καθάπερ τις γενναῖος ὄφις, καθελίττων εἰς τὴν ἑαυτοῦ χρείαν. » Περὶ Εὐτροπίου λέγει.

69.

« Eunuchus vero regiam obtinebat, quumque aulam spiris quasi circumdedisset, omnia constricta tanquam robustus serpens suum in latibulum pertrahebat. » De Eutropio hæc dicuntur.

70.

Idem : Τιμάσιος. Οὗτος ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως ἦν· ὃν ὁ Εὐτρόπιος ἐπιστῆσαι τοῖς πράγμασι βουλόμενος, ἐκ τῆς Ἀσίας μετεκαλεῖτο πρὸς τὰ βασίλεια. Ὁ δὲ ταῦρός τε ἀνὴρ ὢν καὶ ἀγέρωχος καὶ στρατείαις ὡμιληκὼς, καὶ τοῦτο πρῶτον ἀγαθὸν ἡγούμενος τῶν ἐν ἀνθρώποις, τιμὴν καὶ δόξαν καὶ πλοῦτον ἐπικλύζοντα,

70.

Timasius sub Theodosio imperatore fuit. Quem Eutropius rebus præficere volens ex Asia ad regiam evocavit. Ille vero, vir insolens et superbus et in rebus bellicis versatus,

καὶ τὸ ἔχειν ἑαυτῷ ὅ τι βούλοιτο χεχρῆσθαι καὶ ἀδεῶς, διά τε μέθην νύκτα καὶ ἡμέραν οὐκ εἰδέναι, οὔτε ἀνατέλλοντα καὶ δυόμενον καθορᾶν ἥλιον, ἴσα καὶ οὐρανοῦ εἶναι νομίσας τὴν μετάκλησιν, ἐκ τῶν ἀλύπων καὶ διακεχυμένων πρὸς ὀλιγωρίαν διατριβῶν ἀπορρήξας ἑαυτὸν καὶ κατατείνας τὴν ψυχὴν εἰς φιλοδοξίαν, βαρὺς ἀναστὰς ἐκ Παμφυλίας ἐπὶ Λυδίαν ἀνέστρεψεν, ὡς ἂν δή τις βασιλεύων ἢ τόν γε βασιλέα καὶ τὸν εὐνοῦχον κατὰ πάρεργόν τι παιδιὰν (παρ. π. τινα, Suid. v. Παιδιά) θησόμενος, εἰ βούλοιτο.

Quædam hinc Suidas repetit s. v. Γαῦρός et Παιδιά. De hoc Timasio, qui inde a Valentis temporibus inter militum duces eminebat, v. Zosim. IV, 45. 49. 54. Eutropii machinis circumventus exilio multatur (396). V. Zos. V, 8 sq., coll. Eunap. fr. 71. 72.

71.

Exc. De sent. p. 282. 283 : .... ρασε καθάπερ ἐξ οὐρανοῦ πρὸς τὴν γῆν διενεχθέν, καὶ κατὰ τοῦτον ἐς ἀνθρώπινα. Ὁ μὲν οὖν Βάργος τὴν ἀρχὴν πιστευθεὶς παρὰ τοῦ εὐνούχου ἐξῄει μᾶλα φαιδρὸς καὶ γεγηθὼς ἐπὶ τὴν ἀρχήν, ὡς ἂν ἀρχὰς ὑποθησόμενος ἑαυτῷ τινας πάλιν, καὶ μετὰ πολλῶν καὶ διεφθαρμένων στρατιωτῶν, πρὸς τὸ πολεμεῖν τοῖς εὐεργέταις· τῷ γὰρ περιόντι τῆς τόλμης καὶ τῷ μεγέθει τῶν ἐγχειρουμένων πολλοὺς ἤδη περιπεφευγὼς κινδύνους, ἐς τὸ ἀκίνδυνον ἤδη πρὸς ἅπαντα καὶ λίαν εὐτυχὲς τὴν τόλμαν ἐξεβιάζετο. Συνετώτερος δὲ ὢν (sc. ὁ εὐνοῦχος) κατὰ πόδας ἦει πρὸς τὴν ἐπιβουλήν. Καὶ δὴτα γυνὴ συνῴκει τῷ Βάργῳ ταύτην διὰ καθειμένων ἀνθρώπων πάλαι πρὸς τὸν ἄνδρα τὸν λεγόμενον ἀλλοτρίως ἔχουσαν, διά τινος ἠρτυμένης καὶ συνεσκιασμένης ἐπιβουλῆς, ἐπὶ τὸν ἄνδρα ὥσπερ ἔχιδναν νωθρὰν καὶ ὑπὸ κρύους κατεψυγμένην ταῖς ὑποκειμέναις ἐπαγγελίαις ἀνέστησαν καὶ ὤρθωσαν. Καὶ τέλος φυγὼν καὶ συλληφθεὶς τὴν τῶν ἀχαρίστων ὑπέσχε δίκην. Καὶ ὁ μὲν ἑαυτὸν μανικώτατον καὶ τὸν εὐνοῦχον φρονιμώτατον [ἀποδείξας Nieb.] ἔκειτο μαρτυρῶν, ἥλικον ἐστὶ τὸ τῆς ἀχαριστίας παρὰ θεῷ ἔγκλημα.

Bargus ille Syrus e Laodice, olim ἀλλαντοπώλης, homo nequam, a Timasio, cujus in gratiam se insinuaverat, cohorti militum præfectus, et ex Asia Constantinopolim abductus fuerat. In regia autem Bargus Eutropii promissis seductus contra Timasium accusator exstitit, viroque de se optime merito auctor fuit exilii. Post hæc ipsum etiam Eutropium, qui militare munus ei tribuerat, insidiis aggressus est, sed ausis excidens pœnas dedit. Vide Zosimus V, 10 (396).

72.

Ibid. p. 283 : Ὅτι ὁ εὐνοῦχος τοῦτον τοσοῦτον ὄντα καὶ τηλικοῦτον ἐκβαλὼν τοῦ βίου, εὐνοῦχος ἄνδρα καὶ δοῦλος ὕπατον καὶ θαλαμηπόλος τὸν ἐπὶ τοῖς στρατοπέδοις γεγενημένον, μέγα δή τι καὶ ὑπὲρ ἄνδρας ἐφρόνει· καὶ μή τις γε τὸ Ἀβουνδαντίου πάθος, κἀκείνου τελέσαντος εἰς ὑπάτους...

Τοσοῦτον ὄντα] « Dicit Timasium, quem tamen Zosimus non occisum, sed relegatum ad Oasim dicit, incerta dein fama, num ibi perierit an potius evaserit. Item Hieronymus Ep. LX, 15 : *Timasius præcipitatus repente de altissimo dignitatis gradu, evasisse se putat, quod Assæ vivit inglorius* ». Mai. Cf. Tillemont. V, p. 436.—Ἀβουνδαντίου πάθος] « Scilicet Abundantius, qui jam inde a Gratiani temporibus militaverat, et sub Theodosio seniore summos honores adeptus fuerat, prætor etiam et consul designatus : nunc denique Eutropii invidia et insidiis patrimonio eversus, aula pulsus fuerat, Sidonemque habitare jussus, ut ait Zosimus V, 10. Quanquam Hieronymus (Ep. LX, 16) Pityunte Abundantium ætate sua exulare egentem affirmat, quæ est urbs Pontica. Sed enim, ut observat Vallarsius, conciliat discrepantiam Asterius Amasenus, ex quo intelligimus

quum prima mortalium bona duceret honorem et gloriam et affluentes opes et arbitratu suo et secure vivendi licentiam et per ebrietatem noctem et diem nescire, neque orientem neque occidentem solem aspicere, quumque evocationem illam pro cœlesti haberet imperio, ab ignavis et in omnes delicias remissis vitæ studiis se avellens, animum ad gloriæ cupiditatem intendit, et ex Pamphylia gravis in Lydiam iter direxit tanquam rex quidam, aut qui vel ipsum imperatorem et eunuchum animi causa ludos facturus esset, si vellet.

71.

... tanquam cœlo in terram adeoque inter homines demissum. Bargus itaque ab eunucho (*Eutropio*) promotus, magno gestiens gaudio dignitatem occupavit; quippe qui et alia sibi rursus munera animo suo despondebat; corpitque non sine multo corruptorum militum numero benefactores suos (*Eutropium*) oppugnare. Nam qui audaciæ suæ exsuperantia ac magnitudine suorum facinorum compluribus periculis jam evaserat, tutum se ac per omnia felicem prorsus existimabat. At Eutropius, utpote callidus, vestigia quædam persequens ad instruendas insidias properabat. Etenim Bargo concubina quædam erat; quam huic jampridem iratam, artificiosa ac latente fraude, adversus Bargum tanquam colubrum torpidum geluque rigentem præmiis propositis concitaverunt. Quare Bargus postremo fugam moliens et comprehensus, ingrati animi sui pœnas luit. Et hic quidem insanissimum se, eunuchum vero prudentissimum ostendit; et documento fuit, quam deo invisum sit ingrati animi crimen.

72.

Eunuchus (*Eutropius*) postquam talem tantumque hominem vita spoliaverat, spado scilicet virum, servus consulem, cubicularius minister versatum in castris militem, magnos spiritus et virili sexu majores sumpserat. Et ne quis Abundantii calamitatem, qui et ipse consul fuerat...

commutatam fuisse Abundantio exilii sedem. » Mai.

73.

Ibid. p. 283–285 : Ἀπίθανον μὲν γὰρ τὸ γραφόμενον· πλὴν εἴ τις ἕτερος αὐτὰ γράφειν ἱκανός ἐστι, θαυμάζω αὐτὸν ἔγωγε, καὶ ἀνδρεῖος ἀποφαινέσθω μοι τῆς ἀνεξικακίας χάριν. Ἀλλ' εἰκὸς μὲν τοὺς τὰ ἀκριβέστερα γράψαντας κατὰ χρόνους καὶ κατὰ ἄνδρας προσποιουμένους ἀσφαλῶς τι λέγειν, ἕς τε χάριν καὶ ἀπέχθειαν ἅμα φέρειν τὴν συγγραφήν· τῷ δὲ ταῦτα γράφοντι οὐ πρὸς ταῦτα ἔφερεν ἡ ὁδὸς, ἀλλ' ὡς ὅτι μάλιστα ἀνατρέχοι καὶ στηρίζοιτο πρὸς ἀλήθειαν. Ἐπεὶ καὶ κατὰ τοῦσδε τοὺς χρόνους ἦκουον καὶ συνεπυνθανόμην, ὡς ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα γράφουσιν ἱστορίαν· οὓς ἐγὼ οὔ τι νεμεσητὸν λέγω, ἀλλὰ ἐπίσταμαί γε σαφῶς ἄνδρας ἀγερώχους τε καὶ σκιρτῶνας καὶ ἀληθείας τοσοῦτον ἀφεστηκότας, ὅσον ἐντὸς εἶναι ἀναγωγίας. Καὶ οὐκ ἐκείνοις μέμφομαι, τῆς δὲ ἀνθρωπίνης κρίσεως τὸ λίαν ἀκρατὲς καὶ ὀλισθηρὸν καταμέμφομαι, ὅτι θελγόμενοι καὶ καταγοητευόμενοι τὸ καθ' ἕκαστον, ἂν ὀνόματος μνησθῇ τις περιττοῦ καὶ τοῖς πολλοῖς γνωρίμου, καί τι τῶν περὶ τὴν αὐλὴν τὴν βασιλικὴν ἀκριβέστερον ὑπορύξαντες ἐξενέγκωσιν εἰς τοὺς πολλοὺς, τόν τε κροτοθόρυβον ἔχουσιν ὡς ἀληθῆ λέγοντες καὶ πάντα εἰδότες, καὶ πολὺς περὶ αὐτοὺς ὁ συνθέων ὅμιλος, μαρτυροῦντες ῥᾳδίως, ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ τὴν ἀρετὴν τῆς συγγραφῆς εἰς τόδε συμβιασάμενοι καὶ κατατείναντες, ὡς ἄρα τοῦτο ἐς (ἐστὶν? N.) αἰθέριον καὶ οὐρανόμηκες, ὅπερ αὐτοὶ διὰ βίου τινὰ χλιδὴν * ἴδωσι καὶ ἁπλότητα χαυνότερον ἐπαινοῦντες, ἐς τὸ πιστευόμενον καὶ δημοῖδες συνάγουσι καὶ καταβιάζονται. Ἀλλ' ὅμως εἰ καὶ ἀπίθανόν πως εἴρηται, πολλά τε αὐτοῦ τερατωδέστερα καὶ μυθωδέστερα προτίθειται, καὶ ἅπαντα ἦν τῆς ἡλιακῆς κινήσεως ἀληθέστερα· μαρτυρεῖ δὲ αὐτοῖς (τε αὐτὸς B.) ὁ ἥλιος τοῖς εἰρημένοις. Καὶ ῥηθήσεταί γε (μὲν B.) ἴσως ἕτερα τούτων πολυπλανέστερα καὶ βαθυπλοκώτερα πρὸς ἀπιστίαν· ἀλλ' ἐξαγγέλλει γε αὐτὰ ἡ συγγραφὴ μετριώτερον· καὶ ταῦτα ὑπὲρ τῶν λεγομένων καὶ ὅτι γε φίλος θεὸς καὶ φίλη ἀλήθεια. Ἀλλ' οὐκ οἶδα ὅστις γίνομαι ταῦτα γράφων· πολὺ γὰρ τὸ φροντίζειν ἀληθείας· ἀλλ' ὅ γε τοῖς γεγραμμένοις ἀκολουθῶν καὶ πειθόμενος ἀκρίβειάν τε προσκυνήσει καὶ ἀλήθειαν. Hæc e libri alicujus proœmio petita videntur.

74.

Ibid. p. 285, 286 : Ὅτι κατὰ τοὺς χρόνους Εὐτροπίου τοῦ εὐνούχου τῶν μὲν περὶ τὴν ἑσπέραν οὐδὲν ἀκριβῶς γράφειν [ἐξῆν] εἰς ἐξήγησιν. Τό τε γὰρ διάστημα τοῦ πλοῦ καὶ μῆκος μακρὰς ἐποίει τὰς ἀγγελίας καὶ διαφθαρμένας ὑπὸ χρόνου, καθάπερ ἐς χρόνιον καὶ παρέλκουσάν τινα νόσον μεταβεβλημένας· οἵ τε πλανώμενοι καὶ στρατευόμενοι εἴ μέν τινες ἦσαν τῶν περὶ τὰ κοινὰ καὶ δυναμένων εἰδέναι, πρὸς χάριν καὶ ἀπέχθειαν καὶ τὰ καθ' ἡδονὴν ἕκαστος κατὰ (καὶ B.) βούλησιν ἀπέστειλεν (ἐπέστελλεν B.). Εἰ γοῦν τις αὐτῶν συνήγαγε τρεῖς ἢ τέσσαρας τἀναντία λέγοντας ὥσπερ μάρτυρας, πολὺ τὸ παγκράτιον ἦν τῶν λόγων καὶ ὁ πόλεμος ἐν χερσὶν, ἀρχὰς λαβὼν ἀπὸ ῥηματίων καὶ * συγκεκαυμένων. Ταῦτα δὲ ἦν· « Σὺ πόθεν ταῦτα οἶδας; ποῦ δέ σε Στελίχων εἶδε; σὺ δὲ τὸν εὐνοῦχον εἶδες ἄν; » ὥστε ἔργον ἦν διαλύειν τὰς συμπλοκάς. Τῶν δὲ

73.

Incredibilis enim narratio est; sed tamen, si quispiam alius in eodem argumento versari potest, is mihi mirus erit, atque ob suam patientiam fortis videbitur. Sed nimirum par est, eos qui accuratius de temporibus et de hominibus egerunt, ut impune dicere possent, ad gratiam et odium historiam suam pariter flexisse. Verumtamen is qui hæc scribit, diversam plane viam instituit, nihilque ei antiquius fuit, quam ut veritatem sequeretur et confirmaret. Sane et hac tempestate audio a nonnullis historiam scribi : quos ego (nihil stomachosius dicam) et protervos homines esse novi et lascivientes, tantumque a veritate remotos, quantum inscitiæ proximos. Neque ego illos accuso; sed illam non fero humani judicii libidinem ac proclivitatem, qua permulsi atque decepti simul ac nomen aliquod paulo illustrius insonuit multisque famigeratum, tum si quid ex aula regia accuratius eruerint, id continuo in vulgus differunt, et magno strepitu se jactant, quasi vera narrent et omnia norint. Plurima vero circa hos turba hominum versatur, qui facile dictis testimonium dant; quique historiæ virtutem in hoc verti eoque redigi putant, ut illud mirificum ac cœleste esse dicatur, quod ipsi pro vitæ suæ mollitia ac futili simplicitate laudant atque in publicam fidem vi pertrahunt. Age vero etiamsi incredibilia forte narrentur, nihilominus alia præsto sunt portentosiora adhuc et fabulosiora, quæ tamen solari motu veriora dicuntur. Testis autem dictorum sol. Et quidem alia fortasse dicentur his adhuc falsiora atque ab obtinenda fide remotiora, verumtamen nostra historia, ut decet, ea exponet, idque propter illud effatum : Amicus deus, et amica veritas. Verum ignoro, quidnam mihi talia eventurum sit scribenti. Grave enim negotium est cura veritatis. Sed tamen qui scriptis meis mentem fidemque adhibuerit, is diligentiam veritatemque sectabitur.

74.

Eutropii spadonis temporibus de rebus Occidentis nihil accuratius in historiam referri poterat. Nam et maritimi cursus spatiosa longinquitas seros nuntios et mora corruptos efficiebat, ceu si in diuturnum quendam protractumque morbum incidissent : et qui peregrinabantur aut cum exercitu proficiscebantur, si forte negotia publica rescire poterant, pro sua gratia vel odio et pro libito ac voluntate in suis quisque epistolis renuntiabat. Quamobrem si forte horum tres vel quattuor contraria affirmantes testium instar congregavisses, præclara fiebat sermonum lucta, conflictusque protinus exsistebat, sumpto plerumque initio ab argutis ignesque voculis, quæ fere hujusmodi erant : « Tu vero undenam hæc audisti? ubinam te Stelicho vidit? num tu eunuchum

ἐμπόρων οὐδὲ εἰς λόγον πλείονα ψευδομένων, ἢ ὅσα κερδαίνειν βούλονται, ἀλλ' ὅσα τῷ σοφωτάτῳ μαρτυρεῖ κατὰ Πίνδαρον χρόνῳ || τὴν ἀκριβεστέραν κατάληψιν.

« Verba τὴν ἀκριβεστέραν κατάληψιν, a quibus aliud folium incipit, cum iis quæ præcedunt, omnino non cohærere videntur. » Niebuhr. De latinis suis A. Maius : « Jam vero, inquit, candidum benignumque lectorem meum admonendum judico me et in superioribus et præcipue in consequentibus valde interdum æstuavisse, dum Eunapium latinum facerem. Nam et palimpsestus ægerrime legebatur, et excerpta hiabant, et præterea jam diu notum est difficilem esse Eunapii interpretationem tum propter styli novitatem tum propter codicum corruptelam. »

75.

Ibid. p. 286-287 : Ὅτι ἐπὶ τὰς Ἀσιανὰς συμφορὰς στρέψω τὴν συγγραφήν· τοιοῦτο γὰρ ὁ μακρὸς αἰὼν οὐδὲ ἓν ἤνεγκεν, οὐδέ τις περὶ τὸν βίον τὸν ἀνθρώπινον ἐνεχμώθη τοιαύτη φορὰ καὶ κίνησις. Ἀλλ' ὅμως οὕτως εἶχε, καὶ τὸ ἀληθὲς ἀσιώπητον, ὡς ἀδικοίη γε ἄν τις εἰ διὰ τὸ ἀπίθανον τἀληθῆ μὴ γράφοιτο. Καὶ τοῦτό γε οὐδὲν διαφέρον ἐδόκει μοι τοῦ πιεῖν τι τῶν δριμέων καὶ πικρῶν ἐπὶ σωτηρίᾳ· ἀλλ' ὥσπερ ἐκεῖνα καταχερασθέντα τοῖς σώμασιν ἀηδῶς τέλος ἔχει τὴν ὑγίειαν καὶ σωτηρίαν, οὕτω καὶ τὰ τερατευθέντα πρὸς τὸ παράλογον, οὐ τῆς γραφῆς ἐστι τὸ ἀηδὲς ἁμάρτημα, ἀλλὰ γλυκύ τι καὶ πότιμον διὰ τὴν ἀλήθειαν τοῖς ἀκριβῶς ἐξετάζειν βουλομένοις γίνεται.

2. Καὶ οὗτος μὲν ἐσώζετο καλῶς πονηρὸς ὤν· ὅμως δὲ (τὸν σπλῆνα γὰρ ἐνόσει) διετέθη καλῶς ὑπὸ τῆς συνεχοῦς ἱππασίας, κατεπράϋνέ τε καὶ τὸ λιθῶδες ὑπεμάλαξε. Καὶ ὁ μὲν ἀπῄει τῷ τε σφετέρῳ σώματι πολεμῶν ἢ πολεμήσων, καὶ τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν ἐπαγγέλλων ἀληθέστερον πόλεμον.

3. Ἡ δὲ Λυδία πλησιόχωρος οὖσα τὰ δεύτερα ἔμελλε τοῦ ὀλέθρου φέρεσθαι.

4. Πλὴν ὅσα γε τούτοις ἐν ἐλπίσιν ἦν τὸ σώζεσθαι· ἐλπὶς γὰρ ἐν ἀπορρήτοις ἔτι ζῶσι παραμύθιον.

Ἐπὶ τά γε ἐν τοῖς ἔργοις ξίφη καὶ βάρβαροι — οὐ κατὰ τὴν ἔννομον ἀπαίτησιν, (καὶ γὰρ ἐκείνη τὸ διπλάσιον ὑπερέβαλεν,) ἀλλὰ κατὰ τὴν βαρβαρικὴν καὶ ἄμετρον πλεονεξίαν. — Ἀκινδύνως εἶχε πρὸς ἕτερον.

5. Ὅτι [οὐχ οὕτω παρακεκινηκότες καὶ διεφθαρμένοι τὴν γνώμην, ἀλλὰ] δι' ὑπεροχὴν κακῶν, εἰς Ἰουλιανοῦ καιροὺς καὶ χρόνους τὸν εὐνοῦχον ἀνέθεσάν τινες Εὐτρόπιον. Ὥσπερ οὖν τῶν ἰατρῶν ἐστιν ἀκούειν, ὅτι τοῖς φιλοζώοις βέλτιόν ἐστι σπλῆνα νοσεῖν ἢ κάμνειν ἦπαρ, καὶ ὅσον ὑπὲρ ἧπατος διὰ πνεύμονος ἐπὶ καρδίαν συμπερατοῦται καὶ διεξῖκται, οὕτω καὶ τότε συνέβαινεν, ὡς ἐν αἱρέσει τῶν αἰσχίστων, εὐδοκιμεῖν εὐνοῦχον μανέντα πρὸς παράθεσιν τῶν ἐπιλαβουσῶν συμφορῶν.

6. Ὅμως ὁ Γαΐνας διαφθείρας τὸν πολέμιον (ἐπολέμει γὰρ εὐνούχῳ μάλα ἐντεταμένως· οὕτω σφόδρα γενναῖός τις ἦν), ἐξ ὧν ἐδόκει κατωρθωκέναι, διὰ τούτων ἥττητο. Ὑγρότερος γὰρ ὑπὸ τοῦ κατορθώματος καὶ μαλακώτερος γενόμενος, ὡς ἂν ἥδη τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν συνῃρηκὼς καὶ τοῖς ποσὶν ἐπεμβαίνων αὐτῇ, μαλακώτερος ἦν ἀμφαφάσθαι· καὶ πρὸς τὸν Ἀργίβολον (l. Τριβίγιλθον) ἐπρεσβεύετο, ὡς τὸ σπουδαζόμενον αὐτοῖς ἔχει τέλος.

---

nosti? » neque facile erat, rixas componere. Jam et mercatorum nemo quicquam præter mendacia præterque lucrum suum loquebatur, et quicquid sapientissimo rerum omnium tempori, prout Pindari (Ol. 10, 64) sententia est, accuratiorem exhibet explorationem.

75.

Nunc ad Asiaticas calamitates stilum transferam. Par enim nihil ævum immensum tulit, neque unquam in hominum vita tantus motus tantusque rerum transitus fuit. Atqui hæc ita evenerunt neque silentio veritatem premere licet : nam ille injuste se gereret, qui ob fidei impetrandæ difficultatem res veras historiæ non commendaret. Porro hoc mihi haud differre videtur ab eo, qui acre aliquid atque amarum salutis gratia ebibit. Nam sicuti hæc insuaviter corporibus commixta salutem pariunt; sic etiam quæ mirabiliter et præter omnium opinionem accidunt, haud quidem historiæ molestum peccatum reputanda sunt, sed dulce quid potius atque exoptabile propter veritatem apud eos qui res altius scrutari volunt.

2. Atque ita præclare evasit incolumis, qui malus vir erat : simulque valetudini suæ bene fecit continenti equitatione, (nam splene laborabat,) calculosque mollivit ac mitigavit. Et is quidem abibat corpori suo vel nunc bellum faciens vel postea facturus; multo tamen verius bellum hominibus aulicis indicens.

3. Finitima Lydia secundas exitii partes latura erat (*si Tribigildus Phrygia vastata, eam statim aggressus esset, neque in Pisidiam potius se convertisset*).

4. Hi tamen salutis spem fovebant. Etenim spes, dum vita superest, in re incerta solatur .... ad prœliorum gladios et barbari.... non pro legitimæ exactionis modo, quæ tamen ipsa dimidio amplius erat, sed pro barbarica infinitaque cupiditate. — Ab altero periculum non imminebat.

5. Non tam vesania moti, quam propter malorum cumulum erant qui Eutropium eunuchum ad felicitatem imperii Julianei referrent. Ergo, ut medici aiunt, vitæ retinendæ cupidis melius esse, ut a splene doleant, quam ut jecore laborent, vel ea parte, quæ supra jecur per pulmonem ad cor pertingit; sic etiam illo tempore accidit, ut in rerum turpissimarum conflictu vesanus eunuchus laudem referret, modo is cum præsentibus malis compararetur.

6. Simul Gainas, adversario Eutropio subverso (etenim eunuchum vehementer oppugnabat : tam forti animo erat;) quæ sibi videbatur prospere egisse, iis exitium sibi peperit. Languidior enim a prosperitate effectus, ceu si jam Romanum imperium pedibus proculcaret, mollior nunc ad contrectandum erat. Atque ad Argibolum (*Tribigildum*) nuntium misit, significans, commune consilium jam scopo esse potitum.

7. Gainas et Argibolus . . . ille quidem dux, hic autem

7. Ὅτι Γαΐνας καὶ Ἀργίβολος (l. Τριβίγιλθος)... ὁ μὲν ἡγούμενος, ὁ δὲ ἑπόμενος...

Οὐδὲ αὐτὸς ἕτερον ἐπένθει· σφαγεὶς δὲ ἔκειτο, μηδὲ τὸν θάψοντα ἔχων καὶ κατορύξοντα.

§ 1. Sermo est de Asiæ provinciis a Tribigildo direptis, quem Gainas, Eutropii odio motus, ad seditionem excitaverat. V. Zosim. V, 13, 7. — § 2. Οὗτος κτλ.]. « Num sermo est de Gaina, qui Constantinopoli discedens ad civile bellum concitandum, causam discessus obtendebat affectam valetudinem? » Mai. Fortasse Tribigildus intelligendus est. — § 3. Cf. Zosimus V, 15, 6 : Εἰ μὲν οὖν ἐπελθὼν ἐπὶ τὴν Φρυγίαν ὁ Τριβίγιλδος, μὴ τὴν ἐπὶ Πισιδίαν, ἀλλ' εὐθὺς ἐπὶ Λυδίαν ἐχώρησεν, οὐδὲν ἂν ἐκώλυσε, ταύτης ἀκονιτὶ κατὰ κράτος αἱρεθείσης, συναπολέσθαι καὶ τὴν Ἰονίαν αὐτῇ. — § 5. Prima verba uncis distincta Niebuhrius addidit e Suida, qui v. Παραχινοῦντα ex h. loco nonnulla excerpsit. — § 6. Ἀργίβολον.] Apud Zosimum aliosque homo audit Τριβίγιλδος. Neque aliter Eunapius, quem sequitur Zosimus, dixerit. — § 7. Σφαγεὶς] Quis? Num Eutropius, de cujus cæde v. Zosim. V, 18, 4; Tillemont. V, p. 457; an Tribigildus, qui in Thracia periit, teste Philostorgio H. Eccl. II, 8 p. 531, B ed. Vales.; an Leo?

76.

Suidas : Λέων. Οὗτος στρατηγὸς ἐπέμφθη παρὰ Εὐτροπίου τοῦ εὐνούχου κατὰ τῶν βαρβάρων, εὔκολος ὢν καὶ διὰ μελέτην μέθης εὐπαράγωγος· ἦν γὰρ αὐτῷ τὸ ἀνδρεῖον ἐπὶ τούτῳ συνηναγκασμένον, πλείους ἔχειν παλλακίδας τῶν στρατιωτῶν, καὶ πλείονα πίνειν ἢ ὅσα πάντες οἱ ἄνθρωποι πίνουσι. Cf. Suid. v. Εὐπαράγωγος.

Idem : Ἀπεστάτει, ἀπεῖχεν, ἀπεχωρίζετο. Εὐνάπιος· « Καὶ γὰρ οὐκ ἀπεστάτει τῆς τοῦ Λέοντος ἐπωνυμίας· οὕτω γὰρ καὶ τὸ ζῷον ποιεῖν εἴωθεν. »

Idem : Διηυχενίζετο, τὸν αὐχένα ὄρθιον εἶχεν. Εὐνάπιος· « Ὁ δὲ ἐπὶ τὰ λειπόμενα τῶν πραγμάτων διεξανιστάμενος, ἀνωρθοῦτο καὶ διηυχενίζετο πρὸς τὸν λεγόμενον Λέοντα, ὅπως αὐτὸν φονεύσειεν. »

De Leonte, quem contra Tribigildum Eutropius in Asiam misit, v. Zosim. V, 14, 3 : Λέων μὲν οὖν, ὁ τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν συμβεβηκόσι βοηθῆσαι ταχθείς, ἀρετῆς μὲν οὐδ' ἡστινοσοῦν μετειλήφει στρατηγικῆς, οὐδ' ἄλλου τινὸς ἀξίου πρὸς τοῦτο τύχης αὐτὸν ἀγαγεῖν, πλὴν ὅτι πρὸς Εὐτρόπιον εἶχεν οἰκείως. — De altero Suidæ loco Boissonadius : « Credo, inquit, agi de Leontis immani edacitate, quem hoc nomine dignum fuisse ait Eunapius, quod leonis mores referret. Adscribendus omnino Claudianus in Eutrop. II, 376 :

Emicat extemplo, cunctis trepidantibus, audax
crassa mole Leo, quem vix Cyclopia solum
æquatura fames, quem non jejuna Celæno
vinceret : hinc nomen fertur meruisse Leonis...
Tunc Ajax erat Eutropii, lateque fremebat,
non septem vasto quatiens umbone juvencos,
sed, quam perpetuis dapibus, pigroque sedili,
inter anus interque colos oneraverat, alvum.

Quæ si cum fragm. 77 comparentur, forte videbitur Subarmachium et Leonem unum et eundem esse hominem. Subarmachio propter leoninam famem cognomen Leonis fuerit datum. Sed hoc est hariolari. » — De fine Leontis, quem Tribigildus simulata fuga fefellit, deinde adortus in paludes et necem adegit, v. Claudian. l. l., coll. Reitemeyer. ad Zosim. V, 17, 1.

77.

Suidas : Σουβαρμάχιος. Οὗτος τῶν δορυφόρων ἦν ἡγεμών, πιστότατος τῷ εὐνούχῳ Εὐτροπίῳ, εἴπερ τις ἄλλος· ἔπινε δὲ οἶνον πλείονα ἢ ὅσον ἠδύνατο χωρεῖν· ἀλλ' ὅμως τὰ περὶ γαστέρα διὰ συνήθειαν οὕτω καὶ γυμνασίαν ἰσχυρὰν καὶ νεανικὴν πάντα φέρειν ἐπὶ τὴν φυσικὴν τῶν ὑγρῶν ἔκκρισιν. Ἀεὶ γοῦν ἦν, πεπωκώς τε καὶ οὐ πεπωκώς, μεθύων· τὴν δὲ μέθην παρεκάλυπτε [οὐ] σφαλερὸν διαβαίνων τοῖς ποσί, καὶ πρὸς τὴν πτῶσιν πολεμῶν ὑφ' ἡλικίας (καὶ διὰ νεότητα) συνιστάμενος. Ἦν δὲ βασιλικοῦ μὲν γένους, Κόλχος ἀκριβὴς τῶν ὑπὲρ Φᾶσιν καὶ Θερμώδοντα, τοξότης [δὲ] ἄριστος, εἴ γε μὴ κατετόξευεν αὐτὸν τὸ περιττὸν τῆς τρυφῆς.

De Subermachio aliunde non constat. Negatio-

---

assecla . . . Neque ipse alterum eluxit; cæsus enim jacuit, nemine vel sepulturæ mandante vel obruente.

76.

Leo ab Eutropio eunucho belli dux missus est contra barbaros. Fuit autem homo levis et ob studium ebrietatis facilis deceptu. Suam enim fortitudinem in hoc contulerat, ut plures haberet pellices, quam milites, et plus biberet, quam bibant omnes homines.

Etenim a Leonis cognomento non abstinebat; sic enim et hoc animal facere solet.

Ille autem ad reliqua negotia se præparans corpore erecto et cervice elata stabat, ut Leonem ita dictum aggrederetur, eumque interficeret.

77.

Subarmachius fuit satellitum dux, fidelissimus eunucho Eutropio, si quis alius : qui quamvis plus vini biberet, quam capere posset, venter tamen ejus per consuetudinem et exercitationem perquam vehementem et strenuam omnia ad naturalem humorum excretionem percoquebat. Is semper erat ebrius, sive potasset sive non potasset. Ebrietatem vero tegebat [non] instabilis ejus incessus, quum propter ætatem juvenilem casui resisteret gressumque firmaret. Erat autem genere regio oriundus, Colchus verus ex iis, qui ultra Phasidem et Thermodontem habitant; idem sagittarius optimus, nisi luxus immodicus ipsum sagittis suis quasi conficeret.

nem οὐ ante σφαλερὸν inseruerunt Portus, Toupius, Boissonadius. Vulgatam tuentur Hemsterhusius et Bernhardyus. « Nempe hominis incessus, Bernh. ait, semper lubricus et temulento similis occultabat ejus vinolentiam. »

78.

Exc. De sent. p. 288 : Ὅτι Πέρσης ἦν ἐν Ῥώμῃ ἔπαρχος πρὸς χλευασίαν καὶ γέλωτα τὴν Ῥωμαϊκὴν παραφέρων εὐτυχίαν· σανίδας δὲ πολλὰς μικρὰς πρὸς τὸ ἥμισυ σταδίου συγκομισάμενος, καὶ εἰκόνα τινὰ τῶν ἔργων ὑπογράψαι βουλόμενος, πάντα ἐνετίθει γελοῖα ταῖς γραφαῖς, καὶ ἀπορρήτως τὰ γραφόμενα κατεγλύαζε διὰ τῆς εἰκόνος. Ἀνδρείαν μὲν γὰρ βασιλέως καὶ ῥώμην στρατιωτῶν ἢ πόλεμον ἐμφανῆ καὶ νόμιμον οὐδαμοῦ τὰ γραφόμενα παρεδήλου καὶ συνηνίττετο· χειρὸς δέ τινος ὡς ἂν ἐκ νεφῶν προτεινομένης, ἐπίγραμμα ἦν τῇ χειρί· « Θεοῦ χεὶρ ἐλαύνουσα τοὺς βαρβάρους. » Αἰσχρὸν τοῦτο καταγράφειν, ἀλλ' ἀναγκαῖον. Καὶ πάλιν ἑτέρωθι· « Βάρβαροι τὸν Θεὸν φεύγοντες. » Καὶ τούτων ἕτερα παχύτερα κ. . . ὁ' ἕτερα κωθωνιζομένων γραφείων φλήναφον, οὗ καὶ πρότερον ἡ συγγραφὴ μέμνηται, τῆς ἀκμαζούσης ἀρετῆς . . τὸ σῶμα . . τῆς ψυχῆς . . πλέον κατὰ σῶμα διαλυόμενον ἤδη . . ἀπο . .

79.

Suidas : Ἑλλανοδίκαι, οἱ κριταὶ οἱ καθήμενοι εἰς τοὺς ἀγῶνας. Εὐνάπιος οὕτω· « Καὶ τότε ὁ μέγιστος Ἑλλανοδίκης Γαϊνᾶς τὸν Ῥωμαϊκὸν ὄλεθρον ἠθλοθέτει. » Eadem v. Ἠθλοθέτει.

Idem v. Πολυάνδριον. « Ὁ δὲ Γαϊνᾶς ἐξεχώρει τῆς πόλεως, καταλιπὼν αὐτὴν πολυάνδριον καὶ πολυτελῆ τάφον, οὔπω τεθαμμένων τῶν ἐνοικητόρων. » Eunapii esse Maius monuit.

Petita hæc ex narratione de rebellione Gainæ, qui parum abfuit quin ipsa Constantinopoli urbe potiretur (400). V. Zosim. V, 19.

80.

Suidas : Φράβιθος. Οὗτος στρατηγὸς ἦν τῆς ἀνατολῆς, ὃς ἀκμάζων τὴν ἀρετὴν ἐνόσει τὸ σῶμα, τῆς ψυχῆς ὑγιαινούσης πλέον· καὶ τό γε σῶμα διαλυόμενον ἤδη καὶ ἀποκολλώμενον εἰς τὴν λύσιν συνεγόμφου καὶ συνέπλεκεν εἰς πῆξίν τινα καὶ ἁρμονίαν, ὅπως ἂν ἀρκέσειεν τῷ καλῷ· ὃς τοὺς λῃστὰς ῥᾳδίως συνεῖλεν, ὥστε μικροῦ καὶ τὸ ὄνομα τῆς λῃστείας ἐκ τῆς μνήμης τῶν ἀνθρώπων ἐκπεσεῖν· ἦν δὲ Ἕλλην τὴν θρησκείαν.

Eunapio locum vindicavit Boissonadius. De Fravitho (Φραΐουτον vel Φραούστιον Zosimus dicit), cui contra Gainam bellum commissum est, v. Zosimus V, 20, 1 : Ἡ γερουσία στρατηγὸν ἐπὶ τῷ κατὰ Γαΐνην αἱροῦνται πολέμῳ Φραΐουτον, ἄνδρα βάρβαρον μὲν τὸ γένος, Ἕλληνα δὲ ἄλλως οὐ τρόπῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ προαιρέσει καὶ τῇ περὶ τὰ θεῖα θρησκείᾳ κτλ. Cf. fr. 104.

81.

Idem : Λίβερνα, εἶδος πλοίου· καράβια. « Πηξάμενος δρομάδας τριακοντήρεις Λιβερνίδων τύπῳ. » « Hæc verba anonyma credidi posse pertinere ad eum Eunapii Historiæ locum, ubi de classe agebat, quam sibi Fravithus comparavit. Nunc legimus apud Zosimum V, 20, πλοῖα fuisse αὐτῷ πρὸς ναυμαχίαν ἀρκοῦντα, Λίβερνα ταῦτα καλούμενα κτλ. Boisson.

82.

Exc. De sent. p. 288-290 : Ὅτι Φράβιθος ὁ στρατηγὸς Ῥωμαίων νικήσας Γαΐναν περὶ τὴν Χερρόνησον διαμένοντα, καὶ τοῦτον μὴ διώξας, (ἀσφαλὴς γὰρ ἦν ἐπὶ τῇ νίκῃ κερδαίνειν τὸ ἔργον καὶ Λακωνικός τις,) † ἦν ὅτι τύχην εἰδέναι καὶ μὴ πέραν τοῦ μετρίου ποιεῖσθαι τὴν δίωξιν. Καὶ οὗτος μὲν ἀσφαλέστερον βου-

78.

Persa quidam Romæ præfectus urbi erat, qui Romanam prosperitatem in ludibrium risumque trahebat. Hic enim parvis in medio Circo positis tabellis, ut præsentium rerum imaginem quandam effingeret, ridiculorum omne genus in pictura expressit, atque clam totum argumentum irrisit. Nam neque imperatoris fortitudinem, neque militum robur, neque bellum aliquod legitimum pictura demonstrabat : sed manus quædam quasi e nubibus protensa erat, cum inscriptione : *Manus Dei Barbaros fugans*. Turpe est hæc scribere, sed necessarium. Rursus in parte alia : *Barbari Deum fugientes* : atque his alia ineptiora . . . scriptoribus largiter potantibus nugas, quarum et antea in historia memini.

79.

Tunc vero maximus Hellanodica Gainas perniciem Romanorum dispensavit.

Gainas ex urbe excessit, quam commune et pretiosum sepulcrum reliquit, incolis ejus nondum sepultis.

80.

Fravitta fuit Orientis imperator, qui virtute florens corpore laborabat, quum animus majore sanitate frueretur. Et corpus, quod jam dissolvebatur et in dissolutionem ruebat, ipse coagmentabat et in quandam compagem et et commissuram cogebat et quasi clavis quibusdam compingebat, ut honestati conservandæ sufficeret. Hic latrones adeo facile simul sustulit, ut vel ipsum latrocinii nomen ex hominum memoria propemodum exciderit. Fuit autem religione Græcus.

81.

Celetibus cum triginta remis Liburnicarum modo constructis.

82.

Fravitta, Romanorum dux, Gainam in Chersoneso demorantem vicit, sed victum non insecutus est; nam tardior erat ad persequendam victoriam et quasi Laconico more fortunam nosse sibi videbatur, neque immodicæ persecutioni esse indulgendum. Atque hic tutiore consilio utens præ-

λευόμενος, ἡλίκον ἐστὶ τοῖς ἄλλοις τὸ καλῶς στρατηγεῖν ἔδειξεν· οἱ δὲ πολλοὶ καὶ ὅσον ἠλίθιον καὶ πηλοῦ παχύτερον, στρατηγικοί τινες εἶναι βουλόμενοι καὶ τὸ γεγονὸς ὑποσημαίνοντες διελήρουν καὶ παρεφλυάρουν, τὰς ὀφρῦς ἀνασπῶντες, καὶ διαφλεγόμενοι φθόνῳ πρὸς ἀπίθανόν τινα καὶ μυθώδη καταστραφῆναι (καταστροφὴν?) ἀπὸ μιᾶς γλώσσης καὶ πάθους, ὁμόφωνοι κατὰ (παρὰ B.) δόξαν ὑπὸ ἀειλίας γεγονότες, καὶ τῷ παραλόγῳ πληγέντες, τὸν Φράβιθον ἐπεψήφιζον [νικᾶν N.] μὲν εἰδέναι, νίκῃ δὲ οὐκ εἰδέναι χρῆσθαι. Ὁ γοῦν. . τὴν Χερρόνησον ἐγκατέλιπεν . . . . . αἰχμάλωτον ὀπίσω σωτηρίας . . προσηκόντως τύχωσι· θέαμα τῆς νίκης ἄξιον . . καὶ οὗτοι μὲν πρ . . ἔθρα [σύνοντο] καὶ ὑπέσπειρον εἰς τὰ βασίλεια τῷ λόγῳ ποικίλον τι καὶ περι . . ες, ὡς βάρβαρος βαρβάρῳ καὶ μύστης μύστῃ παρέχων διαφυγὴν καὶ σωτηρίαν· ὁ δὲ Φράβιθος μάλα φαιδρῶς καὶ . . προς . . ἐπὶ Κωνσταντίνου πόλιν οὕτω τῆς φήμης . . καὶ σκοτεινὸν ὑφέρπον τῆς προφερομένης . . παρελθὼν εἰς τὰ βασίλεια φαιδρὸς καὶ γεγηθὼς [πάντων ἐκπεπληγ]μένων πρὸς τὸ παράλογον τῆς τύχης καὶ θεὸν ὁρᾶν ὑπολαμβανόντων μᾶλλον ἢ ἄνθρωπον (οὕτως, ὅ τι ἐστὶ νικᾶν καὶ χεῖρας ἔχειν, οὐκ ἤδεσαν,) πρὸς τὸν βασιλέα μετὰ ἐλευθερίας . . εἰ μὴν διατεινάμενος ἐξεβόησεν τῶν καταφρυαττομένων φθόνων καὶ νηστείαις καθάρματα . . πόσον ὁ θεὸς δύναται θεῷ μὲν ὅτε βού[λεται] τὸ δυν[ατὸν] ἐκείνου κακῶς . . τηλικοῦτον ἐν . . κατα πε . . ἔργον οἶσθα βασιλεῦ. Τοῦτο δὲ τὸ ἔργον . . ἀλλότριον τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς. Τοῦ δὲ . . ἐπινεύοντος πρόσωπον, διὰ γὰρ ἁπλότητα πολλὴν συμπαθήσας πρὸς τὰ λεγόμενα . . τα τῶν εὐνούχων εἶπεν, ὅτι προσῆκόν ἐστιν ἐπινεύειν . . . . τοῦ δὲ βασιλέως τοῦτο εἰπόντος, ὃς αἰτεῖν ἀνάγκη δωρεάν, ὁ Φράβιθος ἔρησεν ἐπιτραπῆναι κατὰ τὸν πάτριον νόμον ἱερατεύειν θεόν. Ὁ δὲ βασιλεὺς δι' ὑπεροχὴν βασιλικῆς ἀρετῆς καὶ τὴν ὑπατείαν ἐπέτρεψεν· ὁ δ' ἐδέξατο.

Ὅτι Φαμέας ὁ Μίλχων (l. Ἰμίλχων) ἐπικαλούμενος, μυρία παρέχων κακὰ Ῥωμαίοις, εἶτα Σκιπίωνος στρατηγοῦντος οὐ (οὐδὲν N.) δυνάμενος, τὴν δὲ αἰτίαν ἐρωτώμενος ἐξεῖπεν, τὰ μὲν πρόβατα εἶναι ταὐτὰ, τὸν δὲ ποιμένα σφοδρότερον καὶ τοῦ Ἄργου πολυωπέστερον.

De re v. Zosimus V, 21. 9. In postremis Gainas cum Himilcone Phamæa, Fravitta cum Scipione comparatur.

83.

Ibid. p. 291 : Ἱέραξ ἦν, ὄνομα δὲ τοῦτο ἀνθρώπου κύριον, ὃν εἶδεν ὁ συγγραφεὺς καὶ διελέχθη πρὸς αὐτὸν, καὶ τὴν ψυχήν τε ἀνεμάξατο διὰ τὸν λόγον (τῶν λόγων B.). Καὶ συνελόντι γε εἰπεῖν Ἀλεξανδρεὺς, καὶ κορακώδης μὲν κατὰ τὸ ἄπληστον ἐς τροφὴν, προσῆν δὲ αὐτῷ καὶ τρυφὴ, πρὸς δὲ ἡδονὰς ἀλεκτρυώδης, καὶ οἷός τις ἂν Ἀλεξανδρεὺς ἀσελγέστατος γένοιτο, καὶ εἴ γέ τι Ἀλεξανδρέως ἀσελγέστερον. Ἀλλ' ὅμως ὁ συγγραφεὺς αἰδεσθῆναι τὴν τοσαύτην ἀναίδειαν καὶ ἰταμότητα συμπείσας ἐφ' οἷς ἦν λόγοις ᾤχετο ἀπιών, τεθηπότων τῶν παρόντων, ὅτι ἄνθρωπος ἐξ Ἀλεξανδρείας γλῶσσάν τε ἐπέσχε καὶ φλυαρίαν ἐπέστησε καὶ τὸ πρόσωπον κατέκοψεν (κατέκρυψεν N. κατέβαψεν Dübnerus) ἐρυθήματι.

« Quisnam fuerit hic homo proprio nomine *Accipiter*, cui tam vehementer maledicit Eunapius, non divino. Vixque intelligendum puto Arbazacium ducem [v. fr. 84], quem in bello adversus Isauros luxuriose se gessisse ait Zosimus V, 15. Etenim nomen illud non tam hominem Alexandrinum quam barbarum denotat. » Mai. Idem in Addendis p. 715 hæc affert : « *Accipiter*, cui Eunapius ethnicus tam acerbe maledicit, sine dubio est ille Hierax, homo Christianus S. Cyrillo Episcopo Alexandrino summopere addictus, quem idcirco malevolus præfectus Alexandriæ Orestes tormentis subjecit, indignante, ut par erat, Cyrillo clarum exemplum imperatoriæ artis suppeditavit. Multi tamen homines stolidi et pingui Minerva, qui imperandi periti videri vellent, prædictam rem ludibrio habentes sermonibusque carpentes ac supercilis adductis irridentes, invidia inflammati et repente mirum in modum concordes facti, factoque inopino attoniti aiebant : Imperare scit Fravitta, sed victoria uti nescit . . Chersonesum deseruit . . severunt in regia rumores varios . . ceu si barbarus barbaro ethnicusque ethnico effugium salutemque concederet. Fravitta autem dum hujusmodi fama Constantinopoli pedetentim manaret, in regiam gestiens lætabundusque delatus, improviso fortunæ eventu deus potius, quam homo, visus est : adeo nesciebant quid esset vincere . . qui quum facie annuisset; namque ob multam moris sui simplicitatem dictis commotus fuerat : ait æquum esse annuere . . quumque imperator diceret, oportere ut Fravitta remunerationem peteret, hic ait, postulare se, ut patrio ritu deum colere sibi liceret. Imperator autem propter eximiam, quæ in illo erat, virtutem consulatum quoque contulit, quem ipse recepit.

Phameas cognomento Imilco, qui innumeris damnis Romanos affecerat, deinde, Scipione exercitibus præposito, quum nihil jam posset, causamque rei rogaretur, ait : « Oves quidem eædem sunt, sed pastor multo vigilantior atque Argo oculatior. »

83.

Huic homini nomen proprium erat Hierax (*accipiter*); quem quidem historicus de facie novit atque allocutus est, animumque ejus serendis sermonibus exploravit. Ut breviter dicam, Alexandrinus erat et corvi quidem naturam ingluvie imitabatur : sed neque libidinibus carebat, ad quas galli ritu alacer erat, prorsusque incontinens instar hominis Alexandrini, immo et si quid Alexandrino incontinentius est. Sed tamen historicus tam impudentem tamque effrontem hominem pudorem edocuit eoque facto abiit, mirantibus iis qui aderant, quod homo Alexandrinus linguam cohiberet, nugas omitteret, et facie ruborem traheret.

(Socrat. Hist. Eccl. VII, 13). En igitur quam ob causam impius Eunapius tam acriter Hieracem proscindit. » Zosimi narratio in hac Historiæ parte lacunam habet.

84.

Suidas : Ἀρβαζάχιος Ἴσαυρος, ἐπὶ Ἀρκαδίου τοῦ βασιλέως, ὃν Ἁρπαζάχιον ἐκάλουν διὰ τὸ πλεονεκτικόν. Ἦν μὲν ἐξ Ἀρμενίας, τοῖς τρισὶν ἅμα συγκατειλημμένος πάθεσιν, ὥσπερ Ἡφαιστείοις δεσμοῖς ἀρρήκτοις, καὶ ἔμενέ γε ἐν αὐτοῖς ἐμπεδόν· ταῦτα δὲ ἦν ἐρωτομανία καὶ μέθη καὶ πλεονεξία. Οὕτω δὲ εἰς ἔσχατον ὄρον τὰς ἑαυτῷ δοκούσας ἀρετὰς ἐπετήδευεν, ὥστε οὐκ ἄν τις ἐπίστευσε [μὴ] πειραθείς, ὅτι τὰς τρεῖς ἐκείνας οὕτως εἰς ἄκρον ἐξήσκησε· μουσουργοῖς μὲν γὰρ συνέζησε τοσαύταις, ὅσας οὔτε ἐκεῖνος ἀριθμεῖν εἶχεν, οὔτε ἕτερός τις τῶν διακονουμένων· καὶ οἵ γε προσήκοντες αὐτῷ λογισταὶ τῶν στρατιωτικῶν ἔργων τὸν μὲν ἀριθμὸν τῶν στρατιωτῶν ᾔδεσαν, τὸ δὲ πλῆθος τῶν ἑταιρῶν καὶ τὸν ἐκ τῶν χειρῶν ἀριθμὸν αὐτοῦ διέφυγεν. Ὥσπερ οὖν Ὀρόντην τὸν Πέρσην φασὶν εἰπεῖν, ὅτι τῶν δακτύλων ὁ μικρότατος καὶ μύρια σημαίνει καὶ ἕνα ἀριθμόν, οὕτω κἀκεῖνοι τὰς ἑταίρας κατὰ μονάδας καὶ μυριάδας ἠρίθμουν.

Partem horum repetit Suidas v. Μουσουργοί. De Orontis dicto cf. Aristid. vol. II, p. 257. Eunapii hunc locum primus vindicavit Valesius ad Marcellin. XV, p. 93. De Arbazacio, qui contra Isauros Pamphyliam et Ciliciam devastantes emissus est (404), vid. Zosimus V 25.

85.

Exc. De sent. p. 291, 292 : Ὁ δὲ πρὸς τὸν Ἰωάννην ἐπιστρέψας τὸν λόγον, « Ἀλλὰ σύ γε, εἶπε, πάντων εἶ τῶν κακῶν αἴτιος, τούς τε βασιλέας διατέμνων ἐκ τῆς σφῶν αὐτῶν κολλήσεως, καὶ τὸ θεοπρεπέστατον ἔργον καὶ οὐρανόμηκες ὑπορύττων καὶ κατασείων ταῖς σαῖς μηχαναῖς ἐς διάλυσιν καὶ φθοράν. Ἔστι δὲ πανόλβιόν τι χρῆμα καὶ τεῖχος ἄρρηκτον καὶ ἀδαμάντινον τοὺς βασιλέας ἐν δύω σώμασι μίαν βασιλείαν ἔχοντας φαίνεσθαι. » Καὶ οἱ παρόντες, τούτων λεγομένων, τὰς μὲν κεφαλὰς ἀπέσειον ἡσυχῇ καὶ δεδοικότες· ἐδόκει γὰρ αὐτοῖς ἄριστα λέγεσθαι· τὸν δὲ Ἰωάννην τρέμοντες καὶ πρὸς τὰ σφέτερα κέρδη κεχηνότες (ἡ γὰρ ἀκολασία καὶ τοῖς πονηροῖς, ἥπερ εἴρηται, τιμὴν ἐχαρίζετο), τῆς κοινῆς σωτηρίας ἀμελήσαντες, καὶ προστησάμενοι σφῶν αὐτῶν τὸν Ἰωάννην, τεχνικόν δή τινα ἱερακοτρόφον, τὸν Φράβιθον ἀφείλοντο τῆς ψυχῆς.

Quo hæc spectent, nescio. « Fortasse, Maius ait, sermo est de Arcadii cum Honorio fratre bello Gildonico (397. 398). » Joannes aut Chrysostomus est episcopus Constantin., aut Joannes comes, cui Arcadius arcana sua omnia committebat, quemque plerique patrem esse pueri, quem Arcadius genuisse opinabatur, crediderunt, teste Zosimo V, 18.

86.

Ibid. p. 292 : Παμφυλία γοῦν ὑπὸ τῶν Ἰσαυρικῶν πολέμων πορθουμένη χρυσὸν ἐνόμισε τὰς Ἰσαυρικὰς συμφοράς· καὶ καθάπερ ἐν ταῖς διοσημείαις ἀστραπῆς χαραυνὸς φοβερώτερος (ἡ μὲν γὰρ ἐφόβησε μόνον, ὁ δὲ διέφθειρεν), οὕτω καὶ τοὺς Ἰσαυροὺς φρικωδεστάτους ὄντας ἀκοῦσαί τε καὶ ἰδεῖν ἄνθος ἀπέδειξε καὶ τρυφερώτατόν τι καὶ χλοερὸν ἔαρ ὁ βέλτιστος ἐξ Ἀλεξανδρείας Ἱέραξ, οὕτω πάντα διερευνησάμενος καὶ συναρπάσας ἀθρόως ἐπὶ Φραβίθου φόνῳ. — Καὶ παραλαβὼν ὑπὸ μάλης ἐπειρᾶτο διαφεύγειν κατὰ ῥύμην καὶ φοράν. Ἀλλ' οὐκ εἶχεν ἀλαοσκοπίην ὁ Λύκιος Ἐρεννιανὸς

84.

Arbazacius Isaurus, sub Arcadio imperatore, quem propter rapacitatem Harpazacium, i. e. Rapacem, appellabant. Fuit enim ex Armenia oriundus, simul his tribus affectionibus, ut firmissimis Vulcaniis vinculis constrictus, et in ipsis constanter perseveravit. Hæ autem affectiones fuerunt insanus amor et ebrietas et avaritia. Tanto autem studio illis quas existimabat virtutibus operam dabat, ut qui id experientia compertum non haberet, credere non posset eum tantos in tribus illis vitiis progressus fecisse. Tot enim psaltrias in convictu suo habuit, ut neque ipse neque alius ullus e ministris eas numerare posset. Ac numerarii rerum militarium, qui illi apparebant, militum quidem numerum norant; meretricum vero multitudo omnem eorum calculum superabat. Quemadmodum igitur Orontem Persam dixisse ferunt minimum digitum et decem millia et unum significare : sic etiam illi meretrices et singulatim et per dena millia numerabant.

85.

Is autem, conversa ad Joannem oratione, « Tu vero, inquit, malorum omnium causa es, qui concordiam regum dissocias, remque omnium præstantissimam atque cœlestem artificiis tuis perturbatam pessumdas. Quippe summa felicitas atque adamantina insuperabilisque firmitas est, quum duo reges unum regnum possidere videntur. » Tum qui huic orationi aderant, capitibus taciti pavidique nutabant; visus enim erat rectissime dicere. Veruntamen dum a Joanne sibi timent, et suum quisque lucrum meditatur, (namque impurus ille improbis quoque hominibus honores, uti dictum est, largiebatur,) communi omissa salute, Joannem sibi præfecerunt, callidum scilicet Hieracis alumnum, Fravittamque vita spoliarunt.

86.

Pamphylia Isauricis bellis vastata, nihilominus beatam se judicabat, si his tantum afficeretur. Jam sicuti in procellis fulgure fulmen formidabilius est; illud enim territat, hoc interimit : sic etiam Isauros ceteroquin auditu visuque tremendos, veris tamen instar herbidi floridique ac voluptarii præclarus hic demonstravit Hierax, dum cuncta rimatur temereque diripit post Fravittæ cædem. — Ille clam fugam rapidam et tumultariam molitus est : verum Herennianus vicarius, quem non fefellerat, naturam aquilæ in-

βικάριος ὢν· ἀετὸς δὲ γενόμενος αὐτὸν συνήρπασε τὸν Ἱέρακα, καὶ μόλις ἀφῆκεν, εἰ μὴ τετρακισχιλίους ἐκεῖνος αὐτῷ χρυσοῦς ἀπέτισεν.

De bello Isaurico (404) v. Zosimus V, 25; Sozom. VIII, 25; Philostorg. XI, 8; Tillemont tom. V, p. 473 sqq.

87.

Ibid. p. 292 — 295 : Ὅτι ἐπὶ Πουλχερίας τῆς βασιλίσσης ἐξέκειτο δημοσίᾳ πιπρασκόμενα τὰ ἔθνη τοῖς βουλομένοις ὠνεῖσθαι τὰς ἀρχάς· πᾶσι δὲ ἐπιπράσκοντο μεγάλα τε καὶ μικρὰ φανερῶς ἐπὶ δημοσίων τραπεζῶν, ὥσπερ ἄλλο τι τῶν ἐπ' ἀγορᾶς ὠνίων. Ὁ βουλόμενος Ἑλλήσποντον ἀδικεῖν εἶχεν Ἑλλήσποντον πριάμενος, καὶ ἄλλος Μακεδονίαν, Κυρήνην, καὶ ὅπως ἕκαστος ἐνόσει πρὸς τὸ ἄδικον ἢ ἐχθροὺς ἔχων. Ἐξῆν δὲ καὶ καθ' ἕκαστον ἔθνος τὴν μοχθηρίαν ὠνεῖσθαι ἑαυτοῦ πρὸς τὸ βλάπτειν τοὺς ὑπηκόους, καὶ πολλὰ συλλαμβάνειν ἔθνη· τοῦτο γὰρ ὁ βικάριος ἐδύνατο καὶ ἡ ἀνθύπατος ἀρχή. Καὶ δέος ἦν οὐδὲν τῶν ἀθλίων γραμμάτων τοῖς νόμοις ἐντεθνηκότων, ὡς δεῖ τὸν ἐπὶ χρήμασι δικάζοντα κολάζεσθαι· ἀλλ' οἱ μὲν νόμοι κατὰ τὸν Σκύθην Ἀνάχαρσιν οὐκ ἀραχνίων ἦσαν ἀσθενέστεροι καὶ λεπτότεροι μόνον, ἀλλὰ καὶ κονιορτοῦ παντὸς πρὸς τὸ ῥεῖν εὐκόλως καὶ διανεμοῦσθαι παραφερόμενοι. Ὁ δὲ τὸ ἔθνος ἢ τὰ ἔθνη παραλαβών, δύω τινὰς ἢ τρεῖς στρατιώτας συνεφελκόμενος κατὰ τὴν πλαγίαν εἰσιόντας θύραν, μὴ βουλόμενος μανθάνειν (λανθάνειν B.), ὅτι [..., διὰ B.] σιωπώντων κηρύκων, εἰ δὴ κήρυγμα σιωπώμενον γίγνεται, πρὸς πάντας περιήγγελλεν, ὡς δή φησιν Ὅμηρος· « κλήδην εἰς ἀγορὴν κικλήσκειν ἄνδρα ἕκαστον, μηδὲ βοᾶν, αὐτὸς δὲ μετὰ πρώτοισι πονεῖτο· » καὶ ὁ ἄρχων διὰ τῶν ἀφθόγγων τούτων κηρύκων πρὸς τὸ οὖς ἑκάστῳ περιήγγελλεν, ὡς πριάμενος εἴη τοὺς ὑπηκόους τόσου καὶ τόσου ἀργυρίου, καὶ πᾶσά γε ἀνάγκη τοῦτο καταβάλλειν, ἢ πράγματα ἔχοντας ἐπιτρίβεσθαι θανάτοις καὶ ζημεύσεσιν. Οἱ μὲν οὖν ἔχοντες καὶ συντελεῖς ἐκ προϋπαρχούσης οὐσίας κατετίθεσαν οἰμώζοντες τὸ ἀργύριον· οἱ δὲ ἀποροῦντες δημοσίᾳ κατεδαπανῶντο ταῖς μάστιξι τὰ σώματα· πρόφασις δὲ ἦν ἑτέρα τις. Εὑρέθη γὰρ γένος ἀνθρώπων δι' ἀπορίαν καὶ ἀπόνοιαν ὀξυθάνατον καὶ φιλοκίνδυνον, οἳ τὰς ὕβρεις οὐκ ἐνεγκόντες ἐπὶ κατηγορίᾳ τῆς λῃστείας ὥρμησαν ἐπὶ τὸν τῆς αὐλῆς ἔπαρχον. Κἀκεῖνος ἂν ἐπὶ τὸ πρᾶγμα διεσχηματισμένος πάλαι καὶ αὐτὸς ἕτερα τοιαῦτα πάσχων τόν τε κατηγορηθέντα συνήρπασε, καὶ τοὺς κατηγορήσαντας ὡς παρρησίαν ἔχοντας ἐπήνεσεν . . . τοιαῦτα γένοιτο· καὶ πρὸς τὸν ἀγῶνα τῆς κρίσεως ἐλθούσης, ἔφραζεν ἂν διὰ τοῦ πιστοτάτου τῶν εὐνούχων· « Ἄπιτε, ὦ βέλτιστοι, πάνυ θαυμάζοντες ὅτι μετὰ τῶν κεφαλῶν ἄπιτε· κατηγορεῖν γὰρ ἀρχομένους οὐκ ἔξεστιν. » Οἱ μὲν ἀπῄεσαν ψηλαφῶντες τὰς κεφαλὰς ἐπὶ τοῖς λόγοις καὶ ἀγαπῶντες, ὅτι ἔχουσι συνηρμοσμένας· ὁ δὲ νικήσας τὴν Καδμείαν μακρῷ πλέον ἦν ἀθλιώτατος, καὶ τὴν ἀρχὴν πριάμενος ὅλης τῆς ὑπαρχούσης οὐσίας, καὶ τὸ κέρδος τῆς ἀρχῆς προσκαταβαλὼν ταῖς τοσαύταις ἐνέδραις καὶ λόγοις. Πᾶσαι γοῦν οἰκίαι πρὸς τοῦτον ἐκενοῦντο ἂν τὸν δόλον· καὶ ῥᾷστα ἦν ὁρᾶν τοὺς ἄρξαντας διεδημευμένους, ὥσπερ που καὶ ὁ κωμικός φησιν· « ἄρξαντος ἀνδρὸς δημόσια τὰ χρήματα. » Ὁ δὲ ἀγνοῶν τίς κωμικὸς, οὐδὲ ἀναγινώσκειν ἄξιος τὴν γραφήν. Οὕτω γοῦν καὶ ὁ Ἐρεννιανὸς τότε τὸν Ἱέρακα

---

duens, corripuit Hieracem; vixque demum dimisit, quattuor acceptis ab illo aureorum millibus.

87.

Pulcheria regnante, prostabant publice venum gentes iis qui præfecturas coemere volebant : et sive hæ magnæ sive modicæ essent, palam in publicis mensis, ceu venales in foro merces, distrahebantur. Igitur qui Hellespontum diripere avebat, Hellespontum emptam ferebat, alius vero Macedoniam, alius Cyrenen, prout quisque peculandi morbo laborabat, aut inimicos ulciscendi. Licebat autem his improbis vel singularum gentium præfecturas nocendi causa coemere, vel etiam cumulate plurium : illatenus enim patebat vicarii vel proconsulis jurisdictio. Nullus autem metus erat decretorum tristium jampridem cum legibus mortuorum, quod pœnæ videlicet is qui jus venale habet, obnoxius sit. Etenim leges non modo, prout Scytha Anacharsis ait, araneosa tela infirmiores erant ac subtiliores, verum prorsus pulveris instar huc illuc facili jactu circumagebantur ac diffluebant. Qui vero unam gentem pluresve emerat, binis vel ternis stipatus satellitibus, qui ad se per posticum ventitarent, ne forte lateret, * per tacitos præcones (si tamen præconium tacitum fieri potest) omnes certiores fecit, et more Homerico (*Il.* 9, 11) nominatim ad forum viros singulos advocabat sine strepitu, ipse vero in primis fungebatur munere. Itaque magistratus his taciturnis præconibus utens in cujusque aurem insusurrabat, se singulos subditos hoc et illo argenti pondere venales habere. Prorsus autem necesse erat, vel imperatam pecuniam pendere, vel calumniis implicitos supplicia perpeti et proscriptiones. Qui ergo nummati erant, ii pro facultatibus quisque suis cum gemitu pecuniam solvebant : tenuiores autem plagis publice impositis abibant; rei prætextus autem aliunde petebatur. Exstitit enim genus hominum, qui ob egestatem ac vecordiam impendentem necem ac pericula temnerent. Hi, nimirum injuriarum impatientes, crimen peculatus apud aulæ præfectum detulerunt. Hic autem, rem serio agere simulans (quippe et ipse olim in simili fortuna versatus erat,) eum qui accusabatur, reum agebat, et accusatoris fiduciam commendabat. Verumtamen ubi judicii disceptatio aderat, per fidelissimum sibi eunuchum nuntiandum illis curabat : « Abite, viri optimi, lucroque apponite, quod salvo capite abitis; namque magistratibus diem dicere nequaquam licet. » Tum illi discedebant, his auditis, capita sua contrectantes, et plane contenti, quod ea cervicibus adhuc hærerent. Qui autem Cadmeam hanc victoriam retulerat, multo jam infelicior erat, tum quia præfecturam olim omni suo patrimonio redemerat, tum quia nuper præfecturæ lucra his insidiis et

τὰ πλείονα (τῷ πολλὰ B.) μὲν ὀφελίσθαι, πλείονα δὲ καταβαλεῖν συλλαβὼν ἀπέδειξε δικαίας ἀποτίνοντα τιμωρίας τοῦ κατὰ Φράβιθον φόνου. Ὁ δὲ Ἱέραξ καλούμενος ὑπὸ τοῦ πλείονα καταθέντος ὥσπερ ἀετοῦ συνειλημμένος ἀηδὼν ἦν Ἡσιόδειος οὐ δυναμένη πρὸς κρείττονα ἀντιφερίζειν. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ ἀετὸς οὐδὲν διέφερεν ἀηδόνος, πλὴν ὅσα καὶ εἰς τὸν τοῦ μύθου κολοιὸν ἐτέλει, τῶν ἰδίων πτερῶν ὥσπερ ἀλλοτρίων ἐστερημένος.

Ὅτι ἐπὶ τῆς αὐτῆς βασιλίδος οὐκ ἦν τινα παρὰ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν μὴ τοῦτο ἀκοῦσαι· « Τί δὲ σὺ, πάντων ἀνδρῶν θαυμασιώτερε, [πόλε]ων οὐκ ἄρχεις καὶ ἐθνῶν; » καὶ ὁ λόγος ἦν τοῦ κατὰ μῦθον ἰοῦ τῶν διψάδων δυνατώτερος.

Hæc in iisdem rebus versantur, de quibus in fragmento antecedente sermo est. Ad Pulcheriæ Augustæ tempora (inde ab an. 414) auctor (monente Niebuhrio) h. l. digressus est, ut referendo quomodo Hierax, æmulo, qui vel ipsum nequitia superaret, per Augustæ avaritiam traditus, pro nece Fravittæ seras pœnas, verumtamen pœnas dederit, se solaretur. Ne cum Maio credas usque ad annum 414 vel ultra etiam Eunapium narrationem deduxisse, falsaque de Historiarum termino Photium tradidisse, vel inde prohibeberis, quod sequitur fragmentum de Stelichone, qui multum ante Pulcheriæ regnum periit (an. 408).

88.

Ibid. p. 295 : Ὁ δὲ Στελίχων οὐκ ἐφόνευσε τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ ζῆν αἰσχρῶς ἠνάγκαζε, πάντα ἀφαιρούμενος, καὶ πρὸς τὸ βαρύτατον, ὡς φησι Μένανδρος, τὴν πενίαν θηρίον καὶ . . . λέγων καὶ συστέλλων.

Ὅτι ὑπ . . . ως διὰ φιλαργίαν ἥροῦντο . . . ἅπαντες· criminationibus propulsandis insumpserat. Atque hujusmodi fraudibus domus omnes facultatibus vacuabantur : passimque videre erat magistratuum bona publicata : veluti ait comicus : « Viri publicum munus gerentis publica est pecunia. » Qui autem nescit, quisnam comicus, is indignus est qui hæc legat. Sic igitur Herennianus Hieracem, qui plurima item impenderat, comprehensum coegit pœnas luere necis quam Fravittæ intulerat. Hic autem Hierax (*accipiter*) ab eo, qui plura impenderat, tanquam ab aquila correptus, luscinia evasit Hesiodea, quæ potiori par esse non potuit. Tum et ipsa demum aquila nihil distulit a luscinia, nisi quod ad extremum, ut est in fabula, in corvum desiit, cui plumæ tanquam aliena res ereptæ fuerunt.

Eadem regina imperante, nemo Constantinopoli non hos sermones audiebat : « Tu vero, vir præclarissime, cur non urbibus populisque imperas? » Atque hic sermo veneno illo, quod est in fabulis, serpentum dipsadum efficacior erat.

88.

Stelicho homines non interemit, sed turpiter vivere coe-

οἱ δὲ ἔχοντες ζῆν μᾶλλον ἢ τοὺς . . . δεῖν πυρὶ καὶ φόνῳ καὶ σιδήρῳ πάντα δαπανήσασθαι . . . τῆς . . . χῆς ἐν τῷ διαφαίνεσθαι ὅτι μόνος Στελίχων ὑπὲρ ἀνθρωπίνην ἐν . . .

SEDIS INCERTÆ.

89.

Suidas : Ἀτάσθαλα... καὶ ἀτάσθαλον, ἄδικον, παράνομον. Εὐνάπιος· « Γυναικῶν δὲ ὕβρις καὶ τὸ ἀτάσθαλον εἰς παῖδας εὖ γεγονότας συνεκρώσθη καὶ νόμος εἶναι (ἦν? Boisson.). » Videntur hæc petita esse ex eodem loco, unde de Carino fragmentum 4. Certe eandem ibi sententiam habes, eademque pæne verba.

90.

Idem : Βαλάντιον, μάρσιπος. Εὐνάπιος· « Εἴ τε φιλοχρήματος εἴη καὶ δοῦλος τῶν βαλαντίων· καὶ ταῦτα σαφῶς ἐκπυνθανόμενοι, πρὸς ταῦτα διεστρατήγουν τὸν πόλεμον. »

91.

Idem : Οἰδοῦσαν. Εὐνάπιος· « Τοσούτου δὲ οἰδοῦντος καὶ ὑπερφυομένου κακοῦ. »

92.

Idem v. Θέσεις. Εὐνάπιος· « Τῶν δὲ Ῥωμαίων ἐπ' αὐτὸ τοῦτο βιαζομένων ἄπορον αὐτοῖς ἀποδεῖξαι καὶ πλῆθος καὶ θέσιν καὶ βέλη καὶ μηχανὰς καὶ μεγέθη ποταμῶν, πρὸς τὸ μὴ πάντων ἥττᾶσθαι σφῶν καὶ ὁμολογεῖν εἶναι χείροσιν. » Locus mutilus, ut videtur.

Idem : Μοσχεύων, μεταφυτεύων. Εὐνάπιος· « Οὗτοι μὲν ὧδε μένοντες ὑπεμόσχευον τὸν πόλεμον· » ἀντὶ τοῦ ὑπέστρεφον, ὑπεφύτευον.

gît, ereptis bonis omnibus, eosque ad egestatem, molestissimam belluam, ut ait Menander, damnavit.

89.

Feminarum vero stupra et adolescentium nobilium corruptiones ut pro licitis haberentur decretum est.

90.

(Quæsiverunt) an pecuniæ esset avidus et crumenæ servus. De qua re quum ipsis certo constaret, præcipuam ejus rationem in bello gerendo habebant.

91.

Tanto autem malo intumescente et succrescente.

92.

Quum autem Romani eo tenderent, ut demonstrarent illis, quantas objicerent difficultates et ipsorum multitudo et loci situs et tela et machinæ bellicæ et magnitudo fluviorum; itaque non prorsus ab illis se vinci, neque se illis inferiores esse confiteri.

Isti quidem hic manentes, bellum clam serebant.

93.

Idem : Ῥῦμα, φυλακή ... « Ἐς τόξου ῥῦμα περιέπλεον τοῖς Ῥωμαίοις οἱ βάρβαροι, πόλλ' ἅμα βέλη ἀφιέντες. » Εὐνάπιος· « Πέτρα δέ τις ἀπεσπασμένη ἐς τόξου ῥῦμα, » τουτέστιν ἕλκυσμα. Καὶ αὖθις· « Κραταιῶς ἐκ τούτων ἀνῆπτον τὰ ῥύματα, λαμβάνοντες ἐκ τῶν κατ' ἄλληλα πλοίων, καὶ κατείχετο τὸ ζεῦγμα τοῖς ῥύμασι. » Primus et tertius locus num item Eunapii sit, in medio relinquo. Certe qui deinde subjungitur verbis Καὶ αὖθις locus quartus, non est Eunapii sed Polybii (III, 46).

Idem : Ζεῦγμα. Εὐνάπιος. « Ἡ τοῦ ποταμοῦ διάβασις. »

94.

Idem v. Μελεδωνός : Καὶ Εὐνάπιος· « Τῶν αὐτῶν ἐθῶν (ἐτῶν v. l.) γυναῖκά τινα στείλας ἐσθῆτι λευκῇ καὶ στέμμασιν, ὡς δὴ μελεδωνὸν οὖσαν τῆς Συρίας οὕτω δὴ καλουμένης θεοῦ. »

95.

Idem : Ἀποτραχηλίζοντες, ἀπάγχοντες. Εὐνάπιος· « Καὶ οἱ μὲν αὐτοὺς διέφθειρον σχοινίοις ἀποτραχηλίζοντες. »

96.

Idem v. Ἐχμελές : « Καὶ τἆλλα πάθη κατὰ τὴν ἐχμελῆ λύραν ἐθεραπεύετο », φησὶν Εὐνάπιος.

97.

Idem : Ἀπαγορεύει, ἀποτρέπεται, ἀρνεῖται. « Ἀπαγορεύουσι τῷ Φιλίππῳ, καὶ τὸν Δέκιον ἀναγορεύουσιν. » Καὶ αὖθις Εὐνάπιος· « Πρὸς τὸ ἀφανὲς καὶ ἀόριστον τῆς χώρας ἐκπεσόντες, πρὸς τοὺς φόνους καὶ πρὸς τὴν λείαν ἀπαγορεύοντες. » Καί· « Ἀπαγορεύεις Σίμων Πέτρε. » Priorem locum Dexippi esse suspicatur Bernhardyus. Idem vocem αὖθις ante ἀπαγορεύεις poni vult.

98.

Idem v. Μεγαλοπρεπής : Εὐνάπιος· « Οὔτε ἄλλως τὸ μεγαλοπρεπὲς κατὰ τὴν δίαιταν ἐν ταῖς μάχαις ἐστὶ φιλοκίνδυνον. »

99.

Idem : Συντεκμηράμενος, συμβαλών, καταστοχασάμενος. Εὐνάπιος· « Τὸν πάντα βίον αὐτοῦ συντεκμηράμενος ἐκ τῶν ἐναργῶν περὶ αὐτὸν συμβόλων τε καὶ σημείων. »

100.

Idem : Διάμετρος, γεωμετρικόν τι εἶδος. Εὐνάπιος· « Ὡς κατά τινας διαμέτρους κεραίας κεχιῶσθαι τὴν γλῶτταν ταῖς ἀντιτύποις συμβολαῖς τῶν ἀχίδων. »

101.

Idem : Διενεγκεῖν, ἀγαγεῖν. Εὐνάπιος· « Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ὑπὸ τῆς ἀνδρώδους γυναικὸς ἔργον κατετολμήθη καὶ συνεπράχθη γενναῖον οὕτω καὶ ἀνδρῶδες, ὥστε ἄπιστον εἶναι διενεγκεῖν εἰς τὴν διήγησιν. »

102.

Idem v. Παιδιά : Εὐνάπιος· « Καὶ οἱ μὲν παιδιάν τινα ἐκ τῶν πολεμίων ἡγούμενοι, τοσοῦτον ἐδυσχέραινον, ὅσον ἠναγκάζοντο βοᾶν καθ' οὓς ἐμβάλοιεν. »

« Si reliqua belle se habent, saltem βοᾶν labem duxit : nam Eunapius, opinor, voluit, milites illos opinione falsos fuisse, qui quum bellum sic per ludum jocumque gesturos animo præsumpsissent, ærumnas debuerint tolerare vel rebus alienis abstinere. Contra sentit Hermannus, priora vertens, *jocum opinabantur ab hostibus paratum.* » Bernhardy.

93.

« Barbari Romanos circumnavigarunt, sagittæ jactum ab iis distantes, multaque tela in eos emiserunt. » — Eunapius : « Petra vero quædam teli jactum distans. » — Et iterum : « Firmiter his funes ductarios alligarunt, quos sumebant ex navibus, quarum altera juxta alteram collocata erat ; itaque pons funibus ductariis retinebatur. »

94.

Mulierem, quæ mores ejusdem populi sequeretur, alba veste et coronis ornatam misit, quasi sacerdotem Deæ Syriæ quam appellant

95.

Et illi quidem eos funibus strangulantes necarunt.

96.

Et ceteri ejus morbi ad ingratum lyræ cantum sanabantur.

97.

Quum in obscuram et occultam regionis partem pervenissent, et cædibus prædisque agendis defatigati essent.

98.

Et alioquin illi, qui splendide vivunt, periculis in bello se offerre recusant.

99.

Omnem ejus vitam per conjecturam assecutus ex evidentibus indiciis signisque.

100.

Ita ut lingua secundum quasdam diametros adversis et coeuntibus spiculorum ictibus decussata esset.

101.

His temporibus facinus quoddam audacter susceptum a virili muliere et confectum est, adeo generosum illud et virile, ut incredibile sit, si in narrationem deducatur.

102.

Et illi quidem ludum quendam ab hostibus ludi putantes, tantum indignabantur, quantum vociferari cogebantur contra illos, quos adoriebantur.

103.

Idem : Διαυχενίζεσθαι. « Ὁ δὲ τὰ φρονήματα καὶ τοὺς θυμοὺς τῶν στρατιωτῶν ἀνηρέθιζε, καὶ διαυχενίζεσθαι πρὸς τὸ ἀγέρωχον ταῖς μελέταις ἐξεκάλει καὶ φιλοκίνδυνον. »

Idem : Ἀνηρέθιζε, ἐπί τι παρώτρυνε καὶ παρέθηγεν. Εὐνάπιος· « Ὁ δὲ τὰ φρονήματα καὶ τοὺς θυμοὺς τῶν στρατιωτῶν ἀνηρέθιζεν. »

« Agitur forte de Valentiniano, qui ut Celticarum gentium securitati provideret, νεολαίαν ὅτι πλείστην, ait Zosimus IV, 12, 2, ἀθροίσας, ἔκ τε τῶν παροικούντων τῷ Ῥήνῳ βαρβάρων καὶ ἐκ τῶν ἐν τοῖς ὑπὸ Ῥωμαίους ἔθνεσι γεωργῶν, τοῖς στρατηγικοῖς ἐγκαταλέξας τάγμασιν, οὕτως αὐτοὺς ἐξήσκησε τὰ πολέμια, ὥστε φόβῳ τῆς περὶ τὰ τοιαῦτα τῶν στρατιωτῶν μελέτης καὶ πείρας, ἐννέα τοὺς πάντας ἐνιαυτοὺς μηδένα τῶν ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον ταῖς ὑπὸ Ῥωμαίους πόλεσιν ἐνοχλῆσαι. Vel respicitur Fravithus, qui adversus Gainam dux electus, ἀργούντων οὐκ ἠνείχετο, Zosimo teste V, 20, 4, τῶν στρατιωτῶν, ἀλλὰ μελέταις συνεχέσιν ἐξήσκει, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον τοῖς γυμνασίοις ἐπέρρωσεν, ὥστε κτλ. Potest etiam fragmentum referri ad Sebastianum, qui electis duobus militum millibus, τῇ συνεχεῖ γυμνασίᾳ, ut ait Zosimus IV, 23, 5, τὸ ἐνδέον ἐπλήρου κτλ. » Boissox.

104.

Idem v. Χρῆμα : Εὐνάπιος· « Ὁ δὲ τὰς δυνάμεις ἤθροισε, καὶ τὸ χρῆμα τῆς διαβάσεως ἐπισπέρχων ἤδη καὶ συμβιαζόμενος, καὶ πλὴν ἀγαθῆς ψυχῆς σῶμα οὐκ ἔχων. »

« Agitur forte de Fravitho, qui teste Eunapio (fr. 80) ἐνόσει τὸ σῶμα, τῆς ψυχῆς ὑγιαινούσης πλέον. » Boiss.

105.

Idem v. Ψιλός· Εὐνάπιος δὲ λέγει ψιλὸν καὶ οἷον κωφόν.

Idem : Ἀνῆψεν, ἀνεκρίμασε τοῖς θειοῖς. Εὐνάπιος.

Sequuntur fragmenta auctoris sui nomine non insignita, quæ Eunapii esse viri docti censuerunt.

106.

Idem : Εὐτόκιος ἀπὸ Θράκης ἐλθὼν οὔτε γνώμην ἐπιεικής τις ἦν, οὔτε γένους εὖ ἦκων, ἀλλὰ καὶ στρατιώτης μὲν ὁ τυχών, πολλὰ δὲ χρήματα κοινὰ τοῦ ἰδίου τάγματος ὑποκλέψας ᾤχετο φεύγων εἰς τὴν Παλαιστίνην. Ἐπεχείρησε μὲν οὖν Ἐλευθεροπολίταις ἑαυτὸν ἐγκαταλέξαι, τῆς βουλῆς μετασχὼν ἐπὶ χρήμασι μεγάλοις. Καὶ γὰρ ἐγλίχετο τὴν τύχην μεταβαλεῖν εἰς τὸ εὐγενέστερον· καίτοι ἔδει πρότερον μετατίθεσθαι τὴν προαίρεσιν εἰς τὸ κρεῖττον. Ἀλλ' ὅμως οἱ Ἐλευθεροπολῖται, τὸ πλῆθος ὑπιδόμενοι τῶν χρημάτων, οὐ προσεδέξαντο τὸν Εὐτόκιον. Ὁ δὲ μετεχώρησεν εἰς τὴν Ἀσκάλωνα· καὶ ὁ τότε πρωτεύων Κρατερὸς εὐμενῶς αὐτὸν ὑπεδέξατο μετὰ τῶν χρημάτων, πολιτικῆς τε μετέδωκεν ἐλευθερίας. Οἱ δὲ Θρᾷκες ὑστέρῳ χρόνῳ κατὰ πύστιν ἥκοντες ἐπὶ τὸν Εὐτόκιον, ἀπῄτουν τὸν Κρατερὸν αὐτόν τε τὸν Εὐτόκιον καὶ τὰ χρήματα· ὁ δὲ οὐ μεθίει τὸν ἄνδρα· τῶν δὲ στρατιωτῶν ἐπὶ δίκην τὸ πρᾶγμα φερόντων, ὁ Κρατερὸς ὑπεραγωνίζεται τοῦ Εὐτοκίου, καὶ περιγίνεται τῶν Θρᾳκῶν· ἐφ' ᾧ καὶ χρησμὸς ἐξέπεσεν, ἔχων ὧδε.

« Integrum hunc articulum descripsit Suidas ex historico aliquo deperdito : quem ex stylo Eunapium esse suspicor. » Kuster. Contra Bernhardyus : « Equidem nihil agnosco, quod Eunapium magis quam Malchum redoleat. » — Dubitans locum in Eunapiana receperunt Boissonadius et Niebuhrius. Res tanto incertior, quum de Eutocio illo ejusque ætate non constet. Niebuhrius suspicatur ab hoc Eutocio mathematicum, qui sub Justiniano scripsit, duxisse genus.

107.

Idem : Διηυχενίζετο, ὑψηγγίνει. « Ἕτερα δὲ

103.

Ille vero spiritus et animos militum irritabat, eosque ad ferociam erectis cervicibus ostendendam et pericula prompte adeunda exercitationibus provocabat.

104.

Ille vero copias coegit et trajectus negotium jam vehementer urgens, et præter bonum animum corpus non habens.

105.

Nodum. — Suspendit diis.

106.

Eutocius, e Thracia oriundus, nec probo animo fuit nec genere nobili, sed miles gregarius : qui quum magnam pecuniæ summam cohorti suæ suffuratus esset, in Palæstinam abiit, operamque dedit, ut apud Eleutheropolitanos in civium numerum reciperetur, postquam magnis largitionibus in senatum irrepserat. Ex humili igitur conditione ad fortunæ splendorem pervenire cupiebat, quum prius sentiendi rationem in melius debuisset convertere. Sed tamen Eleutheropolitani, copiam divitiarum suspectantes, Eutocium non receperunt. Tum Ascalonem migravit; ubi Craterus, vir inter Ascalonitas primarius, ipsum cum pecunia benigne suscepit, et jure civitatis donavit. Thraces igitur, ad quos fama ejus rei perlata fuerat, Eutocium venerunt arcessitum, a Cratero Eutocium et pecuniam repetentes. Ille autem virum non tradidit. Et quum milites rem ad judices detulissent, Craterus Eudocium defendit et Thraces vicit : qua de re tale oraculum editum est.

107.

Ob alia vero quædam non multo minora caput erigeba-

οὐ πολύ τι μείοι ἀνωρθοῦτο καὶ διηυχενίζετο, ἀλλὰ τούτων βαρύτερα καὶ χερσυνῷ προσεμφερῆ. »

« Eunapiana esse suspicor ob usum verbi διαυχενίζεσθαι, quo usus est Eunap. fr. 103, et hæc ipsa verba ἀνωρθοῦτο καὶ διηυχενίζετο leguntur in fr. 76. » Boissox.

108.

Idem : Δραστήριον. « Τὸ κόσμιον καὶ ἡσύχιον μετὰ τοῦ δραστηρίου αὐτῷ ἐτέταχτο καὶ τοῦ ἀνδρώδους· ἐπιεικὴς γὰρ ὢν καὶ πρός γ' ἔτι ἀπράγμων, ὅμως εἰς ἀγῶνα πραγμάτων ἐμβεβηκὼς ἐξ ἀνάγκης οὐδενὸς ἐλείπετο τῶν περὶ ταῦτα καλινδουμένων. »

« Fragmentum Eunapio dandum duxi ex solo scribendi genere. Sentio quam levidense sit hoc argumentum. » Boissox.

109.

Idem : Περιχαῶς, ἐρωτικῶς. « Περιχαῶς τῆς γυναικὸς ἔχων. » « Hæc Eunapio tribuo, quod adverbio non vulgari περιχαῶς fuerit usus in Sophistis p. 111. Rursus fateor hoc argumentum non esse validissimum. » Boisson.

110.

Idem : Ἐμφέρεια, ὁμοιότης.

Idem : Μεσαιπόλιος, ὠμογέρων, μιξοπόλιος.

« Hæc referri posse ad Eunapium putavi ex hac Zosimi, qui Eunapium sæpissime exprimit, sententia (II, 51) : ἄνδρα μεσαιπόλιον, ἐμφέρειάν τινα πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως ἰδέαν ἔχοντά πως ἔχειν, εὑρών. Sed potuit Suidas ipsa Zosimi verba respicere. » Boissox.

et cervice elata incedebat; sed his graviora et fulmini similia.

108.

Modestia et tranquillitas in illo conjuncta erat cum alacritate et fortitudine. Nam qui modestus esset et vitæ quietæ amans, idem tamen, quum necessitate cogente ad negotia accederet, nullo erat inferior eorum qui in illis assidue versati erant.

109.

Illius mulieris ardente amore flagrans.

110.

Similitudo. — Semicanus

OLYMPIODORUS THEBÆUS.

Olympiodorus ex Ægypto Thebæus, gentilis poeta et historicus, Byzantii, ut videtur, vixit temporibus Arcadii et Theodosii secundi. Circa annum 412 legationem obiens ad Donatum Hunnorum regulum (v. Exc. Phot. § 18) itinere maritimo eoque periculosissimo profectus est. Aliud iter maritimum, quo item multa auctor perpessus sit, in Photianis excerptis (§ 28) memoratur inter res quæ pertinent ad annum 415. Videtur Byzantio tum in Græciam trajecisse, quandoquidem ibidem narratur Olympiodorus Athenas appulisse, ubi Leontium in thronum sophisticum opera sua et studio evexerit. Denique tertium iter, in quo rursus κατὰ θάλασσαν πολλὰ παθὼν ὁ συγγραφεὺς μόλις διεσώζετο (§ 35), circa annum 421 in Ægyptum suscepit, Thebasque patriam visit, indeque meridiem versus Syenen contendit, nec non Blemmyum regionem lustravit. Inter familiares ejus Philtatius quidam erat, σὺφωῦς περὶ τὴν γραμματικὴν ἔχων (§ 32), et fortasse etiam Valerius, qui sub Constantio imp. præfectus Thraciæ fuerat (§ 27).

Scripsit Olympiodorus atque Theodosio juniori dedicavit historiarum libros sive λόγους ἱστορικοὺς viginti duos, quibus res annorum ferme octodecim continebantur, inde ab Honorii anno decimo tertio (407) usque ad annum 425, quo Valentinianus tertius imperio potitus est. Ceterum non id auctor egit, ut opus ad justæ historiæ severitatem elaboraret, sed materiam vel silvam historico uberrimam præbere satis habuit. Quare tum de rerum ordine chronologico minus sollicitus fuit, et in fundenda oratione genio suo indulsit.

Præter Photium unus Zosimus semel (V, 27) disertam hujus scriptoris mentionem injecit. Dubitarique nequit, quin recte Tillemontius (*Hist. des emp.*, tom. V, p. 656) et Reitemeierus (ad Zos. p. 611) Zosimum in postrema operis sui parte (inde a lib. V, 26) Olympiodoro maxime se addixisse statuerint. Reitemeierus l. l. de his ita habet : « In postrema hac historiæ suæ parte Zosimus, postquam in superioribus maxime Eunapium ducem habuit, Olympiodori nunc, scriptoris æqualis, diserti ac fide dignissimi, vestigiis institit, ejusque sylvam ita sequitur, quantum scilicet comparatione epitomæ a Photio confectæ et historiæ Zosimeæ intelligitur, ut rationem et ordinem eundem servet, et ubi res naturali vinculo haud conjunctæ explicandæ sunt, a rerum serie cum eo deflectat, veluti in historia Constantini tyranni, quæ paullo quidem seriore, commodo tamen loco integra et aliis haud interrupta enarratur. Judicio Zosimum suo esse usum, nec temere auctoritatem ducis sui secutum, argumento erunt loca, in quibus ab Olympiodoro discedit, et alia, quæ vel in breviario Photii paullo prolixius sunt explicata, docebunt, quantum sit in Zosimo brevitatis studium, quod vel obscuritatem nonnullis videtur affudisse locis (e. g. V, 34, 2. 37, 6. VI, 8, 1). Quæ de rerum causis vitiisque imperatorum, rebusque præfectorum civilibus aut militaribus judicata in hac parte legimus, Olympiodori potius esse quam ab Zosimo animi acie inventa, suspicamur, eamque ob causam ea, quæ de Stilichonis virtutibus ac vitiis ab omni iniquitate alienus judicavit, non Eunapio, qui ut impium in majorum sacra hominem eum exagitaverat, sed Olympiodoro duce scripsit. Qui cum Zosimo hic comparari scriptores adhiberique ad ejus emendationem possint, ii et paucissimi sunt et minimi momenti. Orosius quidem, nisi justo parcior ac brevior in rebus enarrandis fuisset, indulsissetque minus ingenio superstitioso, ut æqualis ætate adeoque maxime auctoritate pollens, utilissimus ad hunc usum foret. Suppeditant nonnulla, quæ huc faciunt, præter Sozomenum et Philostorgium et chronographos Marcellinum et Prosperum, Jornandes et Procopius, hic in ultimis, ille in prioribus, denique Augustinus, æqualis, ac Frigeridus Turonensis. Ultimo loco monebimus, hiatum esse quodammodo historiæ rerum quæ inter annum 404 et 407 gestæ erant. Quum enim Eunapius historiæ suæ finem anno 404 fecerit, Olympiodorus autem suam anno 407 exorsus sit, relictum ab iis est spatium, quod nisi aliunde sartum Zosimus præstitit ac rebus in illo temporis intervallo gestis explevit, ipsius historiam imperfectam reddere debuit. Quantum comparando potest conjici, ex Olympiodoro, qui exordium historiæ suæ paullo altius duxisse videtur, ea, quæ iis annis sunt inclusa, sumpta sunt et translata. » — Præter Zosimum præ ceteris Sozomenus Olympiodori commentarios consuluisse videtur.

Photius Bibl. cod. 80.

Ἀνεγνώσθησαν Ὀλυμπιοδώρου ἱστορικοὶ λόγοι κϛ'. Ἄρχεται ἀπὸ τῆς Ὀνωρίου τοῦ βασιλέως Ῥώμης τῆς ὑπατείας τὸ ἕβδομον, καὶ Θεοδοσίου τὸ δεύτερον, κατέρχεται δὲ μέχρις ὅτου Βαλεντινιανὸς ὁ Πλακιδίας καὶ Κωνσταντίου παῖς εἰς τὴν βασίλειον τῆς Ῥώμης ἀνερρήθη ἀρχήν. Οὗτος ὁ συγγραφεὺς Θηβαῖος μέν ἐστιν, ἐκ τῶν πρὸς Αἴγυπτον Θηβῶν τὸ γένος ἔχων· ποιητὴς, ὡς αὐτός φησι, τὸ ἐπιτήδευμα· Ἕλλην τὴν θρησκείαν· σαφὴς μὲν τὴν φράσιν, ἄτονος δὲ καὶ ἐκλελυμένος, καὶ πρὸς τὴν πεπατημένην κατενηνεγμένος ψυδαιολογίαν. Ὥστε μηδ' ἄξιος εἰς συγγραφὴν ἀναγράφεσθαι ὁ λόγος· ὃ καὶ αὐτὸς ἴσως συνιδὼν, οὐ συγγραφὴν αὐτῷ ταῦτα κατασκευασθῆναι, ἀλλ' ὕλην συγγραφῆς ἐκπορισθῆναι διαβεβαιοῦται· οὕτως ἄμορφος καὶ ἀνίδεος καὶ αὐτῷ τοῦ λόγου ὁ χαρακτὴρ κατεφαίνετο. Καὶ γὰρ οὐδεμιᾷ τῶν ἰδιῶν καλλωπίζεται, πλὴν εἴ τις ἐν τισι τῇ ἀφελείᾳ πλησιάζειν ἐκβιάσοιτο. Τῷ γὰρ λίαν ταπεινῷ καὶ ἐξευτελισμένῳ καὶ ταύτης ἐκπίπτων, εἰς ἰδιωτισμὸν ὅλως ὑπενήνεκται. Ὕλην δὲ αὐτὸς ἱστορίας ταῦτα καλῶν ὅμως καὶ λόγοις διαιρεῖ, καὶ προοιμίοις πειρᾶται κοσμεῖν. Καὶ πρὸς Θεοδόσιον τὸν βασιλέα, ὃς ἀνεψιὸς ἐχρημάτιζεν Ὀνωρίου καὶ Πλακιδίας, Ἀρκαδίου δὲ παῖς, πρὸς τοῦτον τὴν ἱστορίαν ἀναφωνεῖ.

2. Διαλαμβάνει τοίνυν περὶ Στελίχωνος, ὅστις τε περιεβέβλητο δύναμιν, καταστὰς ἐπίτροπος τῶν παίδων Ἀρκαδίου καὶ Ὀνωρίου ὑπ' αὐτοῦ τοῦ πατρὸς αὐτῶν Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου· καὶ ὡς Σερῆναν νόμῳ γάμου ἠγάγετο, Θεοδοσίου καὶ ταύτην αὐτῷ κατεγγυήσαντος. Ὅτι τε μετὰ ταῦτα Στελίχων εἰς τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Θερμαντίαν τὸν βασιλέα Ὀνώριον γαμβρὸν ἐποιήσατο. Καὶ ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἔτι μᾶλλον ἤρθη δυνάμεως, καὶ πολλοὺς πολέμους ὑπὲρ Ῥωμαίων πρὸς πολλὰ τῶν ἐθνῶν κατώρθωσε. Καὶ ὅτι μιαιφόνῳ καὶ ἀπανθρώπῳ σπουδῇ Ὀλυμπίου, ὃν αὐτὸς τῷ βασιλεῖ προσῳκείωσε, τὸν διὰ ξίφους ὑπέμεινε θάνατον.

3. Ὅτι Ἀλάριχος ὁ τῶν Γότθων φύλαρχος, ὃν Στελίχων μετεκαλέσατο ἐπὶ τῷ φυλάξαι Ὀνωρίῳ τὸ Ἰλλυρικόν (τῇ γὰρ αὐτοῦ ἦν παρὰ Θεοδοσίου τοῦ πατρὸς ἐκνενεμημένον βασιλείᾳ)· οὗτος ὁ Ἀλάριχος, διά τε φόνον Στελίχωνος, καὶ ὅτι ἃ συνέκειτο αὐτῷ, οὐκ ἐλάμβανε, πολιορκεῖ καὶ ἐκπορθεῖ τὴν Ῥώμην. Ἐξ ἧς χρήματά τε ἄπειρα ἐξεκόμισε, καὶ τὴν ἀδελφὴν Ὀνωρίου, Πλακιδίαν, ἐν Ῥώμῃ διάγουσαν, ᾐχμαλώτισε. Καὶ πρὸ τῆς ἁλώσεως δὲ ἕνα τινὰ τῶν κατὰ τὴν Ῥώμην ἐπιδόξων (Ἄτταλος ἦν ὄνομα αὐτῷ), τὴν ἐπαρχότητα τότε διέποντα, εἰς βασιλέα ἀνηγόρευσεν. Ἐπράχθη δ' αὐτῷ ταῦτα διά τε τὰς προειρημένας αἰτίας, καὶ ὅτι Σάρον, καὶ αὐτὸν Γότθον ὄντα, καὶ πλήθους μὲν ὀλίγου ἐπάρχοντα (ἄχρι γὰρ διακοσίων ἢ καὶ τριακοσίων ὁ λαὸς ἐξετείνετο), ἄλλως δὲ ἡρωϊκόν τινα καὶ ἐν μάχαις ἀκαταγώνιστον, τοῦτον ὅτι Ῥωμαῖοι ἡταιρίσαντο δι' ἔχθρας Ἀλαρίχῳ ὄντα, ἄσπονδον ἔχθρὸν Ἀλάριχον ἐποιήσαντο.

4. Ὅτι ἐν τῇ πολιορκίᾳ τῆς Ῥώμης ἀλληλοφαγία τῶν ἐνοικούντων ἐγίνετο.

5. Ὅτι Ἀλάριχος, ἔτι ζῶντος Στελίχωνος, τεσσαράκοντα κεντηνάρια μισθὸν ἔλαβε τῆς ἐκστρατείας.

Lecti sunt Olympiodori historiarum libri duo et viginti, ducto initio ab Honorii, Romani imperatoris, consulatu septimo, et Theodosii secundo (*an.* 407): deducitque historiam ad id usque tempus, quo Valentinianus, Placidiæ et Constantii filius, Romanus imperator declaratus est (*an.* 425). Scriptor hic ortum ducit Ægyptiacis Thebis, poeta, ut de se ipse profitetur, religione vero gentium imbutus. Dictio illi clara, remissa tamen ac dissoluta, et in protritam devoluta verborum affluentiam. Oratio itaque indigna ut historiæ adnumeretur: cujus ipse fortasse conscius, non historiam hanc a se adornari, sed materiam dumtaxat, seu commentarium historiæ suppeditari contendit: adeo informis ac specie carens etiam ipsimet dictionis suæ character visus est. Etenim nulla orationi forma hic emitet, nisi quis eum alicubi simplicitati accedere contendat. Etsi neque hanc attingat, dum nimis humili ac vili dictionis genere usus, in idiotismum plebeiumque sermonem prorsus delabitur. Et licet silvam suum ipse opus appellet, libris tamen distinguit, præfationibusque ornare nititur. Historiam inscribit Theodosio [*Minori*] imperatori, qui Arcadii filius, Honorii ac Placidiæ patruelis fuit.

2. Narrat itaque, Stelichonem ad magnam pervenisse potentiam, quum eum Theodosius Magnus parens ipse suis liberis, Arcadio atque Honorio, tutorem imposuisset (395), ac præterea uxorem Serenam duxisset, a Theodosio æque ipsi desponsam. Post etiam, filia sua Thermantia nuptui Honorio imperatori data, illum sibi generum adscivisse: indeque ad summam prorsus evectum potentiam. Multa pro Romanis cum variis gentibus bella gessisse feliciter, donec sanguinaria immanique Olympii opera, qui per Stilichonem imperatori familiaris factus fuerat, ferro mortem excepit (408. Cf. *Zos.* V, 32, *Sozom.* IX, 4, *Philostorg.* XI, 3. XII, 3. *Oros.* 7, 38).

3. Addit Alarichum, Gothorum præfectum, quem olim evocarat Stelicho, ut Honorio Illyricum armis teneret (hæc enim illi provincia a parente Theodosio in partitione regni obvenerat [*cf. Zos.* 5, 26, 2]), tum ob Stilichonis cædem, tum quod promissum illi datum non esset, cinxisse et cepisse Romam, in eaque urbe incredibilem argenti vim præda avertisse, quin et sororem Honorii Placidiam, Romæ tum agentem, captivam habuisse (410). Ante captam vero urbem illustrem tum virum, cui Attalo nomen, summam præfecturam gerentem, imperatorem renuntiasse. Actaque esse hæc ob eas, quas diximus, causas, et ob Sarum, Gothum item genere, sed paucorum hominum præfectum (vix enim ducentos, aut summum trecentos ductabat), cetera generosum virum armisque invictum, quem quod socium sibi Romani adjunxissent, Alarico exosum, hunc sibi implacabilem fecerunt inimicum.

4. In hac urbis obsidione mutua carne pastos esse obsessos (408).

5. Alarichum, vivente etiamnum Stelichone, militiæ mer-

6. Ὅτι μετὰ θάνατον Στελίχωνος ἀναιρεῖται ἐναποπνιγεῖσα καὶ Σερῆνα ἡ τούτου γυνή, αἰτία νομισθεῖσα τῆς ἐπὶ Ῥώμην ἐφόδου Ἀλαρίχου. Ἀναιρεῖται δὲ πρότερον μετὰ τὴν ἀναίρεσιν Στελίχωνος ὁ ταύτης κἀκείνου παῖς ὁ Εὐχέριος.

7. Ὅτι τὸ Βουκελλάριος ὄνομα ἐν ταῖς ἡμέραις Ὀνωρίου ἐφέρετο κατὰ στρατιωτῶν οὐ μόνων Ῥωμαίων, ἀλλὰ καὶ Γότθων τινῶν· ὡς δ' αὕτως καὶ τὸ φοιδεράτων κατὰ διαφόρου καὶ συμμιγοῦς ἐφέρετο πλήθους.

8. Ὅτι Ὀλύμπιος ὁ ἐπιβουλεύσας Στελίχωνα μάγιστρος τῶν ὀφφικίων γέγονεν· εἶτα ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς. Εἶτα πάλιν ἐπέβη ταύτης. Ἔπειτα ἐξέπεσεν. Εἶτα ἐκπεσών, βοπάλοις ὕστερον ὑπὸ Κωνσταντίου, ὃς ἠγάγετο Πλακιδίαν, παιόμενος ἀναιρεῖται, τὰς ἀκοὰς πρότερον ἐκκοπείς. Καὶ ἡ δίκη τὸν ἀνοσιουργὸν εἰς τέλος οὐκ ἀφῆκεν ἀτιμώρητον.

9. Ὅτι τῶν μετὰ Ῥοδογάϊσον Γότθων οἱ κεφαλαιῶται ὀπτίματοι ἐκαλοῦντο, εἰς δώδεκα συντείνοντες χιλιάδας, οὓς καταπολεμήσας Στελίχων Ῥοδογάϊσον προσηταιρίσατο.

10. Ὅτι Ἀλαρίχου νόσῳ τελευτήσαντος, διάδοχος αὐτοῦ Ἀδάουλφος καθίσταται ὁ τῆς γυναικὸς ἀδελφός.

11. Ὅτι τὸν ξηρὸν ἄρτον βουκέλλατον ὁ συγγραφεὺς καλεῖσθαί φησι· καὶ χλευάζει τὴν τῶν στρατιωτῶν ἐπωνυμίαν, ὡς ἐκ τούτου Βουκελλαρίων ἐπικληθέντων.

12. Ὅτι Κωνσταντῖνος εἰς τυραννίδα ἀρθεὶς πρεσβεύεται πρὸς Ὀνώριον, ἄκων μὲν καὶ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν βιασθεὶς ἀπολογούμενος ἄρξαι, συγγνώμην δὲ αἰτῶν, καὶ τὴν τῆς βασιλείας ἀξιῶν κοινωνίαν. Καὶ βασιλεὺς διὰ τὰ ἐνεστηκότα δυσχερῆ τέως καταδέχεται τὴν τῆς βασιλείας κοινωνίαν, κατὰ τὰς Βρεττανίας δὲ ὁ Κωνσταντῖνος ἐτύγχανεν ἀνηγορευμένος, στάσει τῶν ἐκεῖσε στρατιωτῶν εἰς ταύτην ἀνηγμένος τὴν ἀρχήν· καὶ γὰρ ἐν ταύταις ταῖς Βρεττανίαις, πρὶν ἢ Ὀνώριον τὸ ἕβδομον ὑπατεῦσαι, εἰς στάσιν ὁρμῆσαν τὸ ἐν αὐταῖς στρατιωτικὸν, Μάρκον τινὰ ἀνεῖπον αὐτοκράτορα. Τοῦ δὲ ὑπ' αὐτῶν ἀναιρεθέντος, Γρατιανὸς αὐτοῖς ἀντικαθίσταται. Ἐπεὶ δὲ καὶ οὗτος εἰς τετράμηνον, αὐτοῖς προσκορὴς γεγονὼς, ἀπεσφάγη, Κωνσταντῖνος τότε εἰς τὸ τοῦ αὐτοκράτορος ἀναβιβάζεται ὄνομα. Οὗτος Ἰουστῖνον καὶ Νεοβιγάστην στρατηγοὺς προβαλόμενος καὶ τὰς Βρεττανίας ἐάσας, περαιοῦται ἅμα τῶν αὐτοῦ ἐπὶ Βονωνίαν, πόλιν οὕτω καλουμένην, παραθαλασσίαν καὶ πρώτην ἐν τοῖς τῶν Γαλλιῶν ὁρίοις κειμένην. Ἔνθα διατρίψας, καὶ ὅλον τὸν Γάλλον καὶ Ἀκύτανον στρατιώτην ἰδιοποιησάμενος, κρατεῖ πάντων τῶν μερῶν τῆς Γαλατίας μέχρι τῶν Ἄλπεων τῶν μεταξὺ Ἰταλίας τε καὶ Γαλατίας. Οὗτος δύο παῖδας ἔσχε, Κώνσταντα καὶ Ἰουλιανόν· ὧν τὸν μὲν Κώνσταντα καίσαρα χειροτονεῖ, εἶτα ὕστερον κατὰ τὰς αὐτὰς ἡμέρας καὶ τὸν Ἰουλιανὸν νωβελίσσιμον.

13. Ὅτι Ἄτταλος βασιλεύσας κατὰ Ὀνωρίου ἐπὶ Ῥάβενναν ἐκστρατεύεται, καὶ πέμπεται πρὸς αὐτὸν, ὡς ἐκ βασιλέως Ὀνωρίου πρὸς βασιλέα, Ἰοβιανὸς

---

eodem centenarios quadraginta accepisse (*cf. Zos.* 5, 26, 3; 29, 14).

6. Post Stelichonis interitum suffocatam periisse et Serenam, ejus conjugem, quod Alarichi ad urbem adventus causa exstitisse putaretur, et interfectum esse antea, interempto jam Stelichone, filium ejus ex Serena, Eucherium (*cf. Zos.* 5, 38).

7. Bucellarii vocabulum Honorii imperatoris temporibus tributum militibus, non Romanis solum, sed et Gothis quibusdam. Eodem modo et foederatorum nomen attributum inconditæ et e diversis conflatæ multitudini.

8. Olympium illum, qui Stelichoni insidiatus erat, officiorum magistrum factum, ea post dignitate excidisse. Deinde iterum potitum, rursum privatum esse: tandem fustibus a Constantio, qui Placidiam uxorem duxerat, mactatum occubuisse, quum ei ante cædem auriculæ resectæ fuissent. Ita impium illum non impunitum obiisse.

9. Gothorum, qui cum Rodogaiso erant, primarios viros Optimatos appellatos ait, duodecim fere millium numero, quibuscum Stelichonem, Rodogaiso debellato, societatem iniisse (406. *Cf. Zosim.* 6, 26, 4. *Oros.* 7, 27. *Jornandes De success. regn. c.* 95. *Deinde quæ Zosimus*, 6, 27, *nominato Olympiodoro habet, vide ad calcem Exc. Photii.*

10. Alarico morbi vi exstincto, successorem datum Adaulphum, uxoris fratrem (410).

11. Panem siccum scriptor hic buccellatum vocari tradit, illoditque militum cognomini, ut qui hinc Buccellarii sint appellati.

12. Constantinus ad imperium tyrannice sublatus, ad Honorium legatos mittit excusantes, invitum se et a militibus coactum imperium suscepisse. Veniam igitur postulare societatemque imperii. Imperator propter impendentes molestias tantisper suscepit in societatem. Constantinus hic in Britannia renuntiatus fuerat, militari tumultu ad imperium adactus. Etenim ante Honorii consulatum septimum (407) in seditionem illic versus exercitus, Marcum quendam imperatorem crearat: quo ab ipsis sublato, Gratianus suffectus est. Hic ubi menses quattuor, illis jam fastidio ductis, præfuisset, interficitur. Tum Constantinus Augusti nomine salutatur. Is Justinum (*Justinianum*, *Zos.* 6,2) et Neovigasten (*Neviogasten*, *Zos.*) militarium copiarum duces creans, relicta Britannia, cum suis trajecit, venitque Bononiam, maritimam urbem sic dictam, primam in Galliæ finibus positam. Ibi moratus, Gallum omnem et Aquitanum militem sibi adjungens, omni est Gallia potitus ad Alpes usque, quæ Italiam a Gallia separant. Huic filii duo erant, Constans et Julianus. Illum Cæsarem constituit, Julianum deinde eo ipso tempore Nobilissimum nominavit.

13. Attalus contra Honorium imperans, ad Ravennam castrametatus est, missusque ad illum tanquam ab Honorio imperatore ad imperatorem Jovianus, præfectus atque patricius, et Valens, utriusque militiæ dux, et Potamius quæstor, et Julianus, notariorum primicerius. Hi Attalo significant, ab Honorio sese missos, ut cum illo de imperii societate tractent; abnuit vero ille: concedere tamen se,

ἔπαρχος καὶ πατρίκιος, καὶ Οὐάλης στρατηγὸς ἑκατέρας δυνάμεως, καὶ Ποτάμιος ὁ κοιαίστωρ, καὶ Ἰουλιανὸς πριμικήριος τῶν νοταρίων· οἳ ἐδήλουν Ἀττάλῳ ἐπὶ κοινωνίᾳ τῆς βασιλείας ἀπιστάλθαι παρὰ Ὀνωρίου. Ὁ δὲ ἀπένευσεν, ἀλλὰ νῆσον οἰκεῖν ἢ ἕτερόν τινα τόπον, ὃν ἂν βούλοιτο, συγχωρεῖν Ὀνώριον, κακῶν ἀπαθῆ. Ἀποκρίνεται δὲ Ἰοβιανὸς ἡσθείς, ἐπαγγελλόμενος καὶ σινῶσαι καθ' ἑνὸς μέλους τὸν βασιλέα Ὀνώριον. Ἐφ' ᾧ ἐπετίμησεν Ἄτταλος Ἰοβιανῷ, ὡς οὐθενὸς ἔθους ὄντος σινοῦσθαι βασιλέα, ἑκόντι τὴν βασιλείαν ἀποτιθέμενον. Ἀλλὰ Ἰοβιανὸς μὲν πολλάκις πρεσβεύσας, καὶ μηδὲν ἀνύσας, καταμένει πρὸς Ἄτταλον, πατρίκιος Ἀττάλου ὀνομασθείς. Μετέρχεται δὲ κατὰ τὴν Ῥάβενναν ἐπὶ τὸν πραιπόσιτον Εὐσέβιον ἡ δυναστεία. Ὃς μετὰ ἱκανὸν χρόνον Ἀλλοβίχου ἐπηρείᾳ καὶ ὑποθήκῃ δημοσίᾳ καὶ ἐπ' ὄψεσι τοῦ βασιλέως ῥάβδοις ἀναιρεῖται. Χρόνος ἔρρευσεν ἱκανὸς, καὶ μὴ πειθόμενος Ἄτταλος Ἀλαρίχῳ, σπουδῇ δὲ μάλιστα Ἰοβιανοῦ, ὃς ἦν τὴν Ὀνωρίου πρεσβείαν προδεδωκώς, καθαιρεῖται τῆς βασιλείας· καὶ μένει, τὸν ἰδιώτην παρὰ Ἀλαρίχῳ βίον ἀνθηρημένος. Ἔπειτα μετὰ χρόνον τινὰ βασιλεύει. Εἶτα καθαιρεῖται. Καὶ μετὰ ταῦτα ὕστερον ἐπὶ Ῥάβενναν παραγεγονὼς, καὶ τοὺς τῆς δεξιᾶς χειρὸς δακτύλους ἀκρωτηριασθεὶς ἐξορίᾳ παραπέμπεται.

14. Ὅτι Ἀλλόβιχος μετὰ βραχὺ, τὴν ἐφ' ᾧ τὸν πραιπόσιτον Εὐσέβιον ἀνεῖλε δίκην τινὸς, γνώμῃ τοῦ βασιλέως κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ ἀναιρεῖται. Καὶ Κωνσταντῖνος ὁ τύραννος τὸν Ἀλλοβίχου θάνατον μαθὼν, ἐπειγόμενος πρὸς Ῥάβενναν, ὥστε σπείσασθαι Ὀνωρίῳ, φοβηθεὶς ὑποστρέφει.

15. Ὅτι τὸ Ῥήγιον μητρόπολίς ἐστι τῆς Βρεττίας, ἐξ οὗ φησιν ὁ ἱστορικὸς Ἀλάριχον ἐπὶ Σικελίαν βουλόμενον περαιωθῆναι ἐπισχεθῆναι. Ἄγαλμα γάρ φησι τετελεσμένον ἱστάμενον ἐκώλυσε τὴν παραίωσιν. Τετέλεστο δὲ, ὡς μυθολογεῖ, παρὰ τῶν ἀρχαίων ἀποτρόπαιόν τε τοῦ ἀπὸ τῆς Αἴτνης πυρὸς καὶ πρὸς κώλυσιν παρόδου διὰ θαλάσσης βαρβάρων. Ἐν γὰρ τῷ ἑνὶ ποδὶ πῦρ ἀκοίμητον ἐτύγχανε, καὶ ἐν τῷ ἑτέρῳ ὕδωρ ἀδιάφθορον. Οὗ καταλυθέντος ὕστερον ἔκ τε τοῦ Αἰτναίου πυρὸς καὶ ἐκ τῶν βαρβάρων βλάβας ἡ Σικελία ἐδέξατο. Κατέστρεψε δὲ τὸ ἄγαλμα Ἀσκλήπιος ὁ τῶν ἐν Σικελίᾳ κτημάτων Κωνσταντίου καὶ Πλακιδίας διοικητὴς καταστάς.

16. Ὅτι Κωνσταντίνου τοῦ τυράννου καὶ Κώνσταντος τοῦ παιδὸς, ὃς πρότερον μὲν καῖσαρ, ἔπειτα δὲ καὶ βασιλεὺς ἐχειροτόνητο, τούτων ἡττηθέντων καὶ πεφευγότων, Γερόντιος ὁ στρατηγὸς, τὴν πρὸς τοὺς βαρβάρους ἀσμενίσας εἰρήνην, Μάξιμον τὸν ἑαυτοῦ παῖδα, εἰς τὴν τῶν δομεστίκων τάξιν τελοῦντα, βασιλέα ἀναγορεύει· εἶτα ἐπιδιώξας Κώνσταντα, κατεπράξατο ἀναιρεθῆναι, καὶ κατὰ πόδας εἵπετο, διώκων καὶ τὸν πατέρα Κωνσταντῖνον. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγίνετο, Κωνστάντιος καὶ Οὐλφιλᾶς ἀποστέλλονται παρὰ Ὀνωρίου κατὰ Κωνσταντίνου. Καὶ καταλαβόντες τὴν Ἀρήλατον, ἔνθα τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο Κωνσταντῖνος σὺν Ἰουλιανῷ τῷ παιδὶ, ταύτην πολιορκοῦσι. Καὶ Κωνσταντῖνος καταφυγὼν εἰς εὐκτήριον πρεσβύτερος τότε χειροτονεῖται, ὅρκων αὐτῷ ὑπὲρ σωτηρίας δοθέντων. Καὶ τοῖς πολιορκοῦσιν αἱ πύλαι τῆς πόλεως ἀνεπετάννυνται· καὶ πέμπεται σὺν τῷ υἱῷ Κωνσταντῖνος πρὸς Ὀνώριον. Ὁ δὲ μνησικακῶν αὐτοῖς ὑπὲρ τῶν ἀνεψιῶν αὐτοῦ, οὓς ἐτύγχανε Κωνσταντῖνος ἀνελὼν

---

ut insulam inhabitet malorum expers Honorius, vel alium quemcunque velit locum. Respondet ad hæc lætabundus Jovianus, adjecitque etiam parte aliqua corporis mutilandum esse Honorium imperatorem. Quare Jovianum Attalus increpans nullum ferre moram dixit, ut mutiletur imperator, qui sponte sua imperio abdicaret. Verum Jovianus sæpenumero legatione obita, neque quidquam proficiens, mansit tandem apud Attalum, illiusque patricius est appellatus. Ravennæ interim delabitur ad Eusebium præpositum potestas: qui post non diu Allovichi violentia ac decreto publico in oculis imperatoris fustibus est occisus. Post etiam dum Alaricho non acquiescit Attalus, et vero maxime Joviani opera, qui Honorii legatos prodiderat, imperio dejicitur: manetque privatam apud Alarichum vitam degens. Deinde non multo post iterum imperavit, ac rursum abdicare coactus est. Post hæc tandem ad Ravennam profectus et summis dexteræ manus digitis truncatus proscribitur (416. *Cf. Zos.* 6, 8 *sqq.*; *Sozom.* 9, 8, 12.)

14. Allovichus item post paulo, quod Eusebium præpositum sustulisset, imperatoris sententia pœnas dedit, atque in ejus conspectu occiditur. Constantinus tyrannus, cognita Allovichi morte, Ravennam accedens, ut cum Honorio fœdus iniret, metu perculsus revertit (410).

15. Rhegium metropolim esse Bruttiorum, e qua refert historicus Alarichum, dum in Siciliam trajicere parat, retentum fuisse. Statua enim, inquit, inaugurata, ibi stans, trajectum vetabat. Fuerat vero hæc, ut fabulatur, ab antiquis inaugurata, tum ut Ætnæ montis ignes averteret, tum ut maris transitu barbaros prohiberet. Altero enim pede perpetuum ignem, altero vero perennem aquam gestabat. Ea igitur statua confracta tandem ex Ætnæo igne et a barbaris, detrimentum Siciliam cepisse. Eversam vero statuam ab Asclepio, qui in Sicilia possessionum Constantii et Placidiæ curator erat.

16. [*An.* 411.] Constantino tyranno et Constante filio, qui primum quidem Cæsar, post etiam imperator creatus fuerat, victis fugaque dilapsis, Gerontius, belli dux, cum barbaris pace libens inita, filium suum Maximum, qui inter domesticos numerabatur, Cæsarem renuntiat. Constantem deinde insecutus, e medio sustulit, et vestigia consectans, Constantinum quoque patrem persequebatur. Dum hæc geruntur, Constantius et Ulphilas ab Honorio adversus Constantinum missi, quumque Arelaten pervenissent, ubi Constantinus cum Juliano filio agebat, hanc obsident. Constantinus, ad templum confugiens, sacerdos ordinatur, jurejurando de salute illi dato. Sic urbis portæ obsidentibus militibus apertæ sunt, missusque est cum Juliano filio Constantinus ad Honorium. Ille vero minime ipsis igno-

πρὸ τριάκοντα τῆς Ῥαβέννης μιλίων παρὰ τοὺς ὅρκους προστάττει τούτους ἀναιρεθῆναι. Γερόντιος δὲ, παραγενομένων Οὐλφιλᾶ καὶ Κωνσταντίου, φεύγει· καὶ καταληφθεὶς, ὅτι ἐγκρατῶς ἦρχε τοῦ οἰκείου στρατοῦ, ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων ἐπιβουλεύεται. Πῦρ γὰρ κατὰ τῆς οἰκίας αὐτοῦ ἀνῆψαν. Ὁ δὲ πρὸς τοὺς ἐπαναστάντας κρατιρῶς ἐμάχετο, ἕνα συναγωνιστὴν ἔχων Ἀλανὸν τὸ γένος, εἰς δούλους αὐτοῦ ἀριθμούμενον. Τέλος τόν τε Ἀλανὸν καὶ τὴν γυναῖκα, τοῦτο προθυμουμένους, ἀναιρεῖ, ἐπικατασφάζει δὲ καὶ ἑαυτόν. Μάξιμος δὲ ὁ παῖς ταῦτα μαθὼν, πρὸς τοὺς ὑποσπόνδους φεύγει βαρβάρους.

17. Ὅτι Ἰοβῖνος ἐν Μουνδιαχῷ (*deb.* Μογουντιακῷ) τῆς ἑτέρας Γερμανίας κατὰ σπουδὴν Γωὰρ τοῦ Ἀλανοῦ, καὶ Γυντιαρίου, ὃς φύλαρχος ἐχρημάτιζε τῶν Βουργουντιόνων, τύραννος ἀνηγορεύθη. Πρὸς ὃν παραγενέσθαι Ἄτταλος Ἀδάουλφον παραινεῖ. Καὶ παραγίνεται ἅμα τοῦ πλήθους. Καὶ Ἰοβῖνος ἀνιᾶται ἐπὶ τῇ Ἀδαούλφου παρουσίᾳ καὶ μέμφεται δι' αἰνιγμάτων τῷ παραινέσαντι Ἀττάλῳ τὴν ἄφιξιν. Καὶ Σάρος δὲ ἔμελλε πρὸς Ἰοβῖνον παραγενέσθαι. Ἀλλ' Ἀδάουλφος τοῦτο μαθὼν, προϋπαντιάζει χιλιάδας δέκα συνεπαγόμενος στρατιώτην, ἔχοντι ἄνδρας περὶ αὐτὸν Σάρῳ ὀκτωκαίδεκα ἢ καὶ εἴκοσιν. Ὃν ἔργα ἡρωϊκὰ καὶ θαυμάσαι ἄξια ἐπιδειξάμενον, μόλις σάγμοις ἐζώγρησαν, καὶ ὕστερον ἀναιροῦσι. Σάρος δ' ἦν ἀποστὰς Ὀνωρίου, ὅτι Βελλεριδου, ὃς ἦν αὐτῷ δομέστικος, ἀναιρεθέντος, οὐδεὶς λόγος τῷ βασιλεῖ τῆς ἀναιρέσεως, οὐδὲ τοῦ φόνου γίνεται εἴσπραξις.

18. Ὅτι διαλαμβάνει περὶ Δονάτου, καὶ περὶ τῶν Οὔννων, καὶ περὶ τῶν ῥηγῶν αὐτῶν τῆς εὐφυεστάτης τοξείας, καὶ ὡς πρὸς αὐτοὺς καὶ Δονάτον ὁ ἱστορικὸς ἐπρέσβευσε. Καὶ τὴν διὰ θαλάσσης αὐτοῦ πλάνην ἐκτραγῳδεῖ καὶ τὸν κίνδυνον καὶ ὅπως ὅρκῳ Δονάτος ἀπατηθείς, ἐκθέσμως ἀποσφάζεται. Καὶ ὅπως Χαράτων ὁ τῶν ῥηγῶν πρῶτος ἐπὶ τῷ φόνῳ εἰς θυμὸν ἀνάπτεται, ὅπως τε πάλιν βασιλικοῖς δώροις διαπραΰνεται καὶ ἡσυχάζει. Ἐν οἷς καὶ ἡ πρώτη τῆς ἱστορίας δεκάλογος.

19. Ἄρχεται δὲ ἡ δευτέρα ὧδε· ὅτι Ἰοβῖνος παρὰ γνώμην Ἀδαούλφου τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Σεβαστιανὸν βασιλέα χειροτονήσας, εἰς ἔχθραν Ἀδαούλφῳ κατέστη. Καὶ πέμπει Ἀδάουλφος πρὸς Ὀνώριον πρέσβεις, ὑποσχόμενος τάς τε τῶν τυράννων κεφαλὰς καὶ εἰρήνην ἄγειν. Ὧν ὑποστρεψάντων, καὶ ὅρκων μεσιτευσάντων, Σεβαστιανοῦ μὲν πέμπεται τῷ βασιλεῖ ἡ κεφαλή· Ἰοβῖνος δὲ ὑπὸ Ἀδαούλφου πολιορκούμενος, ἑαυτὸν ἐκδίδωσι, καὶ πέμπεται κἀκεῖνος τῷ βασιλεῖ, ὃν αὐθεντήσας Δάρδανος ὁ ἔπαρχος ἀναιρεῖ. Καὶ ἀποτίθενται ἅμῳ αἱ κεφαλαὶ Καρθαγένης ἔξωθεν, ἔνθα καὶ ἡ Κωνσταντίνου καὶ ἡ Ἰουλιανοῦ ἀπετμήθησαν πρότερον, ἥ τε Μαξίμου καὶ ἡ Εὐγενίου, οἱ ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου τυραννίδι ἐπιθέμενοι, εἰς τοῦτο τέλους κατέστρεψαν.

20. Ἀδάουλφος δὲ Πλακιδίαν ἀπῃτεῖτο κατὰ σπουδὴν μάλιστα Κωνσταντίου, ὃς ὕστερον αὐτῇ καὶ εἰς γάμους ἔζευξεν. Ἀλλὰ τῶν πρὸς Ἀδάουλφον ὑποσχέσεων μὴ περαινομένων, καὶ μάλιστα τῆς σιτοπομπίας, οὔτε ταύτην ἀπεδίδου, καὶ εἰς μάχην ἐμελέτα τὰ τῆς εἰρήνης διαλύεσθαι.

---

scens ob interfectos a Constantio cognatos suos, ad triginta a Ravenna milliaria contra jurisjurandi fidem interfici eos jubet. Gerontius dein, accedentibus Ulphila et Constantio, fugam capessit: deprehensusque, quod severius exercitui præesset, suorum insidiis petitus est. Ignem itaque ipsius ædibus injecerunt; at ille fortiter in adversarios pugnat, uno adjuvante famulo, qui Alanus erat. Re tamen tandem desperata, Alanum illum suamque uxorem, ut ipsi postularant, interimit, ac denique etiam sibi mortem conscivit. Maximus, ejus filius (*potius: ejus domesticus*), re intellecta, ad *fœderatos* confugit barbaros. (*Cf. Sozom.* 9,11.)

17. [*An.* 412.] Jovinus apud Moguntiacum, Germaniæ alterius urbem, studio Goaris Alani et Guntiarii, Burgundionum præfecti, tyrannus creatus est. Cui ut sese adjungeret, Adaulpho auctor fuit Attalus. Et vero hic cum copiis ad illum se confert. Jovinus tamen, Adaulphi adventu offensus, obscure et veluti per ænigmata Attalum accusat, quod adventum suasisset. Sarus item ad Jovinum venturus erat, sed Adaulphus, cognita re, collectis decem millibus *militum*, occurrit Saro, viros octodecim aut viginti apud se habenti, quem gesta heroica et stupore digna edentem, vix tandem saccis adhibitis, vivum ceperunt ac postea occidunt. *Desciverat* autem ab Honorio Sarus audito, Belleridem, *domesticum* suum, interfectum, nullam tamen cædis rationem duxisse imperatorem, nec in percussorem inquirendo vindicasse.

18. Refert item de Donato et Hunnis deque regum eorum sagittandi peritia. Se ipsum ad illos et Donatum missum scriptor ait, multisque maris erroribus periculisque jactatum tragice narrat. Donatum illum jurejurando circumventum, contra fas jugulatum esse: et Charatonem inter reges primum, ob cædem ira incensum, imperatoris donis rursum mitigatum placatumque fuisse. Et hæc quidem prima operis decade continentur.

19. [*An.* 413.] Alteram vero hinc auspicatur. Jovinus fratrem suum Sebastianum, invito Adaulpho, imperatorem creans, in ejus odium incurrit. Adaulphus itaque per internuntios, capita se tyrannorum missurum pacemque initurum, Honorio pollicetur. Hi domum ubi redierunt, et jusjurandum præstitum est, Sebastiani mox caput imperatori mittitur. Jovinus etiam ipse ab Adaulpho obsessus se dedidit, missusque ad imperatorem est: quem Dardanus præfectus sua manu percutiens interimit. Utriusque caput extra Carthaginem palis infixum: ubi et Constantini ac Juliani antea resectum, Maximi item et Eugenii, qui, sub Theodosio Magno tyrannidem affectantes, eundem sunt exitum sortiti.

20. Postulatum est ab Adaulpho, studio maxime Constantii ejus, qui illam postea uxorem duxit, Placidiam Honorio fratri ut redderet. Sed quod Adaulpho promissa præsertim de curanda annona, perfecta non fuissent, neque ipsam reddidit, et pacem bello commutaturus videbatur.

21. Ὅτι Ἀδάουλφος ἀπαιτούμενος Πλακιδίαν, ἀνταπήτει τὸν ὁρισθέντα σῖτον. Ἀπόρων δ' ὄντων τῶν ὑποσχομένων εἰς τὸ δοῦναι, οὐδὲν δὲ ἧττον ὁμολογούντων, εἰ λάβοιεν Πλακιδίαν, παρασχεῖν, καὶ ὁ βάρβαρος τὰ ὅμοια ὑπεκρίνετο, καὶ πρὸς Μασσαλίαν, πόλιν οὕτω καλουμένην, παραγενόμενος, δόλῳ ταύτην λαβεῖν ἤλπιζεν. Ἔνθα πληγείς, Βονιφατίου τοῦ γενναιοτάτου βαλόντος, καὶ μόλις τὸν θάνατον διαφυγών, εἰς τὰς οἰκείας ὑπεχώρησε σκηνάς, τὴν πολιν ἐν εὐθυμίᾳ λιπών, καὶ δι' ἐπαίνων καὶ εὐφημίας ποιουμένην Βονιφάτιον.

22. Ὅτι Ἀδάουλφος τὸν γάμον μελετῶν Πλακιδίας, Κωνσταντίου ταύτην ἀπαιτοῦντος, βαρυτέρας προὔτεινεν αἰτήσεις, ἵνα διὰ τὴν ἀποτυχίαν τῶν αἰτήσεων εὔλογον δόξῃ τὴν κατάσχεσιν αὐτῆς πεποιηκέναι.

23. Ὅτι Κωνστάντιος δισίγνατος πάλαι γεγονὼς ὕπατος κατὰ τὴν Ῥάβενναν προέρχεται, μεθ' οὗ κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν ὑπατεύει Κώνστας. Καὶ χρυσίον μὲν σύμμετρον καὶ ἱκανὸν πρὸς τὸ τῆς ὑπατείας ἀνάλωμα εὑρηται ἐκ τῶν τοῦ Ἡρακλειανοῦ, ὃς τυραννίδα μελετῶν ἀνῄρηται· οὐ μήν γε τοσοῦτον εὑρέθη, ὅσον καὶ ἠλπίζετο· χρυσίον μὲν γὰρ οὐδὲ μέχρι κεντηναρίων εἴκοσιν εὑρηται· ἡ δὲ ἀκίνητος αὐτοῦ οὐσία, καὶ αὕτη εἰς δισχιλίας λίτρας συνέτεινε. Καὶ ταύτην ἅπασαν τὴν ὑπόστασιν Κωνστάντιος ἐκ μιᾶς αἰτήσεως παρὰ Ὁνωρίου εἴληφε. Ἦν δὲ Κωνστάντιος ἐν μὲν ταῖς προόδοις κατηφὴς καὶ σκυθρωπὸς, μεγαλόφθαλμός τε καὶ μεγαλαύχην, καὶ πλατυκέφαλος, νεύων δι' ὅλου ἐπὶ τὸν τράχηλον τοῦ φέροντος αὐτὸν ἵππου, καὶ οὕτω τῇδε κἀκεῖσε λοξὸν ἐκπέμπων τὸ ὄμμα· ὡς τὸ τοῦ λόγου πᾶσι φαίνεσθαι, « εἶδος ἄξιον τυραννίδος. » Ἐν δὲ δείπνοις καὶ συμποσίοις τερπνὸς καὶ πολιτικὸς, ὡς καὶ ἐρίζειν τοῖς μίμοις πολλάκις, παίζουσι πρὸ τῆς τραπέζης.

24. Ὅτι Ἀδαούλφῳ σπουδῇ καὶ ὑποθήκῃ Κανδιδιανοῦ ὁ πρὸς Πλακιδίαν συντελεῖται γάμος, μὴν ὁ Ἰανουάριος ἐνεστήκει, ἐπὶ δὲ τῆς πόλεως Νάρβωνος, ἐν οἰκίᾳ Ἰγγενίου τινὸς πρώτου τῶν ἐν τῇ πόλει. Ἔνθα προκαθεσθείσης Πλακιδίας ἐν παστάδι τε Ῥωμαϊκῶς ἐσκευασμένῃ καὶ σχήματι βασιλικῷ, συγκαθέζεται αὐτῇ καὶ Ἀδάουλφος, ἐνδεδυμένος χλανίδα καὶ τὴν ἄλλην Ῥωμαίων ἐσθῆτα. Ἐν οἷς μετὰ τῶν ἄλλων γαμικῶν δώρων δωρεῖται Ἀδάουλφος καὶ πεντήκοντα εὐειδεῖς νεανίας σηρικὴν ἐνδεδυμένους ἐσθῆτα, φέροντος ἑκάστου ταῖς χερσὶν ἀνὰ δύο μεγίστων δίσκων, ὧν ὁ μὲν χρυσίου πλήρης, ὁ δὲ τιμίων λίθων, μᾶλλον δὲ ἀτιμήτων, ἐτύγχανεν, ἃ τῆς Ῥώμης ὑπῆρχε κατὰ τὴν ἅλωσιν τοῖς Γότθοις ἀποσυληθέντα. Εἶτα λέγονται καὶ ἐπιθαλάμιοι, Ἀττάλου πρῶτον εἰπόντος, εἶτα Ῥουστικίου καὶ Φοιβαδίου· καὶ συντελεῖται ὁ γάμος, παιζόντων καὶ χαιρόντων ὁμοῦ τῶν τε βαρβάρων καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς Ῥωμαίων.

25. Ὅτι μετὰ τὴν ὑπὸ Γότθων ἅλωσιν τῆς Ῥώμης Ἀλβῖνος ὁ τῆς Ῥώμης ἔπαρχος, ἤδη ταύτης πάλιν ἀποκαθισταμένης, ἔγραψε, μὴ ἐξαρκεῖν τὸ χορηγούμενον μέρος τῷ δήμῳ, εἰς πλῆθος ἤδη τῆς πόλεως ἐπιδιδούσης. Ἔγραψε γὰρ καὶ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τετίχθαι ἀριθμὸν χιλιάδων δεκατεσσάρων.

26. Ὅτι Ἀδάουλφος, τεχθέντος αὐτῷ ἐκ τῆς Πλακιδίας παιδὸς, ᾧ ἐπέθετο κλῆσιν Θεοδόσιον, πλέον

---

21. Adaulphus ergo, quum Placidia repeteretur, frumentum vicissim ipse promissum petiit. Cujus conferendi etsi qui promiserant copiam nullam haberent, nihilo tamen secius consentiunt, si Placidiam reciperent, accepturum. Ad quæ simili fere et ipse barbarus simulatione utebatur. Massiliam interea sic dictam urbem profectus, dolo eam capere tentavit : sed a Bonifacio, nobilissimo viro, vulneratus, vix mortem effugiens in sua se tentoria recepit, urbe omissa, quæ, lætitiæ plena, laudibus ac faustis acclamationibus Bonifacium est prosecuta.

22. Adaulphus idem, de Placidiæ nuptiis satagens, Constantio eam postulanti graviores prætexit postulationes, ut, si compos illarum non fieret, illa juste retenta videretur.

23. [*An.* 414.] Constantius olim designatus, consul Ravennæ creatur, cum quo Constantinopolitanum consulatum Constans gerit. Auri vis justa et sufficiens ad consulatus sumptus tolerandos reperta in Heracliani bonis, qui tyrannidis affectatæ nomine est interemptus, quamquam tantum pecuniæ repertum non est, quantum speratum erat : auri enim ne viginti quidem centenaria inventa, immobilium vero bonorum ad bis mille libras. Quas quidem facultates omnes una postulatione ab Honorio Constantius accepit. Erat ipse Constantius, quum prodiret, subtristi vultu ac tetrico, magnis oculis, sublataque cervice, et plano capite, inclinans se omnino in equi, quo vehebatur, collum, et sic huc illuc oblique torquens oculos, ut, quod veteri verbo dicitur, tyrannide digna forma omnibus appareret. In cœnis tamen atque conviviis jucundus adeo civilisque fuit, ut etiam cum mimis interdum ad mensam ludentibus contenderit.

24. Adaulpho studio ac consilio Candidiani nuptiæ cum Placidia celebrantur, Januario mense in Narbone, Galliæ urbe, in domo Ingenii cujusdam, primarii ejus urbis viri. Hic digniore loco residente Placidia in thalamo Romano more adornato, habituque regio, assedit ipsi et Adaulphus læna indutus ceteroque amictu Romano. Inter alia nuptiarum dona Adaulphus offert etiam quinquaginta formosos pueros, serica veste indutos, ferentes singuli utraque manu ingentes discos binos : quorum alter auri plenus, alter lapillis pretiosis vel pretii potius inæstimabilis, quæ ex Romanæ urbis direptione Gothi deprædati fuerant. Hinc versus canuntur epithalamii, Attalo præcinente, dein Rusticio atque Phœbadio; nuptiæque peraguntur lusu gaudioque ingenti barbarorum simul et Romanorum, qui cum iis erant.

25. Post Romam a Gothis captam Albinus, urbis præfectus, quod jam eadem ad pristinum rediret statum, scripsit, non sufficere præbitam populo (frumenti publici) partem, multitudine jam aucta civitate : additque, uno die numerum natum esse civium millium quattuordecim.

26. [*An.* 415.] Adaulphus, nato sibi e Placidia filio, cui Theodosio nomen dedit, in Romanorum amicitiam propen-

ἠσπάζετο τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν· Κωνσταντίου δὲ καὶ τῶν περὶ Κωνστάντιον ἀντιπραττόντων, ἔμενεν ἄπρακτος ἡ τούτου καὶ Πλακιδίας ὁρμή. Τελευτήσαντος δὲ τοῦ παιδὸς, πένθος μέγα ποιοῦσιν ἐπ' αὐτῷ, καὶ θάπτουσιν ἐν λάρναξι καταθέντες ἀργυρᾷ πρὸ τῆς Βαρκίλλωνος ἐν τινι εὐκτηρίῳ. Εἶτα ἀναιρεῖται καὶ Ἀδάουλφος, εἰς ἐπιτήρησιν τῶν οἰκείων ἵππων, ὡς εἴθιστο αὐτῷ, διατρίβων ἐν τῷ ἱππῶνι. Ἀναιρεῖ δὲ αὐτὸν εἷς τῶν οἰκείων Γότθων, Δούβιος τοὔνομα, ἔχθραν παλαιὰν καιροφυλακήσας· πάλαι γὰρ ἦν ὁ τούτου δεσπότης μοίρας Γοτθικῆς ῥὴξ, ὑπὸ Ἀδαούλφου ἀνῃρημένος· ἐξ οὗ καὶ τὸν Δούβιον λαβὼν Ἀδάουλφος ᾠκειώσατο. Ὁ δὲ τῷ πρώτῳ δεσπότῃ ἀμύνων τὸν δεύτερον διεχρήσατο. Τελευτῶν δὲ Ἀδάουλφος προσέταττε τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ ἀποδοῦναι τὴν Πλακιδίαν, καὶ, εἴ τι δύναιντο, τὴν Ῥωμαίων φιλίαν ἑαυτοῖς περιποιήσασθαι. Διάδοχος δὲ ὁ τοῦ Σάρου ἀδελφὸς, Σιγγέριχος, σπουδῇ μᾶλλον καὶ δυναστείᾳ ἢ ἀκολουθίᾳ καὶ νόμῳ γίνεται. Ὃς τά τε παιδία, ἃ ἐκ τῆς προτέρας γυναικὸς ἐτύγχανεν Ἀδαούλφῳ γεγεννημένα, ἀνεῖλε, βίᾳ τῶν τοῦ ἐπισκόπου Σιγησάρου κόλπων ἀποσπάσας, καὶ τὴν βασιλίδα Πλακιδίαν εἰς ὕβριν Ἀδαούλφου ἐκ ποδὸς προηγήσασθαι τοῦ ἵππου ἅμα λοιπῶν αἰχμαλώτων ἐπέταξε. Καὶ τὸ διάστημα ἦν τῆς προπομπῆς ἐκ τῆς πόλεως μέχρι δωδεκάτου σημείου. Ἑπτὰ δὲ ἡμέρας ἄρξας, ἀναιρεῖται. Ἡγεμὼν δὲ τῶν Γότθων Οὐαλίας καθίσταται.

27. Ὅτι ὁ ἱστορικὸς φησι παρὰ Οὐαλερίου τινὸς τῶν ἐπισήμων ἀκοῦσαι περὶ ἀνδριάντων ἀργυρῶν τετελεσμένων εἰς βαρβάρων ἀποκώλυσιν. Ἐν γὰρ ταῖς ἡμέραις, φησὶ, Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως, ἐν τῇ Θράκῃ Οὐαλερίου ἄρχοντος, μήνυσις γέγονεν, ὡς θησαυρὸς εὑρεθείη. Οὐαλέριος δὲ παρὰ τὸν τόπον παραγενόμενος μανθάνει παρὰ τῶν ἐπιχωρίων ἱερὸν εἶναι τὸν τόπον, καὶ ἐξ ἀρχαίας τελετῆς ἀνδριάντας ἐν αὐτῷ ἀφιερῶσθαι. Εἶτα ἀναφέρει ταῦτα τῷ βασιλεῖ, καὶ δέχεται γράμμα ἐπιτρέπον αὐτῷ ἀναλαβεῖν τὰ μηνυθέντα. Ἀνορυχθέντος τοίνυν τοῦ τόπου εὑρίσκονται τρεῖς ἀνδριάντες δι' ὅλου ἐξ ἀργύρου πεποιημένοι, ἐν σχήματι βαρβαρικῷ κατακείμενοι, καὶ ἐξηγκωνισμένοι κατ' ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν, ἐνδεδυμένοι δὲ βάρβαρον πεποικιλμένην ἐσθῆτα, καὶ κομῶντες τὰς κεφαλὰς, νεύοντες ἐπὶ τὸ ἀρκτῷον μέρος, τουτέστι κατὰ τοῦ βαρβαρικοῦ χώρου. Ὧν ἀνδριάντων ἀναληφθέντων, πάραυτα καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας πρῶτον μὲν τὸ τῶν Γότθων ἔθνος πᾶσαν ἐπιτρέχει τὴν Θράκην· ἔμελλε δὲ μικρὸν ὕστερον καὶ τὸ τῶν Οὔννων καὶ τὸ τῶν Σαρματῶν καταδραμεῖσθαι τό τε Ἰλλυρικὸν καὶ αὐτὴν τὴν Θράκην. Ἐν μέσῳ γὰρ αὐτῆς τε Θράκης καὶ τοῦ Ἰλλυρικοῦ κατέκειτο τὰ τῆς τελετῆς. Καὶ ἐώκει τῶν τριῶν ἀνδριάντων ὁ ἀριθμὸς κατὰ παντὸς ἔθνους τετελέσθαι βαρβάρου.

28. Ὅτι ὁ ἱστορικὸς περὶ τοῦ οἰκείου διαλαμβάνων διάπλου, πολλὰ παθεῖν καὶ δυστυχῆσαί φησι. Λέγει δὲ καὶ εἰς τὰς Ἀθήνας κατᾶραι, καὶ τῇ αὐτοῦ σπουδῇ καὶ ἐπιμελείᾳ εἰς τὸν σοφιστικὸν θρόνον ἀναχθῆναι Λεόντιον οὔπω ἐθέλοντα. Λέγει δὲ καὶ περὶ τοῦ τρίβωνος, ὡς οὐκ ἐξῆν κατὰ τὰς Ἀθήνας περιβαλέσθαι αὐτόν τινα, καὶ μάλιστα ξένον, ᾧ μὴ τῶν σοφιστῶν ἡ γνώμη ἐπέτρεπε, καὶ αἱ κατὰ τοὺς σοφιστικοὺς νό-

---

sior esse cœpit; verum, Constantio ejusque asseclis repugnantibus, Adaulphi et uxoris Placidiæ prompta voluntas effectu caruerunt. Exstinctum autem postea infantem vehementer uterque parens luxit, argenteaque capsa conditum juxta Barcinonem in templo quodam sepelierunt. Interficitur deinde et Adaulphus ipse, dum equos suos in stabulo de more inspicit, a Gotho quodam, ejus domestico, Dubii nomine, quum hanc veteris odii vindicandi occasionem ille captasset. Hujus enim prior dominus, Gothicæ partis rex, fuerat ab Adaulpho e medio sublatus, inde Dubium receptum Adaulphus in suam familiam adsciverat: qui in ultionem prioris domini alterum hunc interfecit. Moriens Adaulphus fratri suo injunxit, Placidia ut [Honorio] redderetur, utque, si quo modo possent, Romanæ sibi gentis concordiam [Gothi] societatemque conciliarent. At qui successit, Sari frater, Singerichus, studio potius ac vi, quam successione aut lege creatus, Adaulphi e priore conjuge liberos vi e sinu Sigesari episcopi abreptos occidit; atque ipsam Placidiam reginam in Adaulphi contumeliam pedibus ante equum una cum ceteris captivis ambulare coegit, idque toto illo spatio, quod est ab urbe ad duodecimum usque lapidem. Septem ille dies *quum imperasset*, interemptus est, et Gothorum dux Valia *constituitur*.

27. *Refert hic scriptor*, audisse se e Valerio, clarissimo *viro*, de argenteis statuis ad barbaros arcendos inauguratis. « Nam Constantii, inquit, imperatoris temporibus, præfecto in Thracia Valerio, indicium factum thesauri reperti. Valerius vero ad locum accedens, sacrum illum esse religione ex incolis cognovit et antiquo ritu statuas ibidem consecratas. Retulit hæc ad imperatorem, rescriptumque accepit, quo jubebatur indicata illa bona tollere. Igitur effosso loco, tres solidæ ex argento fabricatæ repertæ sunt statuæ, habitu barbarico, et utroque brachio ansato, veste præterea variegata barbarico ritu indutæ, et comam demissum capite gestantes atque in septentrionem, quæ barbarorum regio est, obversæ. Quæ simulatque statum sublatæ sunt, paucos post dies Gothorum primum gens universam incurrit Thraciam, futuræque post paulo erant Hunnorum ac Sarmatarum incursiones in Illyricum et ipsam Thraciam: nam Thraciam inter et Illyricum sita sunt hæc consecrationis loca. Ceterum trium statuarum numerus adversus omnes gentes barbaras inauguratus videbatur. »

28. De sua scriptor hic navigatione refert, multa se adversa pertulisse. Athenas quoque appulisse tradit, suoque studio et cura ad sophisticam etiam sedem evectum Leontium, tametsi id ille nondum vellet. Sed et de pallio sophistico memoriæ prodidit, nemini, præsertim vero extero homini, Athenis id gestare licuisse, nisi sophistarum suffragio ejus gestatio illi concessa, dignitasque ista sophistarum legum ritibus esset confirmata. Ritus autem, qui peragebantur, tales erant. Primum ad publicum balneum

μους τελεταὶ ἐβεβαίουν τὸ ἀξίωμα. Ἦν δὲ τὰ τελούμενα τοιαῦτα. Πρῶτον μὲν κατήγοντο ἐπὶ τὸ δημόσιον βαλανεῖον ὅσοι νεήλυδες, ἄν τε μικροὶ, ἄν τε μεγάλοι. Ἐξ ὧν καὶ οἱ πρὸς τὸν τρίβωνα ἐπιτήδειοι ἡλικίας ἤδη καιροῦ γεγονότες· οὓς εἰς μέσον ἔβαλλον οἱ κατάγοντες σχολαστικοί. Εἶτα τῶν μὲν ἔμπροσθεν τρεχόντων καὶ κωλυόντων, τῶν δὲ ὠθούντων καὶ ἐπεχόντων, πάντων δὲ τῶν κωλυόντων ταῦτα βοώντων· « Στᾶ, στᾶ, οὐ λούει, » καταχρατεῖν ὄπῃθεν τοῦ ἀγῶνος ἐδόκουν οἱ ἀντωθοῦντες εἰς τιμὴν τοῦ καταγομένου σχολαστικοῦ. Ὅστις μετὰ πολλὴν ὥραν στάσεως πολλῆς ἐπὶ τοῖς προαχθεῖσιν ἐθίμοις ῥήμασι προγενομένης, εἰσάγεται εἰς τὸν θερμὸν οἶκον καὶ ἀπολούεται. Εἶτα ἐνδυσάμενος ἐδέχετο τὴν τοῦ τρίβωνος ἐξουσίαν, καὶ αὐτόθεν μετὰ τοῦ τρίβωνος ἐκ τοῦ βαλανείου ἐντίμῳ καὶ περιδόξῳ ὀρυφορούμενος πομπῇ ἀπῄει, δαπάνας ἐπιγνοὺς φανερὰς εἰς τοὺς τῶν διατριβῶν προστάτας, τοὺς λεγομένους Ἀκρωμίτας.

29. Ὅτι οἱ Οὐάνδαλοι τοὺς Γότθους Τρούλους καλοῦσι, διὰ τὸ λιμῷ πιεζομένους αὐτοὺς τροῦλαν σίτου παρὰ τῶν Οὐανδάλων ἀγοράζειν ἑνὸς χρυσίνου. Ἡ δὲ τροῦλα οὐδὲ τρίτον ξέστου χωρεῖ.

30. Ὅτι κατὰ τὰς Ἱσπανίας τῶν Οὐανδάλων καταδραμόντων καὶ τῶν Ῥωμαίων εἰς τὰς τετειχισμένας πόλεις καταφυγόντων, τοσοῦτος αὐτῶν λιμὸς κατεκράτησεν, ὡς εἰς ἀλληλοφαγίαν ἐκβιασθῆναι. Καὶ γυνὴ τέσσαρα τέκνα ἔχουσα πάντα κατέφαγε, πρόφασιν ἐφ' ἑκάστου ποιουμένη τὴν τῶν ὑπολοιπῶν τροφὴν καὶ σωτηρίαν, ἕως ἂν πάντα καταφαγοῦσα λίθοις ὑπὸ τοῦ δήμου ἀνῃρέθη.

31. Ὅτι Εὐπλούτιος ὁ μαγιστριανὸς πρὸς Οὐαλίαν, ὃς τῶν Γότθων ἐγρημάτιζε φύλαρχος, ἀποστέλλεται, ἐφ' ᾧ σπονδάς τε θέσθαι εἰρηνικὰς, καὶ ἀπολαβεῖν τὴν Πλακιδίαν. Ὁ δὲ ἑτοίμως δέχεται, καὶ ἀποσταλέντος αὐτῷ σίτου ἐν μυριάσιν ἑξήκοντα, ἀπολύεται Πλακιδία παραδοθεῖσα Εὐπλουτίῳ πρὸς Ὁνώριον τὸν οἰκεῖον αὐτῆς ἀδελφόν.

32. Ὅτι ζητήματος ἐν ταῖς Ἀθήναις ἀνακύψαντος περὶ τῶν κεκολλημένων βιβλίων μαθεῖν τοῖς ἐπιζητοῦσι τὸ μέτρον τοῦ κόλλου, Φιλτάτιος ὁ τοῦ ἱστορικοῦ ἑταῖρος, εὐφυῶς περὶ γραμματικὴν ἔχων, τοῦτο ἐπέδειξε. Καὶ εὐδοκιμήσας τυγχάνει παρὰ τῶν πολιτῶν εἰκόνος.

33. Ὅτι περὶ τῆς Ὀάσεως ὁ συγγραφεὺς πολλὰ παραδοξολογεῖ, περί τε τῆς εὐκρασίας αὐτῆς καὶ ὅτι οἱ τὴν ἱερὰν νόσον ἔχοντες οὐ μόνον ἐκεῖσε οὐ γίνονται, ἀλλὰ καὶ ἀλλαχόθεν παραγινόμενοι ἀπαλλάττονται τοῦ νοσήματος διὰ τὴν τοῦ ἀέρος εὐκρασίαν· καὶ περὶ τῆς ψάμμου τῆς πολλῆς ἐκείνης, καὶ τῶν ὀρυσσομένων φρεάτων, ὡς εἰς διακοσίους καὶ τριακοσίους, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ εἰς πεντακοσίους πήχεις ὀρυσσόμενα, ἀναβλύζουσι τὸ ῥεῖθρον, αὐτοῦ τοῦ στομίου προχεόμενον· ἐξ οὗ κατὰ διαδοχὴν ἀρυόμενοι, ὅσοις κοινὸν γέγονε τὸ ἔργον, τὰς οἰκείας ἀρούρας ποτίζουσιν οἱ γεωργοί. Καὶ ὅτι αἱ ὀπῶραι ἀεὶ τοῖς δένδρεσι φέρονται· καὶ ὅτι ὁ σῖτος παντὸς κρείσσων σίτου καὶ χιόνος λευκότερος, καὶ ὅτι ἔσθ' ὅτε δὶς τοῦ ἔτους σπείρεται ἡ κριθὴ, τρὶς δὲ ἀεὶ ἡ κέγχρος. Ἀρδεύουσι δὲ τὰ γήδια αὐτῶν ἐν θέρει μὲν διὰ τρίτης ἡμέρας, ἐν χειμῶνι δὲ διὰ ἕκτης, ἐξ οὗ καὶ ἡ εὐφορία γίνεται. Καὶ ὅτι οὐδέποτε συννεφία γίνεται. Καὶ περὶ τῶν ποιουμένων αὐτοῦ ὡρολογίων. Λέγει

---

deducebantur qui novitii advenissent, sive parvi, sive grandiores. Ex his qui per ætatem ad pallium sumendum apti erant, eos in medium protrudebant scholastici a quibus deducebantur. Deinde aliis præcurrentibus atque prohibentibus, aliis protrudentibus et contra tendentibus, quotquot autem prohibebant vociferantibus : « Sta, sta, non lavare : » tandem in hoc certamine ii videbantur obtinere, qui, in honorem scholastici quem deducebant, obsistentes retrudebant. Tandem, post longam moram multamque ob illata ex more ultro citroque verba contentionem, is qui deducitur, in calidam cellam inducitur, ibique abluitur. At postquam se induit, pallii dignitatem accipit, atque exinde cum pallio e balneo, celebri et honorifica stipatus pompa, digreditur, decretis luculentis sumptibus in scholarum antistites, qui dicuntur Acromitæ.

29. Vandali Gothos appellant Trulos, propterea quod hi, enecti aliquando fame, tritici trulam a Vandalis aureo uno redimerent. . Trula vero nondum tertiam sextarii partem capit.

30. Dum Vandali Hispanias vastassent, qui in munitas se urbes Romani receperant, eo inediæ adacti sunt, ut invicem se laniando edere cogerentur. Ibi mulier una, quattuor liberorum mater, omnes devoravit, ad singulos prætexens, reliquos se alere ac salvare velle, donec omnibus illis absumptis, lapidibus a plebe obruta est (414).

31. [*An.* 416.] Euplutius Magistrianus ad Valiam, Gothorum præfectum, mittitur, qui pacis fœdera iniret, Placidiamque reciperet. Ille vero commode recepit missaque frumentatione sexcentorum millium, Placidia Euplutio tradita, ad Honorium fratrem remittitur.

32. Quum Athenis inquiri cœptum esset quonam modo conglutinari possent libri, discere quærentibus modum glutinis, Philtatius, scriptoris hujus familiaris, in re litteraria bene industrius, ostendit : quare et honoris gratia statuam illi cives collocant.

33. De Oasi auctor multa narrat incredibilia, deque ejus temperie, et quod sacro ibi morbo non modo nulli laborent, sed etiam si qui aliunde adveniant, eo liberentur ob benignam aeris temperiem. De copiosa deinde quæ ibidem est arena, deque puteis (*Atrebatensibus*), qui fossione ad ducentos et trecentos, nonnunquam vero etiam ad quingentos cubitos facta, scaturiginis rivos per orificium effundunt : unde per vices ii, qui communi labore opus fecerunt, hauriunt, et arva sua rigant, agricolæ. Arbores perpetuo ibi poma ferre et frumentum illic natum omni frumento esse præstantius niveque candidius. Interdum bis quotannis hordeum ibi seri, milium autem perpetuo ter. Rigare incolas ruscula sua æstate tertio quoque die, hieme sexto, atque hinc tantam terræ fertilitatem conciliari. Nunquam ibi cœlum nubes contrahere. Ad hæc de horologiis, quæ ibidem conficiuntur. Oasim memorat insulam olim fuisse, atque a continente divulsam, eandemque ab Hero-

δ' ὅτι νῆσος τὸ παλαιὸν ἦν, καὶ ἀπεγερσώθη, καὶ ὅτι ταύτην καλεῖ Ἡρόδοτος μακάρων νήσους· Ἡρόδωρος δὲ, ὁ τὴν Ὀρφέως καὶ Μουσαίου συγγράψας ἱστορίαν, Φαιακίδα ταύτην καλεῖ. Τεκμηριοῖ δὲ νῆσον αὐτὴν γεγονέναι ἔκ τε τοῦ ὄστρακα θαλάσσια καὶ ὄστρεα λίθοις τοῦ ὄρους προσπεπλασμένα εὑρίσκεσθαι τοῦ ἐπὶ τὴν Ὄασιν ἀπὸ τῆς Θηβαΐδος φέροντος, δεύτερον ὅτι ψάμαθος πολλὴ ἐπεχεῖται ἀεὶ, καὶ τὰς τρεῖς ἀναπληροῖ Ὄάσεις. Τρεῖς γάρ φησιν Ὄάσεις καὶ αὐτὸς εἶναι, δύο μεγάλας, τὴν μὲν ἐξωτέρω, τὴν δὲ ἐσωτέρω, κατὰ ἐναντίας ἀλλήλαις, συντείνοντος εἰς ἑκατὸν σημεῖα τοῦ μεταξὺ διαστήματος. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη τρίτη μικρὰ, πολλῷ διαστήματι τῶν δύο κεχωρισμένη. Λέγει δὲ εἰς πίστιν τοῦ νῆσον γενέσθαι, ὅτι καὶ ὑπὸ ὀρνέων ὁρᾶσθαι συμβαίνει πολλάκις ἰχθῦς φερομένους καὶ ἰχθύων ἄλλοτε λείψανα, ὡς ἐντεῦθεν εἰκάζεσθαι, μὴ πολὺ πόρρω εἶναι τὴν θάλασσαν. Φησὶ δὲ καὶ Ὅμηρον ἐκ τῆς πρὸς ταύτῃ Θηβαΐδος ἔλκειν τὸ γένος.

34. Ὅτι ὕπατος ὁ βασιλεὺς Ὀνώριος προελθὼν τὸ ἑνδέκατον, καὶ σὺν αὐτῷ Κωνστάντιος τὸ δεύτερον, τὸν Πλακιδίας γάμον ἐπιτελοῦσιν, ἐφ' ᾧ πολλὰ μὲν αὐτὴ ἀνανεύουσα, Κωνστάντιον παρεσκεύασε κατὰ τῶν αὐτῆς ὀργίζεσθαι θεραπόντων. Τέλος ἐν τῇ τῆς ὑπατείας ἡμέρᾳ ἀπὸ χειρὸς ταύτην ὁ βασιλεὺς καὶ ἀδελφὸς Ὀνώριος ἄκουσαν λαβὼν, ἐγχειρίζει παραδιδοὺς Κωνσταντίῳ. Καὶ ἐπιτελεῖται εἰς τὸ λαμπρότατον ὁ γάμος. Εἶτα καὶ παῖς αὐτοῖς τίκτεται, ἣν ὀνομάζουσιν Ὀνωρίαν, καὶ ἕτερος πάλιν, ᾧ κλῆσιν ἔθεντο Οὐαλεντινιανός· ὃς ζῶντος μὲν Ὀνωρίου νωβελίσσιμος γίνεται, βιασαμένης τῆς Πλακιδίας τὸν ἀδελφόν· μετὰ δὲ θάνατον τοῦ βασιλέως, καὶ ἔτι μετὰ τὴν κατάλυσιν τοῦ τυραννήσαντος Ἰωάννου, καὶ Ῥώμης βασιλεὺς ἀποδείκνυται. Ὁ δὲ Κωνστάντιος συμβασιλεύει τῷ Ὀνωρίῳ, αὐτοῦ μὲν χειροτονοῦντος, ἀλλὰ σχεδόν τι ἄκοντος. Χειροτονεῖται δὲ καὶ ἡ Πλακιδία Αὐγούστα, τοῦ τε ἰδίου ἀδελφοῦ καὶ τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς χειροτονησάντων. Εἶτα πέμπεται πρὸς Θεοδόσιον, ὃς ἀδελφιδοῦς ὢν Ὀνωρίου, τῶν πρὸς ἕω μερῶν ἐβασίλευσεν, ἡ ἀνάρρησις μηνυομένη τῆς Κωνσταντίου βασιλείας καὶ μένει ἀπαράδεκτος. Ἐφίσταται νόσος Κωνσταντίῳ, καὶ μετέμελεν αὐτῷ ἡ βασιλεία, ὅτι οὐκέτι ἦν αὐτῷ ἐπ' ἀδείας, ὥσπερ πρότερον, ἐξιέναι τε καὶ ἀπιέναι ὅπη καὶ ὅπως βούλοιτο, καὶ ὅτι οὐκ ἐξῆν αὐτῷ χρῆσθαι βασιλεύοντι οἷς ἔθος εἶχε χρῆσθαι παιγνίοις. Τέλος ἑπτὰ βασιλεύσας μῆνας, ὥσπερ αὐτῷ καὶ ὁ ὄνειρος εἶπεν· « ἓξ ἤδη πεπλήρωνται, καὶ ἄρχονται ἑπτὰ, » πλευριτικῇ νόσῳ τελευτᾷ, συντελευτησάσης αὐτῷ καὶ τῆς κατὰ τὴν ἀνατολὴν ὀργῆς καὶ ὁρμῆς, ἣν ὤδινεν ὅτι τὴν ἀναχώρευσιν τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐ προσήκαντο.

35. Ὅτι Οὐαλίου τοῦ φυλάρχου τελευτήσαντος, Θευδέριχος τὴν ἀρχὴν διαδέχεται.

36. Ὅτι κατὰ θάλασσαν πολλὰ παθὼν ὁ συγγραφεὺς μόλις διασώζεται. Ἐν ᾧ καὶ περὶ ἀστέρος τινὸς τερατολογεῖ ἐπιβρίσαντος τῷ ἱστίῳ τοῦ πλοίου, μέλλειν (μέλλον conj. Nieb.) αὐτοὺς βυθίζεσθαι. Οὐρανίαν δὲ τὸ φανὲν παρὰ τῶν ναυτῶν καλεῖσθαι. Λέγει δὲ περὶ ψιττακοῦ, ᾧ εἴκοσιν ἔτεσι συνδιῆγεν, ὡς σχεδόν τι οὐδὲν τῶν ἀνθρώπῳ πραττομένων ἀμίμητον κατελίμπανεν. Ὠρχεῖτό τε γὰρ, καὶ ᾖδε, καὶ ἐκάλει ἐξ ὀνόματος, καὶ τἄλλα ἔπραττεν.

---

doto vocari Beatorum insulam, ab Herodoro autem eo, qui Orphei ac Musæi conscripsit historiam, nominari Phæacidem. Insulam ante fuisse ex eo conjecturas ducit, quod testæ marinæ et ostrea lapidibus adhærentia in eo monte inveniantur, qui ex Thebaide in Oasim ducit. Deinde etiam, quod perpetuo copiosa ibi arena scatet, tresque Oases replet. Nam etiam ipse tres Oases esse tradit, duas magnas, exteriorem unam, alteram interiorem, e regione sibi invicem oppositas, centum miliarium spatio interjecto, cum tertia parva, longo interstitio ab alteris duabus separata. Insuper hoc etiam argumento insulam fuisse tradit, quod sæpenumero accidit, ut pisces ab avibus eo delati visantur, aut certe arrosorum piscium reliquiæ: ut inde conjectare liceat, non admodum longe abesse mare. Ait porro Homerum ex vicina huic Thebaide genus ducere.

34. [*An.* 417.] Honorius Augustus undecimum et Constantius iterum consules creati, Placidiæ nuptias conciliant. Sed has ipsa nuptias quum vehementer detrectaret, effecit ut ipsius famulis indignaretur Constantius. Tandem nihilominus ipso quo consulatum iniit die, manu ipsam arreptam Honorius imperator, frater ejus, invitam Constantio in manum tradit, nuptiæque splendide celebrantur (417 *Jan.* 1). Hinc nata filia, quam Honoriam nominarunt: filius item (419 *Jul.* 3), cui Valentiniano nomen datum, qui superstite etiamnum Honorio Nobilissimus dictus, impellente fratrem Placidia. Quin et mortuo Honorio, disjecta-que Joannis tyrannide, Romanorum idem Augustus creatus est. Constantius vero Honorii in augustali imperio collega fit, ab illo quidem ipso, sed pæne repugnante, constitutus. Placidia quoque Augusta a fratre et marito dicta est (421 *Feb.* 8). Dein ad Theodosium, qui fratre Honorii genitus Orientis partibus Augustus imperabat, de Constantii imperatoris electione nuntius mittitur, minimeque receptus est. Hinc morbum Constantius contraxit, suscepti pœnitens imperii, quod non jam, ut antea, eundi redeundique, quo et quando vellet, libertas esset: neque ludicris, ut moris ejus erat, operam dare jam imperatori permitteretur. Igitur septimo imperii mense, quemadmodum et insomnium sic indicaverat: « Sextus abiit: septimus inchoatur, » pleuritide exstinctus est (421 *Sept.*), exstincta in Occidentem ira atque expeditione, quam, quod ad imperii societatem admissus non esset, animo agitabat.

35. Valia, principe Gothorum, morte absumpto (418), imperium Theuderichus suscepit.

36. Scriptor varia maritimo itinere passus, vix salvus evasit. Ubi et prodigiosa quædam de sidere commemorat, in ipsum navigii malum magno cum pondere ingruente, ut jam mergendi viderentur. Uraniam vero meteorum illud a nautis appellari. Refert de psittaco, quocum annos ipse viginti vixerit, ut nullam fere humanarum actionum, quam non imitaretur, omiserit. Saltabat enim, et canebat, et suo quemque nomine compellabat, ceteraque faciebat.

37. Ὅτι ὁ ἱστορικός φησι, διάγοντος αὐτοῦ κατὰ Θήβας καὶ τὴν Συήνην ἱστορίας ἕνεκα, ἐν ἐπιθυμίᾳ γενέσθαι τοὺς φυλάρχους καὶ προφήτας τῶν κατὰ τὴν Τάλμιν βαρβάρων, ἤτοι τῶν Βλεμμύων, τῆς ἐντυχίας αὐτοῦ· ἐκίνει γὰρ αὐτοὺς ἐπὶ τοῦτο ἡ φήμη. Καὶ ἔλαβόν με, φησὶ, μέχρι αὐτῆς τῆς Τάλμεως, ὥστε κἀκείνους τοὺς χώρους ἱστορῆσαι, διέχοντας ἀπὸ τῶν Φιλῶν διάστημα ἡμερῶν πέντε, μέχρι πόλεως τῆς λεγομένης Πρίμα, ἥτις τὸ παλαιὸν πρώτη πόλις τῆς Θηβαΐδος ἀπὸ τοῦ βαρβαρικοῦ ἐτύγχανε· διὸ παρὰ τῶν Ῥωμαίων Ῥωμαΐᾳ φωνῇ Πρίμα, ἤτοι πρώτη, ὠνομάσθη· καὶ νῦν οὕτω καλεῖται, καίτοι ἐκ πολλοῦ οἰκειωθεῖσα τοῖς βαρβάροις μεθ' ἑτέρων τεσσάρων πόλεων, Φοινικῶνος, Χίριδος, Θάπιδος, Τάλμιδος. Παρὰ τούτους τοὺς χώρους φησὶ καὶ σμαράγδου μέταλλα εἶναι μαθεῖν, ἐξ ὧν τοῖς Αἰγυπτίων βασιλεῦσιν ἡ σμάραγδος ἐπλεόναζε. Καὶ ταῦτα, φησὶν, οἱ προφῆται τῶν βαρβάρων προὔτρεπόν με θεάσασθαι· ἀλλ' οὐκ ἦν τοῦτο δυνατὸν γενέσθαι χωρὶς βασιλικῆς προστάξεως.

38. Ὅτι Λιβάνιόν τινα τερατολογεῖ, Ἀσιανὸν τὸ γένος, κατὰ τὴν βασιλείαν Ὁνωρίου καὶ Κωνσταντίου ἐπὶ Ῥάβενναν παραγενέσθαι. Ἄκρον δὲ τοῦτον εἶναι τελεστικόν. Καὶ δύνασθαι δέ φησι καὶ ὑπισχνεῖσθαι αὐτὸν χωρὶς ὁπλιτῶν (καὶ) [καὶ χωρὶς ὁπλ. κατὰ conj. Nieb.] κατὰ βαρβάρων ἐνεργεῖν. Εἶτα πεῖραν δοὺς, φησὶν, οὗτος τῆς ὑποσχέσεως, καὶ τῆς φήμης δραμούσης, ὥστε καὶ Πλακιδίαν τὴν βασιλίδα μαθεῖν, ἀναιρεῖται ὁ τελεστής· ἠπείλει γὰρ, φησὶν, ἡ Πλακιδία Κωνσταντίῳ χωρισμὸν τοῦ γάμου, εἰ τοῖς ζῶσι περιλίποιτο Λιβάνιος, ἀνὴρ γόης καὶ ἄπιστος.

39. Ὅτι Κωνστάντιος Ἰλλυριὸς ἦν τὸ γένος, ἀπὸ Ναΐσου πόλεως τῆς Δακίας, καὶ πολλὰς στρατείας ἀπὸ τῶν Θεοδοσίου χρόνων τοῦ μεγάλου διελθών, ὕστερον καὶ τὴν βασίλειον ἀρχὴν, ὡς ἐρρήθη, ὑπέδυ. Ἦν δὲ τἆλλα μὲν ἐπαινετὸς καὶ χρημάτων δὲ κρείττων, πρὶν ἢ συναφθῆναι Πλακιδίᾳ. Ἐπεὶ δὲ αὐτῇ συνέζευκτο, εἰς φιλοχρηματίαν ἐξώκειλε. Μετὰ μέντοι τὸν αὐτοῦ θάνατον δεήσεις κατ' αὐτοῦ τῶν εἰς χρήματα ἀδικηθέντων ἐπὶ Ῥάβενναν πανταχόθεν συνέρρεον. Ἀλλ' ἡ τοῦ Ὁνωρίου, φησὶ, κουφότης καὶ ἡ τῆς Πλακιδίας πρὸς αὐτὸν οἰκειότης ἀπράκτους αὐτῶν τὰς αἰτήσεις καὶ τὴν ἰσχὺν τοῦ δικαίου ἀπέφηνεν.

40. Ὅτι τοσαύτη διάθεσις Ὁνωρίῳ πρὸς τὴν οἰκείαν ἀδελφὴν, ἐξ οὗπερ ὁ ταύτης ἀνὴρ Κωνστάντιος ἀπεβίω, παρεμπεφύκει, ὡς τὴν ἄμετρον ἀγάπην αὐτῶν καὶ τὰ συνεχῆ κατὰ στόμα φιλήματα εἰς ὑπόληψιν αἰσχρὰν αὐτοὺς τοῖς πολλοῖς ἐμβαλεῖν. Ἀλλὰ τοσαύτη πάλιν αὐτοῖς ἐναπετέχθη ἔχθρα σπουδῇ Σπαδούσης καὶ Ἐλπιδίας (τροφὸς δ' ἦν αὕτη Πλακιδίας), αἷς καὶ τὰ πολλὰ προσεῖχε, συμπράττοντος αὐταῖς καὶ Λεοντέως τοῦ ταύτης κουράτορος, ὥστε στάσεις μὲν πολλάκις ἐν τῇ Ῥαβέννῃ συστῆναι (περιῆν γὰρ κἀκείνῃ πλῆθος βαρβάρων ἐκ τῆς πρὸς Ἀδάουλφον συναφείας καὶ ἐκ τῆς πρὸς Κωνστάντιον συζυγίας), καὶ πληγὰς δὲ προελθεῖν ἑξ ἑκατέρου μέρους. Τέλος ἐκ τῆς ἀναφθείσης ἐκείνης ἔχθρας καὶ τοῦ ἀντιρρόπου τῆς πρὶν φιλίας μίσους εἰς Βυζάντιον Πλακιδία, τοῦ ἀδελφοῦ ὑπερισχύσαντος, σὺν τοῖς οἰκείοις παισὶν ἐξορίζεται. Καὶ μόνος αὐτῇ Βονηφάτιος τὰ πιστὰ φυλάττων, ἀπὸ τῆς Ἀφρικῆς, ἧς ἦρχε, καὶ χρήματα ὡς ἐδύνατο ἔπεμπε, καὶ πρὸς τὴν ἄλλην αὐτὸς ἔσπευδε θεραπείαν· ὕστερον δὲ καὶ εἰς τὴν τῆς βασιλείας ἀνάληψιν ἅπαντα συνεβάλετο.

---

36. Refert item historicus, quum apud Thebas et Syenen lustrandorum locorum cognoscendique studio versaretur, fama excitatos præfectos ac vates eorum barbarorum, qui Talmin incolunt, quos Blemmyas vocant, ipsius optasse congressum atque colloquium. « Abripuerunt itaque me, ait, in ipsam usque Talmin, ut illas quoque regiones perlustrarem, a Philis quinque dierum intervallo distantes usque ad urbem scilicet, quæ dicitur Prima. Hæc olim prima Thebaidis urbs erat a barbarico solo proficiscenti, eamque ob causam a Romanis latino vocabulo Prima nominata: quo etiam nunc nomine vocitatur, quamvis longo jam tempore barbari eam sibi vindicarint cum aliis quattuor oppidis, Phœnicone, Chiride, Thapide et Talmide. » In hac regione smaragdi esse fodinas se comperisse scribit: unde Ægyptiorum regibus olim smaragdi illa tanta copia suppeditasset. Et hæc quidem barbarorum vates inspicere invitabant: verum id sine bona regis venia non licebat.

38. De Libanio quodam admiranda refert, Asianum genere hunc, Honorio et Constantio imperatoribus (421), Ravennam venisse, summumque venefícum ac magum fuisse. Dicit enim professum esse, admiranda posse se absque armatis hominibus adversus barbaros patrare. At quum deinde experimentum promissi dedisset, et fama longius manans ad ipsas usque Placidiæ aures rumorem detulisset, necatum illum esse: comminante Placidia conjugi Constantio divortium, nisi e vivis tolleretur Libanius præstigiator atque infidelis.

39. Constantius genere Illyrius fuit, e Naisso urbe Daciæ, qui multis obitis jam inde a Theodosii Magni temporibus militiæ muneribus, ad summum tandem, ut diximus, imperii apicem evectus est. Is quum cetera fuit laude dignus, tum quod auri nulla cupiditate flagraret, antequam quidem Placidiæ conjungeretur; nam ea uxore ducta, pecuniarum avidus evasit. Ipso ergo mortuo, cum postulatis homines Ravennam undique confluxerunt, quos bonis ille per injuriam exuisset. « Verum Honorii, inquit, lenitas, et Placidiæ cum eo arcta nimis familiaritas, frustra ut essent hæ querimoniæ omnisque adeo juris vis ac potentia, effecit. »

40. Honorii erga sororem affectio tanta fuit, ex quo Constantius, ejus maritus, vita decessit, ut perdite nimis amando et assidue os ejus osculando turpis apud multos consuetudinis suspicionem non effugerit. Sed hic amor in tantum brevi vertit odium, allaborantibus Spadusa atque Elpidia Placidiæ nutrice, quibus illa tribuebat plurimum, adjutante item ipsas Leonteo, illius curatore, ut et seditiones Ravennæ frequenter exsisterent (adhærebat enim ipsi adhuc barbarorum turba, quum ex Adaulphi, tum ex Constantii imperatoris conjugiis), et vulnera etiam utrimque inferrentur; donec tandem ob eas ipsas inimicitias et priori amori par nunc odium Constantinopolim Placidia, fratre præva-

41. Ὅτι Ὀνώριος ὑδερικῷ νοσήματι ἁλούς, πρὸ ἓξ καλανδῶν Σεπτεμβρίων τελευτᾷ· καὶ πέμπονται γράμματα πρὸς τὴν ἀνατολήν, τὸν βασιλέως θάνατον μηνύοντα. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐπέμποντο, Ἰωάννης τις αὐθεντήσας τυραννεῖ· ἐφ' οὗ καὶ τῆς ἀναρρήσεως γινομένης, ἐρρήθη ὥσπερ ἀπό τινος προρρήσεως προαχθέν· « πίπτει, οὐ στήκει· » καὶ τὸ πλῆθος ὥσπερ ἀναλύοντες ἐπὶ τὸ ῥηθὲν ἀναφωνοῦσι· « στήκει, οὐ πίπτει. »

42. Ὅτι Βονιφάτιος ἀνὴρ ἦν ἡρωϊκὸς καὶ κατὰ πολλῶν πολλάκις βαρβάρων ἠρίστευσεν, ἄλλοτε μὲν σὺν ὀλίγοις ἐπερχόμενος, ἄλλοτε δὲ καὶ σὺν πλείοσιν, ἐνίοτε δὲ καὶ μονομαχῶν· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, παντὶ τρόπῳ πολλῶν βαρβάρων καὶ διαφόρων ἐθνῶν ἀπήλλαξε τὴν Ἀφρικήν. Ἦν δὲ καὶ δικαιοσύνης ἐραστής, καὶ χρημάτων κρείττων. Ἐπράχθη δὲ αὐτῷ καί τι τοιοῦτον. Ἀνήρ τις ἄγροικος, ἔχων ἀνθοῦσαν γυναῖκα τὴν ὥραν, ὑπό τινος τῶν συμμάχων βαρβάρων ἐμοιχεύετο· δεῖται τοιγαροῦν Βονιφατίου, τὴν ὕβριν ὀλοφυρόμενος. Ὁ δὲ Βονιφάτιος μαθὼν τὸ διάστημα τοῦ τόπου καὶ τὸ ὄνομα τοῦ ἀγροῦ ἐν ᾧ τὰ τῆς μοιχείας ἐπράττετο, τὸν μὲν ἱκέτην τέως ἀπέπεμπε, προστάξας πάλιν τῇ ἑξῆς αὐτῷ προσελθεῖν· ὡμίας δὲ λαθὼν ἅπαντας, καὶ ἐπὶ τὸν ἀγρὸν ἐλάσας, ἑβδομήκοντα διιστάμενον σταδίοις, καὶ εὑρὼν τὸν βάρβαρον τῇ μοιχευομένῃ συγκαθεύδοντα, τέμνει τε αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν καὶ δι' αὐτῆς ὑποστρέφει νυκτός. Προσελθόντι δὲ κατὰ τὸ πρόσταγμα εἰς τὴν αὔριον τῷ ἀνδρὶ ἐπιδίδωσι τοῦ βαρβάρου τὴν κεφαλήν, διαπυνθανόμενος εἰ ἐπιγινώσκοι αὐτήν. Ὁ δὲ τοῖς παροῦσιν ἅμα καταπλαγεὶς καὶ ἀμηχανήσας, ἔπειτα ἐπιγνοὺς καὶ πολλὰ τῆς δικαιοσύνης εὐχαριστήσας, σὺν χαρᾷ ἀπῆλθε.

43. Ὅτι ἕκαστος τῶν μεγάλων οἴκων τῆς Ῥώμης, ὥς φησιν, ἅπαντα εἶχεν ἐν ἑαυτῷ ὁπόσα πόλις σύμμετρος ἠδύνατο ἔχειν, ἱππόδρομον καὶ φόρους καὶ ναοὺς καὶ πηγὰς καὶ λουτρὰ διάφορα. Διὸ καὶ ὁ συγγραφεὺς ἀπεφθέγξατο·

Εἷς δόμος ἄστυ πέλει· πόλις ἄστεα μυρία κεύθει.

Ἦσαν δὲ καὶ λουτρὰ δημόσια παμμεγέθη. Αἱ δὲ Ἀντωνινιαναὶ οὕτω καλούμεναι εἰς χρείαν τῶν λουομένων καθέδρας εἶχον παρακειμένας χιλίας ἑξακοσίας, ἐκ μαρμάρου κατεσκευασμένας ξεστοῦ· αἱ δὲ Διοκλητιαναὶ ἐγγὺς διπλασίους. Τὸ δὲ τεῖχος τῆς Ῥώμης μετρηθὲν παρὰ Ἄμμωνος τοῦ γεωμέτρου καθ' ὃν καιρὸν Γότθοι τὴν προτέραν κατ' αὐτῆς ἐπιδρομὴν ἐποιήσαντο, εἴκοσι καὶ ἑνὸς μιλίου διάστημα ἔχον ἀπεδείχθη.

44. Ὅτι πολλοὶ οἶκοι Ῥωμαίων προσόδους κατ' ἐνιαυτὸν ἐδέχοντο ἀπὸ τῶν κτημάτων αὐτῶν ἀνὰ τεσσαράκοντα χρυσοῦ κεντηνάρια, χωρὶς τοῦ σίτου καὶ τοῦ οἴνου καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων εἰδῶν, ἃ εἰς τρίτον συνέτεινεν, εἰ ἐπιπράσκετο, τοῦ εἰσφερομένου χρυσίου. Τῶν δὲ μετὰ τοὺς πρώτους δευτέρων οἴκων τῆς Ῥώμης πεντεκαίδεκα καὶ δέκα κεντηναρίων ἡ πρόσοδος ἦν. Καὶ ὅτι Πρόβος ὁ παῖς Ὀλυμπίου (Ὀλυβρίου conj. Reines. et Nieb.), τελέσας τὴν οἰκείαν πραιτοῦραν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς Ἰωάννου τυραννίδος, δώδεκα κεντηνάρια χρυσοῦ ἀνήλωσε. Σύμμαχος δὲ ὁ λογογράφος, συγκλητικὸς ὢν τῶν μετρίων, πρὶν ἢ τὴν Ῥώμην ἁλῶ-

---

lente, cum liberis ablegatur (423). Solus Bonifacius fidem illi servans, quum ex Africa, cui præerat, pecuniam, ut poterat, submittebat, tum ad alia ei obsequia præsto erat. Qui post etiam, ut ad imperium hæc rediret, nihil non fecit tulitque.

41. Honorius aquæ intercutis morbo correptus, ante diem sextum kalendas Septembris (*an.* 423) vitam finiit, missæque in Orientem litteræ Augusti mortem nuntiantes. Quæ dum ultro citroque mittuntur, Joannes quidam tyrannidem occupavit. De quo in ipsa ejus inauguratione, tanquam aliquo futuræ rei oraculo, jactum est : « Cadit, non stat : » quod vulgus dictum invertens exclamabat : « Stat, non cadit. »

42. Bonifacius vir erat heroicus, qui cum multis sæpe gentibus barbaris strenue pugnavit, paucis interdum copiis adhibitis, interdum pluribus, nonnunquam vero et singulari certamine : et, ut verbo dicam, barbaras multas variasque gentes Africa expulit. Idem justitiæ vel inprimis studiosus et abstinens ac pecuniarum contemptor fuit. A quo etiam hujusmodi aliquando patratum facinus. Rusticus quidam præstanti forma uxorem suam cum barbaro quodam e confœderatis milite consuescere cognovit : rogavit itaque Bonifacium, dedecus illud familiæ deplorans, ut opem ferret. Ille, cognito loci intervallo et agri nomine ubi adulterium patraretur, hominem tum quidem dimisit, in posterum diem ad se redire jussum. Noctu autem, insciis omnibus, in agrum illum septuaginta stadiis dissitum profectus, deprehensi cum mœcha barbari caput amputavit, eademque domum nocte revertit. Redeunti dein, ut mandatum fuerat, postridie marito, barbari caput obtulit, percunctatus an novisset. Ille, spectaculo percussus, et quasi sensu motus, mox, ubi agnovit, multis justitiæ causa actis gratiis, domum lætus rediit.

43. E magnis Romanæ urbis domibus, ut hic refert, omnia intra se unaquæque habuit, quæcumque mediocris etiam urbs habere potuit, hippodromum, fora, delubra, fontes, varia balnea. Hinc et scriptor sic exclamat :

Est urbs una domus : mille oppida continet una urbs.

Sed et lavacra publica ingenti prorsus fuere magnitudine, e quibus, quæ Antoninianæ nominantur Thermæ, ad commodiorem lavantium usum mille sexcenta habuerunt sedilia, e marmore polito fabricata, Diocletianæ duplo fere plura. Romanæ vero urbis mœnia ex Ammonis geometræ dimensione, quo tempore Gothi illam priore incursione infestarunt, viginti et unius miliaris spatium in circuitu habere comperta sunt.

44. Multas Romæ familias annuos reditus e bonis accepisse quadraginta circiter auri centenarios, absque frumento et vino aliisque speciebus, quæ tertiam æquabant auri partem, si venderentur. Alteras vero post has decem aut quindecim centenarios in censu habuisse. Probum, Olympii (l. *Olybrii*) filium, in prætura, quam Joannis tyranni temporibus gessit, auri centenarios duodecim expendisse :

ναι, τοῦ παιδὸς Συμμάχου πραιτοῦραν τελοῦντος, εἴκοσι κεντηνάρια ἐδαπάνησε. Μάξιμος δὲ, εἷς τῶν εὐπόρων, εἰς τὴν τοῦ υἱοῦ πραιτοῦραν τεσσαράκοντα κατεβάλετο κεντηνάρια. Ἑπτὰ δὲ ἡμέραις οἱ πραίτωρες τὰς πανηγύρεις ἐτέλουν.

45. Ὅτι ὁ συγγραφεὺς τῷ Ὀδυσσεῖ τὴν πλάνην οὐ κατὰ Σικελίαν φησὶ γεγενῆσθαι, ἀλλὰ κατὰ τὰ πέρατα τῆς Ἰταλίας· καὶ τὴν εἰς ᾅδου κάθοδον παρὰ τὸν ὠκεανὸν γεγενῆσθαι, ἐν ᾧ καὶ ἡ πολλὴ πλάνη. Ἀγωνίζεται δὲ διὰ πολλῶν τοῦτο παραστῆσαι. Ἡμεῖς δὲ καὶ ἄλλους διαφόρους ἀνέγνωμεν ἐν τούτοις αὐτῷ συμφωνοῦντας.

46. Ὅτι ἀποστέλλεται ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως παρὰ Θεοδοσίου Πλακιδία, ἅμα παισὶ κατὰ τοῦ τυράννου· καὶ ἐπαναλαμβάνει αὐτὴ μὲν τὸ τῆς Αὐγούστης, ὁ δὲ Οὐαλεντινιανὸς τὸ τοῦ νωβελισσίμου ἀξίωμα. Συνεκπέμπεται δὲ αὐτοῖς καὶ στρατὸς, καὶ στρατοπεδάρχης ἑκατέρας δυνάμεως, Ἀρδαβούριος ἅμα τῷ παιδὶ Ἄσπαρι, καὶ τρίτος Κανδιδιανός. Κατὰ δὲ τὴν Θεσσαλονίκην Ἥλιον ὁ τῶν ὀφφικίων μάγιστρος παρὰ Θεοδοσίου ἀποσταλεὶς ἐνδύει Βαλεντινιανὸν ἐπ' αὐτῆς Θεσσαλονίκης τὴν τοῦ καίσαρος ἐσθῆτα, πέμπτον ἔτος ἄγοντα τῆς ἡλικίας. Κατιόντων δὲ αὐτῶν, Ἀρδαβούριος μὲν ἁλίσκεται παρὰ τῶν τοῦ τυράννου, καὶ ἀναπέμπεται πρὸς αὐτὸν, καὶ φιλιάζει αὐτῷ· ὁ δὲ τούτου παῖς ἅμα Πλακιδίᾳ ἐν ἀθυμίᾳ καὶ λύπῃ ἦσαν. Κανδιδιανὸς δὲ πολλὰς πόλεις αἱρῶν καὶ εὐδοκιμῶν λαμπρῶς, τὸ λυποῦν διεσκέδαζε καὶ ἐψυχαγώγει. Εἶτα σφάζεται ὁ τύραννος Ἰωάννης, καὶ Πλακιδία ἅμα καίσαρι τῷ παιδὶ εἰσέρχεται εἰς τὴν Ῥάβενναν. Ἥλιον δὲ ὁ μάγιστρος καὶ πατρίκιος, καταλαβὼν τὴν Ῥώμην καὶ πάντων ἐκεῖσε συνδραμόντων, τὴν βασιλικὴν ἐσθῆτα ἑπταέτηρον ὄντα ἐνδύει Βαλεντινιανόν. Ἐν οἷς καὶ τὰ τῆς ἱστορίας [τελευτᾷ].

2.

Zosimus V, 27 : Ἐν δὲ τῇ Ῥαβέννῃ (μητρόπολις δὲ Φλαμινίας, πόλις ἀρχαία, Θεσσαλῶν ἀποικία, Ῥήνη κληθεῖσα διὰ τὸ πανταχόθεν ὕδασι περιρρεῖσθαι, καὶ οὐχ, ὡς ὁ Ὀλυμπιόδωρος ὁ Θηβαῖός φησι, διὰ τὸ Ῥῶμον, ὃς ἀδελφὸς γέγονε Ῥωμύλῳ, τῆς πόλεως ταύτης οἰκιστὴν γεγονέναι...) ἐν τῇ Ῥαβέννῃ τοίνυν ταύτῃ παρεσκευασμένῳ Στελίχωνι ταῖς Ἰλλυρίων πόλεσι μετὰ στρατεύματος ἐπιστῆναι, καὶ σὺν Ἀλλαρίχῳ παρασπάσασθαι μὲν αὐτὰς Ἀρκαδίου, περιποιήσασθαι δὲ τῇ Ὁνωρίου βασιλείᾳ, δύο κωλύματα συνέβη παρεμπεσεῖν, κτλ. (an. 506). Petita hæc sunt ex prima operis parte. Antecedit apud Zosimum c. 26 narratio de victoria quam de Rhadagaiso Stelicho reportavit, cujusque mentio fit in Phot. Exc. § 9

Symmachum vero oratorem, mediocri censu senatorem, ante captam urbem filio Symmachio præturam gerente, centenarios impendisse viginti; Maximum dein, ex opulentis ac beatis unum, in filii præturam quadraginta centenarios impendisse. Septem autem diebus solennes ludos prætores celebrabant.

45. Scriptor hic Ulyssem ait non circa Siciliam, sed ad extremas Italiæ oras oberrasse; et trajecto Oceano ad inferos descendisse, atque in eo mari variis illum erroribus jactatum fuisse. Quod multis confirmare nititur. Nos et alios plures legimus in his cum illo consentientes.

46. Remissa est Constantinopoli a Theodosio Placidia cum liberis adversus *Joannem* tyrannum : et illa quidem Augustæ nomen, Valentinianus vero Nobilissimi titulum iterato suscepit (424). Submissus quoque exercitus, bellique imperator utriusque militiæ, Ardaburius nimirum cum Aspare filio, addito et tertio Candidiano. Ad Thessalonicam quum ventum esset, Helion officiorum magister, a Theodosio missus, Valentinianum in ipsa illa urbe Cæsaris veste induit, annos natum non amplius quinque (424). Quum autem ad Italiam pervenissent, Ardaburius a tyranni militibus capitur, missusque ad illum amicitiam cum eodem init. Ejus interim filius, *Aspar*, una cum Placidia in magna rerum desperatione luctuque versabantur. Sed Candidianus, multis occupatis urbibus, partaque rebus bene gestis nominis claritate, luctum dissipavit animosque reddidit. Cæso dein Joanne tyranno (425), Placidia una cum Cæsare filio Ravennam iniit. Helion vero, magister et patricius, Romam invasit, omnibusque eo confluentibus, Valentinianum jam septennem veste induit imperatoria. In his Historiæ finis est.

2.

Ad Ravennam (quæ metropolis est Flaminiæ; prisca sane civitas, colonia Thessalorum, Rhene dicta, quod eam aquæ ab omni parte circumfluunt; non autem propterea, sicut Olympiodorus Thebæus ait, quod Remus, Romuli frater, eam condiderit), ad Ravennam igitur Stelichone jam parato ad Illyricas urbes cum exercitu adeundas, et Alarichi auxilio ab Arcadio avertendas et Honorii regno adjiciendas, impedimenta duo contigit intervenire.

PRISCUS PANITES.

Priscus, rhetor et sophista, in Chronico Paschali p. 588 (v. fr. 3 a) et ap. Theophanem p. 179 appellatur Θρᾴξ, apud Suidam Πανίτης dicitur. Unde colligitur oriundum fuisse Priscum ex eo Panio, quod est Thraciæ oppidum, in ora Propontidis, haud ita longe ab Heraclea urbe dissitum (*). De vita ejus nihil compertum habemus præter ea quæ ipse de se in Historiarum fragmentis nostris prodidit. Hinc docemur Priscum amicitia usum esse Maximini, summæ dignitatis viri, cui ad Attilam legationem obeunti comitem se adjunxit (fr. 8 init. : ἐπὶ ταύτην τὴν πρεσβείαν ἐκλιπαρήσας πεῖθει με Μαξιμῖνος αὐτῷ συναπᾶραι, an. 448 p. C.), operamque in eo negotio præstitit eximiam. Priscus enim studio suo et industria effecit ut Attila, qui haud levi de causa Theodosio iratus aditum legato imperatoris denegabat, tandem flecteretur animo, conveniendique Maximino daret potestatem. Hæc sicuti reliqua, quæ ad legationem istam pertinent, narratione uberrima boñæque frugis plenissima Priscus persequitur in fr. 8. — Paucis annis post (452), eundem Maximinum in Arabiam et in Thebaidem Ægypti secutus est (v. fr. 20 et 21). Maximino ibi defuncto, rediens Priscus quum Alexandriam venisset, quo tempore urbs seditione laborabat, haud minimum consiliis suis contulisse videtur, ut Rufus præfectus rebellionem brevi posset restinguere (v. fr. 22). Deinde Euphemius, magister officiorum, Priscum assessorem sibi selegit (fr. 26). Denique Romam profectum esse, nescio quando, sive legatum sive comitem legati, ex fragm. 16 colligimus. Religione paganus fuisse videtur. Certe « Maximinus (Niebuhrius p. XXIX ait) quum absque dubio paganus esset (Christianus enim nunquam animum induxisset, ut Blemmyis de sacris in Philarum insula celebrandis concederet, fœderisque tabulam in illo templo figeret, fr. 21), conjectura jam per se valde probabilis Priscum quoque antiquis sacris addictum fuisse, magis adhuc confirmatur. »

Scripta Prisci Suidas recenset Μελέτας ῥητορικάς et Ἐπιστολάς, tum vero Ἱστορίαν Βυζαντιακὴν καὶ τὰ κατὰ Ἀττήλαν ἐν βιβλίοις ὀκτώ. Postremis non duo opera historica, sed unum idemque indicari recte statuit Niebuhrius. Similiter Excerpta De legationibus gentium inscribuntur : Πρίσκου ῥήτορος καὶ σοφιστοῦ ἱστορίας Βυζαντιακῆς ἐκλογαί, dum Excerptis De leg. Romanorum præfiguntur hæc : Πρίσκου ῥήτορος καὶ σοφιστοῦ ἱστορίας Γοτθικῆς ἐκλογαί. Nimirum prima historiarum pars quum præ ceteris pertineret ad res cum Gothis sive Scythis Hunnisque gestas, vel ab ipso auctore vel ab excerptore Ἱστορία Γοτθική inscribi poterat.

De ambitu Historiarum ita Niebuhrius : « A quo tempore historiam inceperit Priscus, expediri non potest : sed nullius rei, quæ ante annum 433 gesta sit, mentio ex eo affertur. Asparis filiorumque cædem, quæ an. 471, Leonis imp. an. 15 patrata est, a Prisco narratam esse, Euagrius (II, 16) docet : unde colligimus, quum Malchus annum 474, Leonis an. 17, historiæ suæ initium fecerit, Priscum ad eum substitisse. » — Liber tertius pertinuit usque ad Maximinum a legatione Hunnica Constantinopolim reducem (448 p. C.). Itaque in sequentibus libris quinque Priscus exposuit res annorum viginti sex. Jam quum probabiliter statuere liceat similem fuisse rationem librorum antecedentium, adeo ut quindecim ferme annorum res complecterentur : verisimillimum est auctorem exordium historiarum sumpsisse ab anno 433, quo Attila regnum suscepit, ideoque primum fragmentum ex ipso fere operis initio esse desumptum.

De indole et pretio historici nostri haud absurde summus Niebuhrius ita judicat : « Longe optimus omnium sequioris ævi historicorum; ingenio, fide, sapientia, nulli vel optimorum temporum posthabendus; elegans quoque et sermone satis puro usus, laudem atque gloriam quum apud coævos tum inter posteros merito adeptus est; cui etiam a Valesio et Gibbono, summis viris, laudari contigit. »

Reliquias scriptoris, præter pauca illa, quæ Euagrius, Theophanes, Jornandes et Suidas sup-

(*) V. Suidas : Πάνιον, ὄνομα χύριον. « Ἔνθα καὶ κάστρον παρὰ αἰγιαλῷ, ὃ λέγεται Πάνιον, πρὸς τοῖς τῆς Ἡρακλείας μέρεσι. » Inter urbes Europæ, quæ est una ex Thraciæ provinciis, Panum recensent Constantinus Porphyrog. De them. II, p. 47, 4 Bonn. et Hierocles in Synecd. p. 390 ed. Bonn.; ad quem locum Wesselingius notat hæc : « Maritimæ Thraciæ, αἱ παράλιοι τῆς Θρᾴκης πόλεις, τό τε Πάνιον καὶ Ἡράκλεια, sunt in Cedreni Compend. p. 417; unde colligas haud multum Heraclea remotum fuisse oppidum. Clarius id videas ex Suida v. Πάνιον, et ex concilio Ephesino p. 790, ubi Heraclea et Panium eundem episcopum habent. Postea tamen singulis episcopis paruerunt; unde concilio Constantinopolitano 3 p. 500 Ῥηγῖνος ἐπίσκοπος Πανίου τῆς Θρᾳκῶν χώρας scribendo adfuisse dicitur. »

peditant, solis hucusque debemus Excerptis De legationibus, quæ ediderunt Ursinus, Schottus, Hœschelius, Cantoclarus, Valesius, Niebuhrius. At spes est fore ut parata hæc novis accessionibus augeantur. Certe Minoidas Minas in eodem codice, ex quo Polybii, Dionysii, Polyæni, Dexippi et Eusebii nonnulla, quæ ex Constantiniano Περὶ στρατηγημάτων titulo fluxerunt, descripsit, etiam Prisci nostri excerpta duo se reperisse testatur. Addo denique quæ apud Vossium (Hist. Gr. p. 310 ed. Westerm.) leguntur : « Videtur autem (Priscus) hodie exstare; sane citat eum Baptista Fulgosus in Memorabilium libris, inque bibliotheca Vaticana esse auctor est Raphael Volaterranus Anthropolog. lib. XIII. Superesse etiamnum ait in nomenclatore suo Rob. Constantinus. » Quæ eatenus vera esse puto, quatenus tituluu aliquem Excérptorum Constantinianorum cum integro Prisci opere viri illi confuderunt.

TESTIMONIA.

Suidas : Πρίσκος, Πανίτης, σοφιστὴς, γεγονὼς ἐπὶ τῶν χρόνων Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ· ἔγραψεν Ἱστορίαν Βυζαντιακὴν (Βυζαντικὴν var. lect.) καὶ τὰ κατὰ Ἀττήλαν (Ἄτταλον codd.) ἐν βιβλίοις ὀκτὼ, Μελέτας τε ῥητορικὰς καὶ Ἐπιστολάς.

Euagrius Hist. Eccles. I, 17 : Ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις ὁ πολὺς τῷ λόγῳ πόλεμος ἐκεκίνητο Ἀττίλα τοῦ τῶν Σκυθῶν βασιλέως, ὃν περιέργως καὶ ἐς τὰ μάλιστα λογίως Πρίσκος ὁ ῥήτωρ γράφει, μετὰ πολλῆς τῆς κομψείας διηγούμενος ὅπως τε κατὰ τῶν ἑῴων καὶ ἑσπερίων ἐπεστράτευσε μερῶν, οἵας τε καὶ ὅσας πόλεις ἑλὼν κατήγαγε, καὶ ὅσα πεπραχὼς τῶν ἐντεῦθεν μετέστη.

Idem II, 16 : Ἐκ πρεσβείας δὲ τῶν ἑσπερίων Ῥωμαίων Ἀνθέμιος βασιλεὺς τῶν Ῥωμαίων ἐκπέμπεται, ᾧ Μαρκιανὸς ὁ πρώην βεβασιλευκὼς τὴν οἰκείαν κατηγγύησε παῖδα. Ἐκπέμπεται (an. 468) δὲ στρατηγὸς κατὰ Γιζερίχου Βασιλίσκος, ὁ τῆς Λέοντος γυναικὸς Βηρίνης ἀδελφὸς, μετὰ στρατεύματος ἀριστίνδην συνειλεγμένου. Ἅπερ ἀκριβέστατα Πρίσκῳ τῷ ῥήτορι πεπόνηται· ὅπως τε δόλῳ περιελθὼν ὁ Λέων, μισθὸν ὥσπερ ἀποδιδοὺς τῆς ἐς αὐτὸν προαγωγῆς, ἀναιρεῖ (an. 471) Ἄσπαρα τὴν ἀρχὴν αὐτῷ περιθέντα, παῖδάς τε αὐτοῦ Ἀρδαβούριον καὶ Πατρίκιον, ὃν καίσαρα πεποίητο πρότερον, ἵνα τὴν Ἄσπαρος εὔνοιαν κτήσηται.

ARGUMENTUM.

Fr. 1. Rua, Hunnorum rex, Eslam legatum ad Romanos mittit, bellum minitans, nisi transfugas reddant. Rua defuncto, Attilaque cum Bleda fratre succedente, Romani de pace servanda Plinthum et Dionysium legatos mittunt. Pacis conditiones Romanis ignominiosæ (433). — 2. Scythæ, violata a Romanis pacta prætexentes, trajecto Istro, Viminacium capiunt; Margus urbs ab episcopo iis proditur (442). — 3. Attila Scythas transfugas dedi sibi a Theodosio poscit. Illo recusante, fines vastat, castella nonnulla expugnat, Ratiariam urbem aggreditur (442). — 3 a. Cyrus, præfectus prætorio, a munere removetur (442). — 4. Senator, vir consularis, a Theodosio legatus ad Attilam mittitur. — 5. Post cladem in Chersoneso acceptam Anatolius ad Attilam mittitur. Pacis ab Hunnis propositæ conditiones durissimæ. Theodosius ut pactam pecuniam solveret, tributa exigit severe, novaque imponit. Asinuntii, qui soli Hunnis fortiter resistebant, paci isti accommodare se coguntur (447). — 6. Attila ex amicis suis, quos Romanorum donis ditare vellet, alios super aliis Constantinopolim mittit, vanas excogitans legationum occasiones. Parthi, Vandali, Isauri, Saraceni Romanos vexant (447). — 7. Edecon Scytha Attilæ mandata de dedendis transfugis aliisque de rebus Theodosio nuntiat. Hunc Chrysaphius eunuchus inducit, ut redux Attilam de medio tollat. Theodosius Maximinum ad Attilam mittit (448). — 8. Maximinus cum Bigila interprete et Prisco nostro ad Attilam proficiscitur. Iter describitur. Insidiæ Attilæ paratæ per ipsum Edeconem produntur. Legatis denegatur aditus, quam vix tandem Prisci et Scottæ opera obtinent. Bigilas Constantinopolim remittitur. Maximinus operiri cogitur reditum Onegesii, qui tum ad Acatiros Scythas profectus erat. De Acatiris excursus. Legati cum Attila septemtriones versus ad regiam tendunt. In vico quodam ab una ex Bledæ uxoribus excipiuntur. Obviam fiunt legati Romanorum occidentalium. Ejus legationis causa. Regiæ Attilæ descriptio. Puellarum chori et Onegesii uxor advenientem regem salutantes. Prisci cum Græco quodam apud Hunnos degente colloquium. Priscus Onegesio dona fert. Quid Onegesius Maximino responderit. Priscus Cercæ, Attilæ uxori, dona offert. Ejus domus. Prisci cum legatis Rom. occidentalium colloquium de Hunnorum imperio, eorumque expeditione Persica. Convivium in regia Attilæ describitur. Attilæ mores. Legatorum reditus (448). — 9. De Attilæ regia. — 10. Martis gladium quomodo Attila adeptus sit. — 11. Zercon, scurra Bledæ regis. — 12. Attila Orestem et Eslam ad Theodosium mittit, qui Chrysaphium, conjurationis auctorem, exposcant. Idem Chrysaphius a Zenone ad pœnam poscitur (448). — 13. Nomus et Anatolius ad Attilam proficiscuntur, ut iram ejus in Chrysaphium placent (449). — 14. Felix ejus legationis successus (449). — 15. At-

tila legatos mittit ad Valentinianum, Honoriam, quæ matrimonium cum ipso pepigisset, poscentes; alii ad Marcianum ablegantur, tributorum causa. Utraque legatione nihil proficitur. Quare bellum Attila parat (450). — 16. Belli inter Attilam et Aetium causa. Denuo Attila de iisdem rebus legatos mittit, incassum. Copias cogit (450). — 17. Apollonius tributi causa ad Attilam missus re infecta revertitur. — 18. Attila cur a Roma urbe abstinuerit (452). — 19 Ex Occidente redux, Orienti bellum minatur, nisi solvatur tributum (452). — 20. Ardaburius bellum gerit cum Saracenis. Cum legatis eorum de pace colloquentem conveniunt Maximinus et Priscus (453). — 21. Maximinus (cum Prisco) in Thebaidem profectus, cum Blemmyis et Nubadibus pacem componit, quæ morte ejus solvitur (453). — 22. Priscus e Thebaide venit Alexandriam, ubi Florus seditionem componit (453). — 23. Marcianus imp. somnio de morte Attilæ edocetur (453). — 24. Marcianus bis legatos mittit ad Genserichum, ut Eudocia, Valentiniani uxor, ejusque filiæ in libertatem restituerentur. Genserichus, neque Marciani neque Aviti legatis aurem præbens, Siciliam et Italiam vastare pergit (456). — 25. Romani denuo bellum parant contra Gobazem, Lazorum in Colchide regem (456). — 26. Gobazes legatos ad Rom. mittit. Pax ei datur iis conditionibus, quas Marciano suasit Euphemius (456). — 27. Majorianus imp. Gothos in Gallia socios sibi adjungit; contra Genserichum in Africam bellum transferre statuit (460). — 28. Leo imp. Balamerum Gothorum principem a vastatione finium Rom. avertere studet tributum annuum pollicens (461). — 29. Ricimer Genserichum, qui Siciliam a Marcellini copiis destitutam vastabat, per legatos hortatur ut fœdera observaret, regiasque mulieres redderet. Genserichus Eudociam ejusque filias dimittit, Siciliam vero diripere continuat (462). — 30. Romani occidentales, quum a Marcellino et a Vandalis sibi timerent, ad Leontis intercessionem confugiunt. Leontis legatus Marcellinum monet, ut cum Romanis pacem colat. A Genserichо nihil obtinet. Legatio Saragurorum, Urogorum et Onogurorum ad Leontem (c. 463). — 31. Romani occidentales a Leonte petunt, ut Vandalos ipsis reconciliet. Perozes, rex Persarum, queritur Persas transfugas a Leonte excipi, Magosque a religionis suæ cultu prohiberi; denique pecunias ad bellum contra Hunnos Cidaritas gerendum poscit. Leon ad Persas Constantium, ad Vandalos Tatianum mittit legatos (c. 464). — 32. Tatianus a Vandalis redit re infecta. Constantius in Edessa urbe diu substitit, quum admittere eum rex differret. — 33. Constantius tandem convenit Perozem, qui contra Cuncham tum belligerabat. Ejus belli origo et progressus. Re infecta dimittitur. — 43. Gobazes cum Dionysio Constantinopolim veniens benigne a Leonte excipitur (366). — 35. Sciri auxilia petentes a Romanis contra Gothos obtinent (c. 366). — 36. Attilæ filii societatem cum Leonte inire student frustra. Eorum dissidium. — 37. Saraguris et Acatiris in Persiam irrumpentibus, Persæ a Leonte auxilia petunt incassum. — 38. Dengizich, Attilæ fil., bellum contra Romanos molitur. — 39. Gothi a ducibus Romanis in deditionem accepti trucidantur (c. 467). — 40. Genserichus pacis conditiones per Phylarchum legatum a Leonte oblatas rejicit bellumque parat. (367). — 41. Suanni a Sazio et Persis bello appetiti auxilium petunt. Persarum legati victoriam de Hunnis Cidaritis deportatam nuntiant. Leon de rebus Siculis sollicitus (468).

ΙΣΤΟΡΙΑ ΒΥΖΑΝΤΙΑΚΗ.

Ἱστορία Γοτθική.

1. (433 p. C.; Theodosii II an. 26.)

Exc. De leg. Rom. p. 47, 48 Par. : Ὅτι Ῥούα βασιλεύοντος Οὔννων, Ἀμιλζούροις καὶ Ἰτιμάροις καὶ Τονώσουρσι καὶ Βοΐσκοις καὶ ἑτέροις ἔθνεσι προσοικοῦσι τὸν Ἴστρον, καὶ ἐς τὴν Ῥωμαίων δμαιχμίαν καταφυγγάνουσιν, ἐς μάχην ἐλθεῖν προηρημένος ἐκπέμπει Ἥσλαν, εἰωθότα τοῖς διαφόροις αὐτῷ τε καὶ Ῥωμαίοις διακονεῖσθαι, λύειν τὴν προϋπάρχουσαν εἰρήνην ἀπειλῶν, εἰ μή γε πάντας τοὺς παρὰ σφᾶς καταφυγόντας ἐκδοῖεν. Βουλευομένων δὲ Ῥωμαίων στεῖλαι πρεσβείαν παρὰ τοὺς Οὔννους, πρεσβεύειν μὲν ἤθελον Πλίνθας καὶ Διονύσιος, Πλίνθας μὲν τοῦ Σκυθικοῦ, Διονύσιος δὲ τοῦ Θρᾳκίου γένους, ἀμφότεροι δὲ στρατοπέδων ἡγού-

---

HISTORIA BYZANTINA.

(*Historia Gothica.*)

1.

Quum Rua, Hunnorum rex, statuisset cum Amilsuris (*Alipsuris, Jornand.*), Itimaris, Tonosuribus (*Juncarsis, Jorn.*), Boiscis ceterisque gentibus quæ Istrum accolunt, quod ad armorum societatem cum Romanis jungendam confugissent, bello decertare, Eslam componendis Romanorum et Hunnorum controversiis adhiberi solitum misit, qui Romanis denuntiaret, se a fœdere, quod sibi cum illis esset, recessurum, nisi omnes Scythas, qui ad eos se contulissent, redderent. Romanis vero consilium de mittendis ad Hunnos legatis capientibus, Plinthas et Dionysius, hic ex Thracia, ille ex Scythia oriundus, ambo exercituum duces, et qui consulatus dignitatem (*Plinthas an.* 419; *Dion. an.* 429) apud Romanos gesserant, hanc legationem obire voluerunt. Ut vero visum est non ante legatos proficisci,

μενοι καὶ ἄρξαντες τὴν ὕπατον παρὰ Ῥωμαίοις ἀρχήν. Ἐπειδὴ δὲ ἐδόκει Ἥσλαν παρὰ τὸν Ῥούαν ἀφικνεῖσθαι πρότερον τῆς ἐκπεμφθησομένης πρεσβείας, συνεκπέμπει Πλίνθας Σηγγίλαχον, ἄνδρα τῶν ἐπιτηδείων, πεῖσαι τὸν Ῥούαν αὐτῷ καὶ μὴ ἑτέροις Ῥωμαίων ἐς λόγους ἐλθεῖν. Τελευτήσαντος δὲ Ῥούα καὶ περιστάσης τῆς Οὔννων βασιλείας ἐς Ἀττήλαν [καὶ Βλήδαν add. N.], ἐδόκει τῇ Ῥωμαίων βουλῇ Πλίνθαν πρεσβεύεσθαι παρ' αὐτούς. Καὶ κυρωθείσης ἐπ' αὐτῷ παρὰ βασιλέως ψήφου, ἐβούλετο καὶ Ἐπιγένην ὁ Πλίνθας συμπρεσβεύειν αὐτῷ ὡς μεγίστην ἐπὶ σοφίᾳ δόξαν ἐπιφερόμενον καὶ τὴν ἀρχὴν ἔχοντα τοῦ κοιαίστορος. Χειροτονίας δὲ καὶ ἐπ' αὐτῷ γενομένης, ἅμφω ἐπὶ τὴν πρεσβείαν ἐξώρμησαν, καὶ παραγίνονται ἐς Μάργον. Ἡ δὲ πόλις τῶν ἐν Ἰλλυρίᾳ Μυσῶν πρὸς τῷ Ἴστρῳ κειμένη ποταμῷ ἄντικρὺ Κωνσταντίας φρουρίου κατὰ τὴν ἑτέραν ὄχθην διακειμένου, εἰς ἣν καὶ οἱ βασίλειοι συνῆσαν Σκύθαι. Καὶ τὴν σύνοδον ἔξω τῆς πόλεως ἐποιοῦντο, ἐπιβεβηκότες ἵππων· οὐ γὰρ ἐδόκει τοῖς βαρβάροις ἀποβᾶσι λογοποιεῖσθαι, ὥστε καὶ τοὺς Ῥωμαίων πρέσβεις τῆς σφῶν αὐτῶν ἀξίας προνοουμένους ἀπὸ τῆς αὐτῆς προαιρέσεως ἐς ταὐτὸν τοῖς Σκύθαις ἐλθεῖν, πρὸς τὸ μὴ τοὺς μὲν ἀφ' ἵππων, τοὺς δὲ πεζοὺς διαλέγεσθαι . . . . . (*** Ῥωμαίους οὐ μόνον εἰς τὸ μέλλον μὴ δίχεσθαι suppl. N.) τοὺς ἀπὸ τῆς Σκυθικῆς καταφεύγοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἤδη πεφευγότας, σὺν καὶ τοῖς αἰχμαλώτοις Ῥωμαίοις τοῖς ἄνευ λύτρων ἐς τὰ σφέτερα ἀφιγμένοις ἐκδίδοσθαι, εἰ μή γε ὑπὲρ ἑκάστου πεφευγότος τοῖς κατὰ πόλεμον κτησαμένοις ὀκτὼ δοθεῖν χρυσοῖ· ἔθνει δὲ βαρβάρῳ μὴ συμμαχεῖν Ῥωμαίους πρὸς Οὔννους αἱρομένους (αἱρομένῳ N.) πόλεμον· εἶναι δὲ καὶ τὰς πανηγύρεις ἰσονόμους καὶ ἀκινδύνους Ῥωμαίοις τε καὶ Οὔννοις· φυλάττεσθαι δὲ καὶ διαμένειν τὰς συνθήκας ἑπτακοσίων λιτρῶν χρυσίου ἔτους ἑκάστου τελουμένων παρὰ Ῥωμαίων τοῖς βασιλείοις Σκύθαις (πρότερον δὲ πεντήκοντα καὶ τριακόσιαι αἱ τοῦ τέλους ἐτύγχανον οὖσαι). Ἐπὶ τούτοις ἐσπένδοντο Ῥωμαῖοί τε καὶ Οὖννοι, καὶ πάτριον ὅρκον ὀμόσαντες ἐς τὰ ἀμφότερα (ἐς τὰ σφέτερα ἀμφότεροι? B.) ἐπανῆλθον. Οἱ δὲ παρὰ Ῥωμαίους καταφυγόντες ἐξεδόθησαν βαρβάροις, ἐν οἷς καὶ παῖδες Μάμα καὶ Ἀτακὰμ τοῦ βασιλείου γένους, οὓς ἐν Καρσῷ φρουρίῳ Θρᾳκίῳ οἱ παρειληφότες ἐσταύρωσαν, δίκας αὐτοὺς πραττόμενοι τῆς φυγῆς. Οἱ δὲ περὶ Ἀττήλαν καὶ Βλήδαν τὴν εἰρήνην πρὸς Ῥωμαίους θέμενοι διεξῆλθον τὰ ἐν τῇ Σκυθικῇ ἔθνη χειρούμενοι, καὶ πόλεμον πρὸς Σοροσγους συνεστήσαντο.

Cf. Jornandes De reb. Get. c. 35; Tillemont, *Hist. des empereurs*, tom. VI, p. 95 sq.; Gibbon, *Hist. of the decline and fall of the Rom. emp. chap.* XXXIV, tom. VI, p. 32 sqq. (ed. Basil. et Paris. 1789).

2. (442. Theodos. an. 35.)

Exc. De leg. gent. p. 33. 34 : Ὅτι τῶν Σκυθῶν κατὰ τὸν τῆς πανηγύρεως καιρὸν καταστρατηγησάντων Ῥωμαίους καὶ πολλοὺς ἀνελόντων, οἱ Ῥωμαῖοι ἐπέστελλον πρὸς τοὺς Σκύθας, ἐν αἰτίᾳ ποιούμενοι τῆς τοῦ φρουρίου αἱρέσεως ἕνεκεν καὶ τῆς τῶν σπονδῶν ὀλιγωρίας. Οἱ δὲ ἀπεκρίναντο, ὡς οὐκ ἀρξάμενοι, ἀλλ' ἀμυνόμενοι ταῦτα δράσειαν· τὸν γὰρ τῆς Μάργου ἐπίσκοπον εἰς ἑαυτῶν ἀναβεβηκότα γῆν καὶ διερευνησάμε-

---

quam Eslas ad Ruam rediisset, Plinthas una cum Esla misit Singilachum, unum ex suis necessariis, qui Ruæ persuaderet cum nullo alio Romanorum, quam cum ipso, colloquium inire. Quum autem, Rua mortuo, Hunnorum regnum ad Attilam pervenisset, senatus decrevit Plintham legationem ad Attilam exsequi. Quo S. C. Imperatoris suffragio comprobato, Plintham cupido incessit, Epigenem, qui sapientiæ laude celebris erat et quæsturæ dignitatem obtinebat, socium legationis sibi adsciscere. Qua de re lato quoque suffragio ambo in eam legationem profecti sunt, et Margum pervenerunt. Est autem Margus urbs in Illyrico Mysorum ad Istrum sita, ex adverso Constantiæ arcis, ad alteram fluminis ripam collocatæ, quo et regii Scythæ convenerant. Extra civitatem equis insidentes utrique congressi sunt. Nec enim barbaris de plano verba facere placuit, et legati Romani suæ dignitatis memores eodem quoque apparatu in Scytharum conspectum venire statuerunt, ne sibi peditibus cum equitibus disserendum foret. *Itaque placuit*, a Romanis non modo in futurum non excipi e Scythica profugos, sed etiam eos qui multo ante profugerant, una cum captivis Romanis, qui non soluto redemptionis pretio ad sua redierant, dedi, aut pro unoquoque captivo Romano his, qui eum bello ceperant, octo aureos dari; Romanos belli societatem cum barbara gente, quæ bellum cum Hunnis gerat, non facere; conventus ad mercatus paribus legibus celebrari, et in tuto Romanos et Hunnos esse; fœdera rata manere et observari, si quoque anno septingentæ auri libræ tributi nomine Scythis regiis a Romanis penderentur, quum antea tributum annuum non fuisset nisi trecentarum quinquaginta librarum. His conditionibus pacem Romani et Hunni pepigerunt, qua jurejurando patrio ritu utrimque præstito firmata, utrique ad sua redierunt. Itaque qui ex barbaris ad Romanos transierant redditi sunt; de quorum numero erant filii Mama et Attacam ex regio genere, quos Scythæ receptos in Carso, Thraciæ castello, crucis supplicio affecerunt, et hanc ab his fugæ pœnam exegerunt. Pace cum Romanis facta, Attilas et Bleda ad subigendas gentes Scythicas profecti sunt, et contra Sorosgos bellum moverunt.

2.

Scythæ, quo tempore mercatus Scytharum et Romanorum frequenti multitudine celebrabatur, Romanos cum exercitu sunt adorti, et multos occiderunt. Romani ad Scythas miserunt, qui de præsidii expugnatione et fœderum contemptu cum eis expostularent. Illi vero se non ultro bellum inferentes, sed factas injurias ulciscentes, hæc fecisse responderunt. Margi enim episcopum in suos fines transgressum, fiscum regium et reconditos thesauros indagatum expilasse. Hunc nisi dolerent una cum transfugis, ut fœderibus convenerit (esse enim apud eos plures), bellum il-

νον τὰς παρά σφισιν βασιλείους θήκας, σεσυλημένας τοὺς ἀποκειμένους θησαυρούς· καὶ εἰ μὴ τοῦτον ἐκδοῖεν, ἐκδοῖεν δὲ καὶ τοὺς φυγάδας κατὰ τὰ ὑποκείμενα (εἶναι γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις πλείστους), τὸν πόλεμον ἐπάξειν. Ῥωμαίων δὲ τὴν αἰτίαν οὐκ ἀληθῆ φαμένων εἶναι, ἐν τοῖς σφετέροις λόγοις τὸ πιστὸν οἱ βάρβαροι θέμενοι κρίσεως μὲν τῶν ἀμφιβόλων κατωλιγώρουν, πρὸς πόλεμον δὲ ἐτράπησαν, καὶ περαιωθέντες τὸν Ἴστρον πόλεις καὶ φρούρια πλεῖστα ἐπὶ τῷ ποταμῷ ἐκάκωσαν. Ἐν οἷς καὶ τὸ Βιμινάκιον εἷλον· πόλις δὲ αὕτη τῶν ἐν Ἰλλυριοῖς Μυσῶν. Ὧν γινομένων, καί τινων λογοποιούντων, ὡς ὁ ἐπίσκοπος ἐκδοθείη, ὥστε μὴ ἑνὸς ἀνδρὸς πέρι τῷ παντὶ Ῥωμαίων τὸν ἐκ τοῦ πολέμου ἐπαχθῆναι κίνδυνον, ὑποτοπήσας ὁ ἄνθρωπος ἐκδοθήσεσθαι, λαθὼν τοὺς ἐν τῷ ἄστει πρὸς τοὺς πολεμίους παραγίνεται, καὶ αὐτοῖς παραδώσειν ὑπισχνεῖται τὴν πόλιν, εἴγε ἐπιεικές τι οἱ τῶν Σκυθῶν βουλεύσαιντο βασιλεῖς. Οἱ δὲ ἔφασαν πάντα ποιήσειν τὰ ἀγαθά, εἰ τὴν αὐτοῦ ἄγοι ἐς ἔργον ὑπόσχεσιν. Δεξιῶν τε καὶ ὅρκων ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις δοθέντων, μετὰ βαρβαρικῆς πολυπληθίας ἐς τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐπάνεισι γῆν, καὶ ταύτην προλοχίσας ἀντικρὺ τῆς ὄχθης νυκτὸς διανίστησιν ἐκ συνθήματος, καὶ ὑπὸ τοῖς ἀντιπάλοις τὴν πόλιν ποιεῖ. Δηωθείσης δὲ τῆς Μάργου τὸν τρόπον τοῦτον, ἐπὶ μεῖζον τὠξήθη τὰ τῶν βαρβάρων πράγματα. Cf. Tillemont. VI, p. 96; Gibbon. VI, p. 41.

3. (442. Theodos. an. 35.)

Ibidem p. 34: Ὅτι ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ βασιλέως Ἀττήλας ὁ τῶν Οὔννων βασιλεὺς τὸν οἰκεῖον στρατὸν ἀγείρας γράμματα πέμπει παρὰ τὸν βασιλέα τῶν τε φυγάδων καὶ τῶν φόρων πέρι, ὅσοι προφάσει τοῦδε τοῦ πολέμου οὐκ ἐδίδοντο, τὴν ταχίστην οἱ ἐκπέμπεσθαι παραινέσαντος· συντάξεως δὴ ἕνεκα· μέλλοντος φόρου παρ' αὐτὸν πρέσβεις τοὺς διαλεξομένους ἀφικνεῖσθαι, ὡς, εἰ μελλήσειαν ἢ πρὸς πόλεμον ὁρμήσειν, οὐδὲ αὐτὸν ἔτι ἐθέλοντα τὸ Σκυθικὸν ἐφέξειν πλῆθος. Ταῦτα ἀναγνόντες οἱ ἀμφὶ τὰ βασίλεια οὐδαμῶς τοὺς παρὰ σφᾶς καταφυγόντας ἐκδώσειν ἔφασαν, ἀλλὰ σὺν ἐκείνοις τὸν πόλεμον ὑποστήσεσθαι, πέμψειν δὲ πρέσβεις τοὺς τὰ διάφορα λύσοντας. Ὡς δὲ τῷ Ἀττήλᾳ τὰ δεδογμένα Ῥωμαίοις ἠγγέλλετο, ἐν ὀργῇ τὸ πρᾶγμα ποιούμενος τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐδῄου γῆν, καὶ φρούριά τινα καθελὼν τῇ Ῥατιαρίᾳ προσέβαλλε μεγίστῃ καὶ πολυανθρώπῳ.

[3.a.](242.)

Chronicum Paschale p. 588 ed. Bonn. (ad an. 459) postquam dixerat: Περὶ οὗ πολέμου (sc. Attilæ) συνεγράψατο ὁ σοφώτατος Πρίσκος ὁ Θρᾴξ, pergit: Λέγει (Priscus?) ὅτι Κῦρος προεβλήθη ἐν Κωνσταντινουπόλει ἔπαρχος τῶν πραιτωρίων καὶ ἔπαρχος [τῆς] πόλεως καὶ προῆει μὲν ὡς ἔπαρχος πραιτωρίων εἰς τὴν καροῦχαν τῶν ἐπάρχων· ἀνεχώρει δὲ καθήμενος εἰς τὴν καροῦχαν τοῦ ἐπάρχου τῆς πόλεως· ἐκράτησεν γὰρ τὰς δύο ἀρχὰς ἐπὶ χρόνους τέσσαρας, διότι καθαρὸς ἦν πάνυ· καὶ αὐτὸς ἐπενόησεν τὰ ἑσπερινὰ φῶτα ἅπτεσθαι εἰς τὰ ἐργαστήρια ὁμοίως καὶ τὰ νυκτερινά. Καὶ ἔκραξαν αὐτῷ τὰ μέρη εἰς τὸ Ἱππικὸν ὅλην τὴν ἡμέραν· « Κωνσταντῖνος ἔκτισεν, Κῦρος ἀνενέωσε. » Καὶ ἐχόλεσεν αὐτῷ βασιλεὺς ὅτι ταῦτα ἔκραξαν καὶ διεδέξατο αὐτὸν δημεύσας καὶ ἐποίησεν αὐτὸν κληρικὸν, καὶ ἔπεμψεν αὐτὸν ἐπίσκοπον εἰς Σμύρναν (Κοτυάειον sec. Malal. et Suid.) τῆς Ἀσίας κτλ. Num revera hæc e Prisco Chronici auctor vel potius auctores desumpserint, in medio relinquo. Certe illud λέγει ita positum, ut rem non possit dirimere. Ceterum eadem fere habet Malala p. 361 ed. Bonn. et Theophanes p. 149 ed. Bonn. Cf. etiam Suidas v. Κῦρος et Θεοδόσιος ὁ μικρός. Honore destitutus Cyrus est an. 242 vel 243 (vide de his disputat. Tillemontii tom. VI, p. 609 sq.). Successorem habuit Chrysaphium; ante eum eandem dignitatem gesserat Antiochus. De hoc Antiocho vide Suidam v. Ἀντίοχος et

laturos. Quæ quum Romani vera esse negarent, barbari vero in eorum quæ dicebant fide perstarent, judicium quidem de his quæ in contentione posita erant subire minime voluerunt, sed ad bellum conversi sunt. Itaque, transmisso Istro, oppidis et castellis ad ripam sitis plurima damna intulerunt, et inter cetera Viminacium, quæ Mœsorum urbs est in Illyrico, ceperunt. His gestis, quum multi in sermonibus dictitarent episcopum dedi oportere, ne unius hominis causa universa Romanorum respublica belli periculum sustineret, ille se deditum iri suspicatus, clam omnibus civitatem incolentibus ad hostes effugit, et urbem traditurum, si sibi Scytharum reges liberalitate sua consulerent, pollicitus est. Ad ea quum beneficium omni ratione *se repensuros* promitterent, si rem ad exitum perduceret, *datis dextris* et dictis jurejurando utrinque præstito firmatis, *ille cum magna barbarorum multitudine in fines Romanorum est reversus.* Eam multitudinem quum ex adverso ripæ *in insidiis collocasset*, nocte dato signo exsiliit, et urbem in manus hostium traduxit. Et ab eo tempore barbarorum res in diem auctiores melioresque fuerunt.

3.

Sub Theodosio Juniore imperatore Attilas Hunnorum rex delectum ex suis habuit, et litteras ad imperatorem scripsit de transfugis et de tributis, ut, quæcumque occasione hujus belli reddita non essent, quam citissime ad se mitterentur, de tributis autem in posterum pendendis legati secum acturi ad se venirent: nam si cunctarentur aut bellum pararent, ne se ipsum quidem Scytharum multitudinem diutius contenturum. His litteris lectis, imperator nequaquam Scythas, qui ad se confugissent, traditurum dixit, sed una cum illis in animo sibi esse, belli eventum exspectare. Ceterum se legatos missurum, qui controversias dirimerent. Ea sicuti Romani decreverant, ubi Attilas rescivit, ira commotus Romanorum fines vastavit, et castellis quibusdam dirutis, in Ratiariam urbem magnam et populi multitudine abundantem irruptionem fecit.

Πραιπόσιτος; quem locum e Prisco fortasse desumptum esse suspicatur Niebuhrius.

4.

Exc. De leg. Rom. p. 48 : Ὅτι Θεοδόσιος ἔπεμπε Σηνάτορα, ἄνδρα ὑπατικόν, παρὰ τὸν Ἀττήλαν πρεσβευσόμενον. Ὃς οὐδὲ τὸ τοῦ πρεσβευτοῦ ἔχων ὄνομα ἐθάρρησε πεζὸς παρὰ τοὺς Οὔννους ἀφικέσθαι, ἀλλ' ἐπὶ τὸν Πόντον καὶ τὴν Ὀδησσηνῶν ἔπλευσε πόλιν ἐν ᾗ καὶ Θειόδουλος στρατηγὸς ἐκπεμφθεὶς διέτριβεν.

Senator consul fuerat an. 436. Legatio hæc ad quemnam annum pertineat, accuratius dici nequit. Ante Chersonesium prœlium, quod in fr. 5 memoratur, collocandam esse, probabiliter censet Valesius.

5. (447. Theodos. an. 40.)

Exc. De leg. gent. p. 34. 35 :

Ὅτι μετὰ τὴν ἐν Χερρονήσῳ μάχην Ῥωμαίων πρὸς Οὔννους ἐγίνοντο καὶ αἱ συμβάσεις, Ἀνατολίου πρεσβευσαμένου. Καὶ ἐπὶ τοῖσδε ἐσπένδοντο, ὅπως ἐκδοθεῖεν μὲν ἂν τοῖς Οὔννοις οἱ φυγάδες, καὶ ἓξ χιλιάδες χρυσίου λιτρῶν ὑπὲρ τῶν πάλαι συντάξεων δοθεῖεν αὐτοῖς· φόρον δὲ ἔτους ἑκάστου δισχιλίας καὶ ἑκατὸν λίτρας χρυσοῦ σφισιν τεταγμένον εἶναι· ὑπὲρ δὲ αἰχμαλώτου Ῥωμαίου φεύγοντος καὶ ἐς τὴν σφετέραν γῆν ἄνευ λύτρων διαβαίνοντος δώδεκα χρυσοῦς εἶναι ἀποτίμησιν, μὴ καταβάλλοντας δὲ τοὺς ὑποδεχομένους ἐκδιδόναι τὸν φεύγοντα· μηδένα δὲ βάρβαρον Ῥωμαίους κατὰ (παρὰ conj. B.) σφᾶς φεύγοντα δέχεσθαι. Ταύτας προσεποιοῦντο μὲν ἐθελονταὶ Ῥωμαῖοι τὰς συνθήκας τίθεσθαι· ἀνάγκῃ δὲ [καὶ N.] ὑπερβάλλοντι δέει, ὅπερ κατεῖχε τοὺς σφῶν ἄρχοντας, πᾶν ἐπίταγμα καίπερ ὂν χαλεπὸν, τυχεῖν τῆς εἰρήνης ἐσπουδακότες, ἠσμένιζον, καὶ τὴν τῶν φόρων σύνταξιν βαρυτάτην οὖσαν προσίεντο, τῶν χρημάτων αὐτοῖς καὶ τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν οὐκ εἰς δέον ἐκδεδαπανημένων, ἀλλὰ περὶ θέας ἀτόπους καὶ φιλοτιμίας οὐκ εὐλόγους καὶ ἡδονὰς καὶ δαπάνας ἀνειμένας, ἃς οὐδεὶς τῶν εὖ φρονούντων οὐδὲ ἐν εὐπραγίαις ὑποσταίη, μή τί γε δὴ οἱ τῶν ὅπλων ὀλιγωρήσαντες, ὥστε μὴ μόνον Σκύθαις, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῖς λοιποῖς βαρβάροις τοῖς παρεικοῦσιν τὴν Ῥωμαίων ὑπακούειν εἰς φόρου ἀπαγωγήν. Τούτων τῶν συντάξεων καὶ τῶν χρημάτων πέρι, ἅπερ ἔδει τοῖς Οὔννοις ἐκπέμπεσθαι, συνεισφέρειν πάντας ἠνάγκασε, δασμὸν εἰσπραττομένους καὶ τοὺς κατὰ χρόνον τινὰ τὴν βαρυτάτην κουφισθέντας τῆς γῆς ἀποτίμησιν εἴτε δικαστῶν κρίσει, εἴτε βασιλέων φιλοτιμίαις. Συνεισέφερον δὲ ῥητὸν χρυσίον καὶ οἱ ἐν τῇ γερουσίᾳ ἀναγεγραμμένοι ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν ἀξίας. Καὶ ἦν πολλοῖς ἡ λαμπρὰ τύχη βίου μεταβολή· ἐσεπράττοντο γὰρ μετὰ αἰκισμῶν ἅπερ ἕκαστον ἀπεγράψαντο οἱ παρὰ βασιλέως τοῦτο ποιεῖν ἐπιτεταγμένοι, ὥστε τὸν κόσμον τῶν γυναικῶν καὶ τὰ ἔπιπλα τοὺς πάλαι εὐδαίμονας προτιθέναι ἐν ἀγορᾷ. Τοῦτο μὲν μετὰ τὸν πόλεμον τὸ κακὸν Ῥωμαίους ἐδέξατο, ὥστε πολλοὺς ἢ ἀποκαρτερήσαντας ἢ βρόχον ἁψαμένους τὸν βίον ἀπολιπεῖν. Τότε δὴ ἐκ τοῦ παραχρῆμα τῶν θησαυρῶν ἐξαντληθέντων, τό τε χρυσίον καὶ οἱ φυγάδες ἐπέμποντο, Σκόττα ἐπὶ ταύτην τὴν πρᾶξιν ἀφιγμένου· ὧν πλείστους Ῥωμαῖοι ἀπέκτειναν ἀπειθοῦντας, ἐνίους δὲ καὶ ἐπιδόντες ἐκόμισαν.

4.

Theodosius misit Senatorem, virum consularem, ad Attilam legationem obiturum. Et ille quidem quamvis legati nomen adeptus esset, minime tamen est ausus terrestri itinere Hunnos adire; sed iter per pontum Euxinum instituit, et in Odessenorum civitatem navigavit, in qua Theodulus dux commorabatur.

5.

Post pugnam in Chersoneso commissam Romani cum Hunnis pacem per Anatolium legatum fecerunt, et in has conditiones convenerunt : profugos Hunnis reddi, sex millia auri librarum pro præteritis stipendiis solvi; duo millia et centum in posterum singulis annis tributi nomine pendi; pro unoquoque captivo Romano, qui in Romanorum fines, non soluto redemptionis pretio, evasisset, duodecim aureorum mulctam inferri. Quæ si non solveretur, qui captivum recepisset, restituere teneri; Romanos neminem ex barbaris ad se confugientem admittere. In has quidem fœderum leges Romani sponte consensisse videri volebant : sed necessitate coacti, superante metu, qui Romanorum ducum mentes occupaverat, quantumvis duras et iniquas conditiones sibi impositas summo pacis consequendæ studio ducti lubentibus animis susceperunt, et gravissimum tributum pendere non recusabant, quanquam opes imperii et regii thesauri non ad necessarios usus, sed in absurda spectacula, in vanos honorum ambitus, in immodicas voluptates et largitiones consumptæ fuerant, quales nemo sanæ mentis vel in maxime affluentibus divitiarum copiis sustineret, nedum Romani isti, qui rei militaris studium adeo neglexerant, ut non solum Scythis, sed et reliquis barbaris, qui proximas imperii Romani regiones incolebant, vectigales facti essent. Itaque tributa et pecunias, quas ad Hunnos deferri oportebat, imperator omnes conferre coegit : nulla etiam eorum immunitatis habita ratione, qui terræ onere, tanquam nimis gravi ad tempus, sive imperatorum benignitate, seu judicum sententia, levati erant. Conferebant etiam aurum indictum qui in senatum ascripti erant, in præmium suæ dignitatis, et multis splendida et illustris fortuna vitæ commutationem attulit. Conficiebantur enim pecuniæ, quæ unicuique imperatæ erant, cum acerbitate et contumelia ab iis quibus hujus rei cura ab imperatore erat demandata : adeo ut, qui a majoribus acceptas divitias possidebant, ornamenta uxorum et pretiosam suam supellectilem in foro venum exponerent. Ab hoc bello tam atrox et acerba calamitas Romanos excepit, ut multi aut abstinentia cibi, aut aptato collo laqueo vitam finirent. Tunc igitur, parvo temporis momento exhaustis thesauris, aurum et exules (nam Scotta, qui susciperet, advenerat) ad Scythas missi sunt. Romani vero multos ex profugis, qui dedi reluctabantur, trucidarunt, inter quos aliqui fuerunt e regiis Scythis, qui militare sub Attila renuerant et Romanis

θοῦντας πρὸς τὴν ἔκδοσιν. Ἐν οἷς καὶ τῶν βασιλικῶν ὑπῆρχον Σκυθῶν, οἳ ὑπὸ Ἀττήλᾳ τάττεσθαι ἀνηνάμενοι παρὰ Ῥωμαίους ἀφίκοντο. Τοῖς δὲ αὐτοῦ ὁ Ἀττήλας προστιθεὶς ἐπιτάγμασι, καὶ Ἀσημουντίους ἐκέλευσεν ἐκδιδόναι ὅσους αἰχμαλώτους ὑπῆρχον ἔχοντες εἴτε Ῥωμαίους εἴτε βαρβάρους. Ἀσημοῦς δέ ἐστι φρούριον καρτερὸν, οὐ πολὺ μὲν ἀπέχον τῆς Ἰλλυρίδος, τῷ δὲ Θρᾳκίῳ προσκείμενον μέρει· ὅπερ οἱ ἐνοικοῦντες ἄνδρες πολλὰ δεινὰ τοὺς ἐχθροὺς εἰργάσαντο, οὐκ ἀπὸ τειχῶν ἀμυνόμενοι, ἀλλ' ἔξω τῆς τάφρου μάχας ὑφιστάμενοι πρός τε ἄπειρον πλῆθος καὶ στρατηγοὺς μέγιστον παρὰ Σκύθαις ἔχοντας κλέος, ὥστε τοὺς μὲν Οὔννους ἀπορήσαντας τοῦ φρουρίου ὑπαναχωρῆσαι, τοὺς δὲ ἐπεκτρέχοντας καὶ περαιτέρω τῶν οἰκείων γινομένους, ἡνίκα ἀπήγγελλον αὐτοῖς οἱ σκοποὶ διιέναι τοὺς πολεμίους λείαν Ῥωμαϊκὴν ἀπάγοντας, ἀδοκήτοις τε ἐμπίπτειν καὶ σφέτερα τὰ ἐκείνων ποιεῖσθαι λάφυρα, πλήθει μὲν λειπομένους τῶν ἀντιπολεμούντων, ἀρετῇ δὲ καὶ ῥώμῃ διαφέροντας. Πλείστους τοίνυν οἱ Ἀσημούντιοι ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ Σκύθας μὲν ἀπέκτειναν, Ῥωμαίους δὲ ἠλευθέρωσαν, τοὺς δὲ καὶ ἀποδράσαντας τῶν ἐναντίων ἐδέξαντο. Οὐκ ἀπάγειν οὖν ἔφη ὁ Ἀττήλας τὸν στρατὸν, οὐδὲ ἐπικυροῦν τὰς τῆς εἰρήνης συνθήκας, εἰ μὴ ἐκδοθεῖεν οἱ παρ' ἐκείνους καταφυγόντες Ῥωμαῖοι ἢ ὑπὲρ αὐτῶν δοθεῖεν ἀποτιμήσεις, ἀφεθείησαν δὲ καὶ οἱ παρὰ Ἀσημουντίων ἀπαχθέντες αἰχμάλωτοι βάρβαροι. Ἀντιλέγειν δὲ αὐτῷ ὡς οὐχ οἷός τε ἦν οὔτε Ἀνατόλιος πρεσβευόμενος, οὔτε Θεόδουλος ὁ τῶν στρατιωτικῶν κατὰ τὸ Θρᾴκιον ταγμάτων ἡγούμενος (οὔτε γὰρ ἔπειθον, οὔτε τὰ εὔλογα προτείνοντες, τοῦ μὲν [γὰρ] βαρβάρου τεθαρρηκότος καὶ προχείρως ἐς τὰ ὅπλα ὁρμῶντος, αὐτῶν δὲ κατεπτηχότων διὰ τὰ προϋπάρξαντα), γράμματα παρὰ τοὺς Ἀσημουντίους ἔστελλον ἢ ἐκδιδόναι τοὺς παρ' αὐτοὺς καταφυγόντας αἰχμαλώτους Ῥωμαίους, ἢ ὑπὲρ ἑκάστου δώδεκα τιθέναι χρυσοῦς, διαρεθῆναι δὲ καὶ τοὺς αἰχμαλώτους Οὔννους. Οἱ δὲ τὰ αὐτοῖς ἐπεσταλμένα ἀναγνόντες ἔφασαν τοὺς μὲν παρ' αὐτοὺς καταφυγόντας Ῥωμαίους ἀφεῖναι ἐπ' ἐλευθερίᾳ, Σκύθας δὲ ὅσους αἰχμαλώτους ἔλαβον ἀνῃρηκέναι, δύο δὲ συλλαβόντας ἔχειν διὰ τὸ καὶ τοὺς πολεμίους μετὰ τὴν γενομένην ἐπὶ χρόνον πολιορκίαν ἐξ ἐνέδρας ἐπιθεμένους τῶν πρὸ τοῦ φρουρίου νεμόντων παίδων ἁρπάσαι τινὰς, οὓς εἰ μὴ ἀπολάβοιεν, οὐδὲ τοὺς νόμῳ πολέμου κτηθέντας ἀποδώσειν. Ταῦτα ἀπαγγειλάντων τῶν παρὰ τοὺς Ἀσημουντίους ἀφιγμένων, τῷ τε Σκυθῶν βασιλεῖ καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἄρχουσιν ἐδόκει μὲν ἀναζητεῖσθαι οὓς οἱ Ἀσημούντιοι ἔφασαν ἁρπάσθαι παῖδας, οὐδενὸς δὲ φανέντος, οἱ παρὰ τοῖς Ἀσημουντίοις βάρβαροι ἀπεδόθησαν, πίστεις τῶν Σκυθῶν ὄντων ὡς παρ' αὐτοῖς οἱ παῖδες οὐκ εἶησαν. Ἐπώμνυντο δὲ καὶ οἱ Ἀσημούντιοι, ὡς οἱ παρὰ σφᾶς καταφυγόντες Ῥωμαῖοι ἐπ' ἐλευθερίᾳ ἀφείθησαν. Ὤμνυον δὲ, καίπερ παρά σφισιν ὄντων Ῥωμαίων· οὐ γὰρ ἐπίορκον ᾤοντο ὅρκον ὀμνύναι ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἐκ τοῦ σφετέρου γένους ἀνδρῶν. Cf. Gibbon. VI, p. 49 sqq.

6. (447. Theodos. an. 40.)

Ibidem p. 36. 37 : Ὅτι γενομένων τῶν σπονδῶν, Ἀττήλας αὖθις παρὰ τοὺς ἑῴους ἔπεμψε πρέσβεις, φυγάδας αἰτῶν. Οἱ δὲ τοὺς πρεσβευομένους δεξάμενοι καὶ πλείστοις δώροις θεραπεύσαντες ἀπέπεμψαν, φυγάδας μὴ ἔχειν φήσαντες. Πάλιν ἑτέρους ἔπεμψε. Χρη-

---

se adjunxerant. Praeter has pacis conditiones Attilas Asimuntiis quoque imperavit, ut captivos, quos penes se haberent, sive Romanos, sive barbaros, redderent. Est autem Asimûs oppidum validum, non multum ab Illyrico distans, quod parti Thraciæ adjacet, cujus incolæ gravibus damnis hostes affecerunt. Non illi quidem se murorum ambitu tuebantur, sed extra propugnacula certamina sustinebant contra infinitam Scytharum multitudinem et duces magni apud eos nominis et existimationis. Itaque Hunni omissa spe ab oppugnando oppido destiterunt. Illi autem vagantes et a suis longius aberrantes, si quando hostes exisse et prædas ex Romanis egisse exploratores denuntiabant, inopinantes aggressi parta ab eis spolia sibi vindicabant, numero quidem inferiores adversariis, sed robore et virtute præstantes. Itaque Asimuntii plurimos ex Scythis in hoc bello necaverunt, et multos Romanorum in libertatem asseruerunt, et hostium transfugas receperunt. Quamobrem Attilas, se exercitum non ante moturum, aut fœderis conditiones ratas habiturum professus est, quam Romani, qui ad Asimuntios pervenissent, redderentur, aut pro his mulcta conventa solveretur, et liberarentur abducti in servitutem barbari. Quum, quæ contra ea dissereret, non haberet Anatolius legatus, neque Theodulus, præsidiariorum Thraciæ militum dux (nihil enim rationibus suis barbarum movebant, qui recenti victoria elatus, prompte ad arma ferebatur, ipsi contra propter recens acceptam cladem animis ceciderant), Asimuntiis per litteras significarunt, ut Romanos captivos, qui ad se perfugissent, restituerent, aut pro unoquoque captivo duodecim aureos penderent, et Hunnos captivos liberarent. Quibus litteris lectis, Romanos, qui ad se confugissent, liberos se abire sivisse, Scythas vero, quotquot in suas manus venissent, trucidasse responderunt. Duos autem captivos retinere, propterea quod hostes, obsidione omissa, in insidiis collocati, nonnullos pueros, qui ante munitiones greges pascebant, rapuissent, quos nisi reciperent, captivos jure belli sibi acquisitos minime restituturos. Hæc renuntiarunt qui ad Asimuntios missi fuerant. Quibus auditis, Scytharum regi et Romanis principibus placuit exquiri pueros, quos Asimuntii raptos esse querebantur. Sed nemine reperto, barbari ab Asimuntiis capti sunt dimissi, prius tamen fide a Scythis accepta, non esse apud ipsos pueros. Juraverunt etiam Asimuntii, se Romanos, qui ad se confugissent, libertate donasse, quamvis adhuc multos in sua potestate haberent. Nec enim sibi pejerasse videbantur, modo suos a barbarorum servitute salvos et incolumes præstarent.

6.

Pace facta, Attilas rursus legatos ad Romanos Orientales mittit, qui transfugas repeterent. At illi legatos plurimis donis ornatos, quum nullos perfugas apud se esse asseveras-

ματισαμένων δὲ καὶ αὐτῶν, τρίτη παρεγένετο πρεσβεία, καὶ τετάρτη μετ' αὐτήν. Ὁ γὰρ ἐς τὴν Ῥωμαίων ἀγορῶν φιλοτιμίαν, ἣν ἐποιοῦντο εὐλαβείᾳ τοῦ μὴ παραβαθῆναι τὰς σπονδάς, ὅσους τῶν ἐπιτηδείων εὖ ποιεῖν ἐβούλετο, ἔπεμπε παρ' αὐτούς, αἰτίας τε ἀναπλάττων καὶ προφάσεις ἐφευρίσκων κενάς. Οἱ δὲ παντὶ ὑπήκουον ἐπιτάγματι, καὶ δεσπότου ἡγοῦντο τὸ πρόσταγμα, ὅπερ ἂν ἐκεῖνος παρακελεύσαιτο. Οὐ γὰρ μόνον τὸν πρὸς αὐτὸν ἀνελέσθαι πόλεμον εὐλαβοῦντο, ἀλλὰ καὶ Παρθυαίους ἐν παρασκευῇ τυγχάνοντας ἐδεδίεσαν, καὶ Βανδήλους τὰ κατὰ θάλατταν ταράττοντας, καὶ Ἰσαύρους πρὸς τὴν λῃστείαν διανισταμένους, καὶ Σαρακηνοὺς τῆς αὐτῶν ἐπικρατείας τὴν ἕω κατατρέχοντας, καὶ τὰ Αἰθιοπικὰ ἔθνη συνιστάμενα. Διὸ δὴ τεταπεινωμένοι τὸν μὲν Ἀττήλαν ἐθεράπευον, πρὸς δὲ τὰ λοιπὰ ἔθνη ἐπειρῶντο παρατάττεσθαι, δυνάμεις τε ἀθροίζοντες καὶ στρατηγοὺς χειροτονοῦντες.

7. (448. Theodos. an. 41.)

Ibidem p. 37. 38 : Ὅτι καὶ αὖθις Ἐδήκων ἦκε πρέσβυς, ἀνὴρ Σκύθης, μέγιστα κατὰ πόλεμον ἔργα διαπραξάμενος, σὺν Ὀρέστῃ, ὃς τοῦ Ῥωμαϊκοῦ γένους ὢν ᾤκει τὴν πρὸς τῷ Σάῳ ποταμῷ Παιόνων χώραν, τῷ βαρβάρῳ κατὰ τὰς Ἀετίου στρατηγοῦ τῶν ἑσπερίων Ῥωμαίων συνθήκας ὑπακούουσαν. Οὗτος ὁ Ἐδήκων ἐς τὰ βασίλεια παρελθὼν ἀπεδίδου τὰ παρὰ Ἀττήλα γράμματα, ἐν οἷς ἐποιεῖτο τοὺς Ῥωμαίους ἐν αἰτίᾳ τῶν φυγάδων πέρι· ἀνθ' ὧν ἠπείλει ἐπὶ τὰ ὅπλα χωρεῖν, εἰ μὴ ἀποδοθείτην αὐτῷ, καὶ ἀφέξονται Ῥωμαῖοι τὴν ὀρυάλωτον ἀροῦντες. Εἶναι δὲ μῆκος μὲν αὐτῆς κατὰ τὸ ῥεῦμα τοῦ Ἴστρου ἀπὸ τῆς Παιόνων ἄχρι Νοβῶν τῶν Θρᾳκίων, τὸ δὲ βάθος πέντε ἡμερῶν ὁδόν. Καὶ τὴν ἀγορὰν τὴν ἐν Ἰλλυριοῖς μὴ πρὸς τῇ ὄχθῃ τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ γίνεσθαι, ὥσπερ καὶ πάλαι, ἀλλ' ἐν Ναϊσσῷ, ἣν ὅριον, ὡς ἐπ' αὐτοῦ ὠμωθεῖσαν, τῆς Σκυθῶν καὶ Ῥωμαίων ἐτίθετο γῆς, πέντε ἡμερῶν ὁδὸν εὐζώνῳ ἀνδρὶ τοῦ Ἴστρου ἀπέχουσαν ποταμοῦ. Πρέσβεις δὲ ἐκέλευσε πρὸς αὐτὸν ἀφικνεῖσθαι τοὺς περὶ τῶν ἀμφιβόλων διαλεξομένους, οὐ τῶν ἐπιτυχόντων, ἀλλὰ τῶν ὑπατικῶν ἀνδρῶν τοὺς μεγίστους· οὓς εἰ ἐκπέμπειν εὐλαβηθεῖεν, αὐτὸν δεξόμενον σφᾶς ἐς τὴν Σαρδικὴν διαβήσεσθαι. Τούτων ἀναγνωσθέντων βασιλεῖ τῶν γραμμάτων, ὡς ὑπεξῆλθεν ὁ Ἐδήκων σὺν τῷ Βιγίλᾳ ἑρμηνεύσαντι ὅσαπερ ὁ βάρβαρος ἀπὸ στόματος ἔρρασε τῶν Ἀττήλα δεδογμένων, καὶ ἐς ἕτερους οἴκους παρεγένετο, ὥστε αὐτὸν Χρυσαφίῳ τοῦ βασιλέως ὑπασπιστῇ, οἷα δὴ τὰ μέγιστα δυναμένῳ, ἐς ὄψιν ἐλθεῖν, ἀπεθαύμασε τὴν τῶν βασιλείων οἴκων περιφάνειαν. Βιγίλας δὲ, ὡς τῷ Χρυσαφίῳ ἐς λόγους ἦλθεν ὁ βάρβαρος, ἔλεγεν ἑρμηνεύων, ὡς ἐπαινοίη ὁ Ἐδήκων τὰ βασίλεια καὶ τὸν παρὰ σφίσιν μακαρίζοι πλοῦτον. Ὁ δὲ Χρυσάφιος ἔφασκεν ἔσεσθαι καὶ αὐτὸν οἴκων τε χρυσοστέγων καὶ πλούτου κύριον, εἴγε περιίδοι μὲν τὰ παρὰ Σκύθαις, ἕλοιτο δὲ τὰ Ῥωμαίων. Τοῦ δὲ ἀποκριναμένου, ὡς τὸν ἑτέρου δεσπότου θεράποντα ἄνευ τοῦ κυρίου οὐ θέμις τοῦτο ποιεῖν, ἐπυνθάνετο ὁ εὐνοῦχος, εἴγε ἀκώλυτος αὐτῷ ἡ παρὰ τὸν Ἀττήλαν εἴη εἴσοδος, καὶ δύναμιν παρὰ Σκύθαις ἔχοι τινά. Τοῦ δὲ ἀποκριναμένου, ὡς

---

sent, dimiserunt. Misit et iterum Attilas alios, quibus non minus amplis muneribus ditatis, tertia ab eo, post illam itidem quarta legatio advenit. Ille enim Romanorum liberalitatem, qua utebantur veriti ne a fœderibus barbari discederent, ludibrio habens, novas subinde causas fingebat, et vanas occasiones legatorum mittendorum excogitabat, et ad suos necessarios, quos liberalitate ornare volebat, eas legationes deferebat. Romani vero in omnibus rebus Attilæ dicto audientes erant, et quæ præcipiebat, domini jussa ducebant. Non solum enim a bello contra eum suscipiendo eorum rationes abhorrebant, sed et Parthos, qui bellum apparabant, et Vandalos, qui maritimas oras vexabant, et Isauros, qui prædis et rapinis grassabantur, et Saracenos, qui regiones ad Orientem excursionibus vastabant, metuebant. Præterea gentes Æthiopum in armis erant. Itaque Romani animis fracti Attilam colebant, sed ceteris gentibus resistere conabantur, dum exercitus comparabant, et duces sortiebantur.

7.

Edecon, vir Scytha, qui maximas res in bello gesserat, venit iterum legatus cum Oreste. Hic genere Romanus Pæoniam regionem, ad Saum flumen sitam, incolebat, quæ ex fœdere inito cum Aetio, Romanorum Occidentalium duce, barbaro parebat. Itaque Edecon, in palatium admissus, imperatori litteras Attilæ tradidit, in quibus de transfugis non redditis querebatur, qui nisi redderentur, et Romani a colenda terra abstinerent, quam bello captam suæ ditioni adjecerat, ad arma se iturum minabatur. Ea vero secundum Istrum a Pæonibus ad Novas usque in Thracia sitas in longitudinem extendebatur; latitudo autem erat quinque dierum itinere. Neque vero forum celebrari, ut olim, ad ripam Istri volebat, sed in Naisso, quam urbem a se captam et dirutam, quinque dierum itinere expedito homini ab Istro distantem, Scytharum et Romanorum ditionis limitem constituebat. Legatos quoque ad se venire jussit controversa disceptaturos, non ex quolibet hominum genere et ordine, sed ex consularibus illustriores, quos si mittere interniserint, se ipsum ad eos arcessendos in Sardicam descensurum. His litteris lectis, digresso ab imperatore Edecone, cum Bigila, qui ea, quæ Attilas verbis imperatori denuntiari voluit, interpretatus erat, quum reliquas quoque domos obiret, et in conspectum Chrysaphii spatharii imperatorii veniret, qui plurimum auctoritate et gratia apud imperatorem valebat, admirabatur barbarus regiarum domuum magnificentiam. Bigilas autem, simulatque barbarus in colloquium venit cum Chrysaphio, interpretans retulit, quantopere laudasset imperatorias ædes, et Romanos beatos duceret propter affluentes divitiarum copias. Tum Edeconi Chrysaphius dixit, fore eum hujusmodi domuum, quæ aureis tectis præfulgerent, compotem et opibus abundaturum, si, relicta Scythia, ad Romanos se conferret. « Sed alterius domini servum, Edecon ait, nefas est eo invito tantum facinus in se admittere. » Quæsivit ex eo eunuchus, an facilis illi ad Attilam pateret aditus, et num qua

καὶ ἐπιτήδειος εἴη τῷ Ἀττήλᾳ καὶ τὴν αὐτοῦ ἅμα τοῖς εἰς τοῦτο ἀποκεχριμένοις λογάσιν ἐμπιστεύεται φυλακήν (ἐκ διαδοχῆς γὰρ κατὰ ῥητὰς ἡμέρας ἕκαστον αὐτῶν ἔλεγε μεθ' ὅπλων φυλάττειν τὸν Ἀττήλαν), ἔφασκεν ὁ εὐνοῦχος, εἴπερ πίστεις δέξοιτο, μέγιστα αὐτῷ ἐρεῖν ἀγαθά· δεῖσθαι δὲ σχολῆς· ταύτην δὲ αὐτῷ ὑπάρχειν, εἴγε παρ' αὐτὸν ἐπὶ δεῖπνον ἔλθοι χωρὶς Ὀρέστου καὶ τῶν ἄλλων συμπρεσβευτῶν. Ὑποσχόμενος δὲ τοῦτο ποιεῖν, ἐπὶ τὴν ἑστίασιν πρὸς τὸν εὐνοῦχον παραγενόμενος, καὶ ὑπὸ τῷ Βιγίλᾳ ἑρμηνεῖ δεξιάς καὶ ὅρκους ἔδοσαν, ὁ μὲν εὐνοῦχος, ὡς οὐκ ἐπὶ κακῷ τῷ Ἐδήκωνι, ἀλλ' ἐπὶ μεγίστοις ἀγαθοῖς τοὺς λόγους ποιήσοιτο, ὁ δὲ, ὡς οὐκ ἐξείποι τὰ αὐτῷ ῥηθησόμενα, εἰ καὶ μὴ πέρατος κυρήσοι. Τότε δὴ ὁ εὐνοῦχος ἔλεγε τῷ Ἐδήκωνι, εἰ διαβὰς ἐς τὴν Σκυθικὴν ἀνέλοι τὸν Ἀττήλαν καὶ παρὰ Ῥωμαίους ἥξει, ἔσεσθαι αὐτῷ βίον εὐδαίμονα καὶ πλοῦτον μέγιστον. Τοῦ δὲ ὑποσχομένου καὶ φήσαντος ἐπὶ τῇ πράξει δεῖσθαι χρημάτων, οὐ πολλῶν δὲ, ἀλλὰ πεντήκοντα λιτρῶν χρυσίου, δοθησομένων τῷ ὑπ' αὐτὸν πλήθει, ὥστε αὐτῷ τελείως συνεργῆσαι πρὸς τὴν ἐπίθεσιν, καὶ τοῦ εὐνούχου τὸ χρυσίον παραχρῆμα δώσειν ὑποσχομένου, ἔλεγεν ὁ βάρβαρος ἀποπέμπεσθαι μὲν αὐτὸν ἀπαγγελοῦντα τῷ Ἀττήλᾳ περὶ τῆς πρεσβείας, συμπέμπεσθαι δ' αὐτῷ Βιγίλαν τὴν παρὰ τοῦ Ἀττήλα ἐπὶ τοῖς φυγάσιν ἀπόκρισιν δεξάμενον. Δι' αὐτοῦ γὰρ περὶ τοῦ αὐτοῦ χρυσίου μηνύσειν, καὶ ὃν τρόπον τοῦτο ἐκπεμφθήσεται. Ἀπελθόντα γὰρ, ὥσπερ καὶ τοὺς ἄλλους, πολυπραγμονῆσαι τὸν Ἀττήλαν, τίς τε αὐτῷ δωρεὰ καὶ ὁπόσα παρὰ Ῥωμαίων δέδοται χρήματα· μὴ οἱόντε δὲ ταῦτα ἀποκρύπτειν διὰ τοὺς συμπορευομένους. Ἔδοξε δὴ τῷ εὐνούχῳ εὖ λέγειν, καὶ τῆς γνώμης τὸν βάρβαρον ἀποδεξάμενος ἀποπέμπει μετὰ τὸ δεῖπνον, καὶ ἐπὶ βασιλέα φέρει τὴν βουλήν. Ὃς Μαρτιάλιον τὴν τοῦ μαγίστρου διέποντα ἀρχὴν προσμεταπεμψάμενος ἔλεγε τὰς πρὸς τὸν βάρβαρον συνθήκας. Ἀνάγκη δὲ ἐθάρρει τὸ τῆς ἀρχῆς· πασῶν γὰρ τῶν βασιλέως βουλῶν ὁ μάγιστρος κοινωνὸς, οἷα δὴ τῶν τε ἀγγελιαφόρων καὶ ἑρμηνέων καὶ στρατιωτῶν τῶν ἀμφὶ τὴν βασιλείαν φυλακὴν ὑπ' αὐτὸν ταττομένων. Ἐδόκει δὲ αὐτοῖς βουλευσαμένοις τῶν προκειμένων πέρι μὴ μόνον Βιγίλαν, ἀλλὰ γὰρ καὶ Μαξιμῖνον ἐκπέμπειν πρεσβευόμενον παρὰ τὸν Ἀττήλαν.

8. (448. Theodos. an. 41.)

Exc. De leg. Rom. 47—71 : Ὅτι τοῦ Χρυσαφίου τοῦ εὐνούχου παραινέσαντος Ἐδέκωνι ἀνελεῖν τὸν Ἀττήλαν, ἐδόκει τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ καὶ τῷ μαγίστρῳ Μαρτιαλίῳ βουλευομένοις τῶν προκειμένων πέρι μὴ μόνον Βιγίλαν, ἀλλὰ καὶ Μαξιμῖνον ἐκπέμπειν πρεσβεύομενον παρὰ τὸν Ἀττήλαν, καὶ Βιγίλαν μὲν τῷ φαινομένῳ τὴν τοῦ ἑρμηνέως ἐπέχοντα τάξιν πράττειν ἅπερ Ἐδέκωνι δοκεῖ, τὸν δὲ Μαξιμῖνον μηδὲν τῶν αὐτοῖς βουλευθέντων ἐπιστάμενον τὰ βασιλέως ἀποδιδόναι γράμματα. Ἐνεγέγραπτο δὲ τῶν πρεσβευομένων ἀνδρῶν ἕνεκα, ὡς ὁ μὲν Βιγίλας ἑρμηνεὺς, ὁ δὲ Μαξιμῖνος μείζονος ἢ περ ὁ Βιγίλας ἀξίας, γένους τε περιφανοῦς, καὶ ἐπιτήδειος ἐς τὰ μάλιστα βασιλεῖ. Ἔπειτα ὡς οὐ δεῖ παρασαλεύοντα τὰς σπονδὰς τῇ Ῥωμαίων ἐμβατεύειν γῇ. Φυγάδας δὲ μετὰ τοὺς ἤδη ἐκδοθέντας ἑπταικαίδεκα ἀπέ-

---

potestate apud Scythas esset. Ille sibi necessitudinem intercedere cum Attila, respondit, et decretam sibi cum nonnullis aliis Scythiæ primoribus ejus custodiam. Nam per vices unumquemque eorum præscriptis diebus cum armis circa Attilam excubias agere. Tum eunuchus, si fide interposita se obstringeret, inquit se maximorum bonorum illi auctorem futurum. Cui rei tractandæ otio opus esse. Hoc vero sibi fore, si ad cœnam rediret sine Oreste et reliquis legationis comitibus. Facturum se pollicitus barbarus cœnæ tempore ad eunuchum pergit; et per Bigilam interpretem datis dextris jusjurandum utrimque præstitum est, ab eunucho, se de rebus, quæ Edeconi minime damno, sed fructui et commodo essent, verba facturum, ab Edecone, se, quæ sibi crederentur, non enuntiaturum, etiamsi exsequi nollet. Tunc eunuchus Edeconi dixit, si in Scythiam rediens Attilam sustulerit, et Romanorum partibus accesserit, vitam in magnis opibus beate traducturum. Eunucho Edecon assensus ad hanc rem peragendam dixit opus esse pecuniis, non quidem multis, sed quinquaginta auri libris, quas militibus, quibus præesset, ut sibi ad rem impigre exsequendam adjumento essent, divideret. Quum eunuchus, nulla mora interposita, dare vellet, dixit barbarus se prius ad renuntiandam legationem dimitti oportere, et una secum Bigilam, qui Attilæ de transfugis responsum acciperet; per eum enim se illi, qua ratione aurum sibi mitteret, indicaturum. Etenim Attilam se, simulatque redierit, percunctaturum, ut reliquos omnes, quæ munera sibi et quantæ pecuniæ a Romanis dono datæ sint. Neque id celare per collegas et comites licitum fore. Visus est eunucho barbarus recta sentire, et ejus est amplexus sententiam. Itaque eo a cœna dimisso, ad imperatorem consilium initum detulit, qui Martialium, magistri officiorum munere fungentem, ad se venire jussum docuit conventionem cum barbaro factam : id enim illi credi et committi jure magistratus, quem gerebat, necesse erat. Nam omnium imperatoris consiliorum magister est particeps; sub cujus cura sunt tabellarii, interpretes et milites, qui palatii custodiæ deputati sunt. Imperatore autem et Martiallo de tota re consultantibus placuit, non solum Bigilam, sed etiam Maximinum legatum mittere ad Attilam.

8.

Chrysaphius eunuchus suasit Edeconi Attilam de medio tollere. Super ea re, habito ab imperatore Theodosio cum Martialio magistro consilio, decreverunt non solum Bigilam, sed Maximinum quoque legatum ad Attilam ire, et Bigilam quidem specie interpretis, quo munere fungebatur, quæ Edeconi viderentur, exsecuturum, Maximinum vero, qui minime eorum quæ in consilio imperatoris agitata erant conscius esset, litteras ab eo Attilæ redditurum. Scripserat autem imperator de legatis suis, Bigilam interpretis munus obiturum, et Maximinum legatum mitti, qui quidem Bigilam dignitate superaret, et genere illustris et sibi valde familiaris esset. Præterea scripserat minime decere Attilam

σταλκά σοι, ὡς ἑτέρων οὐκ ὄντων. Καὶ ταῦτα μὲν ἦν ἐν τοῖς γράμμασι· φράζειν δὲ τὸν Μαξιμῖνον ἀπὸ στόματος τῷ Ἀττήλᾳ, μὴ χρῆναι αἰτεῖν πρέσβεις μείζονος ἀξίας παρ' αὐτὸν διαβῆναι· τοῦτο γὰρ οὐδὲ ἐπὶ τῶν αὐτοῦ προγόνων, οὐδὲ ἐπὶ ἑτέρων τῶν ἀρξάντων τῆς Σκυθικῆς γενέσθαι, ἀλλὰ πρεσβεύσασθαι τόν τε ἐπιτυχόντα στρατιώτην καὶ ἀγγελιαφόρον. Εἰς δὲ τὸ διευκρινῆσαι τὰ ἀμφιβαλλόμενα ἐδόκει πέμπειν Ὀνηγήσιον παρὰ Ῥωμαίους· μὴ οἷόντε γὰρ αὐτὸν, Σερδικῆς ὀμωσθείσης, σὺν ὑπατικῷ ἀνδρὶ ἐς αὐτὴν προϊέναι. Ἐπὶ ταύτην τὴν πρεσβείαν ἐλιπαρήσας πείθει με Μαξιμῖνος αὐτῷ συναπᾶραι. Καὶ δῆτα ἅμα τοῖς βαρβάροις ἐχόμενοι τῆς ὁδοῦ ἐς Σερδικὴν ἀφικνούμεθα, τρισκαίδεκα ὁδὸν ἀνδρὶ εὐζώνῳ τῆς Κωνσταντίνου ἀπέχουσαν. Ἐν ᾗ καταλύσαντες καλῶς ἔχειν ἡγησάμεθα ἐπὶ ἑστίαν Ἐδέκωνα καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ βαρβάρους καλεῖν. Πρόβατα οὖν καὶ βόας ἀποδομένων τῶν ἐπιχωρίων ἡμῖν, κατασφάξαντες ἀριστοποιούμεθα. Καὶ παρὰ τὸν τοῦ συμποσίου καιρὸν τῶν μὲν βαρβάρων τὸν Ἀττήλαν, ἡμῶν δὲ τὸν βασιλέα θαυμαζόντων, ὁ Βιγίλας ἔφη, ὡς οὐκ εἴη θεὸν καὶ ἄνθρωπον δίκαια συγκρίνειν, ἄνθρωπον μὲν τὸν Ἀττήλαν, θεὸν δὲ τὸν Θεοδόσιον λέγων. Ἠσχάλλον οὖν οἱ Οὖννοι, καὶ κατὰ μικρὸν ὑποθερμαινόμενοι ἐχαλέπαινον. Ἡμῶν δὲ ἐς ἕτερα τρεψάντων τὸν λόγον καὶ φιλοφροσύνῃ τὸν σφῶν αὐτῶν καταπραῦνόντων θυμὸν, μετὰ τὸ δεῖπνον ὡς διανέστημεν, ὤροις ὁ Μαξιμῖνος Ἐδέκωνα καὶ Ὀρέστην ἐθεράπευσε, σηρικοῖς ἐσθήμασι καὶ λίθοις Ἰνδικοῖς. Ἀναμείνας δὲ τὴν Ἐδέκωνος Ὀρέστης ἀναχώρησιν, πρὸς τὸν Μαξιμῖνον φράζει, ὡς σοφός τε εἴη καὶ ἄριστος, μὴ ὅμοια σὺν τοῖς ἀμφὶ τὰ βασίλεια πλημμελήσας· χωρὶς γὰρ αὐτοῦ ἐπὶ δεῖπνον τὸν Ἐδέκωνα καλοῦντες δώροις ἐτίμων. Ἀπόρου δὲ τοῦ λόγου ὡς μηδὲν ἐπισταμένοις φανέντος, καὶ ἀνερωτήσασιν ὅπως καὶ κατὰ ποῖον καιρὸν περιῶπται μὲν αὐτὸς, τετίμηται δὲ ὁ Ἐδέκων, οὐδὲν ἀποκρινάμενος ἐξῆλθε. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ὡς ἐβαδίζομεν, φέρομεν ἐπὶ Βιγίλαν ἅπερ ἡμῖν Ὀρέστης εἰρήκει. Ὃς δὲ ἐκεῖνον μὴ δεῖν χαλεπαίνειν ὡς τῶν αὐτῶν Ἐδέκωνι μὴ τυγχάνοντα· αὐτὸν μὲν γὰρ ὀπάονά τε καὶ ὑπογραφέα εἶναι Ἀττήλα, Ἐδέκωνα δὲ τὰ κατὰ πόλεμον ἄριστον, ὡς τοῦ Οὔννου γένους, ἀναβεβηκέναι τὸν Ὀρέστην πολύ. Ταῦτα εἰπὼν καὶ τῷ Ἐδέκωνι ἰδιολογησάμενος ἔφασκεν ὕστερον πρὸς ἡμᾶς, εἴτε ἀληθιζόμενος, εἴτε ὑποκρινόμενος, ὡς εἶποι μὲν αὐτῷ τὰ εἰρημένα, μόγις δὲ αὐτὸν καταπραΰναι τραπέντα ἐπὶ τοῖς λεχθεῖσιν εἰς ὀργήν. Ἀφικόμενοι δὲ ἐς Ναΐσσὸν ἔρημον μὲν εὕρομεν ἀνθρώπων τὴν πόλιν, ὡς ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀνατραπεῖσαν· ἐν δὲ τοῖς ἱεροῖς καταλύμασι τῶν ὑπὸ νόσων κατεχομένων τινὲς ἐτύγχανον ὄντες. Μικρὸν δὲ ἄνω τοῦ ποταμοῦ ἐν καθαρῷ καταλύσαντες (σύμπαντα γὰρ τὰ ἐπὶ τὴν ὄχθην ὀστέων ἦν πλέα τῶν ἐν πολέμῳ ἀναιρεθέντων), τῇ ἐπαύριον πρὸς Ἀγίνθεον τῶν ἐν Ἰλλυριοῖς ταγμάτων ἡγούμενον ἀφικόμεθα, οὐ πόρρω ὄντα τῆς Ναΐσσου, ἐφ' ᾧ τὰ παρὰ βασιλέως ἀγγεῖλαι καὶ τοὺς φυγάδας παραλαβεῖν· τοὺς γὰρ ε' τῶν ιζ', περὶ ὧν Ἀττήλᾳ ἐγέγραπτο, αὐτὸν ἔδει παραδιδόναι. Ἤλθομεν οὖν ἐς λόγους, καὶ τοὺς ε' φυγάδας παραδοῦναι αὐτὸν τοῖς Οὔννοις παρεσκευάσαμεν· οὓς φιλοφρονησάμενος σὺν

---

fœdera transgredientem Romanorum regionem invadere. « Transfugas autem, in literis illis inquit, post eos quos antea dedidi nunc tibi misi septemdecim. Nec enim plures apud me nunc sunt. » Et hæc quidem litteris continebantur. Coram autem Maximinum suis verbis jusserat Attilæ dicere, ne postularet majoris dignitatis viros ad se legatos mitti. Hoc enim neque ipsius majoribus datum esse, neque ceteris Scythiæ regibus, sed quemlibet militem aut alium nuntium legationis munus obiisse. Ceterum ad ea quæ inter ipsos in controversia erant dijudicanda sibi videri Onegesium mitti debere. Qui enim fieri posset, ut in Serdicam, quæ diruta esset, Attilas cum viro consulari conveniret? In hac legatione Maximinus precibus mihi persuasit, ut illi comes essem. Atque ita cum barbaris iter facere cœpimus, et in Serdicam pervenimus, trium et decem dierum itinere expedito homini a Constantinopoli distantem. Ibi commorantes ad cibum nobiscum sumendum Edecona et ceteros barbaros invitandos duximus. Bobus igitur et ovibus, quas incolæ nobis suppeditaverant, jugulatis, instructo convivio epulati sumus. Inter epulas barbari Attilam, nos imperatorem admirari et extollere. Ad quæ Bigilas dixit, minime justum esse, deum cum homine comparare, hominem Attilam, deum Theodosium vocans. Id ægre tulerunt Hunni, et sensim ira accensi exasperabantur. Nos vero alio sermonem detorquere, et eorum iram blandis verbis lenire. A cœna ut surreximus, Maximinus Edeconem et Orestem donis conciliaturus, Seriis vestibus et gemmis Indicis donavit. Orestes deinde præstolatus Edeconis discessum verba faciens cum Maximino, sibi quidem ait illum probum et prudentem videri, qui non ut alii ministri regii peccasset. Etenim spreto Oreste, Edeconem ad cœnam invitaverant et donis coluerant. Nos autem harum omnium rerum ignari, quo pertinerent Orestis verba, non satis percipientes, quum ex eo sciscitaremur, quomodo et qua in re despectui esset habitus et Edecon honore affectus, nihil respondit et discessit. Postridie quum iter faceremus, Bigilæ, quæ Orestes dixerat, retulimus. Ille vero ait Orestem non debere iniquo animo ferre, si eadem quæ Edecon minime esset consecutus. Orestem enim comitem et scribam Attilæ, Edeconem vero bello clarissimum, ut e gente Hunnorum, longe illum dignitate antecellere. Quæ quum loqueretur, patrio sermone Edeconem affatus, non multo post nobis confirmavit, seu vera proferret, seu fingeret, se Edeconi ea quæ prius illi dixeramus exposuisse, et ægre iram ejus ob dicta Orestis lenivisse. Venimus Naissum, quæ ab hostibus fuerat eversa et solo æquata; itaque eam desertam hominibus offendimus, præterquam quod in ruderibus sacrarum ædium erant quidam ægroti. Paulo longius a flumine ad vacua loca divertentes (omnia enim circa ripam erant plena ossibus eorum qui bello ceciderant), postridie ad Agintheum, copiarum in Illyrico ducem, qui non longe a Naisso habitabat, accessimus, ut, traditis imperatoris mandatis, reciperemus ab eo quinque transfugas, qui septemdecim numerum, de

ἡμῖν ἀπέκιμψε. Διανυκτερεύσαντες δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ὁρίων τῆς Ναϊσσοῦ τὴν πορείαν ποιησάμενοι ἐπὶ τὸν Ἴστρον ποταμὸν, ἐς τι χωρίον ἐσβάλλομεν συντρεφὲς, καμπὰς δὲ καὶ ἑλιγμοὺς καὶ περιαγωγὰς πολλὰς ἔχον. Ἐν ᾧπερ τῆς ἡμέρας διαφαινούσης, οἰομένοις ἐπὶ δυσμὰς πορεύεσθαι ἡ τοῦ ἡλίου ἀνατολὴ κατεναντίον ὤφθη, ὥστε τοὺς ἀπείρως ἔχοντας τῆς τοῦ χωρίου θέσεως ἀναβοῆσαι, οἷα δὴ τοῦ ἡλίου τὴν ἐναντίαν ποιουμένου πορείαν καὶ ἕτερα παρὰ τὰ καθεστῶτα σημαίνοντος. Ὑπὸ δὲ τῆς τοῦ τόπου ἀνωμαλίας ἐπὶ ἀνατολὰς ἐκεῖνο τὸ μέρος ἔβλεπε τῆς ὁδοῦ. Μετὰ δὲ τὴν δυσχωρίαν ἐν πεδίῳ καὶ αὐτῷ ὑλώδει παραγινόμεθα. Ἐντεῦθεν βάρβαροι πορθμεῖς ἐν σκάφεσι μονοξύλοις, ἅπερ αὐτοὶ ξένδρα ἐκτέμνοντες καὶ διαγλύφοντες κατασκευάζουσιν, ἐδέχοντο ἡμᾶς καὶ διεπόρθμευον τὸν ποταμὸν, οὐχ ἡμῶν ἕνεκα παρασκευασάμενοι, ἀλλὰ διαπορθμεύσαντες πλῆθος βαρβαρικὸν, ὅπερ ἡμῖν κατὰ τὴν ὁδὸν ἀπηντήκει, οἷα δὴ βουλομένου ὡς ἐπὶ θήραν Ἀττήλα διαβαίνειν ἐς τὴν Ῥωμαίων γῆν. Τοῦτο δὲ ἦν πολέμου παρασκευὴν ποιουμένῳ (παρασκευὴ ποιουμένη? B.) τῷ βασιλείῳ Σκύθῃ, προφάσει τοῦ μὴ πάντας αὐτῷ τοὺς φυγάδας δεδόσθαι. Περαιωθέντες δὲ τὸν Ἴστρον καὶ σὺν τοῖς βαρβάροις ὡς ὁ πορευθέντες σταδίους, ἐν πεδίῳ τινὶ ἐπιμένειν ἠναγκάσθημεν, ὥστε τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἐδέκωνα τῷ Ἀττήλα γενέσθαι τῆς ἡμετέρας ἀφίξεως μηνυτάς. Καταμεινάντων δὲ σὺν ἡμῖν καὶ τῶν ξεναγησάντων ἡμᾶς βαρβάρων, ἀμφὶ δείλην ὀψίαν δεῖπνον ἡμῶν αἱρουμένων, κρότος ἵππων ὡς ἡμᾶς ἐρχομένων ἠκούετο. Καὶ δὴ ἄνδρες δύο Σκύθαι παρεγίνοντο ὡς τὸν Ἀττήλαν ἡμᾶς ἀπιέναι παρακελευόμενοι. Ἡμῶν δὲ πρότερον ἐπὶ τὸ δεῖπνον αὐτοὺς ἐλθεῖν αἰτησάντων, ἀποβάντες τῶν ἵππων εὐωχήθησαν, καὶ ἡμῖν τῆς ὁδοῦ τῇ ὑστεραίᾳ ἡγήσαντο. Παραγενομένων δὲ ἐς τὰς Ἀττήλα σκηνὰς ἀμφὶ θ' τῆς ἡμέρας ὥρᾳ (πολλαὶ δὲ αὐτῷ ἐτύγχανον οὖσαι), ἐπί τε λόφου τινὸς σκηνοποιῆσαι βουληθέντων, οἱ ἐπιτυχόντες διεκώλυσαν βάρβαροι, ὡς τῆς Ἀττήλα ἐν χθαμαλῷ ὑπαρχούσης σκηνῆς. Καταλυσάντων δὲ ὅπου τοῖς Σκύθαις ἐδόκει, Ἐδέκων καὶ Ὀρέστης καὶ Σκόττας καὶ ἕτεροι τῶν ἐν αὐτοῖς λογάδων ἦκον ἀνερωτῶντες τίνων τυγεῖν ἐσπουδακότες τὴν πρεσβείαν ποιούμεθα. Ἡμῶν δὲ τὴν ἄλογον ἀποθαυμαζόντων ἐρώτησιν καὶ ἐς ἀλλήλους ὁρώντων, διετέλουν πρὸς ὄχλου τῆς ἀποκρίσεως ἕνεκα γινόμενοι. Εἰπόντων δὲ, Ἀττήλᾳ καὶ οὐχ ἑτέροις λέγειν βασιλέα παρακελεύσασθαι, χαλεπήνας Σκόττας ἀπεκρίνατο τοῦ σφῶν αὐτῶν ἡγουμένου ἐπίταγμα εἶναι· οὐ γὰρ ἂν πολυπραγμοσύνῃ σφετέρᾳ παρ' ἡμᾶς ἐληλυθέναι. Φησάντων δὲ μὴ τοῦτον ἐπὶ τοῖς πρέσβεσι κεῖσθαι τὸν νόμον, ὥστε μὴ ἐντυγχάνοντας, μηδὲ ἐς ὄψιν ἰοῦσιν παρ' οὓς ἐστάλησαν, δι' ἑτέρων ἀναχρίνεσθαι ὧν ἕνεκα πρεσβεύοιντο, καὶ τοῦτο μηδὲ αὐτοὺς ἀγνοεῖν Σκύθας θαμινὰ παρὰ βασιλέα πρεσβευομένους· χρῆναι δὲ τῶν ἴσων κυρεῖν, μὴ γὰρ ἄλλως τὰ τῆς πρεσβείας ἐρεῖν· ὡς τὸν Ἀττήλαν ἀνέζευξαν, καὶ αὖθις ἐπανῆκον Ἐδέκωνος χωρὶς, καὶ ἅπαντα, περὶ ὧν ἐπρεσβευόμεθα, ἔλεγον, προστάττοντες τὴν ταχίστην ἀπιέναι, εἰ μὴ ἕτερα ὁράζειν ἔχοιμεν. Ἐπὶ δὲ τοῖς λεχθεῖσι πλέον ἔτι ἀποροῦντες (οὐ γὰρ ἦν ἐφικτὸν γινώσκειν ὅπως ἐκδῆλα ἐγεγόνει τὰ θεῶν παρά-

---

quibus ad Attilam scripserat, explerent. Hominem igitur convenimus, et quinque profugos Hunnis tradere præcepimus, quos verbis consolatus nobiscum dimisit. Nocte transacta, a montibus Naissi Istrum versus pergentes, in angustam convallem per obliquos flexus et circuitus multos deferimur. Hic quum in ea opinione essemus, ut in occasum iter tendere existimaremus, simulatque illuxit sol exoriens, sese ex adverso oculis nostris objecit. Itaque qui loci situm ignorabant exclamare, tanquam sol contrarium solito cursum conficeret, et abhorrentia a constituto rerum ordine designaret: sed propter loci inæqualitatem via ea parte ad Orientem spectat. Ex illo difficili et arduo loco ad plana et uliginosa devenimus. Hic nos barbari portitores in scaphis unico ligno constantibus, quas arboribus sectis et cavatis adornant, exceperunt, et flumen transmiserunt. Et lembi quidem minime ad nos traducendos, sed ad multitudinem barbarorum trajiciendam erant præparati, quæ nobis in via occurrerat, quia Attilas ad venationem in Romanorum fines transgredi vellet. Revera autem bellum contra Romanos paravit, cujus gerendi occasionem sumebat, quod transfugæ non redderentur. Transmisso Istro, septuaginta fere stadiorum iter cum barbaris emensi in campo quodam subsistere coacti sumus, tantisper dum Edecon Attilam nostri adventus certiorem faceret, manentibus interea nobiscum ex barbaris, qui nos erant deducturi. Circa vesperam nobis cœnantibus, auditus est strepitus equorum ad nos venientium. Et duo viri Scythæ advenerunt, qui nos ad Attilam venire jusserunt. Nobis vero prius eos ad cœnam accedere rogantibus, de equis descendentes una convivium inierunt, et postridie viam præeuntes demonstrarunt. Qua die hora fere nona ad Attilæ tentoria pervenimus: nam erant ei plurima. Et quum in colle quodam tentoria figere vellemus, obvii barbari prohibuerunt, quoniam Attilæ tentorium esset in planitie positum. Quamobrem ad barbarorum arbitrium locum tentorii collocandi cepimus. Huc Edecon, Orestes, Scotta et alii ex Scythis primores mox advenerunt, et ex nobis quæsierunt, quarum rerum consequendarum gratia hanc legationem suscepissemus. Nos vero invicem intueri, et tam ineptam percunctationem admirari. Illi nihilominus perseverare, et nobis, ut responderemus, instabant. At quum soli Attilæ, non aliis imperatorem mandata exponere jussisse respondissemus, Scotta offensus, hoc sibi a suo duce præceptum esse dixit, neque sua sponte se ad nos venisse. Nos vero obtestari, nusquam hanc legem legatis impositam, ut per alios mandata edant et palam faciant, antequam eos, ad quos missi sint, adierint, et in conspectum eorum venerint. Neque hoc Scythas nescire, qui sæpenumero legatos ad imperatorem miserint. Idem et nobis contingere par esse, neque aliter nos mandata esse dicturos. Quibus auditis ad Attilam perrexerunt, unde non multo post sine Edecone reversi, omnia, quæ cum illis agere in mandatis habebamus, dixerunt, confestimque, nisi quid aliud nobis cum illis rei esset, discedere jusserunt. Quæ ubi audivimus, animis dubii suspensique hæsimus.

ὕστα (τάδε ἐν παραβύστῳ?) δεδογμένα βασιλεῖ), συμφέρειν ἡγούμεθα μηδὲν περὶ τῆς πρεσβείας ἀποκρίνεσθαι, εἰ μὴ τῆς παρὰ τὸν Ἀττήλαν εἰσόδου τύχοιμεν. Διὸ ἐφάσκομεν, εἴτε τὰ εἰρημένα τοῖς Σκύθαις, εἴτε καὶ ἕτερα ἥκομεν πρεσβευόμενοι, τοῦ σφῶν αὐτῶν ἡγουμένου τὴν πεῦσιν εἶναι, καὶ μηδαμῶς ἄλλοις τούτου χάριν διαλεχθήσεσθαι. Οἱ δὲ ἡμᾶς παραχρῆμα ἀναχωρεῖν προσέταττον. Ἐν παρασκευῇ δὲ τῆς ὁδοῦ γενομένους τῆς ἀποκρίσεως ἡμᾶς ὁ Βιγίλας κατεμέμφετο, ἐπὶ ψεύδει ἁλῶναι ἄμεινον λέγων ἢ ἀπράκτους ἀναχωρεῖν. « Εἰ γὰρ ἐς λόγους τῷ Ἀττήλᾳ ἔτυχον, φησὶν, ἐληλυθώς, ἐπεπείκειν ῥᾳδίως ἂν αὐτὸν τῆς πρὸς Ῥωμαίους ἀποστῆναι διαφορᾶς, οἷα δὴ ἐπιτήδειος αὐτῷ ἐν τῇ κατὰ Ἀνατόλιον πρεσβείᾳ γενόμενος. » Ταῦτα (Διὰ τ. conj. Hœsch. Ταῦτα δ' ἔλεγεν ἐλπίζων Bekk.) εὔνουν αὐτῷ τὸν Ἐδέκωνα ὑπάρχειν· ὥστε λόγῳ τῆς πρεσβείας καὶ τῶν ὁπωσοῦν, εἴτε ἀληθῶς, εἴτε ψευδῶς, ῥηθησομένων προφάσεως τυχεῖν ἐπὶ τῷ βουλεύσασθαι περὶ τῶν αὐτοῖς κατ' Ἀττήλα δεδογμένων, καὶ ὅπως τὸ χρυσίον, οὗπερ ἔφασκε δεῖσθαι ὁ Ἐδέκων, κομίσαι τὸ διανεμηθησόμενον [τοῖς ὑπ' αὐτὸν suppl. B.] ταττομένοις ἀνδράσι. Προδεδομένος δὲ ἐλελήθει. Ὁ γὰρ Ἐδέκων, εἴτε δόλῳ ὑποσχόμενος, εἴτε καὶ τὸν Ὀρέστην εὐλαβηθείς, μὴ ἐς τὸν Ἀττήλαν ἀγάγοι ἅπερ ἡμῖν ἐν τῇ Σερδικῇ μετὰ τὴν ἑστίασιν εἰρήκει, ἐν αἰτίᾳ ποιούμενος τὸ χωρὶς αὐτοῦ βασιλεῖ καὶ τῷ εὐνούχῳ ἐς λόγους αὐτὸν ἐληλυθέναι, καταμηνύει τὴν μελετηθεῖσαν αὐτῷ ἐπιβουλὴν καὶ τὸ ποσὸν τοῦ ἐκπεμφθησομένου χρυσίου, ἐλλέγει δὲ καὶ ἐφ' οἷς τὴν πρεσβείαν ἐποιούμεθα. Τῶν δὲ φορτίων ἤδη τοῖς ὑποζυγίοις ἐπιτεθέντων, καὶ ἀνάγκη τὴν πορείαν κατὰ τὸν τῆς νυκτὸς καιρὸν ποιεῖσθαι πειρώμενοι, μετεξέτεροι τῶν βαρβάρων παραγενόμενοι ἐπιμεῖναι ἡμᾶς τοῦ καιροῦ χάριν παρακελεύσασθαι τὸν Ἀττήλαν ἔλεγον. Ἐν αὐτῷ οὖν τῷ χωρίῳ, ὅθεν καὶ διανέστημεν, ἦσαν ἡμῖν βοῦν ἄγοντές τινες καὶ ποταμίους ἰχθύας παρὰ τοῦ Ἀττήλα διαπεμφθέντας. Δειπνήσαντες οὖν ἐς ὕπνον ἐτράπημεν. Ἡμέρας δὲ γενομένης ᾠόμεθα μὲν ἥμερόν τι καὶ πρᾶον παρὰ τοῦ βαρβάρου μηνυθήσεσθαι· ὁ δὲ πάλιν τοὺς αὐτοὺς ἔπεμπε, παρακελευόμενος ἀπιέναι, εἰ μὴ ἔχοιμέν τι παρὰ τὰ αὐτοῖς ἐγνωσμένα λέγειν. Οὐδὲν οὖν ἀποκρινάμενοι πρὸς τὴν ὁδὸν παρασκευαζόμεθα, καίπερ τοῦ Βιγίλα διαφιλονεικοῦντος λέγειν εἶναι καὶ ἕτερα ἡμῖν ῥηθησόμενα. Ἐν πολλῇ δὲ κατηφείᾳ τὸν Μαξιμῖνον ἰδών, παραλαβὼν Ῥουστίκιον ἐξεπιστάμενον τὴν βαρβάρων φωνήν, ὃς σὺν ἡμῖν ἐπὶ τὴν Σκυθικὴν ἐληλύθει (οὐ τῆς πρεσβείας ἕνεκα ἀλλὰ κατὰ πρᾶξίν τινα πρὸς Κωνστάντιον, ὃν Ἰταλιώτην ὄντα ὑπογραφέα Ἀττήλα ἀπεστάλκει Ἀέτιος ὁ τῶν ἑσπερίων Ῥωμαίων στρατηγός), παρὰ τὸν Σκόττην ἀφικνούμενος (οὐ γὰρ Ὀνηγήσιος τηνικαῦτα παρῆν), καὶ αὐτὸν προσειπὼν ὑπὸ ἑρμηνεῖ τῷ Ῥουστικίῳ ἔλεγον δῶρα πλεῖστα παρὰ τοῦ Μαξιμίνου λήψεσθαι, εἴπερ αὐτὸν τῆς παρὰ τὸν Ἀττήλαν εἰσόδου παρασκευάσοι τυχεῖν. Τὴν γὰρ αὐτοῦ πρεσβείαν οὐ μόνον Ῥωμαίοις καὶ Οὔννοις ξυνοίσειν, ἀλλὰ καὶ Ὀνηγησίῳ, ὃν παρ' αὐτὸν βασιλέα εἶναι βούλεσθαι καὶ τὰ τοῖς ἔθνεσι διευκρινῆσαι ἀμφίβολα· ἀφικόμενον δὲ μεγίστων τεύξεσθαι δωρεῶν. Χρῆναι οὖν μὴ παρόντος Ὀνηγησίου

Nec enim satis intelligere poteramus, qua ratione occulta imperatoris consilia patefacta essent. Quamobrem potius esse duximus, nihil quicquam de mandatis nostris efferre, priusquam nobis Attilam adeundi potestas fieret : itaque respondimus : « Sive ea, quæ Scythæ modo protulerunt, sive alia nuntiaturi venerimus, neminem nisi ducem vestrum quærere decet, neque de his cum aliis ullo pacto disserere constituimus. » Illi vero nos quamprimum abire jusserunt. Dum reditum parabamus, Bigilas nos propter responsionem Scythis factam increpavit. Longe enim potius fuisse in mendacio deprehendi, quam re infecta domum reverti. « Si enim, inquit, cum Attila collocutus fuissem, facile illi a contentione cum Romanis discedere persuasissem, quippe qui antea familiaritatem cum illo in legatione cum Anatolio suscepta contraxi. » Atque inde Edeconem quoque bene sibi velle dixit, ideoque specie legationis et eorum, quæ vere aut falso dicturi essent, ope viam se inventuros esse speravit, qua compositas in Attilam insidias exsequerentur, et aurum, quo Edecon sibi ad eam rem opus esse eunucho dixerat, afferretur, quod certis hominibus divideretur. Sed Bigilam latebat se proditum : Edecon enim, sive simulate cum eunucho pactus, sive ut ab Oreste sibi caveret, ne is illud quod in Serdica inter cœnandum nobis indicaverat, ad Attilam deferret, nimirum se, remoto Oreste, secretos sermones cum imperatore et eunucho habuisse, Attilæ comparatam in ipsum conjurationem aperuit, et auri summam, quam in eam rem mitti convenerat, simul et ea quæ per nos in ista legatione tractanda erant, enuntiavit. Jumentis jam adornatis et necessitate ad iter tempore noctis carpendum adacti, occurrere ex barbaris, qui dicerent, Attilam jubere nos propter tempus noctis intempestivum remanere. In eundem igitur locum, unde proficiscebamur, præsto fuere qui bovem agebant et pisces fluviatiles nobis ab Attila missos afferebant. Cœnati nos dormitum contulimus. Luce orta in spem adducebamur, Attilam se ad lenitatem daturum, et aliquod mite responsum ad nos ab ipso emanaturum. Ille vero denuo eosdem misit, jussitque abire, si nihil aliud negotii, nisi quod jam omnibus cognitum esset, nobis cum illo intercederet. Nullo dato responso ad iter nos accinximus, etsi Bigilas omni ope contenderet, ut responderemus nos alia dicenda habere. Ego vero quum Maximinum mœrore confici viderem, assumpto Rusticio, qui barbarorum linguæ peritus erat et nobiscum in Scythiam venerat (non legationis nostræ causa, sed ob rem privatam aditurus Constantium ex Italia oriundum, quem ad Attilam Aetius, Occidentalium Romanorum dux, ut illi ab epistolis esset, miserat), Scottam adii (nec enim aderat Onegesius), et cum illo per Rusticium interpretem collocutus, eum plurima dona a Maximino laturum dixi, si illi aditus ad Attilam copiam faceret. Legatum venire enim de rebus, quæ non solum Romanis et Hunnis maximam essent utilitatem allaturæ, sed etiam ipsi Onegesio. Imperatorem enim poscere, illum ad se legatum ab Attila mitti, qui dijudicaret controversias inter utramque gentem,

Ἐμοὶ δὲ ἀπεκδεχομένῳ τὸν Ὀνηγήσιον Ῥωμύλος καὶ Προμοῦτος καὶ Ῥωμανὸς οἱ ἐξ Ἰταλίας ἐλθόντες παρὰ τὸν Ἀττήλαν πρέσβεις τῶν φιαλῶν ἕνεκα τῶν χρυσῶν, συμπαρόντος αὐτοῖς καὶ Ῥουστικίου τοῦ κατὰ Κωνστάντιον, καὶ Κωνσταντιόλου, ἀνδρὸς ἐκ τῆς Παιόνων χώρας τῆς ὑπὸ Ἀττήλᾳ τασσομένης, ἐς λόγους ἦλθον, καὶ ἀνηρώτων πότερον διηφείθημεν, ἢ ἐπιμένειν ἀναγκαζόμεθα. Καὶ ἐμοῦ φήσαντος, ὡς τούτου χάριν πευσόμενος τοῦ Ὀνηγησίου τοῖς περιβόλοις προσκαρτερῶ, καὶ ἀντερωτήσαντος εἰ αὐτοῖς ὁ Ἀττήλας ἥμερόν τι καὶ πρᾶον περὶ πρεσβείας ἀπεκρίνατο, ἔλεγον μηδαμῶς μετατρέπεσθαι τῆς γνώμης, ἀλλὰ πόλεμον καταγγέλλειν, εἰ μή γε αὐτῷ Σιλβανὸς ἢ τὰ ἐκπώματα

---

sibi præciperet. « An Romani existimant, inquit, se ullis precibus exorari posse, ut prodat dominum suum, et nihili faciat educationem apud Scythas, uxores et liberos suos, neque potiorem ducat apud Attilam servitutem, quam apud Romanos ingentes opes? » Ceterum se domi remanentem majori eorum rebus adjumento futurum, quippe qui domini iram placaret, si quibus in rebus Romanis irasceretur, quam si ad eos accedens criminationi se objiceret, si forte quid contra quam Attilæ rationibus commodum videretur faceret. Quæ quum dixisset et mihi veniam dedisset eum de his, quæ ex ipso intelligere cuperemus, adeundi (Maximino enim in dignitate constituto parum decorus erat continuus congressus), abiit. Postridie ad domus Attilæ interiora septa me contuli dona ferens ejus uxori, quæ Cerca vocabatur. Ex ea tres illi liberi, quorum maximus natu jam tum Acatirorum et reliquarum gentium, qua Scythia ad Pontum patet, regnum tenebat. Intra illa septa erant multa ædificia, partim ex tabulis sculptis et eleganter compactis, partim ex trabibus opere puro et in rectitudinem affabre dolatis, quæ impositæ erant lignis in circulos curvatis : circuli autem a solo in mediocrem altitudinem assurgebant. Hic habitabat Attilæ uxor, ad quam a barbaris, qui circa januas erant, nactus aditum, ipsam deprehendi in molli stragula jacentem. Erat autem pavimentum laneis tapetibus stratum, in quibus constitimus. Eam famulorum multitudo in orbem circumstabat, et ancillæ ex adverso humi sedentes telas coloribus variegabant, quæ vestibus barbarorum ad ornatum superinjiciuntur. Cerca salutata, et muneribus traditis, egressus, exspectans dum Onegesius regia exiret (jam enim e domo sua illuc venerat), ad reliqua ædificia, ubi Attilas commorabatur, processi. Hic dum ego starem cum reliqua multitudine (nec enim accessu ullius loci prohibebar, quippe qui Attilæ custodibus et barbaris, qui eum assectabantur, eram notus), vidi magnam turbam accurrentem, quæ tumultum et strepitum edens exitum Attilæ præstolabatur. Tandem Attilas domo egressus, gravi vultu, huc illuc oculos torquens, cum Onegesio pro ædibus substitit. Hic eum multi, quibus erant lites, adierunt, et ejus judicium exceperunt. Deinde domum repetiit, et barbararum gentium legatos, qui ad se venerant, admisit.

Me vero, dum Onegesium exspectabam, Romulus, Promutus et Romanus, legati de vasis aureis ex Italia ad Attilam missi, una cum Rusticio, qui in comitatu Constantii erat, et Constantiolo ex Pæonum regione, quæ Attilæ parebat, me sunt sermone adorti, et interrogaverunt, utrum dimissi, an manere coacti essemus. « Id ipsum, inquam, ut sciam ex Onegesio, intra ista septa opperior. » Tum ego illos vicissim percunctari, an aliquod mite responsum ad ea, de quibus legati venerant, ab Attila tulissent. Nequaquam aiunt illum deduci a sententia, sed bellum minari et denuntiare, ni Sylvanus aut pocula dedantur. Nos vero quum

πεμφθείη. Ἀποθαυμαζόντων δὲ ἡμῶν τῆς ἀπονοίας τὸν βάρβαρον, ὑπολαβὼν ὁ Ῥωμύλος, πρεσβευτὴς ἀνὴρ καὶ πολλῶν πραγμάτων ἔμπειρος, ἔλεγε τὴν αὐτοῦ μεγίστην τύχην καὶ τὴν ἐκ τῆς τύχης δύναμιν ἐξαίρειν αὐτὸν, ὥστε μὴ ἀνέχεσθαι δικαίων λόγων, εἰ μὴ πρὸς αὐτοῦ νομίσῃ ὑπάρχειν αὐτούς. Οὐδενὶ γὰρ τῶν πώποτε τῆς Σκυθικῆς ἢ καὶ ἑτέρας ἀρξάντων γῆς τοσαῦτα ἐν ὀλίγῳ καταπεπρᾶχθαι, ὥστε καὶ τῶν ἐν τῷ Ὠκεανῷ νήσων ἄρχειν, καὶ πρὸς πάσῃ τῇ Σκυθικῇ καὶ Ῥωμαίους ἔχειν ἐς φόρου ἀπαγωγήν. Ἐρομένου δὲ πρὸς τοῖς παροῦσι πλειόνων καὶ ἐπὶ μεῖζον αὔξοντα τὴν ἀρχὴν, καὶ ἐς Πέρσας ἀπιέναι βούλεσθαι. Τῶν δὲ ἐν ἡμῖν τινος πυθομένου ποίαν ὁδὸν τραπεὶς ἐς Πέρσας ἐλθεῖν δυνήσεται, ἔλεγεν ὁ Ῥωμύλος, μὴ πολλῷ διαστήματι τὴν Μήδων ἀφεστάναι τῆς Σκυθικῆς, οὐδὲ Οὔννους ἀπείρους τῆς ὁδοῦ ταύτης εἶναι, ἀλλὰ πάλαι ἐς αὐτὴν ἐμβεβληκέναι, λιμοῦ τε τὴν χώραν κρατήσαντος, καὶ Ῥωμαίων διὰ τὸν τότε συνιστάμενον πόλεμον μὴ συμβαλλόντων. Παρελήλυθέναι δὲ ἐς τὴν Μήδων τόν τε Βασίχ καὶ Κουρσίχ τοὺς ὕστερον ἐς τὴν Ῥώμην ἐληλυθότας εἰς ὁμαιχμίαν, ἄνδρας τῶν βασιλείων Σκυθῶν καὶ πολλοῦ πλήθους ἄρχοντας. Καὶ τοὺς διαβεβηκότας λέγειν, ὡς ἔρημον ἐπελθόντες χώραν καὶ λίμνην τινὰ περαιωθέντες, ἣν ὁ Ῥωμύλος τὴν Μαιῶτιν εἶναι ᾤετο, πέντε καὶ δέκα διαγενομένων ἡμερῶν ὄρη τινὰ ὑπερβάντες ἐς τὴν Μηδικὴν ἐσέβαλον. Ληΐζομένοις δὲ καὶ τὴν γῆν κατατρέχουσι πλῆθος Περσικὸν ἐπελθὸν τὸν σφῶν ὑπερκείμενον ἀέρα πλῆσαι βελῶν, ὥστε σφᾶς δέει τοῦ κατασχόντος κινδύνου ἀναχωρῆσαι εἰς τοὐπίσω καὶ τὰ ὄρη ὑπεξελθεῖν, ὀλίγην ἄγοντας λείαν· ἡ γὰρ πλείστη ὑπὸ τῶν Μήδων ἀφῄρητο. Εὐλαβουμένους δὲ τὴν τῶν πολεμίων δίωξιν ἑτέραν τραπῆναι ὁδὸν, καὶ μετὰ τὴν ἐκ τῆς ὑφάλου πέτρας ἀναφερομένην φλόγα ἐκεῖθεν πορευθέντας .... ἡμερῶν ὁδὸν ἐς τὰ οἰκεῖα ἀφικέσθαι, καὶ γνῶναι, οὐ πολλῷ διαστήματι τὴν Μήδων ἀφεστάναι τῆς Σκυθικῆς. Τὸν οὖν Ἀττήλαν ἐπ' αὐτὴν ἰέναι βουλόμενον οὐ πονήσειν πολλὰ, οὔτε μακρὰν ἀνύσειν ὁδὸν, ὥστε καὶ Μήδους καὶ Πάρθους καὶ Πέρσας παραστήσεσθαι καὶ ἀναγκάσειν ἐλθεῖν ἐς φόρου ἀπαγωγήν· παρεῖναι γὰρ αὐτῷ μάχιμον δύναμιν, ἣν οὐδὲν ἔθνος ὑποστήσεται. Ἡμῶν δὲ κατὰ Περσῶν ἐλθεῖν αὐτὸν ἐπευξαμένων καὶ ἐπ' ἐκείνους τρέψαι τὸν πόλεμον, ὁ Κωνσταντίολος ἔλεγε δεδιέναι μή ποτε καὶ Πέρσας ῥᾳδίως παραστησάμενος ἀντὶ φίλου δεσπότης ἐπανήξει. Νῦν μὲν γὰρ τὸ χρυσίον νομίζεσθαι παρ' αὐτῶν τῆς ἀξίας ἕνεκα· εἰ δὲ καὶ Πάρθους καὶ Μήδους καὶ Πέρσας παραστήσαιτο, οὐκέτι Ῥωμαίων ἀνέξεσθαι τὴν αὐτοῦ νοσφιζομένων ἀρχὴν, ἀλλὰ θεράποντας περιφανῶς ἡγησάμενον χαλεπώτερα ἐπιτάξειν καὶ οὐκ ἀνεκτὰ ἐκείνοις ἐπιτάγματα. Ἦν δὲ ἀξία, ἧς ὁ Κωνσταντίολος ἐπεμνήσθη, στρατηγοῦ Ῥωμαίων, ἧς χάριν ὁ Ἀττήλας παρὰ βασιλέως ἐδέδεκτο τοῦ τοῖς στρατηγοῖς χορηγουμένου τὰς συντάξεις ἐκπέμπεσθαι. Ἔλεγεν οὖν μετὰ Μήδους καὶ Πάρθους καὶ Πέρσας τοῦτο τὸ ὄνομα, ὅπερ αὐτὸν βούλονται Ῥωμαῖοι καλεῖν, καὶ τὴν ἀξίαν, ἣ αὐτὸν τετιμῆκέναι νομίζουσιν, ἀποσεισάμενον ἀναγκάσειν σφᾶς ἀντὶ στρατηγοῦ βασιλέα προσαγορεύειν. Ἤδη γὰρ καὶ χαλεπαίνοντα εἰπεῖν, ὡς ἐκείνῳ μὲν οἱ

---

barbari miraremur animi impotentiam, Romulus, vir multis honorificentissimis legationibus functus et multo rerum usu præditus, ait, secunda fortuna et potentia inde collecta adeo illum efferri, ut justis sermonibus nullum apud se locum relinqueret, nisi eos ex re sua esse censeret. Nemo unquam eorum, qui in Scythia, vel alibi regnarunt, tantas res tam brevi tempore gessit. Totius Scythiæ dominatum sibi comparavit, et ad Oceani insulas usque imperium suum extendit, ut etiam a Romanis tributa exigat. Nec his contentus, ad longe majora animum adjecit, et latius imperii sui fines protendere et Persas bello aggredi cogitat. Uno ex nobis quærente, qua via e Scythia in Persas tendere posset, Romulus dixit, non longo locorum intervallo Medos dissitos esse a Scythis, neque Hunnos hanc viam nescire, sed olim, fame per eorum regionem grassante, quum Romani propter bellum, quod tunc temporis gerebant, minime cum illis prælio decertarent, hac irrupisse et usque ad Medos Basichum et Cursichum, duces ipsorum, e regiis Scythis oriundos, penetrasse, qui postea cum magna hominum multitudine Romam ad contrahendam armorum societatem venissent. Hos narrasse, per quandam desertam regionem illis iter fuisse, et paludem trajecisse, quam Romulus existimabat esse Mæotidem: deinde, quindecim diebus elapsis, per montes quosdam, quos superassent, in Mediam descendisse. Ibi prædas agentibus et excursionibus agros vastantibus Persicum agmen superveniens telis aera replevisse. Itaque imminentis periculi metu retro abscessisse, et per montes regressos, paucillum prædæ abegisse. Magnam enim partem Medos extorsisse: ipsos autem, ut persequentium hostium impetum evitarent, ad aliam viam deflexisse, et per loca, ubi ex petra maritima flamma ardet, illinc profectos, . . . dierum itinere in sedes suas revertisse. Atque ex eo satis vidisse, non magno intervallo Scythiam a Medis distare. Quamobrem si Attilam cupido ceperit Medos invadendi, non multum operæ et laboris in eam invasionem consumpturum, neque magnis itineribus defatigatum iri, ut Medos, Parthos et Persas adoriatur, et cogat tributi illationi se submittere. Adesse enim illi magnas copias, quas nulla gens sustinere possit. Nobis vero optantibus, ut Persis arma inferret, et a nobis in illos belli molem averteret: « Verendum est, inquit Constantiolus, ne, Persis facile devictis, non jam amplius amicus, sed dominus in nos revertatur. » Nunc enim auro accepto pro dignitate eum contentum esse. Quodsi Medos, Parthos et Persas domuerit, minime eum Romanorum a suo sejunctum regnum passurum, sed eos manifesto servos suos reputantem, gravia illis et intolerabilia imperaturum esse. Dignitas autem, cujus mentionem Constantiolus fecit, erat Romanorum exercituum ducis, quam Attilas ab imperatore acceperat, et stipendia ejus, qui exercitus regebat, missa sibi non recusabat. Innuebat igitur, Attilam, Medis, Parthis et Persis subactis, hoc nomen, quo Romanis illum vocare lubet, et dignitatem, quam illi ornamenti loco esse existimant, repudiaturum, et pro duce coacturum eos se regem appellare. Jam tum enim indignatus di-

αὐτοῦ θεράποντές εἰσι στρατηγοὶ, αὐτῷ δὲ οἱ τοῖς βασιλεύουσι Ῥωμαίων ὁμότιμοι. Ἔσεσθαι δὲ οὐκ εἰς μακρὰν τῆς παρούσης αὐτῷ δυνάμεως αὔξησιν· σημαίνειν καὶ τοῦτο τὸν θεὸν τὸ τοῦ Ἄρεος ἀναφήναντα ξίφος, ὅπερ ὂν ἱερὸν καὶ παρὰ τῶν Σκυθικῶν βασιλέων τιμώμενον, εἶτα δὴ τῷ ἐφόρῳ τῶν πολέμων ἀνακείμενον, ἐν τοῖς πάλαι ἀφανισθῆναι χρόνοις, εἶτα διὰ βοὸς εὑρεθῆναι (cf. fr. 10, p. 96).

Καὶ ἑκάστου λέγειν τι περὶ τῶν καθεστώτων βουλομένου, Ὀνηγησίου ὑπεξελθόντος, παρ' αὐτὸν ἤλθομεν, καὶ ἐπειρώμεθα περὶ τῶν ἐσπουδασμένων μανθάνειν. Ὁ δέ τισι πρότερον βαρβάροις διαλεχθεὶς, πυθέσθαι με παρὰ Μαξιμίνου ἐπέτρεπε τίνα Ῥωμαῖοι ἄνδρα τῶν ὑπατικῶν παρὰ τὸν Ἀττήλαν πρεσβευόμενον στέλλουσιν. Ὡς δὲ παρελθὼν εἰς τὴν σκηνὴν ἔφραζον, ἅπερ εἰρητό μοι, καὶ ὅ τι δεῖ λέγειν ὧν χάριν ὁ βάρβαρος ἡμῶν ἐπύθετο ἅμα τῷ Μαξιμίνῳ βουλευσάμενος ἐπανῆλθον ὡς τὸν Ὀνηγήσιον, λέγων, ὡς ἐθέλουσι μὲν Ῥωμαῖοι αὐτὸν παρὰ σφᾶς ἐλθόντα τῶν ἀμφιβόλων ἕνεκα διαλέγεσθαι, εἰ δὲ τούτου διαμάρτοιεν, ἐκπέμψειν βασιλέα ὃν βούλεται πρεσβευσόμενον. Καὶ εὐθὺς μετιέναι με τὸν Μαξιμῖνον παρεκελεύσατο, καὶ ἥκοντα αὐτὸν ἧγε παρὰ τὸν Ἀττήλαν. Καὶ μικρὸν ὕστερον ὑπεξελθὼν ὁ Μαξιμῖνος ἔλεγεν, ἐθέλειν τὸν βάρβαρον Νόμον ἢ Ἀνατόλιον ἢ Σενάτορα πρεσβεύεσθαι· μὴ γὰρ ἂν ἄλλον παρὰ τοὺς εἰρημένους δέξεσθαι. Καὶ ὡς αὐτοῦ ἀποκριναμένου, μὴ χρῆναι ἐπὶ τὴν πρεσβείαν τοὺς ἄνδρας καλοῦντα ὑπόπτους καθιστᾶν βασιλεῖ, εἰρηκέναι τὸν Ἀττήλαν, εἰ μὴ ἕλοιντο ποιεῖν ἃ βούλεται, ὅπλοις τὰ ἀμφίβολα διακριθήσεσθαι. Ἐπανελθόντων δὲ ἡμῶν εἰς τὴν σκηνὴν, ὁ τοῦ Ὀρέστου πατὴρ ἦκε λέγων, ὡς ἀμφοτέρους ὑμᾶς Ἀττήλας ἐπὶ τὸ συμπόσιον παρακαλεῖ, γενήσεσθαι δὲ αὐτὸ περὶ θ' τῆς ἡμέρας. Ὡς δὲ τὸν καιρὸν ἐφυλάξαμεν καὶ ἐπὶ τὸ δεῖπνον κληθέντες παρεγενόμεθα ἡμεῖς τε καὶ οἱ ἀπὸ τῶν ἑσπερίων Ῥωμαίων πρέσβεις, ἕστημεν ἐπὶ τοῦ οὐδοῦ ἀντία Ἀττήλα. Καὶ κύλικα οἱ οἰνοχόοι κατὰ τὸ ἐπιχώριον ἐπέδοσαν ἔθος, ὡς καὶ ἡμᾶς πρὸ τῆς ἕδρας ἐπεύξασθαι. Οὗ δὴ γενομένου, τῆς κύλικος ἀπογευσάμενοι ἐπὶ τοὺς θρόνους ἤλθομεν, οὗ ἔδει καθεσθέντας δειπνεῖν. Πρὸς δὲ τοῖς τοίχοις τοῦ οἰκήματος πάντες ὑπῆρχον οἱ δίφροι ἐξ ἑκατέρας πλευρᾶς. Ἐν μεσωτάτῳ δὲ ἧστο ἐπὶ κλίνης ὁ Ἀττήλας, ἑτέρας ἐξόπισθεν κλίνης ὑπαρχούσης αὐτῷ, μεθ' ἣν βαθμοί τινες ἐπὶ τὴν αὐτοῦ ἀνῆγον εὐνὴν, καλυπτομένην ὀθόναις καὶ ποικίλοις παραπετάσμασι κόσμου χάριν, καθάπερ ἐπὶ τῶν γαμούντων Ἕλληνές τε καὶ Ῥωμαῖοι κατασκευάζουσι. Καὶ πρώτην μὲν ἐνόμιζον τῶν δειπνούντων τάξιν τὴν ἐν δεξιᾷ τοῦ Ἀττήλα, δευτέραν δὲ τὴν εὐώνυμον, ἐν ᾗ ἐτυγχάνομεν ὄντες, προκαθεσθέντος ἡμῶν Βερίχου, παρὰ Σκύθαις εὖ γεγονότος ἀνδρός. Ὁ γὰρ Ὀνηγήσιος ἐπὶ δίφρου ἧστο ἐν δεξιᾷ τῆς τοῦ βασιλέως κλίνης. Ἀντικρὺ δὲ τοῦ Ὀνηγησίου ἐπὶ δίφρου ἐκαθέζοντο δύο τῶν Ἀττήλα παίδων· ὁ γὰρ πρεσβύτερος ἐπὶ τῆς ἐκείνου ἧστο κλίνης, οὐκ ἐγγὺς, ἀλλ' ἐπ' ἄκρου, αἰδοῖ τοῦ πατρὸς βλέπων ἐς γῆν. Πάντων δὲ ἐν κόσμῳ καθεστώτων, παρελθὼν οἰνοχόος τῷ Ἀττήλᾳ οἴνου χισσύβιον ἐπιδίδωσι. Δεξάμενος δὲ τὸν τῇ τάξει πρῶτον ἠσπάζετο. Ὁ δὲ τῷ ἀσπασμῷ τιμηθεὶς διανίστατο· καὶ οὐ πρότερον ἴζῃσαι θέμις ἦν, πρὶν ἢ τῷ οἰνοχόῳ ἀπογευσάμενος ἢ καὶ ἐκπιὼν ἀπέδωκε τὸ χισ-

---

cebat, illi servos esse exercituum duces, sibi vero viros imperatoribus Romanis dignitate pares. Et brevi quidem sibi potentiæ accessionem fore, quod et deus, Martis ense in lucem protracto, portenderit. Hic ensis tanquam sacer et deo bellorum præsidi dedicatus, a Scytharum regibus olim colebatur, et multis sæculis non visus, bovis ministerio fuerat tunc temporis eruus.

Dum ita de præsenti rerum statu confabulamur, Onegesius foras prodiit, ad quem, ut ex eo disceremus quæ nostræ curæ commissa fuerant, accessimus. Ille vero prius cum nescio quibus barbaris collocutus, quærere me ex Maximino jussit, quem Romani ex consularibus legatum ad Attilam essent missuri. Ut in tentorium veni, et Maximino, quæ mihi Onegesius dixerat, retuli, habita de eo, quod barbaris respondendum esset, deliberatione, redii, dixique Onegesio, Romanos magnopere desiderare, illum suarum cum Attila controversiarum disceptatorem ad se accedere. Qua spe si excidcrint, imperatorem, quem sibi libuerit, legatum missurum. Extemplo me Maximinum arcessere jussit, quem, ut venit, ad Attilam deduxit. Unde non multo post Maximinus reversus, narravit barbarum velle imperatorem ad se mittere legatos aut Nomum aut Anatolium aut Senatorem, neque ullos alios praeter hos admissurum. Et quum Maximinus objiceret minime convenire legatos, qui ad se mittantur, designando suspectos imperatori reddere, Attilam respondisse, si hæc abnuerint, armis se controversias disceptaturum. Reversis nobis in tentorium, ecce ad nos Orestis pater, « Vos ambos, inquit, ad convivium invitat Attilas; fiet vero illud ad nonam diei horam. » Tempore condicto observato, ut venimus, et una quoque Romanorum Occidentalium legati, stetimus in limine cœnaculi coram Attila. Tum pincernæ, ut mos est in illis regionibus, calicem tradiderunt, ut ante accubitum vota faceremus. Quo facto, et calice degustato, ipsa solia, in quibus nos sedentes cœnare oportebat, ascendimus. Omnia sedilia circa parietes cubiculi ab utraque parte disposita erant: medius in lecto sedebat Attilas, altero lecto a tergo strato, pone quem erant quidam gradus, qui ad ejus cubile ferebant, linteis candidis et variis tapetibus ornatus gratia contectum, simile cubilibus, quæ Romani et Graeci nubentibus adornare pro more habent. Et primum quidem convivarum locum ejus habebant, qui ad Attilæ dextram sedebat, secundum ejus, qui ad lævam: in quo nos et Berichus, vir apud Scythas nobilis, sed Berichus superiore loco. Nam Onegesius in sella ad dextram regii thori, et e regione Onegesii duo ex Attilæ filiis sedebant. Senior enim in eodem, quo pater, throno, non prope, sed multum infra accumbebat, oculis præ pudore propter patris præsentiam semper in terram conjectis. Omnibus ordine sedentibus, qui Attilæ erat a poculis, ingrediens pateram vini tradit. Hanc ubi suscepit, proximum ordine salutavit, qui salutatione honoratus surrexit, neque prius eum sedere fas erat, quam

σύδιον. Καθεσθέντα δὲ αὐτὸν τῷ [αὐτῷ] τρόπῳ οἱ παρόντες ἐτίμων, δεχόμενοι τὰς κύλικας καὶ μετὰ τὸν ἀσπασμὸν ἀπογευόμενοι. Ἑκάστῳ δὲ εἷς οἰνοχόος παρῆν, ὃν ἔδει κατὰ στοῖχον εἰσιέναι, τοῦ Ἀττήλα οἰνοχόου ὑπεξιόντος. Τιμηθέντος δὲ καὶ τοῦ δευτέρου καὶ τῶν ἑξῆς, καὶ ἡμᾶς τοῖς ἴσοις ὁ Ἀττήλας ἐδεξιώσατο κατὰ τὴν τῶν θάκων τάξιν. Ὡ δὴ ἀσπασμῷ πάντων τιμηθέντων, ὑπεξῆεσαν μὲν οἱ οἰνοχόοι, τράπεζαι δὲ μετὰ τὴν τοῦ Ἀττήλα παρετίθεντο κατὰ τρεῖς καὶ τέτταρας ἄνδρας ἢ καὶ πλείους· ὅθεν ἕκαστος οἷός τε ἦν τῶν τῇ μαγίδι τοδι (ἰδίᾳ? Val.) ἐπιτιθεμένων μεταλαβεῖν μὴ ὑπεξιὼν τῆς τῶν θρόνων τάξεως. Καὶ πρῶτος εἰσῄει ὁ τοῦ Ἀττήλα ὑπηρέτης, κρεῶν πλήρη πίνακα φέρων, καὶ οἱ πᾶσι διακονούμενοι μετ' αὐτὸν σῖτον καὶ ὄψα ταῖς τραπέζαις ἐπέθεσαν. Ἀλλὰ τοῖς μὲν ἄλλοις βαρβάροις καὶ ἡμῖν πολυτελῆ δεῖπνα κατεσκεύαστο, κύκλοις ἐπικείμενα ἀργυροῖς· τῷ δὲ Ἀττήλᾳ ἐπὶ τοῦ ξυλίνου πίνακος ἦν οὐδὲν πλέον κρεῶν. Μέτριον δὲ ἑαυτὸν καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐδείκνυ. Τοῖς γὰρ τῆς εὐωχίας ἀνδράσι κύλικες χρυσαῖ τε καὶ ἀργυραῖ ἐπεδίδοντο, τὸ δὲ αὐτοῦ ἔκπωμα ξύλινον ἦν. Λιτὴ δὲ αὐτῷ καὶ ἡ ἐσθὴς ἐτύγχανεν οὖσα, μηδὲν τῶν ἄλλων πλὴν τοῦ καθαρὰ εἶναι διαφυλάττουσα· καὶ οὔτε τὸ παρῳωρημένον αὐτῷ ξίφος, οὔτε οἱ τῶν βαρβαρικῶν ὑποδημάτων δεσμοί, οὔτε τοῦ ἵππου ὁ χαλινός, ὥσπερ τῶν ἄλλων Σκυθῶν, χρυσῷ ἢ λίθοις ἤ τινι τῶν τιμίων ἐκοσμεῖτο. Τῶν δὲ ὄψων τῶν ἐν τοῖς πρώτοις πίναξιν ἐπιτεθέντων ἀναλωθέντων, πάντες διανέστημεν, καὶ οὐ πρότερον ἐπὶ τὸν δεῖπνον ἀναστὰς ἦλθε, πρὶν ἢ κατὰ τὴν προτέραν τάξιν ἕκαστος τὴν ἐπιδιδομένην αὐτῷ οἴνου πλήρη ἐξέπιε κύλικα, τὸν Ἀττήλαν σῶν εἶναι ἐπευξάμενος. Καὶ τοῦτον τιμηθέντος αὐτοῦ τὸν τρόπον ἐκαθέσθημεν, καὶ δεύτερος ἑκάστῃ τραπέζῃ ἐπετίθετο πίναξ ἕτερα ἔχων ἐδώδιμα. Ὡς δὲ καὶ αὐτοῦ οἱ πάντες μετέλαβον, καὶ τῷ αὐτῷ ἐξαναστάντες τρόπῳ, αὖθις ἐκπιόντες ἐκαθέσθημεν. Ἐπιγενομένης δὲ ἑσπέρας ἐξῆεσαν ἀνήφθησαν, δύο δὲ ἀντικρὺ τοῦ Ἀττήλα παρελθόντες βάρβαροι ἄσματα πεποιημένα ἔλεγον, νίκας αὐτοῦ καὶ τὰς κατὰ πόλεμον ἀέθλους ἀρετάς· ἐς οὓς οἱ τῆς εὐωχίας ἀπέβλεπον, καὶ οἱ μὲν ἥδοντο τοῖς ποιήμασιν, οἱ δὲ τῶν πολέμων ἀναμιμνησκόμενοι διηγείροντο τοῖς φρονήμασιν, ἄλλοι δὲ ἐχώρουν ἐς δάκρυα, ὧν ὑπὸ τοῦ χρόνου ἠσθένει τὸ σῶμα καὶ ἡσυχάζειν ὁ θυμὸς ἠναγκάζετο. Μετὰ δὲ τὰ ἄσματα Σκύθης τις παρελθὼν φρενοβλαβὴς, ἀλλόκοτα καὶ παράσημα καὶ οὐδὲν ὑγιὲς φθεγγόμενος, ἐς γέλωτα πάντας παρεσκεύασε παρελθεῖν. Μεθ' ὃν ὑπεισῆλθε Ζέρκων ὁ Μαυρούσιος (vid. fr. 11)· ὁ γὰρ Ἐδέκων αὐτὸν παρὰ τὸν Ἀττήλαν ἐλθεῖν παρέπεισεν, ὡς τῇ ἐκείνου σπουδῇ τὴν γαμετὴν ἀπολῃψόμενον, ἣν κατὰ τὴν τῶν βαρβάρων εἰλήφει χώραν, τῷ Βλήδᾳ περισπούδαστος ὤν. Ἀπολελοίπει δὲ αὐτὴν ἐν τῇ Σκυθικῇ παρὰ τοῦ Ἀττήλα δῶρον Ἀετίῳ πεμφθείς. Ἀλλὰ τῆς μὲν τοιαύτης διήμαρτεν ἐλπίδος, τοῦ Ἀττήλα χαλεπήναντος, ὅτι γε δὴ ἐς τὴν αὐτοῦ ἐπανῆλθε. Τότε δὲ διὰ τὸν τῆς εὐωχίας καιρὸν παρελθὼν τῷ τε εἴδει καὶ τοῖς ἐσθήμασι καὶ τῇ φωνῇ καὶ τοῖς συγχεχυμένως παρ' αὐτοῦ προφερομένοις ῥήμασι· τῇ γὰρ Αὐσονίων τὴν τῶν Οὔννων καὶ τὴν τῶν Γότθων παραμιγνὺς γλῶτταν πάντας διέχεεν καὶ ἐς ἄσβεστον ὁρμῆσαι γέλωτα παρεσκεύασε, πλὴν Ἀττήλα. Αὐτὸς

---

merum degustans, aut etiam ebibens, poculum pocillatori redderet. Sedenti autem Attilæ eodem modo, qui convivio intererant, pocula suscipientes et post salutationem degustantes, honorem exhibebant. Unicuique vero unus pocillator aderat, quem, quum pincerna Attilæ exiret, introire suo ordine oportuit. Secundo et reliquis deinceps ad hunc modum honore affectis, Attilas nos quoque eodem modo salutavit secundum ordinem sellarum. Tum omnibus salutationis honore delato, pincernæ recesserunt. Mensæ vero juxta Attilæ mensam erant erectæ, excipiendis tribus et quattuor, aut etiam pluribus convivis idoneæ, ita ut quisque in sedili suo residens, de impositis mensæ ferculis commode sumere posset. Deinde primus in medium accessit Attilæ minister patinam carnibus plenam ferens; post ipsum qui panem ministrabant et obsonia mensis apposuerunt. Sed ceteris quidem barbaris et nobis lautissima cœna præparata erat et in discis argenteis reposita, Attilæ vero in quadra lignea, et nihil præter carnes. Moderatum pariter in reliquis omnibus sese præbebat. Convivis aurea et argentea pocula suppeditabantur; Attilæ poculum erat ligneum. Simplex admodum illius vestis nulla re, nisi munditie, ornata erat. Neque ejus ensis, neque calceorum barbarorum ligamina, neque ejus equi frena, ut reliquorum Scythiarum, auro aut lapidibus aut alia quacunque re pretiosa erant ornata. Ut obsonia primorum ferculorum fuere consumpta, surreximus, neque prius quisquam nostrûm ad sedem suam est reversus, quam sibi traditam pateram vini plenam, servato priore ordine, Attilam salvum et incolumem precatus, ebibisset. Eo ad hunc modum honore cultu, sedimus. Tum nova fercula cuique mensæ sunt illata, quæ alia continebant esculenta, ex quibus ubi omnes, quoad satis esset, comedissent, eodem modo surreximus, et epoto calice rursus consedimus. Adveniente vespere, facibusque accensis, duo Scythæ coram Attila prodierunt, et versus a se factos, quibus ejus victorias et bellicas virtutes canebant, recitarunt. In quos convivæ oculos defixerunt; et alii quidem versibus delectabantur, aliis bellorum recordatio animos excitabat, aliis manabant lacrimæ, quorum corpus ætate debilitatum erat et vigor animi quiescere cogebatur. Post cantus et carmina Scytha nescio quis mente captus absurda et inepta nec sani quicquam habentia effundens risum omnibus commovit. Postremo Zercon Maurusius introivit. Edecon enim illi persuaserat, ut ad Attilam veniret, omnem operam et studium pollicitus, quo uxorem recuperaret. Hanc enim, quum illi Bleda faveret, in barbarorum regione acceperat, eamque in Scythia, ab Attila ad Aetium dono missus, reliquerat. Sed hac spe frustratus est, quia Attilas illi succensuit, quod ad sua remigrasset. Itaque tunc arrepta festivitatis occasione, progressus et forma et habitu et pronuntiatione et verbis confuse ab eo prolatis, Romanæ Hunnorum et Gothorum linguam intermiscens, omnes lætitia implevit, et effecit ut in vehementem risum prorumperent. Sed Attilas

γὰρ ἔμενεν ἀστεμφὴς καὶ τὸ εἶδος ἀμετάτρεπτος, καὶ οὐδὲν οὔτε λέγων οὔτε ποιῶν γέλωτος ἐχόμενον ἐφαίνετο, πλὴν ὅτι τὸν νεώτατον τῶν παίδων (Ἡρνᾶς δὲ ὄνομα τούτῳ) εἰσιόντα καὶ παριστῶτα εἶλκε τῆς παρειᾶς, γαληνοῖς ἀποβλέπων ὄμμασι πρὸς αὐτόν. Ἐμοῦ δὲ θαυμάζοντος ὅπως τῶν μὲν ἄλλων παίδων ὀλιγωροίη, πρὸς δὲ ἐκεῖνον ἔχοι τὸν νοῦν, ὁ παρακαθήμενος βάρβαρος, συνιεὶς τῆς Αὐσονίων φωνῆς καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ μοι ῥηθησομένων μηδὲν ἐκλέγειν προειπών, ἔφασκε τοὺς μάντεις τῷ Ἀττήλᾳ προηγορευκέναι, τὸ μὲν αὐτοῦ πεσεῖσθαι γένος, ὑπὸ δὲ τοῦ παιδὸς ἀναστήσεσθαι τούτου. Ὡς δὲ ἐν τῷ συμποσίῳ εἶλκον τὴν νύκτα, ὑπεξήλθομεν, ἐπὶ πολὺ μὴ βουληθέντες τῷ πότῳ προσκαρτερεῖν.

Ἡμέρας δὲ γενομένης ἐπὶ τὸν Ὀνηγήσιον ἤλθομεν, χρῆναι ἡμᾶς διαφθῆναι λέγοντες καὶ μὴ τηνάλλως τρίβειν τὸν χρόνον. Καὶ ὃς ἔφη ἐθέλειν καὶ τὸν Ἀττήλαν ἀποπέμπειν ἡμᾶς. Καὶ μικρὸν διαλιπὼν ἅμα τοῖς λογάσιν ἐβουλεύετο περὶ τῶν Ἀττήλᾳ δεδογμένων, καὶ τὰ βασιλεῖ ἀποδοθησόμενα συνέταττε γράμματα, ὑπογραφίων αὐτῷ παρόντων καὶ Ῥουστικίου, ἀνδρὸς ὁρμωμένου μὲν ἐκ τῆς ἄνω Μυσίας, ἁλόντος δὲ ἐν τῷ πολέμῳ, καὶ διὰ λόγων ἀρετὴν τῷ βαρβάρῳ ἐπὶ τῇ τῶν γραμμάτων διαπονουμένου συντάξει. Ὡς δὲ ἐκ τῆς συνόδου διανέστη, ἐδεήθημεν αὐτοῦ περὶ λύσεως τῆς Σύλλου γαμετῆς καὶ τῶν ἐκείνης παίδων, ἐν τῇ Ῥατιαρίας ἀνδραποδισθέντων ἁλώσει. Καὶ πρὸς μὲν τὴν αὐτῶν οὐκ ἀπηγόρευσε λύσιν, ἐπὶ πολλοῖς δὲ σφᾶς ἐβούλετο χρήμασιν ἀπεμπολᾶν. Ἡμῶν δὲ ἱκετεύειν αὐτοὺς τῆς τύχης ἱκετευσάντων, τὴν προτέραν εὐδαιμονίαν λογιζόμενον, διέβη τε πρὸς τὸν Ἀττήλαν, καὶ τὴν μὲν γυναῖκα ἐπὶ πεντακοσίοις διαφῆκε χρυσοῖς, τοὺς δὲ παῖδας δῶρον ἔπεμπε βασιλεῖ. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ἡ Ῥέκαν (leg. καὶ Κρέκα, ut supra) ἡ τοῦ Ἀττήλα γαμετὴ παρὰ Ἀδάμει τῶν αὐτῆς πραγμάτων τὴν ἐπιτροπὴν ἔχοντι δειπνεῖν ἡμᾶς παρεκάλει. Καὶ παρ' αὐτὸν ἐλθόντες ἅμα τισὶ τῶν ἐκ τοῦ ἔθνους λογάδων φιλοφροσύνης ἐτύχομεν. Ἐδεξιοῦτο δὲ ἡμᾶς μειλιχίοις τε λόγοις καὶ τῇ τῶν ἐδωδίμων παρασκευῇ. Καὶ ἕκαστος τῶν παρόντων Σκυθικῇ φιλοτιμίᾳ κύλικα ἡμῖν πλήρη διανιστάμενος ἐδίδου, καὶ τὸν ἐκπιόντα περιβαλὼν καὶ φιλήσας ταύτην ἐδέγετο. Μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἐλθόντες ἐς ὕπνον ἐτράπημεν. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἐπὶ συμπόσιον αὖθις ἡμᾶς Ἀττήλας ἐκάλει, καὶ τῷ προτέρῳ τρόπῳ παρά τε αὐτὸν εἰσήλθομεν καὶ ἐς τὴν εὐωχίαν ἐτράπημεν. Συνέβαινε δὲ ἐπὶ τῆς κλίνης ἅμα αὐτῷ μὴ τὸν πρεσβύτερον τῶν παίδων ἧσθαι, ἀλλὰ γὰρ Ὠηβάρσιον, θεῖον αὐτῷ τυγχάνοντα πρὸς πατρός. Παρὰ πᾶν δὲ τὸ συμπόσιον λόγοις φιλοφρονούμενος φράζειν ἡμᾶς βασιλεῖ παρεκελεύετο τῷ Κωνσταντίῳ, ὃς αὐτῷ παρὰ Ἀετίου ἀπέσταλτο ὑπογραφέως χάριν, διδόναι ἣν αὐτῷ γυναῖκα καὶ ὑπέσχετο. Παρὰ γὰρ τὸν βασιλέα Θεοδόσιον ἅμα τοῖς σταλεῖσι παρὰ τοῦ Ἀττήλα πρέσβεσιν ἀφικόμενος ὁ Κωνστάντιος τὴν εἰρήνην Ῥωμαίοις καὶ Σκύθαις ἔφησεν ἐπὶ μακρὸν φυλάττεσθαι χρόνον παρασκευάσειν, ἂν αὐτῷ γυναῖκα εὔπορον δοίη. Καὶ πρὸς τοῦτο ἐπένευσε βασιλεύς, καὶ Σατορνίλου περιουσίᾳ καὶ γένει κοσμουμένου θυγατέρα

---

semper eodem vultu, omnis mutationis expers, et immotus permansit, neque quicquam facere aut dicere, quod jocum aut hilaritatem præ se ferret, conspectus est: præterquam quod juniorem ex filiis introeuntem et adventantem, nomine Ernas, placidis et lætis oculis est intuitus, et eum gena traxit. Ego vero quum admirarer, Attilam reliquos suos liberos parvi facere, ad hunc solum animum adjicere, unus ex barbaris, qui prope me sedebat et Latinæ linguæ usum habebat, fide prius accepta, me nihil eorum, quæ dicerentur, evulgaturum, dixit vates Attilæ vaticinatos esse, ejus genus, quod alioquin interiturum foret, ab hoc puero restauratum iri. Ut vero convivium ad multam noctem protraxerunt, non diutius nobis compotationi indulgendum esse rati, exivimus.

Die exorto, Onegesium adivimus dicentes, nos dimitti oportere, neque nobis diutius tempus terendum esse. Ille, Attilam quoque in ea esse voluntate, et nos dimittere constituisse respondit. Itaque non multo post consilium procerum de his, quæ Attilas statuerat, habuit, et litteras, quæ imperatori redderentur, digessit. Aderant enim quorum curæ epistolas scribere incumbebat, inter quos erat Rusticius, vir e superiore Mysia ortus, qui ab hostibus captus, quum dicendi facultate valeret, barbaro operam in conscribendis epistolis navabat. Dimisso concilio, ab Onegesio precibus contendimus, ut Syllæ uxori et ejus liberis, qui in expugnatione urbis Ratiariæ una cum matre in servitutem redacti erant, libertatem restitueret. Et vero ab his liberandis minime abhorrebat, sed eorum libertatem magna pecuniæ summa a nobis emptam volebat. Itaque nos eum supplices orare et obtestari, ut, habita eorum pristinæ fortunæ ratione, præsentis calamitatis commiseratione moveretur. Ille, ut Attilam adiit, mulierem pro quingentis aureis liberam dimisit, et ejus filios dono ad imperatorem misit. Interea Creca, Attilæ uxor, in ædes Adamis, qui ejus res domesticas curabat, nos ad cœnam invitavit. Ab eo una cum pluribus Scythiæ principibus comiter excepti sumus et jucundis sermonibus et magnifico epularum apparatu. Tum unusquisque eorum qui aderant, surgens, Scythica comitate poculum plenum nobis porrexit, et eum, qui biberat, amplexus et exosculatus, illud excepit. A cœna nos in tentorium nostrum recipientes, somnum cepimus. Postridie iterum nos Attilas ad cœnam invitavit, et eodem, quo prius, ritu ad eum accessimus et ad hilaritatem nos convertimus. Tum autem non senior ex filiis Attilæ in ejus thoro una cum ipso accumbebat, sed Ocbarsius, ejus patruus. Per totum convivii tempus nos blandis sermonibus appellans imperatori dicere jussit, ut Constantio, quem ad eum Aetius, ut ab epistolis esset, miserat, uxorem daret eam, quam illi promisisset. Etenim Constantius una cum Attilæ legatis ad Theodosium venerat, et se operam daturum, ut pax longo tempore inter Romanos et Hunnos servaretur, dixerat, modo sibi uxorem locupletem matrimonio copularet. Huic petitioni imperator annuerat, et Saturnini filiam, viri et opibus et genere clari et ornati, se illi nuptui daturum

εἰρήκει δώσειν. Τὸν δὲ Σατορνίλον ἀνηρήκει Ἀθηναΐς ἡ καὶ Εὐδοκία· ἀμφοτέροις γὰρ ἐκαλεῖτο τοῖς ὀνόμασιν. Ἐς ἔργον δὲ τὴν αὐτοῦ οὐ συνεχώρησεν ἀχθῆναι ὑπόσχεσιν Ζήνων, ὑπατικὸς ἀνὴρ καὶ πολλὴν ἀμφ' αὑτὸν ἔχων Ἰσαύρων δύναμιν, μεθ' ἧς καὶ τὴν Κωνσταντίνου κατὰ τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν φυλάττειν ἐπετέτραπτο. Τότε δὴ τῶν ἐν τῇ Ἑῴᾳ στρατιωτικῶν ἀρχῶν ταγμάτων ὑπεξάγει τοῦ φρουρίου τὴν κόρην, καὶ Ῥούφῳ τινὶ, ἑνὶ τῶν ἐπιτηδείων, κατεγγυᾷ. Ταύτης δὲ ἀφῃρημένης, ὁ Κωνστάντιος ἐδεῖτο τοῦ βαρβάρου, ἐνυβρισμένον αὐτὸν μὴ περιορᾶσθαι, ἀλλ' ἢ τὴν ἀφαιρεθεῖσαν ἢ καὶ ἄλλην αὐτῷ δίδοσθαι γαμετὴν φερνὴν εἰσοίσουσαν. Παρὰ τὸν τοῦ δείπνου τοίνυν καιρὸν ὁ βάρβαρος λέγειν τῷ βασιλεύοντι τὸν Μαξιμῖνον ἐκέλευε, μὴ χρῆναι τῆς ἐξ αὐτοῦ τὸν Κωνστάντιον ἐλπίδος διαμαρτεῖν· οὔτε γὰρ βασιλεῖ (βασιλικὸν? B.; πρέπειν suppl. N.) τὸ ψεύδεσθαι. Ταῦτα δὲ ὁ Ἀττήλας ἐνετέλλετο, ὑποσχομένου Κωνσταντίου χρήματα δώσειν, εἰ τῶν ζαπλούτων αὐτῷ παρὰ Ῥωμαίοις κατεγγυηθείη γυνή.

Τοῦ δὲ συμποσίου ὑπεξελθόντες, μετὰ τὴν νύκτα ἡμερῶν διαγενομένων τριῶν, διηρείθημεν δώροις τοῖς προσήκουσι τιμηθέντες· ἔπεμπε δὲ ὁ Ἀττήλας καὶ Βέριχον τὸν ἡμῶν ἐν τῷ συμποσίῳ προκαθεσθέντα, ἄνδρα τῶν λογάδων καὶ πολλῶν ἐν τῇ Σκυθικῇ κωμῶν ἄρχοντα, παρὰ βασιλέα πρεσβευσόμενον, ἄλλως τε καὶ αὐτὸν, οἷα δὴ πρέσβυν, [δῶρα] παρὰ Ῥωμαίων δέξασθαι [βουλόμενος]. Ποιουμένων δὲ ἡμῶν τὴν πορείαν καὶ πρὸς κώμῃ καταλυσάντων τινὶ, ἦλθε Σκύθης ἀνὴρ κατασκοπῆς ἕνεκα ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἐς τὴν βάρβαρον διαβεβηκὼς χώραν· καὶ αὐτὸν Ἀττήλας ἀνασκολοπισθῆναι παρεκελεύσατο. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ δι' ἑτέρων κωμῶν πορευομένων ἡμῶν, ἄνδρε δύο τῶν παρὰ Σκύθαις δουλευόντων ἤγοντο, ὀπίσω τὼ χεῖρε δεδεμένοι, ὡς τοὺς κατὰ πόλεμον ἀνελόντες δεσπότας· καὶ ἐπὶ ξύλων δυοῖν κεραίας ἐχόντων ἀμφοῖν τὰς κεφαλὰς ἐμβαλόντες ἀνεσταύρωσαν. Ἐφ' ὅσον δὲ τὴν Σκυθικὴν διεξήειμεν, ὁ Βέριχος ἐκοινώνει τε ἡμῖν τῆς ὁδοῦ, καὶ ἥσυχός τις καὶ ἐπιτήδειος ἐνομίζετο. Ὡς δὲ τὸν Ἴστρον ἐπεραιώθημεν, ἐν ἐχθροῦ ἡμῖν ἐγένετο μοίρᾳ διά τινας ἑώλους προφάσεις ἐκ τῶν θεραπόντων συνενεχθείσας. Καὶ πρότερον μὲν τὸν ἵππον ἀφείλετο, ᾧ τὸν Μαξιμῖνον δωρησάμενος ἦν. Ὁ γὰρ Ἀττήλας πάντας τοὺς ἀμφ' αὑτὸν λογάδας παρεκελεύσατο δώροις τὸν Μαξιμῖνον φιλοφρονήσασθαι, καὶ ἕκαστος ἐπεπόμφει ἵππον αὐτῷ, μεθ' ὧν καὶ ὁ Βέριχος. Ὀλίγους δὲ λαβὼν τοὺς ἄλλους ἀπέπεμπε, τὸ σῶφρον δηλώσαι ἐκ τῆς μετριότητος ἐσπουδακώς. Τοῦτον οὖν ἀφείλετο τὸν ἵππον, καὶ οὔτε συνοδοιπορεῖν οὔτε συνεστιᾶσθαι ἠνέσχετο· ὥστε ἡμῖν ἐν τῇ βαρβάρων χώρᾳ γενομένου συμβόλου, ἐς τοῦτο προελθεῖν. Καὶ ἐντεῦθεν διὰ τῆς Φιλίππου ἐπὶ τὴν Ἀδριανοῦ πόλιν τὴν πορείαν ἐποιησάμεθα. Ἐν ᾗ διαναπαυσάμενοι ἐς λόγους ἤλθομεν τῷ Βερίχῳ, καὶ αὐτὸν τῆς πρὸς ἡμᾶς σιωπῆς κατεμεμψάμεθα, ὅτι γε δὴ ὀργίζεται οὐκ ἀδικοῦσιν οὐδέν. Θεραπεύσαντες οὖν αὐτὸν καὶ ἐπὶ ἑστίασιν καλέσαντες ἐξωρμήσαμεν. Καὶ τῷ Βιγίλᾳ ἐν τῇ ὁδῷ ἀπαντήσαντες ἐπὶ τὴν Σκυθικὴν ἐπαναζευγνύντι, καὶ τὰ παρὰ Ἀττήλα ἡμῖν τῆς ἐπὶ τῇ πρεσβείᾳ ἀποκρίσεως εἰρημένα ἀφηγησάμενοι, τῆς

---

promiserat. Saturninum autem interemerat (*an.* 444 *sec. Chron. Marcellini*) Athenais seu Eudocia, *uxor Theodosii* (utroque enim nomine vocabatur), neque imperatori ad exitum perducere, quod promiserat, per Zenonem, virum consularem, licuit. Is, magna Isaurorum multitudine stipatus, urbi Constantinopoli, quo tempore bello premebatur (*an.* 442?), præsidio fuerat. Tunc vero quum orientalium exercituum dux esset, puellam custodia eduxit, et Rufo cuidam, uni ex suis necessariis, despondit. Hac puella sibi subtracta, Constantius barbarum orabat, ne sibi factam contumeliam negligeret, sed perficeret, ut sibi uxor daretur aut ea, quæ erepta fuerat, aut etiam alia, quæ dotem afferret. Quamobrem per cœnæ tempus barbarus Maximinum imperatori dicere jussit, non oportere Constantium spe ab ipso excitata falli, et ab imperatoris dignitate alienum videri, mendacem esse. Hæc Attilas Maximino mandavit, propterea quod Constantius illi pecuniæ summam pollicitus erat, si uxorem e Romanis puellis locupletem duceret.

Sub noctem a cœna discessimus. Tribus deinde diebus elapsis, muneribus donati dimissi sumus. Attilas quoque Berichum, virum e Scythiæ primoribus, multorum vicorum in Scythia dominum, et qui in convivio superiore loco sederat, nobiscum legatum ad imperatorem misit tum alias ob causas, tum vero, quod eum legatum donis Romanorum ditari vellet. Nobis autem iter conficientibus et in vico quodam commorantibus, captus est vir Scytha, qui a Romanis explorandi gratia in barbaram regionem descenderat, quem crucis supplicio affici Attilas præcepit. Postridie etiam dum per alios vicos progrederemur, duo, qui apud Scythas serviebant, manibus vincti post terga trahebantur, quod iis, quos belli casus dominos fecisset, vitam eripuissent. Hos affixis amborum capitibus in lignis quæ antennas habebant suspenderunt. Berichus vero, quamdiu Scythiam peragravimus, eadem via nobiscum iverat, et placidus et amicus visus erat. Ut Istrum trajecimus, propter quasdam vanas causas, a servis ortas, nos inimicorum loco habuit. Et primum quidem equum, quem Maximino dono dederat, ad se revocavit. Etenim Attilas omnes Scythiæ principes, qui in ipsius comitatu erant, donis Maximinum ornare jusserat, et unusquisque certatim illi equum miserat, inter quos et Berichus. At ille quum moderationis gloriam sibi comparare studeret, ex equis oblatis paucos acceperat, reliquos rejecerat. Berichus igitur equum, quem Maximino dederat, ademit, neque deinceps eadem via ire aut cœnari nobiscum voluit. Itaque hospitalitatis tessera, in barbara regione contracta, eo usque progressa est. Hinc per Philippopolim ad Adrianopolim nobis iter fuit. In hac civitate quiescentes, Berichum rursus allocuti cum eo, quod tamdiu erga nos silentium tenuisset, expostulavimus. Nec enim ullam fuisse causam cur nobis irasceretur, quandoquidem in nulla re eum offenderamus. Itaque eo placato et ad cœnam invitato, ab Adrianopoli movimus. In itinere Bigilam, qui in Scythiam revertebatur, obvium habuimus: quo edocto, quæ Attilas ad legationem nostram responderat, cœptum iter con-

ἐπανόδου εἰχόμεθα. Ὡς δὲ ἐς τὴν Κωνσταντίνου παρεγενόμεθα, μεταβεβλῆσθαι μὲν ᾠόμεθα τὸν Βέριχον τῆς ὀργῆς· ὃς δὲ τῆς ἀγρίας οὐκ ἐπελέλησατο φύσεως, ἀλλ' ἐς διαφορὰς ἐχώρει, καὶ ἐν κατηγορίᾳ ἐποιεῖτο τὸν Μαξιμῖνον, ὡς ἔφησεν εἰς τὴν Σκυθικὴν διαβὰς τὸν Ἀρεόβινδον καὶ τὸν Ἄσπαρα, ἄνδρας στρατηγοὺς, μηδεμίαν παρὰ βασιλεῖ ἔχειν μοῖραν, καὶ ὡς ἐν ὀλιγωρίᾳ τὰ κατ' αὐτοὺς ἐποιήσατο, τὴν βαρβαρικὴν ἐλέγξας κουφότητα.

ΛΟΓΟΣ Δ'.

Ἀναζεύξαντα δὲ τὸν Βιγίλαν καὶ ἐν οἷς τὸν Ἀττήλαν τόποις διατρίβειν συνέβαινεν ἀφικόμενον περιστάντες εἶχον (συνεῖχον N.) οἱ πρὸς τοῦτο παρεσκευασμένοι βάρβαροι, καὶ τὰ χρήματα, ἅπερ τῷ Ἐδέκωνι ἐκόμιζεν, ἀφείλοντο. Ὡς δὲ καὶ αὐτὸν παρὰ τὸν Ἀττήλαν ἦγον, καὶ ἀνηρώτα ὅτου χάριν τοσοῦτον φέροι χρυσίον, ἔφη οἰκείας τε καὶ τῶν παρεπομένων προνοίας ἕνεκα, ὥστε μὴ ἐνδεᾶ τροφῶν ἢ ἵππων σπάνει, ἢ καὶ τῶν φορτηγῶν ὑποζυγίων ὑπὸ τῆς μακρᾶς ἐκδαπανηθέντων ὁδοῦ, διαμαρτεῖν τῆς περὶ τῆς πρεσβείας σπουδῆς· παρεσκευάσθαι δὲ αὐτῷ καὶ ἐς αἰχμαλώτων ὠνὴν, πολλῶν κατὰ τὴν Ῥωμαίων δεηθέντων αὐτοῦ, τοὺς σφισι προσήκοντας λύσασθαι· καὶ ὁ Ἀττήλας « ἀλλ' οὗτοι, » ἔφη, « σὺ πονηρὸν θηρίον, » τὸν Βιγίλαν λέγων, « τὴν δίκην σοφιζόμενος λήσεις, οὐδὲ ἔσται σοι πρόφασις ἱκανὴ εἰς τὸ τὴν κόλασιν διαφυγεῖν, μείζονος μὲν τῆς σῆς δαπάνης παρασκευῆς σοι χρημάτων ὑπαρχούσης, καὶ τῶν ὑπὸ σοῦ ἵππων καὶ ὑποζυγίων ὠνηθησομένων, καὶ τῆς τῶν αἰχμαλώτων λύσεως, ἣν σὺν Μαξιμίνῳ παρ' ἐμὲ ἀφικομένῳ ποιεῖν ἀπηγόρευσα. » Ταῦτα εἰπὼν τὸν υἱὸν (ἦν δὲ καὶ τῷ Βιγίλᾳ τότε πρῶτον ἐς τὴν βαρβάρων ἠκολουθηκὼς χώραν) ξίφει καταβληθῆναι παρεκελεύσατο, εἰ μὴ φθάσας εἶποι ὅτῳ τὰ χρήματα καὶ ὅι' ἣν αἰτίαν κομίζει. Ὁ δὲ ὡς ἐθεάσατο τὸν παῖδα ἐπὶ θάνατον στείχοντα, ἐς δάκρυά τε καὶ ὀλυφυρμοὺς ἐτράπη, καὶ ἀνεβόα τὴν δίκην ἐπ' αὐτὸν φέρειν τὸ ξίφος, οὐκ ἐπὶ τὸν νέον τὸν ἀδικοῦντα οὐδέν. Καὶ μηδὲν μελλήσας τά τε αὐτῷ καὶ Ἐδέκωνι καὶ τῷ εὐνούχῳ καὶ τῷ βασιλεῖ μελετηθέντα ἔλεγε, συνεχῶς δὲ ἐς ἱκεσίαν τρεπόμενος, ὥστε αὐτὸν μὲν ἀναιρεθῆναι, διαφυθῆναι δὲ τὸν παῖδα. Γνοὺς δὲ ὁ Ἀττήλας ἀπὸ τῶν Ἐδέκωνι εἰρημένων μηδὲν διεψεῦσθαι τὸν Βιγίλαν, ἐν δεσμοῖς εἶναι προσέταττεν, οὐ πρότερον λύσειν ἀπειλήσας πρὶν ἢ τὸν παῖδα ἐκπέμψας ἑτέρας αὐτῷ πεντήκοντα χρυσίου λίτρας ὑπὲρ τῶν σφετέρων κομίσοι λύτρων. Καὶ ὁ μὲν ἐδέδετο, ὁ δὲ ἐς τὴν Ῥωμαίων ἐπανήει. Ἔπεμπε δὲ καὶ Ὀρέστην καὶ Ἥσλαν ὁ Ἀττήλας ἐς τὴν Κωνσταντίνου.

9.

Jornandes De reb. Get. c. 34 : *Ad quem in legationem remissus a Theodosio juniore Priscus, tali voce inter alia refert. Ingentia siquidem flumina, id est Tysiam Tibisiamque et Driccam transeuntes, venimus in locum illum, ubi dudum Vidicula, Gothorum fortissimus, Sarmatum dolo occubuit. Indeque non longe ad vicum in quo rex Attila morabatur, accessimus : vicum, inquam, ad instar civitatis amplissimæ, in quo lignea mœnia ex tabulis nitentibus fabricata reperimus, quarum compago ita solidum mentiebatur, ut vix ab intento posset junctura tabularum comprehendi. Videres triclinia ambitu prolixiore distenta, porticusque in omni decore dispositas. Area vero curtis ingenti ambitu cingebatur, ut amplitudo ipsa regiam aulam ostende-*

---

tinuavimus. Ut Constantinopolim venimus, Berichum existimabamus iram abjecisse, sed agrestis et feræ suæ naturæ minime est oblitus. Nam Maximinum insimulavit dixisse, quum in Scythiam transiisset, Areobindi et Asparis, exercituum ducum, auctoritatem apud imperatorem nullius esse ponderis, et quum barbarorum levitatem et inconstantiam notasset, eorum gesta in nullo pretio habuisse.

E LIBRO QUARTO.

Reversum Bigilam, quum in iis locis advenisset, ubi tum Attilas commorabatur, circumstantes barbari ad id præparati comprehenderunt, et manus in pecunias, quas Edeconi afferebat, injecerunt. Quum ipsum ad Attilam adduxissent, is ex eo quæsivit, cujus rei gratia tantum auri asportasset. Ille respondit, ut suis et comitum suorum necessitatibus provideret, ne rerum necessariarum inopia, aut equorum, aut aliorum animalium vecturæ aptorum penuria, quæ per longa itinera deperiissent, a studio obeundarum legationum avocaretur. Præterea ad redemptionem captivorum pecuniam paratam esse. Multos enim ex Romanis a se magnopere petiisse, ut propinquos suos redimeret. Cui Attilas : « Sed neque jam, o turpis bestia (Bigilam appellans), ullum tibi tuis cavillationibus judicii subeundi patebit effugium : neque ulla satis idonea causa erit, qua meritum supplicium evitare possis. Longe enim major summa est, quam qua tibi sit opus ad sustentandam familiam, vel etiam quam impendas in emptionem equorum, vel jumentorum, vel liberationem captivorum, quam jamdudum Maximino, quum huc venerat, interdixi. » Hæc dicens, filium Bigilæ (is tum primum patrem secutus in barbaram regionem venerat) ense occidi jubet, nisi pater, quem in usum et quam ob causam tantum auri advexisset, aperiret. Ille ut vidit filium morti addictum, ad lacrimas conversus, jus implorare, et ensem in se mitti debere, non in filium, qui nihil commeruisset. Nec cunctatus omnia clandestina consilia, quæ a se, ab Edecone, ab eunucho et imperatore in Attilam composita fuerant, aperuit, et ad preces prolapsus, orare et obtestari, ut se occideret, et filium nihil promeritum liberaret. Quum autem Attilas ex his, quæ Edecon sibi detexerat, Bigilam nihil mentitum perspiceret, in vincula duci præcepit, e quibus non prius eum exsoluturum minatus est, quam ejus filius in eam rem dimissus alias quinquaginta auri libras pro liberatione sua exsolvisset. Et Bigilas quidem in vincula est conjectus, filius autem ad Romanos rediit. Misit etiam Attilas Orestem et Eslam Constantinopolim.

ret. Hæc scelus erant Attilæ regis barbariam totam tenentis : hæc captis civitatibus habitacula præponebat. Hæc jungenda iis quæ legimus fr. 8, pag. 85.

10.

Idem ib c. 35 : *Qui* [Attila] *quamvis hujus esset naturæ, ut semper magna confideret, addebat ei tamen confidentiam gladius Martis inventus, sacer apud Scytharum reges semper habitus. Quem Priscus historicus tali refert occasione detectum. Quum pastor, inquiens, quidam gregis unam buculam conspiceret claudicantem, nec causam tanti vulneris inveniret, sollicitus vestigia cruoris insequitur : tandemque venit ad gladium, quem depascens herbas bucula incaute calcaverat, effossumque protinus ad Attilam defert. Quo ille munere gratulatus, ut erat magnanimus, arbitratur se totius mundi principem constitutum, et per Martis gladium potestatem sibi concessam esse bellorum.* Paucis hæc indicata in fr. 8, p. 91. Adde alterum de Hunnis locum, ubi Priscus laudatur ap. Jornand. c. 24 : *Tali ergo Hunni stirpe creati, Gothorum finibus advenere. Quorum natio sæva, ut Priscus historicus refert, in Mæotide palude ulteriorem ripam insedit, venatione tantum, nec alio labore experta, nisi quod, postquam crevisset in populos, fraudibus et rapinis vicinam gentem conturbavit.*

[11.]

[Suidas : Ζέρκων, Σκύθης οὕτω καλούμενος, Μαυρούσιος τὸ γένος, διὰ δὲ κακοφυίαν σώματος καὶ τὸ γέλωτα ἐκ τῆς τραυλότητος τῆς φωνῆς καὶ ὄψεως παρέχειν (βραχὺς γάρ τις ἦν, κυρτὸς, διάστροφος τοῖς ποσὶ, τὴν ῥῖνα τοῖς μυκτῆρσι παραφαίνων διὰ σιμότητος ὑπερβολήν), Ἄσπαρι τῷ Ἀρδαβουρίου ἐδεδώρητο, καθ' ὃν ἐν Λιβύῃ διέτριβε χρόνον. Ἥλω δὲ τῶν βαρβάρων ἐς τὴν Θρᾳκῶν ἐμβαλόντων καὶ παρὰ τοὺς βασιλείους ἤχθη Σκύθας, καὶ Ἀττήλας μὲν οὐδὲ τὴν αὐτοῦ ἤνεγκεν ὄψιν· ὁ δὲ Βλήδας ἥσθη λίαν αὐτῷ φθεγ-

11.

Zercon, Scytha sic vocatus, genere Maurusius. Qui propter corporis deformitatem, et quod vocis balbutie *ipsoque* adspectu risum movebat (nam brevis erat, gibbosus, distortis pedibus, et mirum in modum simus, ita ut nasum e naribus tantum cognosceres), Aspari, Artaburii filio, tum in Libya commoranti, donatus est. Captus autem erat, quum barbari in Thraciam irrupissent, et ad Scythas regios est perductus : quorum Attila ne adspectum quidem hominis tulit, Bledas vero supra modum eo delectatus est loquente ridicula tantum, et si non loqueretur, insolentius incedente corpusque jactante. Aderat autem ipsi et epulanti et ad bellum proficiscenti, in expeditionibus arma assumens ad risum movendum facta. Quamobrem etiam Bledas tanti eum fecit, ut fuga elapsum cum Romanis captivis, neglectis ceteris, summa cura quæri jusserit : captum autem et

γομένῳ οὐ μόνον γέλωτος ἄξια, εἰ δὲ μήγε, καὶ βαδίζοντι καὶ περιττῶς κινοῦντι τὸ σῶμα· συνῆν δὲ αὐτῷ εὐωχουμένῳ καὶ ἐκστρατεύοντι, πεποιημένην πρὸς τὸ γελοιότερον ἀναλαμβάνων ἐν ταῖς ἐξόδοις πανοπλίαν. Διὸ δὴ περισπούδαστον αὐτὸν ὁ Βλήδας ποιούμενος μετὰ αἰχμαλώτων ἀποδράντα Ῥωμαίων, τῶν μὲν ἄλλων κατωλιγώρησεν, αὐτὸν δὲ μετὰ πάσης φροντίδος ἀναζητεῖσθαι προσέταξεν. Καὶ ἁλόντα καὶ παρ' αὐτὸν ἀχθέντα ἐν δεσμοῖς ἰδὼν ἐγέλασε. Καὶ καθυφεὶς τῆς ὀργῆς ἐπυνθάνετο τὴν αἰτίαν τῆς φυγῆς, καὶ ὅτου χάριν νομίζοι τὰ Ῥωμαίων τῶν παρ' ἑαυτοῖς ἀμείνονα. Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ἁμάρτημα μὲν τὴν φυγὴν εἶναι, ἔχειν δὲ τοῦ ἁμαρτήματος λόγον τὸ μὴ γαμετὴν αὐτῷ δεδόσθαι. Τῷ δὲ γέλωτι μᾶλλον ὁ Βλήδας ὑπαχθεὶς δίδωσιν αὐτῷ γυναῖκα τῶν εὖ γεγονότων καὶ τῇ βασιλίδι διακονησαμένων, ἀτόπου δέ τινος πράξεως ἕνεκα οὐκέτι παρ' ἐκείνην φοιτῶσαν. Καὶ οὕτω διετέλει ἅπαντα τὸν χρόνον τῷ Βλήδᾳ συνών, μετὰ δὲ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν Ἀττήλας Ἀετίῳ τῷ στρατηγῷ τῶν ἑσπερίων Ῥωμαίων δῶρον τὸν Ζέρκωνα δίδωσιν, ὃς αὐτὸν παρὰ τὸν Ἄσπαρα ἔπεμψεν.] Hæc, si recte Prisco vindicavit Valesius, jungenda cum fr. 8, p. 92, ubi de Zercone isto jam vidimus. Pro Ἄσπαρι τῷ Ἀρδαβουρίῳ recte Niebuhrius emend. : Ἀ. τ. Ἀρδαβουρίου; sed non erat cur verteret : *patri Ardaburii* (quæ vocis πατρὶ omissio insolens, adeo ut vulgatam intactam reliquerit Bernhardyus); nam duo sunt Ardaburii, alter pater, alter filius Asparis. V. Tillemont. VI, p 105 et passim.

12. (449. Theodos. an. 42.)

Exc. De leg. gent. p. 38. 39 : Ὅτι φωραθέντα τὸν Βιγίλαν ἐπιβουλεύοντα τῷ Ἀττήλᾳ, καὶ τοῦ χρυσίου τὰς ἑκατὸν λίτρας τὰς παρὰ τοῦ Χρυσαφίου τοῦ εὐνούχου σταλείσας ἀφελομένου (ἀφελόμενος Class.), παρευθὺς ἔπεμπεν Ὀρέστην καὶ Ἥλαν ὁ Ἀττήλας ἐς τὴν Κωνσταντίνου, ἐντειλάμενος τὸν μὲν Ὀρέστην τὸ βαλάντιον, ἐν ᾧπερ ἐμβεβλήκει Βιγίλας τὸ χρυ-

12.

Bigila insidiarum in Attilam manifeste convicto, Attilas, ablatis ab eo centum auri libris, quas a Chrysaphio acceperat, extemplo Orestem et Eslam Constantinopolim misit, jussitque Orestem, crumena, in quam Bigilas aurum, quod

σίον Ἐδήκωνι δοθησόμενον, τῷ σφετέρῳ περιθέντα τραχήλῳ ἱλθεῖν τε παρὰ βασιλέα, καὶ αὐτῷ ἐπιδείξαντα καὶ τῷ εὐνούχῳ ἀνερωτᾶν εἴγε αὐτὸ ἐπιγινώσκοιεν; τὸν δὲ Ἦσλαν λέγειν ἀπὸ στόματος, εὖ μὲν γεγονότος εἶναι πατρὸς τὸν Θεοδόσιον παῖδα, εὖ δὲ καὶ αὐτὸν φύντα καὶ τὸν πατέρα Μουνδίουχον διαδεξάμενον διαφυλάξαι τὴν εὐγένειαν· ταύτης δὲ τὸν Θεοδόσιον ἐκπεπτωκότα δουλεύειν αὐτῷ τὴν τοῦ φόρου ἀπαγωγὴν ὑφιστάμενον. Οὐ δίκαιον οὖν ποιεῖ τῷ βελτίονι καὶ ὃν αὐτῷ ἡ τύχη δεσπότην ἀνέδειξεν, ὡς πονηρὸς οἰκέτης λαθριδίως ἐπιτιθέμενος. Οὐ λύσειν οὖν τὴν αἰτίαν ἔφη τῶν ἐς αὐτὸν ἡμαρτημένων, εἰ μή γε τὸν εὐνοῦχον ἐκπέμψοι πρὸς κόλασιν. Καὶ οὗτοι μὲν ἐπὶ τοῖσδε ἐς τὴν Κωνσταντίνου παρεγένοντο· συνηνέχθη δὲ τὸν Χρυσάφιον ἐξαιτεῖσθαι καὶ παρὰ Ζήνωνος. Μαξιμίνου γὰρ εἰρηκέναι τὸν Ἀττήλαν ἀπαγγείλαντος χρῆναι βασιλέα πλουτοῦν τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ τῷ Κωνσταντίῳ τὴν γυναῖκα διδόναι, ἣν οὐδαμῶς παρὰ τὴν ἐκείνου βουλὴν ἑτέρῳ κατεγγυηθῆναι οἷόντε ἦν (εἶναι B.)· ἢ γὰρ ὁ τολμήσας ἐκδιδώκει (ἐκδοῦναι δώσει? Bekk.) δίκας, ἢ τοιαῦτα τὰ βασιλέως ἐστὶν, ὥστε μηδὲ τῶν σφετέρων κρατεῖν οἰκετῶν, καθ' ὧν συμμαχίαν, εἴγε βούλοιτο, ἕτοιμον εἶναι παρασχεῖν. Ἐδήχθη τε ὁ Θεοδόσιος τὸν θυμὸν, καὶ δημοσίαν τῆς κόρης οὐσίαν ποιεῖ.

13. (449. Theodos. an. 42.)

Exc. De leg. Rom. p. 71. 72 : Ὅτι ὑπ' ἀμφοτέρων, Ἀττήλα τε καὶ Ζήνωνος, αἰτούμενος ὁ Χρυσάφιος ἐν ἀγωνίᾳ καθεστήκει. Πάντων δὲ αὐτῷ εὔνοιάν τε καὶ σπουδὴν συνεισφερόντων, ἐδόκει παρὰ τὸν Ἀττήλαν πρεσβεύεσθαι Ἀνατόλιον καὶ Νόμον, τὸν μὲν Ἀνατόλιον τῶν ἀμφὶ βασιλίᾳ ἄρχοντα τελῶν καὶ τὰς συνθήκας τῆς ἐκείνου εἰρήνης προθέμενον, τὸν δὲ Νόμον τὴν τοῦ μαγίστρου τιμὴν (ἀρχὴν mgo Hœsch.) ἄρξαντα καὶ ἐν τοῖς πατρικίοις σὺν ἐκείνῳ καταλεγόμενον, οἳ δὴ τὰς ἀρχὰς ἀναδεδήκασι πάσας. Συνεπέμπετο δὲ Ἀνατολίῳ Νόμος οὐ διὰ μέγεθος τῆς τύχης μόνον, ἀλλὰ ὡς καὶ τῷ Χρυσαφίῳ εὔνους ὢν καὶ φιλοτιμίᾳ τοῦ βαρβάρου περιεσόμενος· ὅτι γὰρ μάλιστα προσῆν αὐτῷ τὸ μὴ φείδεσθαι χρημάτων, τὸ παρὸν διαθεῖναι ἐσπουδακότι. Καὶ οὗτοι μὲν ἐστέλλοντο τὸν Ἀττήλαν ἀπάξοντες τῆς ὀργῆς καὶ τὴν εἰρήνην ἐπὶ ταῖς συντάξεσι διαφυλάττειν πείσοντες, λέξοντες δὲ καὶ, ὡς τῷ Κωνσταντίῳ κατεγγυηθήσεται γυνὴ οὐ μείων τῆς Σατορνίλου γένει τε καὶ περιουσίᾳ· ἐκείνην γὰρ μὴ βεβουλῆσθαι, ἀλλ' ἑτέρῳ κατὰ νόμον γήμασθαι· οὐ γὰρ θέμις παρὰ Ῥωμαίοις ἄκουσαν γυναῖκα κατεγγυᾶσθαι ἀνδρί. Ἔπεμπε δὲ καὶ ὁ εὐνοῦχος τῷ βαρβάρῳ χρυσίον, ὥστε αὐτὸν μειλιχθέντα ἀπαχθῆναι τοῦ θυμοῦ.

14. (449. Theodos. an. 42.)

Ibidem p. 72 : Ὅτι οἱ ἀμφὶ τὸν Ἀνατόλιον καὶ Νόμον τὸν Ἴστρον περαιωθέντες ἄχρις τοῦ Δρέγκωνος λεγομένου ποταμοῦ ἐς τὴν Σκυθικὴν διέβησαν· αἰδοῖ γὰρ τῶν ἀνδρῶν ὁ Ἀττήλας, ὥστε μὴ τῷ τῆς ὁδοῦ ἐπιτρίβεσθαι διαστήματι, ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ πρὸς αὐτοὺς ἐποιήσατο ἔντευξιν. Καὶ πρῶτον μὲν ὑπερηφάνως διαλεχθεὶς ὑπήχθη τῷ πλήθει τῶν δώρων, καὶ λόγοις προσ-

---

Edecon daretur, conjecerat, collo imposita, in conspectum imperatoris venire atque eunuchum interrogare, num hanc crumenam nosset; deinde Eslam hæc verba proferre, Theodosium quidem clari patris et nobilis esse filium, Attilam quoque nobilis parentis esse stirpem, et patrem ejus Mundiuchum acceptam a patre nobilitatem integram conservasse. Sed Theodosium tradita a patre nobilitate excidisse, quod tributum sibi pendendo suus servus esset factus. Non igitur justam rem facere eum, qui præstantiori et ei, quem fortuna dominum ipsi dederit, tanquam servus improbus clandestinas insidias paret. Neque se prius criminari illum eo nomine destiturum, quam eunuchus ad supplicium sit traditus. Atque hi quidem cum his mandatis Constantinopolim pervenerunt. Eodem quoque tempore accidit ut Chrysaphius a Zenone ad pœnam deposceretur. Maximinus enim renuntiaverat, Attilam dicere, decere imperatorem promissis stare, et Constantio uxorem, quam promiserit, dare; hanc enim, invito imperatore, nemini fas fuisse desponderi: aut enim eum, qui contra ausus fuisset, pœnas daturum fuisse, aut eo imperatoris res deductas esse, ut ne servos quidem suos coercere posset, contra quos, si vellet, se auxilium ferre paratum esse. Sed Theodosius iracundiam suam palam faciens bona puellæ in publicum redegit.

13.

Hinc Attilas, illinc Zeno Chrysaphium ad pœnam deposcebant. Omnium autem in eum animis et studiis inclinatis, visum est ad Attilam legatos mittere Anatolium et Nomum: Anatolium quidem magistrum militum præsentalem, et qui pacis cum barbaro initæ conditiones proposuerat; Nomum vero magistri dignitatem gerentem, et in numerum patriciorum una cum Anatolio allectum, quæ dignitas ceteris omnibus antecellit. Missus vero est cum Anatolio Nomus non solum propter fortunæ amplitudinem, sed etiam quia erat benevolo in Chrysaphium animo, et liberalitate sua barbarum subacturus esset, et auctoritate plurimum valebat. Nam si quid perficiendum sibi proposuerat, minime pecuniis parcebat. Et illi quidem mittebantur, quo Attilam ab ira dimoverent et pacis conditiones observare persuaderent, illud quoque dicturi, Constantio nuptum datum iri puellam minime Saturnini filiæ genere et opibus inferiorem. Illam enim minime gratum hujusmodi matrimonium habuisse: itaque secundum legem alteri nupsisse. Nec enim apud Romanos fas esse, mulierem invitam viro collocare. Misit et eunuchus aurum ad barbarum, quo mollitus ab ira deduceretur.

14.

Anatolius et Nomus, Istro transmisso, ad Drenconem fluvium (sic enim appellant) usque in Scythiam penetrarunt. Illic Attilas reverentia tantorum virorum motus, ne longioribus itineribus defatigarentur, cum illis convenit. Initio quidem multa superbe et insolenter disserens, tandem magnitudine munerum æquior factus est, et blanda legatorum oratione delinitus, se pacem servaturum secundum

ηνέσι μαλαχθεὶς φυλάττειν τὴν εἰρήνην ἐπὶ ταῖς αὐταῖς ἐπώμνυτο συνθήκαις, ἀναχωρεῖν δὲ καὶ τῆς τῷ Ἴστρῳ ὁριζομένης Ῥωμαίων γῆς καὶ τοῦ πράγματα ἔτι παρέχειν περὶ φυγάδων βασιλεῖ, εἰ μή γε Ῥωμαῖοι αὖθις ἑτέρους καταφεύγοντας παρ' αὐτοῦ δέξοιντο. Ἤρίει δὲ καὶ Βιγίλαν, τὰς πεντήκοντα τοῦ χρυσοῦ λίτρας δεξάμενος (ταύτας γὰρ αὐτῷ ἐκεκομίκει ὁ παῖς σὺν τοῖς πρέσβεσιν ἐς τὴν Σκυθικὴν διαβάς), καὶ αἰχμαλώτους ἄνευ λύτρων ἀφῆκε πλείστους, Ἀνατολίῳ καὶ Νόμῳ χαριζόμενος. Δωρησάμενος δὲ καὶ ἵππους αὐτοῖς καὶ θηρίων δορὰς, αἷς οἱ βασίλειοι κοσμοῦνται Σκύθαι, ἀπέπεμπε, συμπέμψας καὶ τὸν Κωνστάντιον ὥστε αὐτῷ βασιλέα εἰς ἔργον ἀγαγεῖν τὴν ὑπόσχεσιν. Ὡς δὲ ἐπανῆλθον οἱ πρέσβεις, καὶ ἅπαντα τά τε αὐτῶν, τά τε παρὰ τοῦ βαρβάρου διεξῆλθον, κατεγγυᾶται τῷ Κωνσταντίῳ γυνὴ γαμετὴ Ἀρματίου γενομένη, παιδὸς Πλίνθου τοῦ παρὰ Ῥωμαίοις στρατηγήσαντος καὶ τὴν ὕπατον ἀρχὴν ἄρξαντος. Συνεβεβήκει δὲ τὸν Ἀρμάτιον ἐς τὴν Λιβύων διαβάντα ἐπὶ τῇ πρὸς Αὐσοριανοὺς μάχῃ εὐημερῆσαι μὲν ἐν τῷ πρὸς ἐκείνους πολέμῳ, νοσήσαντα δὲ τελευτῆσαι τὸν βίον. Οὗ δὴ τὴν γαμετὴν, καὶ γένει καὶ περιουσίᾳ διαπρέπουσαν, ἔπεισεν ὁ βασιλεὺς τῷ Κωνσταντίῳ γήμασθαι. Οὕτω καὶ τῶν πρὸς Ἀττήλαν λυθέντων διαφορῶν, ὁ Θεοδόσιος ἐδεδοίει, μή ποτε καὶ Ζήνων τυραννίδι ἐπιθήσεται.

Quod apud Suidam v. Θεοδόσιος legitur de Theodosio II ejusque regno judicium, non e Prisco (ut Niebuhrius putavit), sed ex Johanne Antiocheno depromptum est, uti liquet ex collatis Exc. Peiresc. p. 850.—Accedimus in seqq. ad tempora Marciani imp. De his cf. Euagrius Hist. Eccl. II, 1 : Μαρκιανὸς τοίνυν καὶ ἄλλοις τε πολλοῖς καὶ Πρίσκῳ ἱστόρηται τῷ ῥήτορι.

15. (450. Marciani an. 1.)

Exc. De leg. gent. p. 39. 40 : Ὅτι ὡς ἠγγέλθη τῷ Ἀττήλᾳ, τὸν Μαρκιανὸν ἐς τὰ κατὰ τὴν Ἑῴαν Ῥωμαϊκὰ παρεληλυθέναι βασίλεια μετὰ τὴν Θεοδοσίου τελευτὴν, ἠγγέλθη δὲ αὐτῷ καὶ τὰ τῆς Ὀνωρίας πέρι γεγενημένα, πρὸς μὲν τὸν ἑσπερίων Ῥωμαίων ἔστελλε τοὺς διαλεξομένους μηδὲν Ὀνωρίαν πλημμελεῖσθαι, ἣν ἑαυτῷ πρὸς γάμον κατενεγύησε· τιμωρήσειν γὰρ αὐτῇ, εἰ μὴ καὶ τὰ τῆς βασιλείας ἀπολάβῃ σκῆπτρα. Ἔπεμπε δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἑῴους Ῥωμαίους τῶν ταχθέντων φόρων ἕνεκα. Ἀπράκτων δὲ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν αὐτοῦ ἐπανελθόντων πρέσβεων — οἱ μὲν γὰρ τῆς Ἑσπερίας ἀπεκρίναντο, Ὀνωρίαν αὐτῷ ἐς γάμον ἐλθεῖν μήτε δύνασθαι, ἐκδεδομένην ἀνδρί· σκῆπτρον δὲ αὐτῇ μηδ' ὀφείλεσθαι· οὐ γὰρ θηλειῶν, ἀλλ' ἀρρένων ἡ τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας ἀρχή. Οἱ δὲ τῆς ἕω ἔφασαν οὐχ ὑποστήσεσθαι τὴν τοῦ φόρου ἀπαγωγὴν, ἣν ὁ Θεοδόσιος ἔταξε· καὶ ἡσυχάζοντι μὲν δῶρα δώσειν, πόλεμον δὲ ἀπειλοῦντι ὅπλα καὶ ἄνδρας ἐπάξειν τῆς αὐτοῦ μὴ λειπομένους δυνάμεως. Ἐμερίζετο οὖν τὴν γνώμην, καὶ διηπόρει ποίοις πρότερον ἐπιθήσεται, καὶ ἔχειν αὐτῷ ἐδόκει καλῶς τέως ἐπὶ τὸν μείζονα τρέπεσθαι πόλεμον καὶ ἐς τὴν ἑσπέραν στρατεύεσθαι, τῆς μάχης αὐτῷ μὴ μόνον πρὸς Ἰταλιώτας, ἀλλὰ καὶ πρὸς Γότθους καὶ Φράγγους ἐσομένης, πρὸς μὲν Ἰταλιώτας ὥστε τὴν Ὀνωρίαν μετὰ τῶν χρημάτων λαβεῖν, πρὸς δὲ Γότθους χάριν Γεζερίχῳ κατατιθέμενον. Cf. Tillemont. VI, p. 146 sqq. Jornandes c. 36.

16. (450. Marciani an. 1.)

Ibidem p. 40 : Ὅτι τῷ Ἀττήλᾳ ἦν τοῦ πρὸς Φράγγους πολέμου πρόφασις ἡ τοῦ σφῶν βασιλέως τελευτὴ

conventiones juravit; omni se regione trans Istrum, tanquam Romanorum juris ditionisque cedere, neque porro imperatori de profugis reddendis molestum futurum, modo Romani in posterum a transfugis admittendis temperarent. Liberavit et Bigilam, numeratis quinquaginta auri libris, quas Bigilæ filius cum legatis in Scythiam veniens attulerat. Tum et Anatolio et Nomo gratificans, quamplurimos captivos illis sine ullo pretio concessit. Postremo donatos equis et ferarum pellibus, quibus Scythæ regii ad ornatum utuntur, dimisit. Comitem illis addidit Constantium, ut imperator ipsi re confirmaret, quæ verbis promiserat. Ut legati redierunt, et cum Attila ultro citroque acta retulerunt, Constantio nuptui datur quondam uxor Armatii, filii Plinthæ, qui apud Romanos exercituum dux fuerat et consulatum inierat. Armatius in Libyam profectus acie cum Ausorianis decertaverat et prospere pugnarat; mox morbo correptus vitam finierat. Ejus uxori, genere et divitiis conspicuæ, post mariti obitum imperator nubere Constantio persuaserat. Sed sopitis omnibus ad hunc modum cum Attila controversiis, Theodosium novus timor occupavit, ne Zeno tyrannidem invaderet.

15.

Quum primum Attilæ nuntiatum est, Marcianum post Theodosii mortem ad imperium pervenisse, et quæ Honoriæ accidissent, ad eum, qui in Occidente rerum potiebatur, misit qui contenderent, Honoriam nihil se indignum admisisse, quam matrimonio suo destinasset; seque illi auxilium laturum, nisi summa quoque imperii ei deferretur. Misit et ad Romanos Orientales tributorum constitutorum gratia. Sed re infecta legati utrimque sunt reversi. Etenim qui Occidentis imperio præerat, respondit, Honoriam illi nubere non posse, quod jam alii nupsisset. Neque imperium Honoriæ deberi : virorum enim, non mulierum, Romanum imperium esse. Qui in Oriente imperabat, se minime ratam habere tributi illationem, quam Theodosius consensisset : quiescenti munera largiturum; bellum minanti viros et arma objecturum ipsius opibus non inferiora. Itaque Attilas in varias distrahebatur sententias, et illi in dubio hærebat animus, quos primum aggrederetur. Tandem melius visum est ad periculosius bellum prius sese convertere, et in Occidentem exercitum educere. Illic enim sibi rem fore non solum cum Italis, sed etiam cum Gothis et Francis : cum Italis, ut Honoriam cum ingentibus divitiis secum abducereret; cum Gothis, ut Genserichi gratiam promereretur.

16.

Et Francos quidem bello lacessendi Attilæ causa fuit re-

καὶ ἡ τῆς ἀρχῆς τῶν ἐκείνου παίδων διαφορὰ, τοῦ πρεσβυτέρου μὲν Ἀττήλαν, τοῦ δὲ νεωτέρου Ἀέτιον ἐπὶ συμμαχίᾳ ἐπάγεσθαι ἐγνωκότος· ὃν κατὰ τὴν Ῥώμην εἴσομεν πρεσβευόμενον (πρεσβευόμενοι conj. N.), μήπω Ἰούλου ἀρχόμενον, ξανθὸν τὴν κόμην τοῖς αὐτοῦ περιχεομένην διὰ μέγεθος ὤμοις. Θετὸν δὲ αὐτὸν ὁ Ἀέτιος ποιησάμενος παῖδα καὶ πλεῖστα δῶρα δοὺς ἅμα τῷ βασιλεύοντι ἐπὶ φιλίᾳ τε καὶ ὁμαιχμίᾳ ἀπέπεμψε. Τούτων ἕνεκα ὁ Ἀττήλας τὴν ἐκστρατείαν ποιούμενος, κῦθις τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἄνδρας ἐς τὴν Ἰταλίαν ἔπεμπεν ὥστε τὴν Ὁνωρίαν ἐκδιδόναι· εἶναι γὰρ αὐτῷ ἡρμοσμένην πρὸς γάμον, τεκμήριον ποιούμενος τὸν παρ' αὐτῆς πεμφθέντα δακτύλιον, ὃν καὶ ἐπιδειχθησόμενον ἐσταλκει· παραχωρεῖν δὲ αὐτῷ τὸν Βαλεντινιανὸν καὶ τοῦ ἡμίσεως τῆς βασιλείας μέρους, ὡς καὶ τῆς Ὁνωρίας διαδεξαμένης μὲν παρὰ πατρὸς τὴν ἀρχὴν, ταύτης δὲ τῇ τοῦ ἀδελφοῦ ἀφαιρεθεῖσαν πλεονεξίᾳ. Ὡς δὲ οἱ ἑσπέριοι Ῥωμαῖοι τῆς προτέρας ἐχόμενοι γνώμης πρὸς οὐδὲν τῶν αὐτῷ δεδογμένων ὑπήκουον, εἶχετο μᾶλλον τῆς τοῦ πολέμου παρασκευῆς, πᾶν τὸ τῶν μαχίμων ἀγείρων πλῆθος.

17. (452. Marciani an. 3.)

Jornandes c. 42 : *Quum ad Romam animus fuisset ejus* [Attilæ] *attentus accedere, sui eum, ut Priscus refert historicus, removere, non urbi, cui inimici erant, consulentes, sed Alarici quondam Vesegothorum regis objicientes exemplum, veriti regis sui fortunam, quia ille post fractam Romam diu non supervixerat, sed protinus rebus excessit humanis.* Cf. Chron. Paschal. p. 587 Bonn. : Περὶ οὗ πολέμου (sc. Attilæ) συνεγράψατο ὁ σοφώτατος Πρίσκος ὁ Θρᾴξ.

18. (452 Marciani an. 3.)

Exc. De leg. Rom. p. 72. 73 : Ὅτι τοῦ Ἀττήλα [τὸν] παρὰ Θεοδοσίου τεταγμένον φόρον ζητοῦντος ἢ πόλεμον ἀπειλοῦντος, τῶν Ῥωμαίων στέλλειν παρ' αὐτὸν πρέσβεις ἀποκριναμένων, Ἀπολλώνιος ἐπέμπετο, οὗπερ ὁ ἀδελφὸς τὴν Σατορνίλου γεγαμήκει θυγατέρα, ἣν ὁ Θεοδόσιος ἐβούλετο Κωνσταντίῳ κατεγγυᾶν, Ζήνων δὲ Ῥούφῳ ἐδεδώκει πρὸς γάμον· τότε δὲ ἐξ ἀνθρώπων ἐγεγόνει. Τοῦ Ζήνωνος οὖν τῶν ἐπιτηδείων ὁ Ἀπολλώνιος γεγονὼς καὶ τὴν στρατηγίδα λαχὼν ἀρχὴν, παρὰ τὸν Ἀττήλαν ἐπέμπετο πρεσβευσόμενος. Καὶ τὸν μὲν Ἴστρον ἐπεραιοῦτο, οὐκ ἔτυχε δὲ τῆς πρὸς τὸν βάρβαρον προσόδου. Ἐν ὀργῇ γὰρ ἐκεῖνος ποιούμενος τὸ μὴ κεκομίσθαι τοὺς φόρους, οὓς ἔλεγεν αὐτῷ παρὰ τῶν βελτιόνων καὶ βασιλικωτέρων τετάχθαι, οὐδὲ τὸν πρεσβευσάμενον ἐδέχετο, τοῦ πέμψαντος κατολιγωρῶν. Ὁ δὲ Ἀπολλώνιος ἀνδρὸς ἔργον κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν φαίνεται διαπραξάμενος. Τοῦ γὰρ Ἀττήλα μὴ προσιεμένου τὴν αὐτοῦ πρεσβείαν, μηδὲ ἐς λόγους αὐτῷ ἐλθεῖν βουλομένου, παρακελευομένου δὲ πέμπειν ἅπερ αὐτῷ ἐκ βασιλέως δῶρα ἐκόμιζε, καὶ θάνατον ἀπειλοῦντος, εἰ μὴ δοίη, ἔφησεν· « Οὐκ αἰτεῖν προσῆκε Σκύθαις ἅπερ αὐτοῖς ἔξεστιν ἢ δῶρα ἢ σκῦλα λαβεῖν· παραδηλῶν δῶρα μὲν αὐτοῖς δοθήσεσθαι, εἰ αὐτὸν προσδέξοιντο πρεσβευόμενον, σκῦλα δὲ, εἰ ἀνελόντες ἀφέλοιντο. Οὕτω μὲν οὖν ἄπρακτος ἐπανῆει. « Hic videtur esse Apollonius qui postea consul fuit cum Magno (460). Sunt ad illum aliquot Theodoreti epistolæ (n. 73 et 303), qui etiam Rufi comitis meminit in ep. 79. » Valesius. Plura de his vide ap. Tillemont. VI, p. 73. 99. 103. 293.

19. (452. Marciani an. 3.)

Exc. De legg. gent. p. 40 : Ὅτι ὁ Ἀττήλας μετὰ τὸ τὴν Ἰταλίαν ἀνδραποδίσασθαι ἐπὶ τὰ σφέτερα

---

gum ipsorum obitus et de regno inter liberos controversia, quum major natu Attilam auxilio vocasset, Aetium minor, quem Romæ vidimus legationem obeuntem, nondum lanugine efflorescente, flava coma, et capillis propter densitatem et magnitudinem super humeros effusis. Hunc etiam Aetius tilii loco adoptaverat, et plurimis donis ab ipso et ab imperatore ornatum, initaque cum eo amicitia et societate dimiserat. Quamobrem Attilas antequam in eam expeditionem ingrederetur, rursus legatos in Italiam misit, qui Honoriam poscerent; eam enim secum matrimonium pepigisse : cujus rei ut fidem faceret, annulum ab ea ad se missum per legatos, quibus tradiderat, exhiberi mandavit. Etiam dimidiam imperii partem sibi Valentinianum debere, quum ad Honoriam jure paternum regnum pertineret, quo injusta fratris cupiditate privata esset. Sed quum Romani Occidentales in prima sententia persisterent et Attilæ mandata rejicerent, ipse toto exercitu convocato majore vi bellum paravit.

18.

Quum Attilas tributum cum Theodosio conventum peteret, aut bellum minaretur, et Romani se illi per legatos satisfacturos respondissent, missus est Apollonius. Hic erat frater ejus, qui Saturnini filiam duxerat uxorem, quam Theodosius Constantio promiserat, Zeno vero Rufo collocarat, qui tunc in vivis esse desierat. Itaque Apollonius inter familiares Zenonis, et ducis dignitate auctus, legatione functurus ad Attilam missus erat. Sed transmisso Istro, minime aditum ad Attilam nactus est. Etenim Attilas, ira æstuans, quod sibi tributum, quod ab optimis et nobilissimis viris sibi constitutum esse dixit, non solveretur, legatum minime admisit contemptu ejus, a quo missus erat. Quo tempore Apollonius magnanimi viri facinus ausus esse dicitur. Etenim, quamvis Attilas minime ratam haberet ejus legationem, neque sui conveniendi potestatem facere vellet, nihilo secius dona, quæ ad eum ab imperatore Apollonius attulerat, sibi tradi postulabat, ni daret, mortem illaturum minabatur. Apollonius autem respondit, non decere Scythas ea precibus expetere, quæ aut pro donis aut tanquam spolia sibi sumere liceret : indicans dona iis cessura, si se tanquam legatum admitterent, spolia, si interfecto sibi eriperent. Et sic infecta re rediit.

19.

Attilas, vastata Italia, ad sua se retulit, et Romanorum

ἀναζεύξας, τοῖς κρατοῦσιν τῶν ἑῴων Ῥωμαίων πόλεμον καὶ ἀνδραποδισμὸν τῆς χώρας κατήγγελλεν, ὡς μὴ ἐκπεμφθέντος τοῦ παρὰ Θεοδοσίου τεταγμένου φόρου.

20. (453. Marciani an. 4.)

Ibidem p. 40 : Ὅτι Ἀρδαβούριος ὁ τοῦ Ἄσπαρος Σαρακηνοῖς ἐπολέμει κατὰ τὴν Δαμασκόν· καὶ ἐκεῖσε παραγενομένου Μαξιμίνου τοῦ στρατηγοῦ καὶ Πρίσκου τοῦ συγγραφέως, εὗρον αὐτὸν τοῖς Σαρακηνῶν πρέσβεσι περὶ εἰρήνης διαλεγόμενον.

De Ardaburio locus, quem Prisco Niebuhrius vindicat, legitur apud Suidam : Ἀρδαβούριος υἱὸς Ἄσπαρος, γενναῖος τὸν θυμὸν καὶ τοὺς τὴν Θράκην πολλάκις καταδραμόντας βαρβάρους εὐρώστως ἀποχρουσάμενος. Τούτῳ οὖν γέρας ἀριστειῶν ὁ βασιλεὺς Μαρκιανὸς παρέσχετο τὴν Ἑῴαν στρατοπεδαρχίαν. Καταλαβὼν δὲ ἐν εἰρήνῃ ταύτην ὁ στρατηγὸς πρὸς ἄνεσιν ἐτράπη καὶ ῥᾳστώνην θηλυδριῶτιν. Ἔχαιρε γὰρ μίμοις καὶ θαυματοποιοῖς καὶ πᾶσι σκηνικοῖς ἀθύρμασι, καὶ τοῖς τοιούτοις διημερεύων αἰσχροῖς ἡλόγει πάμπαν τῶν πρὸς εὔκλειαν τεινόντων. — Μαρκιανοῦ δὲ τοῦ βασιλέως χρηστοῦ μὲν γεγονότος, θᾶττον δὲ ἐκβιωκότος, αὐτοκελεύστῳ γνώμῃ Ἄσπαρ Λέοντα διάδοχον αὐτοῦ γενέσθαι παρεσκεύασεν. Prisco hæc tribui possunt, si ex iis quæ Priscus per plures libros de Ardaburio narrasse debet, pauca delibasse Suidæ auctorem statueris. De re cf. Tillemont. VI, p. 296 sq.

21. (453. Marciani an. 4.)

Exc. De leg. gent. p. 40. 41 : Ὅτι Βλέμμυες καὶ Νουβάδες ἡττηθέντες ὑπὸ Ῥωμαίων πρέσβεις παρὰ τὸν Μαξιμῖνον ἔπεμπον ἐξ ἀμφοτέρων ἐθνῶν, εἰρήνης πέρι βουλόμενοι σπένδεσθαι. Καὶ ταύτην διατηρῆσαι ἔφασαν, ἐφ' ὅσον ὁ Μαξιμῖνος τὴν Θηβαίων ἐγκαταμένοι χώραν. Τοῦ δὲ μὴ προσδεξαμένου ἐπὶ χρόνῳ σπένδεσθαι τοσούτῳ, ἔλεγον ἄχρι τῆς αὐτοῦ ζωῆς μὴ κινήσειν ὅπλα. Ὡς δὲ οὐδὲ τοὺς δευτέρους τῆς πρεσβείας προσίετο λόγους, ἑκατοντούτεις ἔθεντο σπονδάς· ἐν αἷς ἐδόκει Ῥωμαίων μὲν αἰχμαλώτους ἄνευ λύτρων ἀφεῖσθαι, εἴτε κατ' ἐκείνην, εἴτε καθ' ἑτέραν ἔφοδον ἥλωσαν, τὰ δὲ τότε ἁπαχθέντα ἀποδοθῆναι βοσκήματα, καὶ τῶν δαπανηθέντων κατατίθεσθαι τὴν ἀποτίμησιν· ὁμήρους δὲ τοὺς (τριακοσίους conj. N.) εὖ γεγονότας παρά σφισι δίδοσθαι πίστεων ἕνεκα τῶν σπονδῶν. Εἶναι δὲ αὐτοῖς κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον ἀκώλυτον τὴν εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἴσιδος διάβασιν, τοῦ ποταμίου σκάφους Αἰγυπτίων ἐχόντων τὴν ἐπιμέλειαν, ἐν ᾧπερ τὸ ἄγαλμα τῆς θεοῦ ἐντιθέμενον διαπορθμεύεται. Ἐν ῥητῷ γὰρ οἱ βάρβαροι χρόνῳ ἐς τὴν οἰκείαν διακομίζοντες τὸ ξόανον, πάλιν αὐτῷ χρηστηριασάμενοι ἐς τὴν νῆσον ἀποσώζουσιν. Ἐμπεδωθῆναι τοίνυν ἐν τῷ [ἐν] Φίλαις ἱερῷ τὰς συνθήκας ἐδόκει τῷ Μαξιμίνῳ ἐπιτήδειον ὄν. Ἐπέμποντο μετεξέτεροι. Παρεγίνοντο δὲ καὶ τῶν Βλεμμύων καὶ Νουβάδων οἱ τὰς σπονδὰς ἐν τῇ νήσῳ τιθέμενοι. Ἐγγραφέντων δὲ τῶν συνδοξάντων καὶ τῶν ὁμήρων παραδοθέντων (ἦσαν δὲ τῶν τε τυραννησάντων καὶ ὑπὸ τυράννων γεγονότων, ὅπερ οὐδὲ πώποτε ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ ἐγένετο· οὔποτε γὰρ Νουβάδων καὶ Βλεμμύων παρὰ Ῥωμαίοις ὡμήρευσαν παῖδες), συνηνέχθη δὲ τὸν Μαξιμῖνον ἀνωμάλως διατεθῆναι τὸ σῶμα καὶ ἀποθανεῖν. Τὴν δὲ τοῦ Μαξιμίνου τελευτὴν μαθόντες οἱ βάρβαροι τούς τε ὁμήρους ἀφείλοντο βιασάμενοι, καὶ τὴν χώραν κατέδραμον.

---

imperatoribus in Oriente bellum et populationem denuntiavit, propterea quod tributum sibi a Theodosio constitutum non solveretur.

20.

Ardaburius, Asparis filius, ad Damascum Saracenos debellavit. Eo Maximino duce et Prisco, hujus historiæ scriptore, advenientibus, offenderunt Ardaburium cum Saracenorum legatis de pace tractantem.

Ardaburius, Asparis fil., vir fortis et strenuus, barbaros Thraciam incursantes fortiter sæpe repulit. Hunc imperator Marcianus præfectum exercituum Orientis creavit, quam dignitatem ob res præclare gestas præmii loco ei tribuit. Quum autem pacata omnia essent, vir bellis assuetus otio et muliebri ignaviæ indulgere cœpit. Gaudebat enim mimis et præstigiatoribus et histrionibus scenicis, totosque dies fœdis istiusmodi oblectamentis consumens, gloriæ suæ nullam omnino rationem habebat. — Quum Marcianus imperator bonus quidem fuisset, sed citius decessisset, Aspar propria voluntate effecit ut Leo ipsi succederet.

21.

Blemmyes et Nubades, a Romanis victi, legatos ex utraque gente ad Maximinum pacis exorandæ gratia miserunt, quam se servaturos spondebant, quoad usque Maximinus in Thebanorum regione commoraretur. Illo vero ad id tempus abnuente fœdus icere, subjecerunt, se, quamdiu Maximino vita suppeteret, in officio futuros nec moturos arma. Hac quoque conditione, quam legati offerebant, rejecta, centum annorum inducias fecerunt. His fœderibus placuit captivos Romanos, qui et hoc et superiore prælio capti erant, sine ullo redemptionis pretio, liberos dimitti : pecora tunc abacta reddi, et consumptorum æstimationem restitui : ad firmandam fidem fœderis obsides ex nobilioribus dari : liberam esse ipsis secundum antiquam legem ad templum Isidis trajectionem, dum Ægyptii curam cymbæ fluminalis haberent in qua signum deæ impositum transveheretur. Certo enim tempore barbari statuam deæ, e templo in quo est collocata, domum importantes trajiciunt, et oraculis ab ea acceptis, rursus in insulam reducunt. Hanc pactionem Philis in templo affigi Maximino visum est, et ad eam rem missi [ex ejus necessariis] nonnulli. Affuerunt etiam ex Blemmyis et Nubadibus qui fœdera in insula deponerent. Fœdere perscripto et obsidibus traditis (erant autem ex his, qui dominatum exercuerant, aut ex filiis eorum; quod in hoc bello minime adhuc contigerat, neque unquam antea Nubadum aut Blemmyum filii obsides apud Romanos fuerant), Maximinus in morbum incidit, et mortuus est. Postquam vero

« De Nubis et Blemmyis sub Marciano devictis testatur Jordanes in libr. De success. regn. : *Cum Parthis et Vandalis omnia infestantibus pacem instituit, Attilæ minas compescuit, Nubades Blemmyasque Æthiopia prolapsos per Florum, Alexandrinæ urbis procuratorem, sedavit ac pepulit a sedibus Rom.* Erat hic Florus non solum Procurator sive Augustalis, sed etiam Comes rei militaris per Ægyptum, ut ex Prisco docet Euagrius (II, 5). Hi a Procopio Νοβᾶται dicuntur, a Stephano Νοῦβαι et Νουβάδες. — De Isi Philis culta loquitur etiam Marinus in Vit. Procli. Procopius Pers. I, p. 33 ait Nubas et Blemmyas Isim et Osirim colere. Adde et Servium in lib. VI Æn. (154), ex Seneca in libro De sacris et ritibus Ægyptiorum. Sed notandum est, quod ait Procopius in libro jam citato, Diocletianum scilicet, quum juxta Elephantinen insulam in Nilo reperisset, castro ibi exstructo, aras Romanis et barbaris communes statuisse, ac sacerdotes ex utraque gente ordinasse, ut sacrorum communione amicitia coalesceret, unde et locum Philas vocavit. In quo fallitur Procopius. Philæ enim longe ante Diocletiani imperium dicebantur, ut constat ex Strabone et Ptolemæo. » Valesius.

22. (453 Marcian. an. 4.)

Euagrius Hist. Eccl. II, 5 : Προτέριος δὲ τὴν ἐπισκοπὴν ψήφῳ κοινῇ τῆς συνόδου τῆς Ἀλεξανδρέων κληροῦται· ὃς ἐπειδὴ τὸν οἰκεῖον κατειλήφει θρόνον, μέγιστος καὶ ἀνύποιστος τάραχος τῷ δήμῳ διανέστη πρὸς διαφόρους κυμαινομένῳ γνώμας. Οἱ μὲν γὰρ Διόσκορον ἐπεζήτουν (οἷά περ εἰκὸς ἐν τοῖς τοιούτοις γίνεσθαι), οἱ δὲ Προτερίου μάλα γεννικῶς ἀντείχοντο, ὡς καὶ πολλὰ καὶ ἀνήκεστα προελθεῖν. Ἱστορεῖ γοῦν Πρίσκος ὁ ῥήτωρ φθῆναι τηνικαῦτα ἐς τὴν Ἀλεξάνδρου ἐκ τῆς τῶν Θηβαίων ἐπαρχίας, ἰδεῖν τε τὸν δῆμον δμόσε κατὰ τῶν ἀρχόντων χωροῦντα, τῆς τε στρατιωτικῆς δυνάμεως τὴν στάσιν διακωλύειν βουλομένης λίθων βολαῖς αὐτοὺς χρήσασθαι. Τρέψασθαί τε τούτους ἀνὰ τὸ ἱερὸν τὸ πάλαι Σαράπιδος, καὶ ἀναδραμόντας ἐκπολιορκῆσαι, καὶ πυρὶ ζῶντας παραδοῦναι. Ταῦτά τε τὸν βασιλέα μαθόντα δισχιλίους νεολέκτους ἐκπέμψαι, καὶ τοῦ πνεύματος ἐπιτυχόντας οὐριοδρομῆσαι, ὡς ἀνὰ τὴν ἕκτην τῶν ἡμερῶν τῇ μεγάλῃ τῶν Ἀλεξανδρέων προσσχεῖν πόλει. Κἀντεῦθεν τῶν στρατιωτῶν παροινούντων ἔς τε τὰς γαμετὰς καὶ θυγατέρας τῶν Ἀλεξανδρέων, τῶν προτέρων πολλῷ δεινότερα προελθεῖν. Ὕστερόν τε δεηθῆναι τὸν δῆμον τοῦ Φλώρου τῶν στρατιωτικῶν ταγμάτων ἡγουμένου, δμοῦ τε καὶ τὴν πολιτικὴν διέποντος ἀρχήν, ἀνὰ τὴν ἱπποδρομίαν ἁλισθέντα· ὥστε καταπράξασθαι αὐτοῖς τὴν τοῦ σιτηρεσίου χορηγίαν, ἥνπερ παρ' αὐτῶν ἀφῄρητο, τά τε βαλανεῖα καὶ τὴν θέαν καὶ ὅσα διὰ τὴν γενομένην αὐτῶν ἀταξίαν ἀπεκόπησαν. Καὶ οὕτως τὸν Φλῶρον ἐσηγήσει τῇ αὐτοῦ φανέντα τῷ δήμῳ ὑποσχέσθαι τε αὐτῷ καὶ τὴν στάσιν πρὸς βραχὺ διαλῦσαι. Eadem narrat Nicephorus VIII, 15, qui etiam addit nonnulla de Serapidis templo, quæ fortasse e Prisco item fluxisse suspicatur Valesius.

23. (453.)

Jornandes c. 49 : *Id accessit mirabile, ut Marciano, principi Orientis, de tam feroci hoste sollicito in somnis divinitas adsistens, arcum Attilæ in eadem nocte fractum ostenderet, quasi quod gens ipsa eo telo multa præsumat. Hoc Priscus historicus vera se dicit attestatione probare.*

24. (456. Marcian. an. 7.)

Exc. De leg. Rom. p. 73 : Ὅτι Γιζερίχου τὴν Ῥώμην πορθήσαντος, καὶ βασιλεύοντος Ἀβίτου, Μαρκιανὸς ὁ τῶν τῆς ἕω Ῥωμαίων βασιλεὺς παρὰ τὸν Γιζέριχον τὸν τῶν Βανδήλων ἄρχοντα πρέσβεις ἐστειλ-

de ejus obitu barbaris nuntiatum est, vi obsides eripuerunt, et regionem excursionibus vastarunt.

22.

Proterius communi totius synodi suffragio Alexandrinum episcopatum sortitur. Qui quum sedem suam capessivisset, ingens atque intolerabilis exortus est tumultus in civitate, populo in diversas sententias distracto. Alii enim Dioscorum requirebant, ut in hujusmodi occasionibus fieri solet; alii Proterium pertinaciter defendebant, adeo ut multa admodum gravia ac prope insanabilia inde profluxerint. Certe Priscus rhetor in Historia sua scribit, his temporibus venisse se Alexandriam ex provincia Thebaide, et populi multitudinem impetum in magistratus facientem vidisse. Quumque milites seditionem inhibere vellent, populum in eos lapidibus appetivisse et in fugam vertisse : et quum milites in templum quod olim fuerat Serapidis se recepissent, populum eos illic obsedisse et vivos concremasse. Ea re cognita, imperatorem duo millia militum, qui recens conscripti erant, eo misisse : qui secundo vento usi adeo prospere navigarunt, ut sexta post die ad magnam Alexandrinorum urbem appulerint. Deinde quum milites petulantius illuderent uxoribus et filiabus Alexandrinorum, multo graviora quam antehac perpetrata esse. Tandem vero populum in circo congregatum rogasse Florum, qui tunc dux rei militaris per Ægyptum, et præfectus simul erat Alexandriæ, ut præbitionem annonæ, quam ipsis ademerat, restitui curaret, balnea item et spectacula et quæcunque ipsis ablata fuerant ob seditionem ab ipsis concitatam. Florum vero, suasu et consilio Prisci, in conspectum populi prodiisse, seque id facturum promisisse, atque ita seditionem brevi dissolvisse.

24.

Postquam Gensericus Romam vastaverat, imperioque Avitus potitus erat, Marcianus, Romanorum Orientalium imperator, ad Gensericum legatos misit, qui juberent eum ab Italia vastanda abstinere, et uxorem Valentiniani (*Eudociam*) et ejus filias (*Eudoxiam et Placidiam*) in captivitatem abdu-

λεν, ὥστε τῆς Ἰταλῶν ἀπέχεσθαι γῆς καὶ τὰς βασιλείους ἐκπέμπειν γυναῖκας αἰχμαλώτους ἀγομένας, τήν τε Βαλεντινιανοῦ γαμετὴν καὶ τὰς αὐτῆς θυγατέρας. Καὶ οἱ πρέσβεις ἐς τὴν ἕω ἄπρακτοι ἐπανῆλθον· οὐδενὶ γὰρ τῶν ἐπεσταλμένων παρὰ τοῦ Μαρκιανοῦ ὁ Γεζέριχος ὑπήκουσεν, οὐδὲ μὴν λύειν τὰς γυναῖκας ἐβούλετο. Ὁ δὲ Μαρκιανὸς ἕτερα πρὸς αὐτὸν διέπεμπε γράμματά καὶ τὸν πρεσβευσόμενον Βλήδαν· ἦν δὲ τῆς τοῦ Γεζερίχου αἱρέσεως ἐπίσκοπος· τῆς γὰρ τῶν Χριστιανῶν θρησκείας καὶ τοὺς Βανδήλους εἶναι συμβαίνει. Ὡς ἐπειδὴ παρ' αὐτὸν ἀφίκετο καὶ ἔγνω τῇ αὐτοῦ μὴ ὑπακούοντα πρεσβείᾳ, αὐθαδεστέρων λόγων ἥπτετο, καὶ ἔφη μὴ συνοίσειν αὐτῷ, εἴπερ ὑπὸ τῆς παρούσης εὐημερίας ἀρθεὶς καὶ τῶν κατὰ τὴν ἕω Ῥωμαίων βασιλέα πρὸς πόλεμον αὐτῷ ἀναστῆναι παρασκευάσοι, τὰς βασιλείους μὴ λύων γυναῖκας. Ἀλλ' οὔτε ἡ τῶν προηγησαμένων ἐπὶ τῇ πρεσβείᾳ ῥημάτων ἐπιείκεια, οὔτε ὁ ἀπειληθεὶς φόβος μέτρια τὸν Γεζέριχον φρονεῖν ἠνάγκασεν· ἄπρακτον γὰρ καὶ τὸν Βλήδαν ἀπέπεμπε, καὶ ἐς τὴν Σικελίαν αὖθις καὶ ἐς τὴν πρόσοικον αὐτῇ Ἰταλίαν δύναμιν διαπεμψάμενος πᾶσαν ἐδῄου. Ὁ δὲ Ἄβιτος ὁ τῶν ἑσπερίων Ῥωμαίων βασιλεὺς ἐπρεσβεύετο καὶ αὐτὸς παρὰ τὸν Γεζέριχον, τῶν πάλαι αὐτὸν ὑπομιμνήσκων σπονδῶν, ἃς εἰ μὴ φυλάττειν ἔλοιτο, καὶ αὐτὸν παρασκευάσασθαι, πλήθει τε οἰκείῳ πίσυνον καὶ τῇ τῶν συμμάχων ἐπικουρίᾳ. Ἔπεμπε δὲ καὶ τὸν πατρίκιον Ῥεκίμερ ἐς τὴν Σικελίαν σὺν στρατῷ. Cf. Tillemont. VI, p. 300 et 276. Ex narratione de Vandalis Italiam et Siciliam diripientibus sumptus etiam fuerit locus Suidæ v. Χάρυβδις : Πρίσκος λέγει περὶ Χαρύβδεως· « Παραπλέουσι δὲ τὴν Σικελίαν πρὸς τῇ Μεσσήνῃ κατὰ τὸν πορθμὸν τῆς Ἰταλίας, ἐν ᾧπερ ἡ Χάρυβδις, πνευμάτων ἐπιλαβόντων δυσαῶν, αὐτοῖς ἀνδράσι κατέδυσαν. »

25. (456.)

Ibidem p. 73. 74 : Ὅτι τῶν Ῥωμαίων ἐς Κόλχους ἐλθόντων καὶ συμβαλόντων πόλεμον πρὸς Λαζούς, ὁ μὲν Ῥωμαϊκὸς στρατὸς ἐς τὰ σφέτερα ἐπανέζευξεν, καὶ οἱ ἀμφὶ τὰ βασίλεια πρὸς τὴν ἑτέραν μάχην παρεσκευάζοντο, βουλευόμενοι πότερον τὴν αὐτὴν ἢ τὴν ὀΐ' Ἀρμενίας τῆς Περσῶν χώρας προσοίκου πορευθέντες ὁδὸν τὸν πόλεμον ἐπάξουσι, πρότερον πρεσβείᾳ τὸν μόναρχον τῶν Παρθυαίων πείσαντες· κατὰ γὰρ θάλατταν ἄπορος αὐτοῖς πᾶν (ἄπορον αὐτοῖς εἶναι Nieb.) ἐνομίζετο τὰς δυσχωρίας παραπλεῖν, ἀλιμένου τῆς Κόλχου τυγχανούσης. Ὁ δὲ Γωβάζης ἐπρεσβεύετο μὲν καὶ αὐτὸς παρὰ τοὺς Παρθυαίους, ἐπρεσβεύετο δὲ καὶ παρὰ τὸν βασιλέα Ῥωμαίων. Καὶ ὁ μὲν τῶν Πάρθων μόναρχος, ὡς πολέμου αὐτῷ συνισταμένου πρὸς Οὔννους τοὺς Κιδαρίτας καλουμένους, ἀπεσείσατο παρ' αὐτὸν τοὺς Λαζοὺς καταφεύγοντας.

26. (456.)

Exc. De leg. gent. p. 41 : Ὅτι Γωβάζης πρεσβεύεται παρὰ Ῥωμαίους. Ῥωμαῖοι δὲ ἀπεκρίναντο τοῖς παρὰ Γωβάζου σταλεῖσι πρέσβεσιν, ὡς ἀφέξονται τοῦ πολέμου, εἴγε ἢ αὐτὸς Γωβάζης ἀπόθοιτο τὴν ἀρχήν, ἢ τὸν παῖδα τῆς βασιλείας ἀφέλοιτο· οὐ γὰρ θέμις τῆς χώρας ἀμφοτέρους ἡγεμονεύειν παρὰ τὸν παλαιὸν θεσμόν. Ὥστε δὲ θάτερον βασιλεύειν, Γωβάζην ἢ τὸν αὐτοῦ παῖδα, τῆς Κολχίδος, καὶ τῇδε λυθῆναι τὸν πό-

cia libertati restituere. Sed legati, re infecta, in Orientem reversi sunt. Nam nihil eorum quæ Marciano imperata fuerant, facere, neque liberare mulieres voluit. Quamobrem Marcianus iterum litteras ad Gensericum scripsit per Bledam legatum. Erat autem Bleda episcopus hæreseos Gensenici. Vandali enim Christianorum cultum et religionem amplexi fuerant. Hic ubi ad Gensericum accessit, atque alienum a sua legatione perspexit, in verba superbiora erupit. Non bene cessurum illi, si in præsentia rebus secundis elatus bellum cum Orientalium quoque Romanorum imperatore contraheret, regiis mulieribus non in libertatem restitutis. Sed neque ulla verborum lenitas prius a legato usurpata, neque incussus timor, illum ad ullam animi moderationem pertrahere potuerunt. Nam Bledam irrita legatione dimisit, et rursus in Siciliam et proxima Italiæ loca exercitum immittens, omnem regionem vastavit. Avitus quoque, Romanorum Occidentalium imperator, ad eum legatos misit, qui monerent ut fœderum pridem cum illo initorum meminisset; sin minus, se, et domestico exercitu et auxiliariis copiis fretum, bellum paraturum. Et misit tunc Recimerum patricium cum exercitu in Siciliam.

Priscus de Charybdi dicit : Quum autem Siciliam præternavigarent juxta Messanam in freto Italiæ, ubi Charybdis est, ingentibus coortis procellis naves cum ipsis viris submersæ sunt.

25.

Romani in Colchidem profecti bello adversus Lazos decertant, nec multo post Romanorum exercitus ad sua rediit. Quum autem imperator denuo bellum repetere præpararet, consilium habuit, an eadem via insistens, an per Armeniam Persarum regno confinem, fide prius a Parthorum rege accepta, bellum inferret. Etenim quum Colchidis ora esset importuosa, res nimis ardua ipsis videbatur locos infestos praternavigare. Gobazes quoque legatos misit ad Parthos et ad imperatorem Romanorum. Et Parthorum quidem rex, quia bellum illi erat cum Hunnis, quos Cidaritas vocant, Lazos ad se confugientes rejecit.

26.

Gobazes legatos misit ad Romanos, quibus Romani responderunt, se a bello cessaturos, si regnum aut ipse deponeret, aut filio adimeret. Nec enim fas esse secundum antiquam regionis legem, duos simul dominari. Itaque oportere aut ipsum Gobazem, aut ejus filium regnare in Colchide, atque ita bellum solutum iri. Hæc Euphemius illis suaserat, qui magistri officiorum dignitatem adeptus, prudentia et eloquentia clarus, sub Marciano imperatore reipublicæ administrationem gerebat, et multorum optimorum consiliorum auctor illi fuit. Hic Priscum quoque hujus historiæ scriptorem assessorem sibi adjunxit. Gobazes igitur, sibi delata optione, regni insignia deposuit, et regno filio ce-

λίμον, Εὐφήμιος ἐσηγήσατο, τὴν τοῦ μαγίστρου διέπων ἀρχήν· ὃς ἐπὶ συνέσει καὶ λόγων ἀρετῇ δόξαν ἔχων Μαρκιανοῦ τοῦ βασιλέως τὴν τῶν πραγμάτων εἶλαχεν ἐπιτροπήν, καὶ πλείστων τῶν εὖ βουλευθέντων ἐκείνῳ καθηγητὴς ἐγένετο· ὃς καὶ Πρίσκον τὸν συγγραφέα τῶν τῆς ἀρχῆς φροντίδων ἐδέξατο κοινωνόν. Τῆς δὲ αἱρέσεως τῆς αὐτῷ δοθείσης, ὁ Γωβάζης εἵλετο τῆς βασιλείας παραχωρῆσαι τῷ παιδὶ, αὐτὸς τὰ σύμβολα ἀποθέμενος τῆς ἀρχῆς. Καὶ παρὰ τὸν κρατοῦντα Ῥωμαίων τοὺς δεησομένους ἔπεμπεν, ὡς, ἑνὸς Κόλχου (Κόλχων N.) ἡγεμονεύοντος, οὐκέτι δι' αὐτὸν χαλεπαίνοντα ἐπὶ τὰ ὅπλα χωρεῖν. Βασιλεὺς δὲ διαβαίνειν αὐτὸν ἐς τὴν Ῥωμαίων ἐκέλευε, καὶ τῶν αὐτῷ δεδογμένων διδόναι λόγον. Ὃς δὲ τὴν μὲν ἄφιξιν οὐκ ἠρνήσατο, Διονύσιον δὲ τὸν ἐς τὴν Κολχίδα πάλαι διαπεμφθέντα τῆς τε αὐτοῦ Γωβάζου διαφορᾶς ἕνεκα πίστιν δώσοντα ἤτησεν, ὡς οὐδὲν ὑποστήσῃ ἀνήκεστον. Διὸ δὴ ἐς τὴν Κολχίδα Διονύσιος ἐστέλλετο, καὶ περὶ τῶν διαφόρων συνέβησαν. Cf. Tillemont. VI, p. 362.

27. (460, Leon. an. 4.)

Ibidem p. 41. 42 : Ὅτι ὁ Μαϊοριανὸς ὁ τῶν ἑσπερίων Ῥωμαίων βασιλεὺς, ὡς αὐτῷ οἱ ἐν Γαλατίᾳ Γότθοι σύμμαχοι κατέστησαν, καὶ τὰ παροικοῦντα τὴν αὐτοῦ ἐπικράτειαν ἔθνη τὰ μὲν ὅπλοις, τὰ δὲ λόγοις παρεστήσατο, καὶ ἐπὶ τὴν Λιβύην σὺν πολλῇ διαβαίνειν ἐπειρᾶτο δυνάμει, νηῶν ἀμφὶ τὰς τριακοσίας ἠθροισμένων αὐτῷ. Πρίσβεις μὲν πρότερον παρ' αὐτὸν ὁ τῶν Βανδήλων ἡγούμενος ἔπεμπε, λύειν τὰ διάφορα λόγοις βουλόμενος· ὡς δὲ οὐκ ἔπειθε, τὴν Μαυρουσίων γῆν, ἐς ἣν τοὺς ἀμφὶ τὸν Μαϊοριανὸν ἀπὸ τῆς Ἰβηρίας ἀποβαίνειν ἐχρῆν, πᾶσαν ἐδῄωσε, καὶ ἐκάκωσε καὶ τὰ ὕδατα. Cf. Tillemont. VI, p. 320.

28. (461. Leon. an. 5.,

Exc. De leg. Rom. p. 74 : Ὅτι τοῦ Βαλάμερος τοῦ Σκύθου παρασπονδήσαντος καὶ πολλὰς πόλεις δῃωσαμένου καὶ χώρας Ῥωμαϊκὰς, ἔπεμπον παρ' αὐτὸν οἱ Ῥωμαῖοι πρέσβεις, οἳ αὐτῷ τοῦ νεωτερισμοῦ κατεμέμφοντο, καὶ, ὥστε μὴ αὖθις τὴν χώραν καταδραμεῖν, τριακοσίας λίτρας φέρειν αὐτῷ ἑκάστου ἔτους ἔταξαν· πάνει γὰρ τῶν ἀναγκαίων ἔφραζε πρὸς πόλεμον τὸ οἰκεῖον διαναστῆναι πλῆθος. V. Tillemont. VI, p. 373, qui rem narratam ad annum 461 referendam esse censet probabiliter.

29. (461. 462. Leon. an. 5. 6.)

Ibidem p. 74 : Ὅτι ὁ Γεζέριχος οὐκέτι ταῖς πρὸς Μαϊοριανὸν τεθείσαις σπονδαῖς ἐμμένων Βανδήλων καὶ Μαυρουσίων πλῆθος ἐπὶ δῃώσει τῆς Ἰταλίας καὶ Σικελίας ἔπεμπε, Μαρκελλίνου ἤδη πρότερον τῆς νήσου ἀναχωρήσαντος διὰ τὸ Ῥεκίμερα παρελέσθαι αὐτὸν τῆς δυνάμεως ἐθελήσαντα, τοὺς παρεπομένους αὐτῷ Σκύθας (ἦσαν δὲ ἐν πλείστοις ἀνδράσι) παραπείθειν χρήμασιν, ὥστε ἐκεῖνον μὲν ἀπολιπεῖν, ἀφικέσθαι . . . [ἀφικέσθαι δὲ πρὸς αὐτόν. Τοῦτ' ἐποίησε τὸν Μαρκελλῖνον εὐλαβ. suppl. N.] εὐλαβηθέντα τὴν ἐπιβουλὴν (οὐ γὰρ ἀντιφιλοτιμεῖσθαι τῷ Ῥεκίμερος ἐδύνατο πλούτῳ) τῆς Σικελίας ὑπονοστῆσαι. Ἐστέλλετο οὖν καὶ παρὰ τὸν Γεζέριχον πρεσβεία, τοῦτο μὲν παρὰ τοῦ Ῥεκίμερος, ὡς οὐ δεῖ κατολιγωρεῖν αὐτὸν τῶν σπονδῶν, τοῦτο δὲ καὶ παρὰ τοῦ κρατοῦντος τῶν ἐν τῇ ἕῳ Ῥωμαίων, ἐφ' ᾧ τῆς Σικελίας καὶ τῆς Ἰταλίας ἀπέχεσθαι καὶ τὰς βασιλείους ἐκπέμπειν γυναῖκας. Γεζέριχος δὲ, πολλῶν πρὸς αὐτὸν πρεσβευτῶν κατὰ διαφόρους σταλέντων

---

dere constituit. Tum ad imperatorem misit, quandoquidem uni solum jam pareret Colchidis regio, uti non amplius illi usque eo succenseret, ut etiam arma inferret. Imperator vero jussit Gobazem in Romanorum regionem transgredi, ut eorum, quæ sibi facienda statuisset, rationem redderet. Ille autem profectionem minime abnuit; sed petiit ut Dionysius, qui jam olim ad Gobazem discordiarum causa in Colchidem missus erat, ad fidem præstandam ad se veniret, se nihil iniqui passurum esse. Eo igitur in Colchidem profecto, de rebus dubiis convenerunt.

27.

Majoriano, Romanorum Occidentalium imperatori, Gothi, qui in Gallia erant, socii confœderatique facti sunt, et gentes ditionis Romanorum accolas partim armis, partim verbis ad deditionem compulit. Hic etiam in Libyam, trecentis fere navibus coactis, cum magno exercitu trajicere tentavit. Sed Vandalorum dux prius legatos misit, qui illum, si quæ essent inter eos controversa, amice transigere paratum esse dicerent. Quod ubi obtinere non potuit, Maurusiorum terram, in quam ex Iberia Majoriani navales copiæ appulsuræ erant, omnem igni ferroque vastavit, et aquas quoque infecit.

28.

Quum Balamerus Scytha fœdera violaret et Romanorum regiones depopularetur, et multas urbes everteret, Romani ad eum legatos miserunt, qui de pace violata quererentur. Et ut deinceps a vexanda incursionibus Romanorum regione abstineret, trecentas auri libras illi quotannis solvi constituerunt. Dicebat enim suæ gentis multitudinem rerum necessariarum inopia ad bellum se convertisse.

29.

Gensericus, quum non amplius fœderibus cum Majoriano pactis stare constituisset, Vandalorum et Maurusiorum multitudinem ad vastationem Italiæ et Siciliæ immisit. Marcellinus enim jam ante insula cesserat, propterea quod Recimerus, qui ejus imperium in se trahere studebat, militibus ejus pecunias largitus erat (erant autem fere omnes Scythæ), quo illis persuaderet a Marcellino deficere. Itaque Marcellinus Sicilia excesserat, veritus insidias, quia opibus cum Recimero minime certare poterat. Missa est igitur ad Gensericum legatio: tum a Recimero, ne fœdera violaret; tum ab eo Leonte, qui apud Romanos in Oriente rerum potiebatur, ut ab Italia et Sicilia abstineret et regias mulieres redderet. Gensericus vero, multis ad eum ex diversis partibus legatis missis, non ante mulieres liberavit, quam

χρόνους, τὰς γυναῖκας οὐ πρότερον διαῤῥῆξαι πρὶν ἢ τὴν πρεσβυτέραν τῶν Βαλεντινιανοῦ θυγατέρων (Εὐδοκία δὲ ἦν ὄνομα αὐτῇ) Ὀνορίχῳ τῷ ἑαυτοῦ παιδὶ κατενεγύησε. Τότε γὰρ καὶ τὴν Εὐδοξίαν τὴν Θεοδοσίου θυγατέρα ἀπέπεμπε σὺν Πλακιδίᾳ τῇ ἑτέρᾳ αὐτῆς θυγατρὶ, ἣν ἐγεγαμήκει Ὀλύβριος. Τοῦ δὲ τὰς Ἰταλίας καὶ Σικελίαν δῃοῦν ὁ Γεζέριχος οὐκ ἀπέστη, ἀλλὰ μᾶλλον αὐτὰς ἐξεπόρθει, μετὰ τὸν Μαϊοριανὸν βουληθεὶς βασιλεύειν τῶν ἐν τῇ ἑσπέρῳ Ῥωμαίων Ὀλύβριον διὰ τὴν ἐξ ἐπιγαμίας συγγένειαν. V. Tillemont. VI, p. 331

30. (c. 463. Leon. an. 7.)

Exc. De leg. gent. p. 42. 43 : Ὅτι οἱ ἑσπέριοι Ῥωμαῖοι ἐς δέος ἐλθόντες περὶ Μαρκελλίνου, μήποτε αὐξανομένης αὐτῷ τῆς δυνάμεως καὶ ἐπ' αὐτοὺς ἀγάγοι τὸν πόλεμον, διαφόρως ταραττομένων αὐτοῖς τῶν πραγμάτων, τοῦτο μὲν ἐκ Βανδήλων, τοῦτο δὲ καὶ Αἰγιδίου, ἀνδρὸς ἐκ Γαλατῶν μὲν τῶν πρὸς τῇ ἑσπέρᾳ ὁρμωμένου, τῷ δὲ Μαϊοριανῷ συστρατευσαμένου καὶ πλείστην ἀμφ' αὐτὸν ἔχοντος δύναμιν, καὶ χαλεπαίνοντος διὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἀναίρεσιν· ὃν τοῦ πρὸς Ἰταλιώτας τέως ἀπήγαγε πολέμου ἡ πρὸς Γότθους τοὺς ἐν Γαλατίᾳ διαφορά. Περὶ γὰρ τῆς ὁμόρου πρὸς ἐκείνους διαφιλονεικῶν γῆς καρτερῶς ἐμάχετο, καὶ ἀνδρὸς ἔργα μέγιστα ἐν ἐκείνῳ ἐπεδείξατο τῷ πολέμῳ. Τούτων δὴ ἕνεκα οἱ ἑσπέριοι Ῥωμαῖοι παρὰ τοὺς ἑῴους πρέσβεις ἔστειλαν, ὥστε αὐτοῖς καὶ τὸν Μαρκελλῖνον καὶ τοὺς Βανδήλους διαλλάξαι. Πρὸς μὲν τὸν Μαρκελλῖνον Φύλαρχος σταλεὶς ἔπεισε κατὰ Ῥωμαίων ὅπλα μὴ κινεῖν. Ὁ δὲ παρὰ τοὺς Βανδήλους διαβὰς ἄπρακτος ἀνεχώρει, τοῦ Γεζερίχου μὴ ἄλλως τὸν πόλεμον καταθήσειν ἀπειλοῦντος, εἰ μή γε αὐτῷ ἡ τοῦ Βαλεντινιανοῦ καὶ Ἀετίου περιουσία δοθῇ. Καὶ γὰρ καὶ παρὰ τῶν ἑῴων Ῥωμαίων ἐκεκόμιστο μοῖραν τῆς Βαλεντινιανοῦ περιουσίας ὀνόματι Εὐδοκίας τῆς τῷ Ὀνωρίχῳ γεγαμημένης. Διὸ δι' ἔτους ἑκάστου ταύτην τοῦ πολέμου πρόφασιν ποιούμενος, εὐθὺς ἦρος ἀρχομένου σὺν στόλῳ τὴν ἐκστρατείαν ἐποιεῖτο ἐπί τε Σικελίαν καὶ τὰς Ἰταλίας· καὶ ταῖς μὲν πόλεσιν, ἐν αἷς μάχιμον δύναμιν τῶν Ἰταλιωτῶν εἶναι συνέβαινεν, οὐ ῥᾳδίως προσῃρέτο· καταλαμβάνων δὲ χωρία, ἐν οἷς μὴ ἔτυχεν οὖσα ἀντίπαλος δύναμις, ἐδῄου τε καὶ ἠνδραποδίζετο. Οὐ γὰρ πρὸς πάντα τὰ προσβάσιμα τοῖς Βανδήλοις μέρη οἱ Ἰταλιῶται ἀρκεῖν ἐδύναντο, πλήθει τῶν πολεμίων βιαζόμενοι καὶ τῷ μὴ παρεῖναί σφισι ναυτικὴν δύναμιν, ἣν παρὰ τῶν ἑῴων αἰτοῦντες οὐκ ἐτύγχανον διὰ τὰς πρὸς Γεζέριχον ἐκείνοις τεθείσας σπονδάς· ὅπερ ἔτι μάλιστα ἐκάκωσε τὰ ἐν τῇ ἑσπέρᾳ Ῥωμαίων πράγματα διὰ τὸ διῃρῆσθαι τὴν βασιλείαν.

Ἐπρεσβεύσαντο δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον κατὰ τοὺς ἑῴους Ῥωμαίους Σαράγουροι καὶ Οὖρωγοι καὶ Ὀνόγουροι, ἔθνη ἐξαναστάντα τῶν οἰκείων ἠθῶν, Σαβίρων (Σαβινώρων Suid.) ἐς μάχην σφισὶν ἐληλυθότων, οὓς ἐξήλασαν Ἄβαρες, μετανάσται γενόμενοι ὑπὸ ἐθνῶν οἰκούντων μὲν τὴν παρωκεανῖτιν ἀκτήν, [τὴν δὲ χώραν ἀπολιπόντων διὰ τὸ ἐξ ἀναχύσεως τοῦ ὠκεανοῦ δυσχλῶδες γινόμενον, καὶ γρυπῶν δὲ πλῆθος ἀναφανέν· ὅπερ ἦν λόγος μὴ πρότερον παύσασθαι, πρὶν ἢ βορὰν ποιήσασθαι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος· διὸ δὴ ὑπὸ τῶνδε ἐλαυνόμενοι τῶν δεινῶν τοῖς πλησιοχώροις ἐνέβαλον, καὶ τῶν ἐπιόντων δυνατωτέρων ὄντων οἱ τὴν ἔφοδον [οὐχ] ὑφιστάμενοι μετανίσταντο·] ὥσπερ καὶ

---

majorem natu filiarum Valentiniani, Eudociam nomine, Honoricho filio desponderet. Tunc enim Eudoxiam, Theodosii filiam, remisit cum Placidia, ejus sorore, quam duxit Olybrius. Neque eo secius Italiam et Siciliam Genericus vastare destitit, sed multo magis sæviebat, quum post mortem Majoriani (461 p. C.) Olybrium ad imperium Occidentis provehere propter affinitatem ex nuptiis cogitaret.

30.

Romanis Occidentalibus in suspicionem venit Marcellinus, ne, si copiis augeretur, in eos bellum transferret. Erant enim tunc temporis Romanorum res variis modis afflictæ et perturbatæ, hinc Vandalis, illinc Ægidio imminente. Hic vir ex Gallia occidentali oriundus, qui in Hispania cum Majoriano militaverat, et magnum exercitum habebat, ob eadem imperatoris erat illis infensus. Sed a bello appetendis Italis avocavit eum ortum cum Gothis in Gallia dissidium. De contermina enim regione cum illis certans, fortiter bellum gerebat, in quo multa viri strenui et magnanimi opera edidit. Hæc in causa fuerunt, ut Romani Occidentales legatos ad Orientales mitterent, et Marcellinum et Vandalos secum in gratiam reducerent. Et ad Marcellinum quidem Phylarchus missus ei persuasit ne in Romanos moveret arma. Hinc ad Vandalos deflectens, nihil quicquam profecit, et rediit. Genericus enim se non alias bellum positurum minatus est, nisi sibi Valentiniani et Aetii bona traderentur. Etenim ab Orientalibus quoque partem bonorum Valentiniani obtinuerat Eudociæ nomine, quæ Honoricho, ejus filio, nupserat. Atque hanc belli renovandi occasionem singulis annis usurpabat. Itaque statim veris initio infesto exercitu Siciliam et Italias invasit, et urbes quidem Italorum præsidiis firmatas non facile expugnavit, sed oppida militibus, qui resisterent, destituta facile capta evertit et diripuit. Nec enim ad omnia, quæ Vandalorum invasioni patebant, tuenda sufficere poterant Itali, propterea quod hostium multitudine opprimebantur. Denique copiis navalibus carebant, quas quum a Romanis Orientalibus petiissent, non impetrarunt, quia fœdus cum Genericho fecerant. Ea res, divisa scilicet imperii administrandi ratio, magno detrimento Romanorum Occidentalium rebus fuit.

Circa id tempus legatos ad Orientales Romanos miserunt Saraguri, Urogi et Onoguri. Hæ gentes, propriis sedibus ejectæ, commissa pugna cum Sabiris, quos expulerant Abares, et ipsi quoque extorres facti a gentibus quæ Oceani littus accolebant, sed sedes suas reliquerant propter ingentes nebulas ex maris vaporibus ortas et propter magnam ingruentium gryphorum multitudinem, quos non prius recessuros esse fama erat, quam genus humanum devorassent : quibus calamitatibus excitati, in finitimorum sedes irruperunt. Et omnes quidem, qui violentum eorum impe-

οἱ Σαράγουροι ἐλαυνόντες κατὰ ζήτησιν γῆς πρὸς τοῖς Ἀκατίροις Οὔννοις ἐγένοντο, καὶ μάχας πρὸς ἐκείνους πολλὰς συστησάμενοι τό τε φῦλον κατηγωνίσαντο καὶ πρὸς Ῥωμαίους ἀφίκοντο, τυχεῖν τῆς αὐτῶν βουλόμενοι ἐπιτηδειότητος. Βασιλεὺς οὖν καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν φιλοφρονησάμενοι καὶ δῶρα δόντες αὐτοὺς ἀπέπεμψαν.

De prima hujus loci parte v. Tillemont. l. l. Quæ deinde sequuntur de Salaguris etc., eorum plurima habet etiam Suidas v. Ἀβάρις. Hinc Classenus supplevit verba uncis distincta : τὴν δὲ χώραν usque ad μετανίσταντο. Nonnulla ejus loci repetit Suidas v. Ἀκατίροι et Σαγάρουροι.

Marcellinus his temporibus in Dalmatia suum sibi quasi regnum habere cœpit. Nescio an ex hac narrationis parte petita sit Salones urbis mentio ap. Stephanum Byz. : Σαλῶναι, πόλις Δαλματίας, ὧν Σαλωνεὺς τὸ ἐθνικόν, ὡς Πρίσκος ἐν ἕκτῳ.

31. (c. 464. Leon. an. 8.)

Ibidem p. 43 : Ὅτι στασιασάντων τῶν φυγάδων ἐθνῶν κατὰ τοὺς κατὰ τὴν ἕω Ῥωμαίους, παρὰ τῶν Ἰταλῶν πρεσβεία ἀφίκετο λέγουσα, ὡς οὐχ ὑποστήσονται, εἰ μή γέ σφισι τοὺς Βανδήλους διαλλάξοιεν. Ἀφίκετο δὲ καὶ παρὰ τοῦ Περσῶν μονάρχου, τῶν τε παρ' αὐτοὺς καταφευγόντων ἐκ τοῦ σφετέρου ἔθνους αἰτίαν ἔχουσα, καὶ τῶν Μάγων τῶν ἐν τῇ Ῥωμαίων γῇ ἐκ παλαιῶν οἰκούντων χρόνων, ὡς ἀπάγειν αὐτοὺς τῶν πατρίων ἐθῶν καὶ νόμων ἐθέλοντες καὶ τῆς περὶ τὸ θεῖον ἁγιστείας, παρενοχλοῦσί τε ἐσαεὶ καὶ ἀναιρεῖσθαι κατὰ τὸν θεσμὸν οὐ συγχωροῦσι τὸ παρ' αὐτοῖς ἄσβεστον καλούμενον πῦρ. Καὶ ὡς χρὴ τοῦ Ἰουροειπαὰχ φρουρίου ἐπὶ τῶν Κασπίων κειμένου πυλῶν χρήματα χορηγοῦντας Ῥωμαίους ποιεῖσθαι ἐπιμέλειαν, ἢ γοῦν τοὺς φρουρήσαντας αὐτὸ στρατιώτας στέλλειν, καὶ μὴ μόνους [σφᾶς] δαπάνῃ καὶ φυλακῇ τοῦ χωρίου βαρύνεσθαι· εἰ γὰρ ἐνδοῖεν, οὐκ εἰς Πέρσας μόνους, ἀλλὰ καὶ εἰς Ῥωμαίους τὰ ἐκ τῶν παροικούντων ἐθνῶν κακὰ ῥᾳδίως ἀφικέσθαι. Χρῆναι δὲ αὐτοὺς ἔλεγον καὶ χρήμασιν ἐπικουρεῖν ἐπὶ τῷ πρὸς Οὔννους πολέμῳ τοὺς Κιδαρίτας λεγομένους· ἔσεσθαι γάρ σφισιν αὐτῶν νικώντων ὄνησιν, μὴ συγχωρουμένου τοῦ ἔθνους καὶ εἰς τὴν Ῥωμαϊκὴν διαβαίνειν ἐπικράτειαν. Πάντων δὲ ἕνεκα Ῥωμαίων ἀποκριναμένων στέλλειν τὸν διαλεξόμενον τῷ Παρθυαίῳ μονάρχῃ· μήτε γὰρ φυγάδας εἶναι παρά σφισι, μήτε παρενοχλεῖσθαι τοὺς Μάγους τῆς θρησκείας πέρι· τὴν φυλακὴν δὲ τοῦ Ἰουροειπαὰχ (Οὐροεισὰχ cod.) φρουρίου καὶ πόλεμον τὸν πρὸς τοὺς Οὔννους ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν ἀναδεδεγμένους μὴ δικαίως χρήματα αἰτεῖν παρ' αὐτῶν. — Ἐπρεσβεύσατο δὲ παρὰ μὲν Βανδήλους ὑπὲρ Ἰταλῶν Γατιανὸς ἐν τῇ τῶν πατρικίων ἀξίᾳ καταλεγόμενος, παρὰ δὲ Πέρσας Κωνστάντιος (Κωνσταντῖνος h. l. cod.), τρίτον μὲν τὴν ὕπαρχον λαχὼν ἀρχήν, πρὸς δὲ τῇ ὑπατικῇ ἀξίᾳ καὶ τῆς πατρικιότητος τυχών.

Τῶν Μάγων] « Intelligit Magos, qui in Cappadocia degebant per totam provinciam sparsi. Erant autem Magorum Persicorum coloni, de quibus multa scribit Basilius Magnus in Ep. 325 ad Epiphanium, a quo consultus de illis fuerat. » Valesius. Ceterum v. Tillemont. VI, p. 381 et 332. — Ἰουροειπαὰχ] « Apud Lydum De mag. III, 52, 53, *Viriparach* vel *Viraparach* (Βιρ.) vocatur : id quod proxime ad veritatem accedere videtur : *barach* enim domum sive mansionem significat, *viram* solitudinem vel ruinas. » Niebuhr. in Add.

32. (c. 464 s. 465. Leon. an. 8. 9.)

Exc. De leg. Rom. p. 74. 75 : Ὅτι ἐπὶ Λέοντος βασιλέως Ῥωμαίων ἐπρεσβεύετο παρὰ μὲν Βανδήλους ὑπὲρ Ἰταλῶν Γατιανός, ἐν τῇ τῶν πατρικίων ἀξίᾳ

---

tum sustinere non poterant, cesserunt, sicuti et Saraguri, qui ad novas sedes quærendas coorti, ad Hunnos Acatiros pervenerunt et, multis prœliis initis, gentem devicerant, et demum ad Romanos nanciscendæ eorum societatis cupidi se contulerunt. Itaque imperator legatos benigne excepit, et muneribus affectos remisit.

31.

Dum gentes patria profugæ cum Romanis in Oriente dissident, legatio ab Italis advenit, quæ doceret res Italas stare non posse, nisi sibi Vandalos reconciliarent. Venit et legatio a Persarum rege (*Peroze*), quæ multos e Perside ad Romanos confugere querebatur, et quod Romani Magos, qui jam inde a priscis temporibus eorum finium incolæ essent, a patriis moribus et institutis et antiquo religionis cultu abducturi, quavis ratione vexarent, et ignem, qui apud eos vocaretur inexstinguibilis, in perpetuum ardere secundum legem non sinerent. Addebant, æquum videri, Romanos castelli Iuroipach, ad portas Caspias siti, curam habere, et pecunias ad illud conservandum conferre, neque se solos sumptibus et arcis custodia gravari. Si enim cesserint, non solum in Persarum, sed etiam in Romanorum terras a finitimis gentibus facile vastationes inferri posse. Oportere etiam se juvari pecuniis ad bellum contra Hunnos Cidaritas gerendum, ex quo Romani quoque essent utilitatem reportaturi, si ea gens a finibus ipsorum arceretur. Romani responderunt, se quamprimum legatos missuros, hæc omnia cum Parthorum rege disceptaturos. Neque enim ullos apud se esse fugitivos, neque Magos in suæ religionis cultu impediri. Quum autem ipsi custodiam castelli Iuroipach et bellum contra Hunnos Cidaritas in se receperint, minime juste eos ab ipsis pecuniam petere. Legationem ad Vandalos suscepit Tatianus, patriciatus dignitate ornatus; ad Persas vero Constantius, qui ter præfectus urbi fuerat, et ad consulatus patriciatusque honorem evectus.

32.

Sub Leone, Romanorum imperatore, legatus pro Italis ad Vandalos profectus est Tatianus, in patriciorum nume-

καταλεγόμενος, παρὰ δὲ Πέρσας Κωνστάντιος, τρίτον μὲν τὴν ὕπαρχον (ὕπατον cod.) λαβὼν ἀρχήν, πρὸς δὲ τῇ ὑπατικῇ ἀξίᾳ καὶ τῆς πατρικιότητος τυχών. Καὶ Τατιανὸς μὲν ἐκ Βανδήλων εὐθὺς ἄπρακτος ἀνεχώρησε, τῶν αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ Γεζερίχου μὴ παραδεχθέντων λόγων· ὁ δὲ Κωνστάντιος τῇ Ἐδέσσῃ, Ῥωμαϊκῇ μὲν πόλει, προσοίκῳ δὲ τῆς Περσῶν χώρας, ἐγκατέμεινεν, ἐσδέξασθαι αὐτὸν ἐπὶ πολὺ διαναβαλλομένου τοῦ Παρθυαίου μονάρχου.

33. (c. 465. Leon. an. 9.)

Ibid. p. 75. 76 : Ὅτι τὸν Κωνστάντιον τὸν πρεσβευτὴν ἐν τῇ Ἐδέσσῃ χρόνον ἐπιμείναντα, ὡς εἴρηταί μοι, τῆς πρεσβείας πέρι, τότε ἐδέξατο ὁ Περσῶν μόναρχος ἐς τὴν σφετέραν, καὶ παρ' αὐτὸν ἀφικέσθαι προσέταξεν, οὐκ ἐν ταῖς πόλεσιν, ἀλλὰ γὰρ ἐν τοῖς μεθορίοις αὐτῶν τε καὶ Οὔννων τῶν Κιδαριτῶν τὰς διατριβὰς ποιούμενος... [πρὸς οὓς πόλεμον suppl. N.] αὐτῷ συνίστατο αἰτίαν ἔχων, ὡς τοὺς φόρους τῶν Οὔννων μὴ κομιζομένων, οὓς οἱ πάλαι μὲν τῶν Περσῶν καὶ Πάρθων βασιλεύοντες ἔθεντο. Ὢν ὁ πατὴρ [τὴν τοῦ φόρου] ἀπαρνησάμενος ἀπαγωγὴν τὸν πόλεμον ὑπεδέξατο, καὶ τοῦτον μετὰ τῆς βασιλείας παρέπεμψε τῷ παιδί, ὥστε ταῖς μάχαις ἐπιτριβομένους τοὺς Πέρσας ἀπάτῃ ἐθελῆσαι τὴν τῶν Οὔννων λῦσαι διαφοράν, καὶ δῆτα διαπέμψασθαι τὸν Πειρώζην (τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ τότε Περσῶν βασιλεύοντι) πρὸς τὸν Κούγχαν τὸν Οὔννων ἡγούμενον, ὡς τὴν πρὸς αὐτὸν ἀσμενίζων εἰρήνην ἐπί τε συμμαχίᾳ σπένδεσθαι βούλοιτο, καὶ τὴν αὐτοῦ κατεγγυᾷ ἀδελφήν. Νεώτατον γὰρ αὐτὸν εἶναι συνέβαινε, καὶ μηδέπω παίδων εἶναι πατέρα. Τὸν δὲ προσδεξάμενον τοὺς λόγους γήμασθαι οὐ τοῦ Πειρώζου ἀδελφὴν, ἀλλ' ἑτέραν γυναῖκα βασιλικῶς διακοσμηθεῖσαν, ἣν ὁ Περσῶν μόναρχος ἐξέπεμψε, παρεγγυήσας, ὡς οὐδὲν μὲν ἀνακαλύπτουσα τῶν ἐσχηματισμένων βασιλείας καὶ εὐδαιμονίας μεθέξει, ἐκλέγουσα δὲ τὴν ὑπόκρισιν θάνατον ἕξει ζημίαν· οὐ γὰρ ἀνέξεσθαι τὸν Κιδαριτῶν ἄρχοντα θεράπαιναν ἔχειν γαμετὴν ἀντὶ τῆς εὖ γενομένης. Τούτου χάριν σπεισάμενος ὁ Πειρώζης πρὸς τὸν τῶν Οὔννων ἡγούμενον οὐκ ἐπὶ πολὺ τῆς ἀπάτης ἀπώνατο· εὐλαβηθεῖσα γὰρ ἡ γυνὴ, μή ποτε ὁ ἄρχων τοῦ ἔθνους ὑπὸ ἑτέρων πυθόμενος τὴν αὐτῆς τύχην χαλεπῷ αὐτὴν ὑφέξει θανάτῳ, μηνύει τὸ μελετηθέν. Ὁ δὲ Κούγχας ἐπαινέσας τὴν γυναῖκα τῆς ἀληθείας αὐτὴν μὲν ἔμεινεν ἔχων γαμετὴν, τίσασθαι δὲ τοῦ δόλου Πειρώζην ἐθέλων πόλεμον πρὸς τοὺς ὁμόρους ἔχειν ὑπεκρίνετο, δεῖσθαί τε ἀνδρῶν οὐ τῶν πρὸς μάχην ἐπιτηδείων (μυρίον γὰρ αὐτῷ παρεῖναι πλῆθος), ἀλλὰ τῶν στρατηγησόντων αὐτῷ τὸν πόλεμον. Ὁ δὲ τ' αὐτῷ ἄνδρας τῶν λογάδων ἐξέπεμψε. Καὶ τοὺς μὲν ὁ τῶν Κιδαριτῶν ἄρχων ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ λωβησάμενος παρὰ τὸν Πειρώζην ἀπέπεμψεν ἀπαγγελοῦντας, ὡς τῆς ἀπάτης ταύτην ἔδωκε δίκην. Οὕτως αὖθις αὐτοῖς ὁ πόλεμος ἀνεζωπυρήθη, καὶ ἐμάχοντο καρτερῶς. Ἐν Γόργᾳ τοίνυν (τοῦτο γὰρ ὄνομα τῷ χωρίῳ, ἐν ᾧπερ συνέβαινε τοὺς Πέρσας στρατοπεδεύεσθαι) τὸν Κωνστάντιον ὁ Πειρώζης ἐδέξετο, καί τινας ἡμέρας φιλοφρονησάμενος διαφῆκεν, ὀξιὸν οὐδὲν περὶ τῆς πρεσβείας ἀποκρινάμενος.

---

rum conscriptos; ad Persas vero Constantius, tertium praefectus, et una cum consulatu (*an.* 457) patriciatus dignitatem sortitus. Et Tatianus quidem a Vandalis intra breve tempus, re infecta, reversus est, repudiatis a Genserico pacis conditionibus. Constantius vero Edessæ, quæ urbs est in Romanorum ditione posita et Persis contermina, substitit, in qua longo tempore commoratus est, quum diu eum admittere Parthorum rex differret.

33.

Tandem Persarum rex Constantium legatum, qui longo tempore, ut diximus, legationis causa Edessæ substiterat, in suam regionem admisit et ad se venire jussit, non in urbibus tum, sed in confiniis regionis suæ et Hunnorum Cidaritarum commorans. Etenim bellum iis intulerat, propterea quod Hunni minime tributum inferebant, quod illis olim Persarum et Parthorum reges imposuerant. Et regis Hunnorum pater (*Isdegerdes*), tributi illationem renuens, bellum exceperat, quod quidem una cum regno ad filium transmiserat: donec Persis longiori bello defatigatis venit in mentem bellum cum Hunnis fraude finire. Itaque Peroses (sic enim Persarum rex vocabatur) ad Cuncham, Hunnorum regem, misit, tanquam vellet cum illis pacem firmare et armorum societatem jungere et illi suam sororem dare uxorem. Ille enim erat tum forte adhuc junior, neque dum liberos ullos sustulerat. Quibus sermonibus quum Cunchas esset assensus, non tamen Perosis sororem in matrimonium duxit, sed aliam mulierem regio cultu adornatam. Hanc autem Persarum rex misit, ut, si nihil eorum, quæ fingebantur, enuntiaret, regiæ felicitatis participem futuram: sin minus, et simulata detegeret, mortis supplicium subituram; non enim passurum Cidaritarum regem, uxorem se habere servilis conditionis pro ingenua et nobili. Quum igitur his conditionibus Peroses pacem cum Hunnorum rege sanxisset, non illi diu sua fraus utilitati et fructui fuit. Mulier enim, timens ne, si forte per alios de sua conditione certior fieret, pessima se morte mulctaret, commentum indicavit. Cunchas vero, mulierem ob veritatem detectam laudans, eam in matrimonio habere perstitit, sed dolum sibi factum ulturus, contra finitimos bellum se gerere simulavit, in quo sibi viris opus esse non quidem ad militiam aptis (infinitam enim horum sibi adesse multitudinem), sed his, qui bellum sibi administrarent. Peroses vero trecentos principum ad eum misit, quorum alios Cidaritarum rex trucidavit, alios truncatos ad Perosem remisit, qui renuntiarent, has illos commissæ ab eo fraudis pœnas luisse. Itaque inter ipsos multo acrius, quam antea, bellum est excitatum, et omnibus viribus depugnarunt. In Gorga igitur (hoc enim erat loco nomen, in quo tunc forte Persæ castra habebant) Constantium Peroses excepit. Quem postquam per quosdam dies laute tractaverat, nullo idoneo ad legationem dato responso, dimisit.

34. (366. Leon. an. 3o.)

Exc. De leg. gent. p. 43. 44 : Ὅτι μετὰ τὸν ἐμπρησμὸν τῆς πόλεως τὸν ἐπὶ Λέοντος ἦκεν ὁ Γωβάζης σὺν Διονυσίῳ ἐς τὴν Κωνσταντίνου, Περσικὴν ἔχων στολὴν καὶ τῷ Μηδικῷ δορυφορούμενος τρόπῳ. Ὃν οἱ ἀμφὶ τὰ βασίλεια δεξάμενοι πρότερον μὲν τοῦ νεωτερισμοῦ κατεμέμψαντο, ἔπειτα δὲ φιλοφρονησάμενοι ἀπέπεμψαν· εἶλε γὰρ αὐτοὺς τῇ τε θωπείᾳ τῶν λόγων, καὶ τὰ τῶν Χριστιανῶν ἐπιφερόμενος σύμβολα.

Fragmento 26 legimus Gobazem ad Leonem venire jussum, antequam obsequeretur, postulasse ut Dionysius ad se veniret, qui fidem præstaret nihil iniqui Gobazem passurum esse. Hæc assignavimus anno 456, suadente tum Marciani regis mentione, tum serie excerptorum. Contra nostra, quum urbis incendio (die 2 mens. Sept. an. 465) posteriora sint, ad finem anni 465 vel potius ad an. 466 pertinere debent, et cum iis quæ fr. 26 narrantur, componi non possunt, ut recte statuit Tillemont. VI, p. 389 et 633.

35. (c. an. 466.)

[Suidas: Ἁρμάτος. Ὅτι Βασιλίσκος ὁ βασιλεὺς, ἐπείπερ ὡς συγγενεῖ τῷ Ἁρμάτῳ ἀδεῶς ἐπέτρεπεν ἐντυγχάνειν Ζηνωνίδι τῇ βασιλίδι, τριβομένης σφισὶ τῆς ὁμιλίας, καὶ τοῦ κάλλους αὐτῶν οὐκ εὐπαροδεύτου ὄντος, ἄμφω ἀλλήλων ἐκτόπως ἤρων. Ῥίψεις οὖν ὀμμάτων ἐπ' ἀλλήλους ἐγίνοντο καὶ παρεκστροφαὶ συνεχεῖς προσώπων καὶ μεταβολαὶ μεταδύσεις, πόνος τε μετὰ ταῦτα ἔρωτος ὑπ' ὄψιν στεγομένου. Ἐπεὶ δὲ κοινωσάμενοι τὸ πάθος Δανιὴλ εὐνούχῳ καὶ Μαρίᾳ μαίᾳ ἰάσαντο τοῦτο μόλις τῇ τῆς μίξεως ἰατρείᾳ, Ζηνωνὶς Βασιλίσκων διὰ θωπείας ἦγε τοῦ τὸν ἐραστὴν ἔχειν ἐν τῇ πόλει τὰ πρωτεῖα. Ὁρῶν δὲ Θευδέριχος τιμώμενον ἐκ πάντων Ἁρμάτον, ἤσχαλλεν ὡς παρευδοκιμούμενος ἐκ νέου, τριχῶν μόνον καὶ τῆς ἄλλης ἁβροντίζοντος σωμασκίας. Ὁ δ' Ἁρμάτος ἔκ τε φορᾶς χρημάτων καὶ τιμῆς ἁπλέτου τυφωθείς, οὐδένα αὐτοῦ ᾤετο δικαίσειν ἐπ' ἀνδρείᾳ. Καὶ τοσοῦτον αὐτοῦ ἦδε ἡ ἄλη ἐπεκράτει, ὡς σκευὴν ἀναλαμβάνειν (ἀναλαβεῖν Suid. v. Ἄλη, ubi cad.) Ἀχιλλέως, οὕτω τε περιβαίνειν (εἰς) ἵππον καὶ κατὰ τὸν ἱππόδρομον φρυάττεσθαι τοῦ οἴκου. Ἐξῆρε δὲ τοῦτον πλείω πρὸς τοιαύτην δόξαν μαίνεσθαι τὸ ὑπὸ δήμου σύρφακος ἐν εὐφημίαις ἀνακαλεῖσθαι Πύρρον. Ὅς εἰ μὲν οὕτως ἐβόα διὰ τὸ ἐρυθροπρόσωπον εἶναι, ἔλεγεν εἰκότα· εἰ δ' ὡς πρὸς ἔπαινον ἀνδρείας, ἔθελγεν ὡς νέον. Οὐ γὰρ ἥρωας ἔβαλλεν, ὡς Πύρρος [ὁ Ἀχιλλέως add. v. Σύρφαξ], ἀλλὰ γυναιμανὴς ἦν, ὡς Πάρις.

Ἁρμάτιος. Οὗτος μέγιστον ἴσχυσε παρὰ τῇ Ζηνωνίδι τῇ βασιλίσσῃ καὶ αὐτῷ Βασιλίσκῳ. Ἐσφάγη δὲ ὑπὸ Ζήνωνος τοῦ βασιλέως. Καὶ ὑπερήσθησαν οἱ πολῖται τῇ τούτου σφαγῇ. Ἐπὶ γὰρ Λέοντος πρὸς * τοὺς στασιάζοντας, ὅσους λάβοι τῶν Θρᾳκῶν, τὰς χεῖρας ἐκτέμνων ἀπέπεμπε. Ὀνόουλφος δὲ αὐτὸν διεχρήσατο, ὅντινα ὁ Ἁρμάτιος πένητα καὶ ἄρτι ἐκ βαρβάρων ἥκοντα προσλαβὼν φιλοφρόνως, τὸ μὲν πρῶτον κόμητα ἐποίησεν, ἔπειτα καὶ στρατηγὸν Ἰλλυριῶν, καὶ εἰς ἑστίασιν ἔχειν πολὺν ἄργυρον παρέσχε. Ἀντέδωκε δὲ τούτῳ τὴν βαρβαρικὴν ἀπιστίαν μετὰ χειρὸς μιαιφόνου.]

Utrumque locum Malcho tribuit Niebuhrius. Quamquam et in scribendo nomine Harmati vel Harmatii diversitas et orationis color diversus parum favet huic sententiæ. Priorem locum Candido Isauro Toupius, Damascio in Vita Isodori Valesius (ad Euagr. Hist. Eccl.) tribuit.—Pro Toupii sententia facit quod in Candidi exc. ap. Phot. nomen viri est Ἁρμάτος. In Malchi excerpt. De leg. (fr. 10) nomen est Ἁρμάτιος, ut in secundo Suidæ loco legitur. Ex primo loco nonnulla repetuntur v. Ἄλη et Σύρφαξ. Pro φρυάττεσθαι τοῦ οἴκου (quod optimi codd. etiam s. v. Ἄλη præbent, ceteri vero : φρ. τοῦ ἵππου) Toupius scribi vult καταφρυάττεσθαι τοῦ ὄχλου. Bernhardyus nomen loci recondi (velut Zeuxippi, in Chron. Pasch. p. 285 B) suspicatur. Ceterum de Harmatii historia adi diligentissimum nostrum Tillemontium VI, p. 481. 483. 488.

8 *a*.

Exc. De leg. Rom. p. 88 : Ὅτι * φεύγειν τε καὶ πλανᾶσθαι καὶ μηδαμῶς δύνασθαι τῶν κακῶν ἀναπνεῦσαι, παρ' οἷς μοι τοῦ πταίσματος ἦλπιζον εἶναι παραψυχήν. Verba Zenonis exulis.

9. (an. 476 Juli.)

[Suidas v. Ζήνων : Ὅτι Ζήνων ὁ βασιλεὺς, πυθό-

8.

Harmatus. Quum Basiliscus imperator Harmato, ut cognato, liberum aditum ad uxorem Zenonidem permitteret, eaque consuetudo diutius duraret et utriusque forma non vulgaris esset, ambo mutuo amore vehementer ardere oculosque in se vicissim conjicere, et vultus subinde convertere et risu mutuo blandiri sibi coperunt. Quum vero dolorem tandem pareret amor, quem vultu tegebant morbum suum Danieli eunucho et Mariæ obstetrici aperuerunt, eumque medicina concubitus vix sanarunt. Quo facto Zenonis blandis identidem verbis Basiliscum aggressa effecit tandem, ut amator principem in urbe locum teneret. Theodoricus (*Triarii filius*) autem animadvertens, Harmatum ab omnibus coli, ægre tulit præferri sibi juvenem, qui capillis tantum ornandis et corpori exercendo operam daret. Harmatus vero quum propter pecuniarum affluentiam, tum ob honoris amplitudinem inflatus, neminem fortitudine se præstantiorem putabat. Quæ falsa ejus persuasio adeo invaluerat, ut Achillis habitum assumeret, itaque vestitus equo veheretur, et in circo sese insolenter populo jactaret. Illud autem insanum gloriæ studium acclamationes infimæ plebis, Pyrrhum eum vocantis, augebant. Quæ quidem si eum ita appellabat, quod rubicunda esset facie, vere dicebat; sin laudandæ fortitudinis gratia, tanquam adolescenti palpabatur. Non enim heroes telis petebat, ut Pyrrhus, sed muliercularum amori Paridis modo indulgebat.

Harmatius. Hic plurimum potuit apud Zenonidem imperatricem et ipsum Basiliscum. Occisus autem est a Zenone imperatore, ejusque cæde cives admodum sunt lætati. Nam sub Leone quoscumque de Thracibus, qui seditionem moverant, cepisset, eos manibus amputatis dimiserat. Onoulphus vero quidam ipsum interfecit, quem Harmatius pauperem et a barbaris recens venientem humaniter susceptum, primum quidem comitem fecerat, deinde vero præfectum Illyriorum, et ad convivia magnam pecuniæ vim ipsi præbuerat. Ille vero barbaricam perfidiam sanguinaria manu ipsi pro gratia retulit.

8 *a*.

Exterrem esse et errare neque unquam a malis respirare mihi datum est, ne apud eos quidem apud quos infortunii me consolationem reperturum sperabam.

9.

Zeno imperator (*profugus in Isauria*), audita suorum

μενος τῶν οἰκείων τὴν ἧτταν, ἐς φρούριον καταφεύγει ἐπὶ λόφου κείμενον, ὃ Κωνσταντινούπολιν οἱ πρόσχωροι ἐκάλουν. Ὅπερ γνοὺς τοῖς συνοῦσι στενάξας, « Θεοῦ παίγνιον ἄρα, εἶπεν, ὁ ἄνθρωπος, εἴγε καὶ ἐμὲ οὕτω παίζειν φιλεῖ τὸ δαιμόνιον. Ἐμοὶ γὰρ δὴ οἱ μάντεις τὸν Ἰούλιον μῆνα ἐξανάγκης ἐν Κωνσταντινουπόλει διατεινόμενοι προὔλεγον. Κἀγὼ μὲν ἐνόμιζον ἐς Κωνσταντινούπολιν ἀναβήσεσθαι, νῦν δὲ πάντων ἔρημος καὶ φυγὰς εἰς λόφον ἦλθον, εὑρηκὼς ὁ δείλαιος προσηγορίαν ὁμώνυμον. »

Ζήνων, βασιλεὺς Ῥωμαίων, τὴν μὲν ὠμότητα, ἣ ἐκέχρητο Λέων, ἐν τῇ φύσει οὐκ εἶχεν, οὐδὲ τὸ θυμούμενον ἀπαραίτητον αὐτῷ καθειστήκει ἑσάπαξ, οἷον τοῦ Λέοντος διέμενε. Καὶ τήν γε προαίρεσιν ἐν πολλοῖς εἶχε φιλότιμον, καὶ ἃ ἔπραττε, δόξης ἕνεκεν καὶ τοῦ θαυμάζεσθαι ἔπραττεν, ἐπιδεικτικῶς μᾶλλον ἢ ἀληθῶς. Οὐ μὴν οὔτε ἔμπειρος τῶν πραγμάτων ἦν, οὔτε εἶχεν ἐπιστήμην, δι' ἧς ἔστιν ἀσφαλῶς τὰς βασιλείας ἰθύνεσθαι. Ἡρὸς δὲ κέρδος καὶ λῆμμα οὐχ οὕτω μὲν ἐμμανῶς ὡς ὁ Λέων διέκειτο, οὐδὲ ἔπλαττε μὴ ὄντα τοῖς κεκτημένοις ἐγκλήματα, οὐ μὴν οὐδὲ παντελῶς χρείττων ὑπῆρχε τοῦ πράγματος. Καὶ χρηστῆς ἂν βασιλείας ἔτυχον Ῥωμαῖοι, εἰ μὴ Σεβαστιανὸς ὁ τότε παραδυναστεύων ἦγεν αὐτὸν ὅπη ἐβούλετο, καπηλεύων ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς ἅπαντα, καὶ μηδὲν ἄπρατον ἐῶν ἐν τῇ βασιλέως αὐλῇ διαπράττεσθαι, ἀλλὰ τὰς μὲν ἀρχὰς ἀπεδίδοτο πάσας, ἰδίᾳ μὲν ἑαυτῷ, ἰδίᾳ δὲ λαμβάνων τῷ βασιλεῖ τὰ τιμήματα· καὶ εἴ προσῆλθεν ἕτερος βραχύ τι προστιθείς, ἐκεῖνος ἦν αἱρετώτερος. Τῶν δὲ ἐν τοῖς ἀρχείοις γινομένων ἁπάντων οὐδὲν ἦν, ὃ μὴ λαβὼν ἀπεπίπρασκεν. Εἴ δέ τινα (τινι?) ἀρχὴν τῶν περὶ αὐτὸν ὄντων ἐχαρίσατο Ζήνων, ὥσπερ πολιτοκάπηλος, αὐτὸς ταύτην ὀλίγου παρ' ἐκείνου λαμβάνων, ἄλλοις παρεῖχε τοῦ πλείονος, Ζήνωνι δὲ τὰ κλέμματα παρέχων.

Ζήνων, βασιλεὺς Ῥωμαίων. Ὃς Ζήνωνα τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν διάδοχον καταλιμπάνειν θέλων κομιδῇ νέον, προῆγέ τε δι' ἀξιῶν, καὶ σωμασκεῖσθαι ἐκέλευεν εἰς ἐπίδοσιν τῆς ἡλικίας. Οἱ δὲ βασιλικοὶ ἐν ἐξουσίᾳ γενόμενοι τοῦ ἀδὸν τὰ δημόσια καταναλίσκειν, συβαριτικῶς τὸν νέον κραιπαλᾶν ἐνήργουν (ἐνῆγον conj. Bernh.), καὶ μαστροπεύοντες αὐτῷ τοὺς συνήβους πρὸς τοὺς τῶν ἀρρένων ἔρωτας λυσσᾶν ἐπαίδευσαν ἐκτόπως. Διαίτης οὖν ἐν ἡδοναῖς καὶ τύφῳ τιθεμένης τὸ καλὸν ἐθὰς γενόμενος, καὶ τὴν ὑποτυφομένην ἀλαζονείαν ἐπὶ τῇ βασιλικῇ καραδοκίᾳ διὰ τῶν προσώπων ἀπεμφαίνων, ἀκροβατεῖν τε ἤρξατο καὶ μετέωρον τὸν αὐχένα αἴρειν καὶ, συλλήβδην φάναι, προσέχειν πᾶσιν ὡς οἰκέταις ἀνθρώποις. Ἀλλ' ὁ πάντων ἔφορος τὴν φυσικὴν καὶ διδακτὴν κακότητα αὐτοῦ τεθεαμένος, διαρρεύσαντα τῇ γαστρὶ καὶ ἀναισθήτως ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐς τὴν εὐνὴν ἀποπατοῦντα, πρόωρον τῶν ἀνθρωπείων ἐδικαίωσεν ἐκβῆναι. Cf. idem vv. Ἀδὴν, Μαστροπεύοντες, Διαίταις.]

Hæc e Malchi Exc. Constant. fluxisse dubium non est. Cum iis quæ primo loco leguntur cf. Suidas v. Ἐξῆλθεν, ἐξέβη, ἐτελέσθη. « Ὅτι Ζήνωνι παρ' ἣν εἶχε δόξαν, ἐξῆλθε τὸ μάντευμα. Ἀντὶ γὰρ τῆς βασιλέως ὡς ᾤετο πόλεως, εἰς λόφον συγκλεισθέντι τὸ αὐτῷ ὄνομα ἔχοντι συνέβη τὸ πέρας τοῦ βίου. » Postrema quum ab historia prorsus aberrent, corrupta habeo. Corrigam ex nostro loco τὸ πέρας τοῦ Ἰουλίου. De Zenone in Isauria obsesso v. Theophanes p. 186 ed. Bonn.; Euagrius III, 3; Tillemont. VI,

---

clade, in castellum confugit, quod in colle situm vicini Constantinopolin vocabant. Quo cognito suis cum gemitu dixit: « Homo utique dei ludibrium; siquidem me sic ludificari placuit numini. Vates enim constanter mihi prædixerunt affirmantes, Julium mensem [*an.* 476] fatalem mihi esse, quo Constantinopoli versarer. Atque ego quidem arbitrabar me Constantinopolin venturum. Nunc vero ab omnibus destitutus et exul in collem veni, quem eodem nomine appellari miser deprehendo. »

Zeno, Romanorum imperator, non eadem qua Leo fuit crudelitate, neque iracundia fuit in perpetuum inexorabili, ut ille. In multis autem animum ambitiosum ostendit, et quæ faciebat, gloriæ et admirationis causa faciebat, per ostentationem potius quam ex veritate. Adde quod erat rerum imperitus, neque illam scientiam habebat, per quam regna tuto gubernari possunt. Lucri autem et quæstus non tam insano flagrabat amore, quam Leo, nec falsa crimina adversus possessores comminiscebatur; nec tamen ab vitio isto prorsus immunis erat. Jam sub illius imperio Romani quiete vivere potuissent, nisi Sebastianus, tum in aula potentissimus, arbitratu suo quovis eum impulisset, omnia velut in foro cauponans, nec quidquam in aula Cæsarea sine pretio confici sinens. Sed omnes magistratus vendebat, pretio partim sibi reservato, partim cum imperatore communicato. Quodsi quis accessisset, qui paullum quiddam adjiceret, is ceteris præferebatur. In aula denique nihil erat rerum omnium, quod ipsi venale non esset. Si cui vero suorum familiarium Zeno contulisset, ipse tanquam publicorum munerum nundinator ab illo redemptum exiguo pretio pluris vendebat aliis, Zenoni furta præbens.

Zeno, Romanorum imperator, Zenonem suum filium, admodum adolescentem, imperii successorem relinquere cupiens, per varias dignitates provexit, et corpus exercere jussit ad incrementum staturæ. Sed aulici, nacti potestatem pecuniæ publicæ luxu perdendæ, adolescentem in Sybariticam crapulam impulerunt, quumque lenonum more pueros æquales ipsi conciliarent, insano marium amore animum ejus imbuerunt. Itaque vitæ assuescens, quæ pulchrum in voluptate et superbia reponeret, et arrogantiam, quam ob exspectationem imperii animo fovebat, vultu præ se ferens, superbe incedere, et sublimem cervicem erigere, et, ut breviter dicam, omnes servorum loco habere cœpit. Sed ille omnium vindex improbitatem ejus, tam natura quam disciplina haustam, perspiciens, quum ventris profluvio laborasset et per dies multos sine sensu lectum excrementis suis inquinasset, immaturum rebus humanis excedere jussit.

p. 386. De Constantinopoli castello mihi non constat. De filio isto Zenonis impuro reliqui scriptores nihil tradidere.

10. (477 vel 478 init.)

Exc. De leg. gent. p. 93. 94 : Ὅτι ὁ Αὔγουστος ὁ τοῦ Ὀρέστου υἱὸς (deb. : Ὅτι Ὀδόαχος) ἀκούσας Ζήνωνα πάλιν τὴν βασιλείαν ἀνακεκτῆσθαι τῆς ἑῴας, τὸν Βασιλίσκον ἐλάσαντα, ἠνάγκασε τὴν βουλὴν ἀποστεῖλαι πρεσβείαν Ζήνωνι σημαίνουσαν, ὡς ἰδίας μὲν αὐτοῖς βασιλείας οὐ δέοι, κοινὸς δὲ ἀποχρήσει μόνος ὢν αὐτοκράτωρ ἐπ' ἀμφοτέροις τοῖς πέρασι. Τὸν μέντοι Ὀδόαχον ὑπ' αὐτῶν προβεβλῆσθαι ἱκανὸν ὄντα σώζειν τὰ παρ' αὐτοῖς πράγματα, πολιτικὴν ἔχοντα σύνεσιν ὁμοῦ καὶ μάχιμον· καὶ δεῖσθαι τοῦ Ζήνωνος πατρικίου τε αὐτῷ ἀποστεῖλαι ἀξίαν, καὶ τὴν τῶν Ἰταλῶν τούτῳ ἐφεῖναι διοίκησιν. Ἀφικνοῦνται δὴ ἄνδρες τῆς βουλῆς τῆς ἐν Ῥώμῃ τούτους ἐς Βυζάντιον κομίζοντες τοὺς λόγους, καὶ ταῖς αὐταῖς ἡμέραις ἐκ τοῦ Νέπωτος ἄγγελοι, τῶν τε γεγενημένων συνησθησόμενοι τῷ Ζήνωνι, καὶ δεόμενοι ἅμα ταῖς ἴσαις τῷ Νέπωτι συμφοραῖς χρησαμένῳ συσπουδάσαι προθύμως βασιλείας ἀνάκτησιν, χρήματά τε καὶ στρατὸν ἐπὶ ταῦτα διδόντα, καὶ τοῖς ἄλλοις, οἷς δέοι, συνεκπονοῦντα τὴν κάθοδον. Ταῦτά τε λέξοντας ὁ Νέπως ἀπέστελλεν. Ζήνων δὲ τοῖς ἥκουσι, τοῖς μὲν ἀπὸ τῆς βουλῆς ἀπεκρίνατο ταῦτα, ὡς δύο ἐκ τῆς ἑῴας βασιλέας λαβόντες τὸν μὲν ἐξηλάκασιν, Ἀνθέμιον δὲ ἀπέκτειναν· καὶ νῦν τὸ ποιητέον αὐτοὺς ἔφη γινώσκειν· οὐ γὰρ ἂν βασιλέως ἔτι ὄντος ἑτέραν ἡγήσεσθαι (εἰσηγ. Bekk.) γνώμην ἢ κατιόντα προσδέχεσθαι· τοῖς δὲ ἐκ τοῦ βαρβάρου ὅτι καλῶς πράξοι παρὰ τοῦ βασιλέως Νέπωτος τὴν ἀξίαν τοῦ πατρικίου δεξάμενος Ὀδόαχος· ἐκπέμψειν γὰρ αὐτὸν, εἰ μὴ Νέπως ἐπεφθάκει. Ἐπαινεῖν δὲ, ὡς ἀρχὴν ἐπιδείξηται ταύτην τοῦ τὸν κόσμον φυλάττειν τὸν τοῖς Ῥωμαίοις προσήκοντα· καὶ πιστεύειν ἐντεῦθεν, ὡς καὶ τὸν βασιλέα τὸν ταῦτα τιμήσαντα καταδέξοιτο θᾶττον, εἰ ποιεῖν θέλοι τὰ δίκαια. Καὶ βασίλειον γράμμα περὶ ὧν ἠβούλετο πέμπων τῷ Ὀδοάχῳ, πατρίκιον ἐν τούτῳ τῷ γράμματι ἐπωνόμασε. Ταῦτα δὲ συνεσπούδαζε τῷ Νέπωτι ὁ Ζήνων ἐκ τῶν ἑαυτοῦ κακῶν τὰ ἐκείνου οἰκτείρων καὶ τό γε κοινὸν τῆς τύχης εἰς ὑπόθεσιν ἔχων τῷ δυστυχοῦντι συνάγεσθαι. Ἅμα δὲ καὶ Βηρίνα συνεπώτρυνε τοῦτον, τῇ Νέπωτος γυναικὶ συγγενεῖ οὔσῃ συσπεύδουσα. V. Tillemont. VI, p. 492 et 441.

11. (478 Zenon. an. 5.)

Ibidem p. 94. 95 : Ὅτι ἐν τῷ ἑξῆς ἔτει ἐπὶ Ζήνωνος πρέσβεις ἦλθον ἐκ Θράκης τῶν ὑποσπόνδων Γότθων, οὓς δὴ καὶ φοιδεράτους οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν, ἀξιοῦντες Ζήνωνα Θευδερίχῳ σπείσασθαι τῷ παιδὶ Τριαρίου, ἥσυχον ἐθέλοντι διεξάγειν τὸν βίον καὶ μηδένα πόλεμον τοῖς κοινοῖς αἱρεσθαι πράγμασιν. Ἠξίουν δὲ καὶ σκοπεῖν, ὅσα πολέμιος ὢν κατέβλαψε Ῥωμαίους, καὶ ὅσα Θευδέριχος ὁ τοῦ Βαλαμήρου παῖς, στρατηγὸς ὢν καὶ φίλος, ταῖς πόλεσιν ἐλυμήνατο, καὶ μὴ νῦν ἀπειθείας παλαιὰς ὁρᾶν μᾶλλον, ἢ ὅπως τι τῷ κοινῷ γένοιτο παντελῶς ὠφέλιμον. Εὐθὺς οὖν ὁ βασιλεὺς τὴν βουλὴν συγκαλέσας γνώμην αὐτοῖς προὔθηκεν ὅ τι δέοι ποιῆσαι. Οἱ δὲ ἀμφοτέροις μὲν οὐκ ἔφασαν ἱκανὸν τὸ

10.

(*Odoacer*) ut audivit, Zenonem iterum Orientis imperium, expulso Basilisco, recuperasse, senatum Romæ legationem ad Zenonem mittere coegit, quæ illi significaret, proprio imperatore se non indigere. Unum imperatorem sufficere, qui utriusque imperii fines tueretur : Odoacrum se elegisse, qui hanc partem tutam præstaret. Hunc enim et scientia reipublicæ administrandæ, et rei militaris peritia præstare. Itaque orare ut illum Zeno patriciatus dignitate ornet, et Italiam regendam ei committat. Profecti sunt igitur ex senatu Romano viri, qui hos sermones Byzantium deferrent. Iisdem diebus venerunt et a Nepote nuntii, qui Zenoni restitutum imperium gratularentur, et ipsum obtestarentur, ut omni opera et studio illum, qui eodem tempore eodem, quo ipse, casu afflictus esset, in recipiendo imperio adjuvaret, et pecunias et exercitus et alia, quæ opus forent, suppeditaret, quo illi reditum ad pristinam fortunam pararet. Hæc qui dicerent Nepos misit. At Zeno his, qui venerant, hæc responsa dedit : senatoribus, illos ex duobus quos ab Oriente accepissent, imperatoribus unum expulisse, et Anthemium occidisse. Nunc quid sibi facto opus esset, ipsos dixit perspicere : imperatore enim superstite, non aliam debere valere sententiam, quam ut illum redeuntem exciperent. Ad ea vero, quæ barbarus nuntiarat : recte et juste facturum, si a Nepote imperatore Odoacer patriciatus dignitatem susciperet. Eam se illi missurum, nisi Nepos prævenerit. Laudare se eum, quod sic morem Romanis convenientem servare inceperit, ideoque confidere, fore ut imperatorem, qui illum hoc honore affecerit, si quidem justa facere vellet, quamprimum reciperet. Et in litteris regiis, quibus Odoacro voluntatem suam significaret, cum patricium nominavit. Quæ Zeno Nepotis causa instituit, propter sua Nepotis malorum miseritus, et communem hominum sortem reputando ad aliorum commiserationem adductus. Eo illum impulit etiam Verina, quæ Nepotis uxori, cujus erat consanguinea, favebat.

11.

Insequenti anno Zenonem legati a Gothis adierunt, qui in Thracia consederant et fœdere cum Romanis conjuncti erant : hos fœderatos Romani vocant. Orabant ut reconciliari vellet Theudericho, Triarii filio, cui nihil esset optatius, quam tranquillam et quietam vitam ducere neque armis rempublicam vexare. Illud etiam cum considerare jusserunt, quanta mala ipse, quum hostis exstitisset, Romanorum rebus attulisset, et quot urbes Theuderichus, Balameri filius, qui dux et amicus appellatus esset, evertisset; neque tam veterem inimicitiam respiciendam esse, quam communem omnium utilitatem. Confestim igitur imperator senatum convocavit, et hæc illis proposuit, ut sibi consilium darent, quid facto opus esset. Senatores vero dixerunt, reditus publicos minime sufficere

δημόσιον εἶναι συντάξεις τε καὶ μισθὸν ἐπαρκέσαι προχείρως, ὁπότε γε μηδὲ αὐτοῖς μόνοις τοῖς στρατιώταις ἀμέμπτους ὑποτελεῖν τὰς χορηγίας δυνάμεθα. Ὁπότερον δὲ αὐτῶν δεῖ φίλον προελέσθαι, τούτου κύριον αὐτὸν βασιλέα καθίστασθαι. Ὁ δὲ ἐπὶ τὴν αὐλὴν τούς τε κατὰ τὴν πόλιν στρατιώτας καλέσας καὶ τὰς σχολὰς ἁπάσας, ἀναβὰς ἐπὶ βῆμα πολλὰ τοῦ Θευδερίχου κατηγόρει, ἐν τούτοις ὅπως τε τοῖς Ῥωμαίοις ἐχθρὸς ἄνωθεν εἴη, καὶ ὡς ἐλυμήνατο τοῖς τὴν Θρᾴκην οἰκοῦσι, χειράς τε ἀποτέμνων ἅμα τῷ Ἀρματίῳ καὶ τὸ γεωργοῦν ἅπαν ποιήσας ἀνάστατον· ὅπως τε τυραννίδα πάλιν ἐπὶ τοῖς κοινοῖς τὴν Βασιλίσκου ἐπήγειρε, καὶ ὡς τοὺς στρατιώτας ἐκεῖνον ἀνέπεισεν ἐκποδὼν ποιήσασθαι, ὡς τῶν Γότθων ἀρκούντων. Καὶ νῦν δὴ πρεσβεύεσθαι οὐκ εἰρήνης γε μᾶλλον, ἢ στρατηγίας δεόμενον. « Ἣν οὖν ἔχετε γνώμην καὶ ὑμεῖς περὶ τούτων, ταύτην » ἔφη « παρ' ὑμῶν ἀκοῦσαι βουλόμενος νυνὶ παρεκάλεσα, εἰδὼς τῶν βασιλέων τούτους ἀσφαλῶς πράττειν, οἳ ἂν τὰ βουλεύματα τοῖς στρατιώταις κοινώσωσιν. » Οἱ δὲ ἧς κατέτεινε κατηγορίας ἀκούσαντες καὶ ἐκ ταύτης διδαχθέντες ὃ χρὴν ἀποκρίνασθαι, πάντες ἀνεβόησαν, ἐχθρὸν εἶναι Ῥωμαίοις Θευδέριχον καὶ πάντας εἴ τις ἐκείνῳ συνέστηκεν. Οὐ μέντοι τοῖς πρέσβεσι ταύτην εὐθὺς ἔδωκεν ἀπόκρισιν ὁ Ζήνων, ἀλλ' ἐπεῖχεν, ἕως τὸ πλέον ἀκούσει τῶν ἔξωθεν. Ἐν τούτῳ δὲ γράφοντες τὰ ἔνδον γινόμενα τῶν ἐν τῇ πόλει τινὲς τῷ Θευδερίχῳ ἑάλωσαν, Ἄνθιμός τε ἰατρὸς καὶ Μαρκελλῖνος καὶ Στέφανος. Καὶ οὐ μόνον ἑαυτῶν ἐπιστολὰς ἔπεμπον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν τέλει πλαττόμενοι γράμματα ἐκείνῳ ἐπέστελλον, θαρσύνειν βουλόμενοι, ὡς ἱκανοὺς ἔχοντα τοὺς συμπράττοντας ἔνδον. Καὶ τρεῖς τῶν ἀπὸ βουλῆς, τοῦ μαγίστρου παρόντος, ἐξετάσαντες ταῦτα, καὶ πληγὰς τὰ σώματα πολλὰς ἐπιθέμενοι, φυγὴν εἰσάπαξ ἐπέθηκαν. Δῆθεν γὰρ ἀπέχεσθαι θανάτου καὶ σφαγῶν δοκεῖν ὁ Ζήνων ἐβούλετο. Repudiata sic reconciliatione, quam Theuderichus proposuit, bellum illud secutum esse videtur, in quo urbes vastans Theud. usque ad muros Byzantii pervenit, tandem vero a suis sibi timens recessit, uti narrant Euagrius III, 25 et Theophanes p. 108, C.

12.

Exc. De leg. Rom. p. 88 : Ὅτι τὸν ἄρχοντα Αἰγύπτου ἐπὶ μολὶς χρυσίου λίτραις ν' ἐκπεμπόμενον, ὥσπερ εὐδαιμονεστέρας γενομένης ἢ πρόσθεν, ἐπὶ πεντακοσίαις ὁμοῦ λίτραις ἀπέστειλεν.

13. (an. 478.)

Exc. De leg. gent. p. 95. 96 : Ὅτι τῷ αὐτῷ ἔτει πρέσβεις ἐκ Καρχηδόνος ἐς Βυζάντιον ἦλθον, οὓς Ἀλέξανδρος ἦγεν ὁ τῆς Ὀλυβρίου γυναικὸς ἐπίτροπος· ὃς ἐτύγχανε πεμφθεὶς ὑπὸ Ζήνωνος πάλαι, συνθελούσης καὶ αὐτῆς τοῦτο τῆς Πλακιδίας. Ἔλεγον δὲ οἱ πρέσβεις, ὅτι Ὀνώριχος φίλος τε τῷ βασιλεῖ καθεστήκοι ἀδόλως, καὶ στέργοι τὰ Ῥωμαίων, καὶ ἀφίησι πάντα, ἃ πρόσθεν ἐνεκάλει περί τε τῶν προσόδων καὶ τῶν ἄλλων χρημάτων, ἃ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς προειλήφει ὁ Λέων, καὶ ὅσα τῶν ἐμπόρων τῶν ἐκ τῆς Καρχηδόνος ἄρτι καθισταμένου τοῦ πολέμου ἐλήφθη, καὶ εἴ τι ἄλλο

---

ad stipendia prompte utrisque suppeditanda, quum ne solis quidem militibus victus commode præstari posset. Cum quo vero ex duobus amicitiam instituere præstaret, id in solius imperatoris arbitrio consistere. In aulam quoque convocatis militibus et omnibus scholis, ascenso suggestu, multa de Theudericho questus est, maxime quod jampridem Romanorum hostis exstitisset, quod Thraciæ incolas deprædatus fuisset, quod una cum Harmatio manus captivis amputasset; quod omne agricolarum genus sedibus suis expulisset, quod Basilisci tyrannidem in rempublicam invexisset, deinde ad ejusdem cædem milites instigasset, tanquam soli Gothi sufficerent. Et nunc legatos ad se mittere, non tam ut pacem, quam ut exercitus imperium postularet. « Nunc igitur, » inquit, « quam sententiam super his dicturi sitis, audire cupiens, vos huc convocavi : scio enim, eos imperatores tuto suas res agere, qui sua consilia cum exercitibus communicant. » At illi, accusationibus, quas in Theuderichum imperator intenderat, auditis satis ex ipsa accusatione, quid sibi respondendum esset, percipientes, acclamaverunt omnes, Romanorum hostem esse Theuderichum et omnes, qui illi faverent et ad ejus causam se adjungerent. Et hoc quidem responsum Zeno non e vestigio legatis dedit, sed exspectabat, donec exploratius, quomodo se haberent ea quæ foris gererentur, sciret. Interea comprehensi sunt qui ea quæ in urbe facta erant, ad Theuderichum scripserant, Anthimus medicus, Marcellinus et Stephanus, qui non solum suas ipsorum litteras, sed etiam magistratuum quorumdam supposititias ad eum miserant, quibus jubebant illum bono animo esse, tanquam multos suarum partium fautores intra urbem esset habiturus. Tres ex senatu, præsente magistro, de his quæstionem habuerunt, quos multis illatis plagis perpetuo exilio condemnarunt. Quippe suppliciis Zeno et cædibus abstinere videri volebat.

12.

Præfectum Ægypti, qui antea vix quinquaginta auri libras pro obtinendo munere solvere solebat, *Zeno*, tanquam uberiore facta provincia, quingentis libris in præfecturam amandavit.

13.

Eodem quoque anno legati a Carthagine Byzantium venerunt, quos Alexander, uxoris Olybrii procurator, ducebat, qui a Zenone, Placidia consentiente, missus fuerat. Dicebant vero legati, Honorichum velle cum imperatore sine fraude amicitiam contrahere et Romanorum partes amplecti. Quæ antea repetiisset de reditibus et pecuniis uxoris suæ, quæ Leo ipsi præripuisset, quæque mercatoribus Carthaginiensibus per bellum, quod nuper fuerat, rapta et ablata essent, et in universum ea, de quibus pater ejus cum Romanis litigasset, remittere et condonare. Firmam et stabilem pacem petere, neque quicquam suspirio-

πάλαι ὁ πατὴρ πρὸς Ῥωμαίους ὁπωσοῦν ἔσχεν αἰτίαν τήν τε εἰρήνην ἔχειν ἀξιοίη βεβαίαν, καὶ μηδὲν εἶναι λοιπὸν τοῖς Ῥωμαίοις ὕποπτος τῷ μὴ οὐχὶ γνησίως τὰς σπονδὰς ἐμπεδώσειν, καὶ ὅσα ἦδη συνέκειτο. Εἰδέναι γὰρ χάριν, ὅτι τὴν Ὀλυβρίου τετιμήκοι γυναῖκα· καὶ ταῦτα πυθόμενος πάντα ἕτοιμος ἦν βασιλεῖ πράττειν ἃ βούλοιτο. Ἦν δὲ τοῦτο πρόσχημα εὐπρεπὲς τῷ λόγῳ, ἐπεὶ τό γε ἀληθὲς πᾶσαν ἐδεδοίκεσαν ὑποψίαν πολέμου, καὶ μετὰ τὸν θάνατον Γιζιρίχου πεσόντες ἐς πᾶσαν μαλακίαν οὔτε τὴν αὐτὴν ῥώμην ἐς πράγματα ἔσχον, οὔτε τὰς αὐτὰς ἔτι συνεῖχον παρασκευάς, ἃς ἐκεῖνος πρὸς πᾶσαν πρᾶξιν εἶχεν ἑτοίμους, ὡς θᾶττον ἀεὶ πράττειν, ἢ ὡς ἂν ἄλλος βουλεύσαιτο. Δεξάμενος δὲ αὐτοὺς φιλοφρόνως ὁ Ζήνων τιμῆς μὲν ἠξίωσε δεούσης τοὺς πρέσβεις, καὶ δώροις ἀπέπεμψε τοῖς πρέπουσι κοσμήσας, Ἀλέξανδρον δὲ ποιεῖ τῶν πριβάτων κόμητα.

Ὁ τῆς Ὀλυβρίου γυναικὸς ἐπιτρ.] sic pro ὁ τῆς Ἀλυπρίου ἐπ. Valesius, addens : « Hæc Placidia Nobilissima dicebatur. Hanc Genserichus rogatu Leonis Augusti una cum Eudoxia matre, Valentiniani Placidi vidua, Constantinopolim remiserat, ut scribit Procopius in lib. I Vandalicorum et Priscus. De Alexandro autem procuratore Placidiæ loquitur Victor Uticensis in libro II De persecutione Vandalorum, qui hanc historiam valde illustrat. »

14.

Exc. De leg. Rom. p. 88. 89 : Ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ ὁ Ζήνων αἰσθόμενος, ὡς τὰ μὲν Θευδερίχου τοῦ παιδὸς Βαλαμήρου ἀεὶ ἀσθενέστερα καὶ ἐλάττονα γίγνοιντο, ὁ δὲ τοῦ Τριαρίου ἔθνη τε συναθροίζει καὶ συστρέφει δυνάμεις, ἐνόμισε βέλτιον ἐπὶ μετρίοις αὐτῷ, εἰ συμβῆναι βούλοιτο, καταλῦσαι τὴν ἔχθραν. Καὶ πρέσβεις ἀποστείλας ἠξίου τόν τε υἱὸν παραδοῦναι ὅμηρον, ὡς πάλαι προὐκαλεῖτο, καὶ ἰδιώτην ὄντα ἐν τοῖς ἑαυτοῦ μένειν, μηδὲν ἐνοχλούμενον, ὥσπερ ἤτησε τότε, λαβεῖν τε τὴν οὐσίαν ὁπόσης ἀφῄρητο, καὶ τἆλλα ἡσυχάζειν, οὐδὲν ἔχοντα κακὸν οὐδὲ ἑτέρῳ παρέχοντα. Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ὅτι [οὔτε] τὸν υἱὸν ἔτι ὅμηρον δώσοι, οὔτε δύνασθαι ἔτι ἐκ μόνης τῆς οὐσίας ἰδιώτης διάγειν. Ἕως μὲν γὰρ ἦν μόνος, μήπω ἔθνη τοσαῦτα περὶ αὑτὸν ἔχων, μόνην ἂν τὴν οὐσίαν σφόδρα συστελλομένῳ ἴσως ἂν ἐπαρκέσαι· νῦν δὲ, ἐπείπερ αὐτὸν ἐς ἀνάγκην τοῦ ἔθνη συλλέξαι κατέστησαν, ἐκ τῆς ἀνάγκης εἶναι ἢ τρέφειν τοὺς ἐλθόντας ἢ σὺν αὐτοῖς πολεμεῖν, ἕως παθὼν ἢ ὁράσας ἓν ἀναμφισβήτητον τῷ παντὶ πέρας ἐξοίσειεν. Ταῦτα ὡς ἀπηγγέλθη, ἔδοξεν εἰς ἀκριβῆ κατασκευάζεσθαι πόλεμον. Καὶ τάγματα μὲν πάντα, ὅσα τε πρὸς τῷ Πόντῳ καὶ κατὰ τὴν Ἀσίαν, καὶ ὅσα τοῖς ἑῴοις ἐνίδρυτο μέρεσι, κατὰ τάχος ἐκάλει. Καὶ παρῆν πανταχόθεν οὐκ ὀλίγον τι πλῆθος. Κατεσκευάζοντο δὲ ἅμαξαι σκευοφόροι, καὶ βόες ἐωνοῦντο, καὶ σῖτός τε καὶ ὅσα χρήσιμα στρατοπέδῳ πάντα ἐγίνετο ἕτοιμα, ὡς αὐτοῦ γε μέλλοντος Ἰλλοῦ ἐξιέναι.

15.

Ibidem p. 89. 90 : Ὅτι ὁ Ζήνων Μαρτινιανὸν προβαλόμενος στρατηγὸν, καὶ τοῦ στρατοῦ ἐς ἀταξίαν ἐλθόντος, ὡς ταῦτα καλῶς ἔχειν ἐδόκει, πέμπει ἄνδρας αὐτίκα παρὰ τὸν Βαλαμήρου λέγοντας, ὅτι οὐ δεῖ τρίβειν ἔτι τὴν μάχην, ἀλλ' ἔργου νῦν ἔχεσθαι καὶ πληροῦν τὰς ἐλπίδας, ἐφ' αἷς τῆς στρατηγίας ἠξιώθη Ῥωμαίων. Ὁ δὲ ἀκούσας ἀντιπέμπει καὶ αὐτὸς ἐς Βυζάντιον πρέσβεις, λέγων ὡς οὐ πρότερον ἐγχειρήσοι τῷ ἔργῳ,

---

nis Romanis relinquere statuisse, quominus pax et fœdus sine fraude componeretur : multam quoque gratiam habere imperatori, quod Olybrii uxorem honore affecerit; quod quia intellexerit, adduci ut omnia, quæ imperator voluerit, facere paratus sit. Ista vero ad speciem tantum conficta erant : revera enim quamvis belli occasionem timebant. Etenim post mortem Genserici in omnem mollitiem devenerant; neque pristina fortitudine ad bella gerenda vigebant, neque eosdem exercitus alebant, quos Genserichus ad omnes occasiones instructos habebat, ut semper celeritate exsequendi aliorum consilia præveniret et anteverteret. Legatos Zeno liberaliter excepit et honore debito est prosecutus, et muneribus pro merito ornatos dimisit, et Alexandrum comitem privatarum rerum fecit.

14.

Eodem tempore quum Zeno imperator præsentiret, Theuderichum, Valamiri filium, opibus et potentia labi et minui, contra Theuderichum triarii varias gentes sibi conciliare et copias suas colligere, inimicitias æquis conditionibus, si convenire vellet, deponere melius esse, existimavit. Itaque per legatos, quos misit, petiit ut filium, quod jam pridem poposcerat, obsidem daret, ut privatam vitam ageret, et sine ulla molestia in sua potestate maneret; ut omnia, quæ rapuerat, sibi haberet, ceterum quiesceret, a nemine mala passurus, nemini quoque inferret. At ille, se neque filium obsidem daturum, respondit, neque privatam vitam agentem, solis suis opibus casus suos sustentare. Quum enim solus neque tanta multitudine circumseptus fuerit, bona quidem, quæ tunc possidebat, si ea diligenti ratione administrasset, privato fortasse sufficissent. Nunc quoniam in ea se necessitate constituerint, ut milites colligeret, necesse esse ut aut omnes, qui ad se venerint, aleret, aut una cum ipsis bellum gereret, dum victus aut victor certum denique rei finem imponeret. Hæc ubi nuntiata sunt, censuit imperator bellum omni cura et diligentia apparandum. Itaque omnes legiones, quæ erant circa Pontum et quas ad Asiam et Orientis partes collocarat, quanta potuit celeritate evocavit, et undique præsto fuit non parva multitudo. Comparabantur currus, qui vehierent utensilia, et boves emebantur et frumentum, et quæcumque necessaria erant alendo exercitui, ea omnia præparabantur diligenter, quoniam illuc ipse intra breve tempus copias educturus erat.

15.

Quum exercitus, Martiniano duce creato, in magnam licentiam incidisset, Zeno ad Theuderichum, Valamiri filium, mittit qui dicerent, non jam amplius oportere differre pugnam, sed tempus esse prælio decertandi et exspectationem, quam excitasset, quum ducis Romanorum dignitate

εἰ μὴ καὶ ὁ βασιλεὺς καὶ ἡ σύγκλητος αὐτῷ ἐπομόσαιτο πᾶσα, ὡς οὐδέποτε ἐπὶ (ἔτι c. Bekk.) τῷ Τριαρίου συμβήσονται. Οἱ μὲν οὖν ἀπὸ βουλῆς καὶ οἱ ἄρχοντες ὤμοσαν μὴ συμβαίνειν, εἰ μὴ βασιλεὺς θέλοι· αὐτὸς δὲ ὁ βασιλεὺς μηδὲν ἀποστήσεσθαι τῶν ἤδη συγκειμένων, εἰ μὴ πρῶτον ἐκεῖνον παραβαίνοντα ἴδοι. Τούτων δὲ ὁμοθέντων, αὐτὸν μὲν Θευδέριχον ἔδοξε κινήσαντα τὴν αὐτοῦ δύναμιν, ἐν Μαρκιανοῦ πόλει τὴν πᾶσαν ἱδρυμένην, εἰς τὸ εἴσω ἐλαύνειν· ἐπειδὰν δὲ γένηται πρὸς ταῖς πύλαις τοῦ Αἵμου, τότε τὸν τῆς Θράκης στρατηγὸν δισχιλίοις ἱππεῦσι καὶ ὁπλίταις μυρίοις ἁπαντῶντα συμμίξαι· ὑπερβάντι δὲ Αἷμον ἄλλην ἀπαντήσεσθαι δύναμιν πρὸς τῷ Ἕβρῳ καὶ Ἀδριανοῦ πόλει, πεζοὺς μὲν δισμυρίους, ἑξακισχιλίους δὲ μετὰ τούτων ἱππέας. Ἀπὸ δὲ Ἡρακλείας καὶ τῶν πρὸς Βυζαντίῳ πόλεων καὶ φρουρίων ἄλλην ἔλεγον εἶναι δύναμιν, εἰ δεήσοι, ὥστε μηδὲν ἐλλείπειν τῶν ἐς ἐλπίδα χρηστὴν συντελούντων τῷ ἔργῳ. Ταῦτα ὑποσχόμενος ὁ Ζήνων τοῖς πρέσβεσι κατὰ τάχος ἐκπέμπει. Ἆρας δὲ ὁ Θευδέριχος τῷ αὐτοῦ στρατεύματι ἦλθεν ἐπὶ τὰς πύλας, καθάπερ συνέκειτο. Ἐρχομένῳ δὲ αὐτῷ οὔτε ὁ στρατηγὸς τῆς Θράκης ἀπήντα, οὔτε οἱ πρὸς τῷ Ἕβρῳ ὑποκαθῆσθαι λεγόμενοι, ἀλλὰ δι' ἐρημίας (ἠρεμίας conj. Val.) διελθὼν τὰ ἐν μέσῳ εἰς τοὺς περὶ Σονδῖν (Σοῦχιν Val.) παραγίνεται χώρους. Ὄρος δέ ἐστι τοῦτο ὑψηλόν τε καὶ μέγα καὶ ἄπορον ἐπελθεῖν, εἴ τις ἄνω κωλύει· ἐν ᾧ στρατοπεδεύων ὁ Τριαρίου ἐτύγχανε. Κἀντεῦθεν προσβάλλοντες ἐξ ἐφόδων ἀλλήλοις ποίμνιά τε καὶ ἵππους καὶ λείαν ἄλλην ἁρήρπαζον. Ὁ δὲ τοῦ Τριαρίου συνεχῶς προσιππεύων ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τὸ ἐκείνου, ὕβριζε καὶ ὠνείδιζε πλεῖστα, ἐπίορκόν τε καλῶν καὶ παῖδα καὶ ἄφρονα καὶ τοῦ γένους τοῦ κοινοῦ ἐχθρόν τε καὶ προδότην, ὅστις οὐ συνίησι τῆς γνώμης τῆς Ῥωμαίων, μηδὲ ὁρᾷ τὴν σκέψιν, ὅτι αὐτοὶ βούλονται καθήμενοι ἡσυχῇ αὐτοὺς περὶ ἑαυτοὺς κατατρίψαι τοὺς Γότθους. « Κἀκεῖνοι μὲν τὴν νίκην ἀκονιτὶ ἕξουσιν, ὁπότεροι πέσοιμεν. Ἡμῶν δὲ ὁπότεροι τοὺς ἑτέρους φθείρουσι, τὴν τοῦ λόγου Καδμείαν ἀποφέρονται νίκην, ἐλάττους λειπόμενοι πρὸς τὴν Ῥωμαίων ἐπιβουλήν. Νῦν γοῦν σὲ καλέσαντες καὶ ἐπαγγειλάμενοι παρέσεσθαι καὶ αὐτοὶ καὶ κοινῇ στρατεύειν, οὔτε ἐνταῦθα πάρεισιν, οὔτε ἐπὶ τὰς πόλεις ἀπήντησαν, ὡς εἶπον, μόνον δὲ ἀπέλιπον ἀπολέσθαι κάκιστα καὶ τῆς γε θρασύτητος δοῦναι δίκην ἀξίαν ᾗ προέδωκας γένει. » Ταῦτα ἐπακούσαντες πολλοὶ τοῦ αὐτοῦ πλήθους συνῄδον τοῖς λόγοις, καὶ τῷ ὡρετέρῳ αὐτῶν στρατηγῷ προσιόντες ἔλεγον, ὡς εἰκότα ὀνειδίζοι ἐκεῖνος, καὶ ὅτι οὐ προσήκει φθείρεσθαι περαιτέρω, οὐδὲ τῆς συγγενείας τῆς κοινῆς ἀμελοῦντα τοῖς προδοῦσι προσέχειν. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ πάλιν ἀναβὰς Θευδέριχος ἐπί τινα γήλοφον ὑπὲρ τοῦ στρατοπέδου τοῦ ἐκείνων ἐβόα· « Τί τοὺς ἐμοὺς συγγενεῖς, ὦ κάκιστε, ἀπόλλυς; τί τοσαύτας γυναῖκας ἐποίησας χηρεύειν; ποῦ δὲ οἱ τούτων ἄνδρες; ἢ πῶς ἐξαπόλωλε πάντων ἡ εὐπορία, ἣν ἔχοντες οἴκοθεν συνεστράτευσάν σοι; καὶ σύνδυο καὶ σύντρεις ἕκαστος ἵππους ἔχων, νῦν ἄνιπποι χω-

---

decoratus esset, explendi. His cognitis, Valamiri filius mittit quoque Byzantium legatos, qui dicerent, illum non prius id operis aggressurum, quam imperator et senatus juramento fidem dedissent, nunquam se in gratiam redituros cum Theudericho, Triarii filio. Itaque senatores et duces sacramenta dixerunt, nunquam se in gratiam cum illo, nisi imperator voluerit, redituros. Et imperator, se nunquam a fœdere recessurum, nisi prius ea ipse esset transgressus. His juramentis præstitis, Theudericum movere cum omnibus copiis, quas ad Martianopolim in castris habebat, et ulterius progredi jussit : ubi ad portas Hæmi montis pervenisset, Thraciæ præfectum cum duobus equitum millibus et decem millibus gravis armaturæ se illi conjuncturum esse; Hæmum transgresso alias illi copias ab Hebro flumine et Adrianopoli obviam ituros, peditum viginti, equitum sex millia. Ceterum Heracleæ et in aliis civitatibus et locis munitis circa Byzantium dicebant esse alias copias, si opus foret, ita ut nulla re, quæ ad felicem eventum sperandum faceret, destitueretur. Hæc Zeno promittens legatis, statim eos dimisit. Itaque Theudericus movens cum suo exercitu, ut convenerat, ad fauces Hæmi montis venit. Quum illuc accessisset, neque dux Thraciæ obvius fuit, neque hi qui ab Hebro venturi dicebantur. Interea percurrens deserta, quæ in medio erant, ad loca Sondin (*Sucin?*) pervenit. Est autem Sondis mons altus et præruptus, qui ascendi minime potest, si quis sit qui ex alto impediat. In eo Theudericus, Triarii filius, castra posuerat, ibique levibus prœliis inter se, quum pabulatum ibant, congredientes, armenta, equos et aliam prædam mutuo sibi eripiebant. Sed Triarii filius crebro obequitans circa castra alterius exercitus, eum contumeliose insectabatur, et multa convicia in eum jaciebat, perjurum eum vocans, puerum, dementem et sui generis hostem et proditorem, qui Romanorum mentem non nosset, neque quo tenderent eorum consilia, videret. « Etenim volunt, inquit, ipsi otiosi efficere ut Gothi per Gothos deleantur et conficiantur, quo sine ullo labore, utrivis nostrûm ceciderint, victores exsistant. Quicumque nostrûm adversarios oppresserint, Cadmeam, quam dicunt, victoriam reportabunt, ipsi scilicet viribus attritis Romanorum insidiis magis obnoxii. Nunc postquam te advocarunt, et se ipsos quoque venturos et, ut cum tuo exercitu conjunctos, bellum gesturos esse promiserunt, neque quisquam hic adfuit, neque ad urbes, sicuti dixerant, occurrerunt, teque solum, ut male perires et pœnas temeritatis tuæ his, quos prodidisti, dares, reliquerunt. » Hæc ubi audierunt, plures ex multitudine, quæ cum Theudericho erat, ea quæ dicta erant, probarunt, et adversus suum ducem insurgentes dixerunt, merito hunc illi convicia dicere, nec oportere diutius in mutuam perniciem armatos pergere, et nulla habita cognationis ratione, se ad eorum causam, qui ipsos prodercnt, adjungere. Postridie iterum ascendens Theudericus collem hostium castris imminentem, clamabat : « Cur, pessime, meos cognatos perditum isti? cur tot mulieres viduas effecisti? ubinam locorum sunt eorum viri? quomodo consumptæ sunt facultates quas habuerunt, quum domo ad

ροῦσι καὶ πεζοὶ, καὶ διὰ Θράκης ὥσπερ ἐν ἀνδραπόδων ἑπόμενοι μερίδι· ἀλλὰ καὶ ἐλεύθεροί τε καὶ γένους οὐ χείρονος,* ἡ μεδίμνῳ χρυσίου ἐλθόντες ἀπομετρήσονται [οἱ μεδίμνῳ χρυσίον ἐλθ. ἀπεμετρήσαντο conj. Hœsch.]; » Ταῦτα ὡς ἐπήκουσε τὸ στρατόπεδον ἅπαν, ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες ὁμοῦ πάντες ἦσαν ἐπὶ τὸν Θευδέριχον τὸν αὐτῶν ἡγεμόνα, κραυγῇ τε καὶ θορύβῳ ἀξιοῦντες συμβαίνειν· εἰ δὲ μὴ, ἀπολείψειν αὐτὸν ἔφασαν πάντες, ἐς τὸ συμφέρον χωρήσαντες. Ἐνταῦθα ἀποστέλλει πρὸς Θευδέριχον πρέσβεις, καὶ συνέρχονται ἄμφω παρὰ ποταμόν τινα ἐφ' ἑκατέρας ὄχθης. Μέσον δὲ ποιησάμενοι τὸν ποταμὸν διελέγοντο, καὶ ποιοῦνται συνθήκας, μὴ πολεμεῖν ἀλλήλοις, [καὶ] ὅσα ἤγηντο συμφέροντα. Καὶ ταῦτα ὁμόσαντες πέμπουσιν ἄμφω πρέσβεις ἐπὶ τὸ Βυζάντιον.

16. (an. 479.)

Exc. De leg. gent. p. 96. 97: Ὅτι συνθήκας πρὸς ἀλλήλους ποιησάμενοι Θευδέριχος καὶ ὁ Τριαρίου οἱ Γόθοι μὴ πολεμεῖν ἀλλήλοις, πέμπουσιν ἄμφω πρέσβεις ἐπὶ τὸ Βυζάντιον, ὁ μὲν τοῦ Βαλαμήρου τῷ βασιλεῖ ἐγκαλῶν, ὅτι προδεδομένος ὑπ' ἐκείνου τυγχάνει, καὶ ὡς τῶν συντεθέντων οὐδὲν εὑρὼν ἀληθὲς Θευδερίχῳ συμβαίη, αἰτῶν δὲ χώραν αὐτῷ, ἐν ᾗ μένοι, δοθῆναι, καὶ σῖτον, ὅστις αὐτῷ καὶ μέχρι καρποῦ τὸν στρατὸν ἐξαρκέσει διάγειν, καὶ τοὺς προαγωγέας τῶν λημμάτων τῆς ἀρχῆς, οὓς δομεστίκους καλοῦσι Ῥωμαῖοι, ἐκπέμπειν ὡς τάχιστα, λόγον διδόντας ὧν ἔλαβον· ἢ μὴ ταῦτα ποιουμένων πρὸς αὐτὸν τῶν Ῥωμαίων, οὐ δυνήσεσθαι αὐτὸς πολὺν ὄχλον κατέχειν τοῦ μὴ ὅθεν δύναιντο δι' ἁρπαγῆς ἑαυτοῖς ἐπανορθοῦσθαι τὴν ἔνδειαν. Ταῦτα μὲν ὁ ἕτερος Θευδέριχος ἔλεγεν· ὁ μέντοι Τριαρίου τά τε ἐπὶ Λέοντος συντεθέντα ἠξίου αὐτῷ πάντως γενέσθαι, καὶ τῶν προτέρων χρόνων τὰς συντάξεις λαμβάνειν, τούς τε κηδεστὰς αὐτῷ ζῶντας ἀποδοθῆναι· εἰ δὲ καὶ ἄρα τεθνήκασι, τὸν Ἰλλοῦν περὶ τούτων ἑπομόσαι καὶ ἄλλους, οἷς αὐτὸς ἐπὶ τούτων τῶν Ἰσαύρων πιστεύει. Ζήνων δὲ πυθόμενος, πρὸς μὲν τὸν Βαλαμήρου ἀπεκρίνατο, ὅτι αὐτὸς εἴη προδότης καὶ πάντα ἐναντία οἷς ὑπέσχετο δράσας, ὅστις διαπολεμεῖν ὑποσχόμενος μόνος εἶτα καὶ βοήθειαν προσκαλέσηται ἄλλην, πάλιν δὲ τὴν δύναμιν τῶν Ῥωμαίων καλέσας κρύφα πρὸς Θευδέριχον πράττει περὶ φιλίας· οὗ δὴ καὶ αἰσθόμενον τὸν στρατηγὸν τῆς Θράκης καὶ τοὺς ἄλλους, ὁπόσοι τὰ Ῥωμαίων φρονοῦσι, μήτε ἀπαντηκέναι, μήτε συμβάλλειν αὐτῷ τὰς δυνάμεις θαρσῆσαι, φοβουμένους ἐνέδραν. Νῦν τε εἰ θελήσαι πρὸς αὐτὸν πολεμῆσαι, ἐπαγγέλλεσθαι αὐτῷ ταῦτα δώσειν νικῶντι, χρυσίου λίτρας χιλίας, μυριάδας δ' ἀργυρίου, πρόσοδόν τε πρὸς τούτοις νομισμάτων μυρίων· καὶ γάμον αὐτῷ δώσειν τῆς Ὀλυβρίου παιδὸς ἢ ἄλλης τῶν ἐνδόξων γυναικῶν ἐν τῇ πόλει. Ταῦτα τε ἅμα λέγων τῶν τε ἀποσταλέντων παρ' αὐτοῦ τοὺς πλείονας ἀξίαις ἐτίμησε, καὶ πρέσβεις ἀπέστειλε πρῶτον μὲν Φιλόξενον, εἶτα Ἰουλιανὸν, εἴ πως ἄρα δύναιντο μεταπεῖσαι ξυρραγῆναι ἐκείνῳ. Ὡς δὲ οὐδὲν ἔπειθε,

militandum sub te profecti sunt? Unusquisque eorum duos aut tres equos habebat, nunc equis destituti pedites incedunt, et te per Thraciam mancipiorum instar sequuntur, quamvis liberi sint neque deteriore genere, quam tu;* et venerint, ut aurum modio admetiantur. » Hæc ubi totus exercitus audivit, tam viri, quam mulieres, Theudericum, ducem suum, adierunt, et cum tumultu et vociferatione oraverunt, ut paci studeret; sin minus, se quod sibi utile foret amplexuros et eum deserturos. Ob eam causam mittit ad Theudericum legatos, et ambo convenerunt ad fluvium quendam, ab utraque ripa. Deinde medio interjecto flumine, collocuti statuunt, non amplius bellum se gesturos, et quicquid utile sibi videbatur. Hæc ubi uterque juravit, mittunt legatos Byzantium.

16.

Theudericus, Triarii, et Theudericus, Balameri filius, Gothi, fœdere caverunt, ne inter se bellum gererent, et legatos Byzantium mittunt. Balameri filius imperatorem accusabat, quod se prodidisset, et quia nihil fidei inesse his, quæ promiserat, reperisset, id causæ fuisse, ut cum Theudericho conveniret. Petere autem regionem sibi, in qua commoretur, dari, et frumentum suppeditari, quod alendo exercitui usque ad messem satis esset. Ut etiam reditum imperii coactores, quos domesticos Romani vocant, quam primum mittat, qui rationem redderent eorum quæ receperint. Ni ea Romani fecerint, in sua potestate non esse tam magnam turbam continere, quin rapinas et prædas agant, ex quibus suam inopiam possint sublevare. Hæc quidem alter proposuit: alter Theudericus, Triarii, postulabat ut omnia sibi a Leone promissa præstarentur, et præteritorum annorum stipendia solverentur, et affines sui superstites sibi redderentur; de his autem, qui mortui essent, illum et ex Isauris alios, quorum curæ et custodiæ commissi fuerant, jurare jussit. Hæc ubi Zeno audivit, Theuderico Valamiri responsum dedit, eum esse proditorem, qui omnia contra, quam promisisset, fecisset; qui quum se solum bellum gesturum fidem dedisset, aliunde auxilia sibi accersisset: et quum Romanorum copias, quæ suppetias ferrent, accivisset, clam, et illis insciis, cum Theuderico amicitiam contraxisset. Quæ quum dux Thraciæ et alii, quicumque a Romanorum partibus starent, vidissent, veritos insidias, ad illum accedere aut suas copias ejus copiis conjungere ausos non esse. Nunc etiam si velit cum Theuderico bellum facere, se polliceri hæc, si victoriam reportarit, illi daturum: auri mille, argenti quadraginta millia librarum, et reditum decem millium aureorum et nuptum illi collocaturum Olybrii filiam, aut aliam ex illustrioribus mulieribus civitatis. Quæ quum dixisset, plerosque eorum, qui missi erant, dignitatibus ornavit, et ipse legatos misit primum quidem Philoxenum, deinde etiam Julianum, si qua ratione possent eum adducere, ut fœdus cum Theuderico solveret. Quum nihil eum moveret, evocatis militibus bellum suscepit, quos hortatus est, ut bono animo essent: se enim communiter cum illis belli pericula, ubi opus fuerit, aditurum. Hæc quum milites audiissent, imperatorem huic bello interesse statuisse, ita

πέμψας τοὺς στρατιώτας ἐς τὸν πόλεμον ὥρμα, καὶ παρεκάλει θαρσεῖν ὡς αὐτὸς ἐκστρατεύσων καὶ κοινῇ σὺν ἐκείνοις ὅ τι ἂν δέοι πεισόμενος. Οἱ δὲ ὡς ἐπήκουσαν, ὅτι αὐτὸς βασιλεὺς ἐξάγειν ἐθέλοι, οὕτως ἕκαστος αὐτῶν ἠπείγετο ἑαυτὸν ἐπιδεῖξαι βασιλεῖ πολλοῦ ἄξιον ὄντα, ὥστε καὶ οἱ πρότερον τοῖς ἡγεμόσιν αὐτῶν, ἐφ' ᾧ μὴ στρατεύοιντο, ἀργύριον διδόντες πάλιν εἰς τὸ μετέχειν τῆς ἐξόδου παρεῖχον. Καὶ πάντες ἀνθήπτοντο τοῦ πολέμου ὀργῶντες· καὶ τούς τε κατασκόπους τοὺς παρὰ Θευδερίχου πεμφθέντας ἐζώγρησαν, καὶ τῆς τοῦ Βαλαμήρου φυλακῆς μοῖραν ἐλθοῦσαν ἐπὶ τὸ μακρὸν τεῖχος οἱ ἐκεῖ φυλάττοντες διαπρεπῶς ἀπεκρούσαντο. Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν αὐτοῦ φερόμενος ὁ Ζήνων ἀνεχώρησε φύσιν, καὶ ὑπὸ τῆς συμφύτου ἀπεσβέσθη δειλίας, ἐνταῦθα ὀργίζονται καὶ χαλεπῶς ἔφερον, κατὰ συστάσεις τε γινόμενοι ἐμέμφοντο ἀλλήλους τῆς ὅλης ἀτολμίας, εἰ χεῖράς τε ἔχοντες καὶ βαστάζοντες ὅπλα μαλακίας τοιαύτης ἀκούειν ἀνέχονται, δι' ἧς πόλεις ἅπασαι καὶ ἡ πᾶσα Ῥωμαίων ἰσχὺς ἐξαπόλωλε, πάντων ἐπ' ἐξουσίας περικοπτόντων, ἃ βούλοιντο. Τοῦτον ὁ Μαρτινιανὸς συνελόμενος τὸν θροῦν, πέμπει Ζήνωνι λέγων ὅτι δεῖ τὸ στρατόπεδον ὡς τάχιστα διαλύειν, μή τι καὶ νεώτερον συνεστηκότες ἐργάσωνται. Πέμψας οὖν ἐκέλευεν ἀπιέναι ἑκάστους ἐπὶ τὰ χειμάδια, ὡς πρὸς τὸν Θευδέριχον ἐσομένης εἰρήνης. Οἱ [δὲ] τὸν χάρακα ἔλυσαν· καὶ ἀπῆλθον οἱ πλείους τῇ διαλύσει ἀχθόμενοι, καὶ ὅτι θᾶττον αὐτοῖς χωρισθῆναι συνέβη, πρὶν ἄνδρα σκεψαμένους τοῖς κοινοῖς ἐπιστῆσαι, ὃς τῆς παρούσης λύμης ἀναστάσθαι τὴν πολιτείαν ὁπωσοῦν δυνήσεται.

17. (an. 479.)

Exc. De leg. Rom. p. 90. 91 : Ὅτι Ζήνων, ἐπεὶ διέλυσε τὴν στρατιάν, πέμπει πρὸς Θευδέριχον, τὴν εἰρήνην συνθέσθαι πρὸς αὐτὸν, ὅπως καὶ δύναιντο. Ἐν δὲ τούτῳ συστρέψας τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ὁ παῖς ὁ Βαλαμήρου ἐπὶ τὰ πρὸς Ῥοδόπην παραγίνεται μέρη, καὶ κατατεινάμενος (κατασινάμενος Val.) τὰ κάλλιστα τῆς χώρας τῶν Θρᾳκῶν ἅπαντα, καὶ εἴ τι ἦν κτηνικὸν ἁφαρπάζει. Ἐξέτριψε δὲ ἅπαν τὸ αὐτόθι γεωργοῦν, κτείνων τε καὶ εἰσπράττων (σπαράττων Bekk.) ὅσα μὴ φέρειν ἠδύναντο (ἠδύνατο em. Bekk.). Θευδέριχος δὲ ταῦτα ἀκούσας γινόμενα, ἥδεσθαι μὲν ἔλεγεν, ὅτι φίλος αὐτῶν καὶ υἱὸς λεγόμενος ταῦτα αὐτοὺς ὁρᾷη, ἄχθεσθαι μέντοι, ὅτι τῆς ἐκείνων ἀνοίας ἐν τοῖς γεωργοῖς βλέπει γινομένην τὴν δίκην, ὧν οὐδὲ φθειρομένων Ζήνωνά γε ἡ Βτρίναν οὐδ' ὁπωσοῦν ἐπιστρέφεσθαι. Ὡς δὲ ἦλθον οἱ πρέσβεις, τίθενται τὴν εἰρήνην ἐφ' ᾧ τε μυρίοις μὲν καὶ τρισχιλίοις ἀνδράσιν, οἷς θέλοι Θευδέριχος, συντάξεις τε καὶ τροφὴν χορηγεῖν βασιλέα, δυοῖν δὲ αὐτὸν σχολαῖν προβάλλεσθαι ἄρχοντα, ἀπολαβεῖν δὲ αὐτοῦ τὴν οὐσίαν, ὅσην πρότερον εἶχεν, λαβεῖν δὲ τὴν ἑτέραν τῶν δύο στρατηγιῶν τῶν περὶ βασιλέα, καὶ ἔχειν τὰς ἀξίας, εἰς ἃς ἤδη προῆκτο ὑπὸ τοῦ Βασιλίσκου. Περὶ δὲ τῶν κηδεστῶν, εἰ μὲν ἐτελεύτησαν, ὡς ἔλεγεν ὁ Ζήνων, μηδὲν εἶναί οἱ πρᾶγμα· εἰ δὲ ζῶσι, λαβόντας ἥνπερ εἶχον οὐσίαν, οἰκεῖν πόλιν, ἣν αὐτὸς δοκιμάσειε Ζήνων. Ταῦτα ὡς συνέδοξε, παύσας τὸν Βαλαμήρου τῆς ἀρχῆς ὁ βασιλεὺς στρατηγὸν ἀντ' ἐκείνου Θευδέριχον ποιεῖται, καὶ χρήματα ἔπεμψεν, ὅσα ἔδει αὐτίκα διανεῖμαι τοῖς Γότθοις.

---

se ad hoc compararunt, ut talem se unusquisque ostendere studeret, qualem imperator merito suo plurimi faceret. Et tam ardentibus animis ad pugnandum profecti sunt, ut qui antea militiæ vacationem a ducibus pecunia redemerant, pecunias, ut sibi in hostes exeundi potestatem facerent, numerarent. Itaque et exploratores, a Thendericho præmissos, vivos ceperunt, et cohortem, quæ Valamiri filii custodiam agebat et usque ad longos muros progressa erat, opportune depulerunt. Sed non multo tempore res steterunt, quin Zeno ad pristinam naturam rediret et ad insitam ignaviam delaberetur. Ex quo milites indignati, per turbas coeuntes, sese invicem ignaviæ accusabant, quod manus habentes et arma gestantes tantæ mollitiei, quæ omnes civitates et omnes Romanorum vires pessumdaret, obsequi sustinerent, neque quisquam omnis generis contumeliis abstinuit. Hunc motum quum Martinianus intellexisset, ad Zenonem mittit suadens, ut quam citissime fieri posset, exercitum, ne quid novarum rerum moliretur, dissolveret. Ad quem Zeno remisit, et jussit, ut unusquisque militum, tanquam cum Theudericho pax futura esset, in hiberna concederet. Itaque castra solverunt; quam castrorum solutionem plerique iniquo animo ferentes abierunt: maxime quod discedere cogerentur, antequam virum summæ rerum præfecissent, qui rem publicam ab eversione et interitu vindicare posset.

17. Zeno, exercitu misso facto, mittit ad Theudechum (Triarii f.), ut pacem inter se, quomodo possent, facerent. Inter hæc (*Theuderichus*) Valamiri filius, contractis copiis suis, ad Rhodopen montem processit et fertilissima quæque Thraciæ loca vastans, omnia pecora rapuit; agricolas agris suis expulit, occidens et corrumpens quæ auferre non poterat. Hæc ubi facta Theuderichus (Triarii f.) audivit, se quidem lætari dixit, cum qui amicus et filius ab iis appellaretur, talia in ipsos perpetrare, tamen moleste ferre, quod videret agricolas ob illorum dementiam plecti et pœnas dare, quos in summam calamitatem redigi nihil morari Zenonem aut Verinam. Ubi vero legati venerunt, pacem fecerunt: ut tredecim hominum millibus, quos Theuderichus (Triarii f.) vellet, imperator stipendia et commeatus præberet: duabus scholis ipse dux præficeretur: ut omnes facultates, quas prius habuerat, illi restituerentur; et ut alterum ex duobus exercitibus, qui circa imperatorem sunt, duceret, et easdem dignitates, quas sub Basilisco obtinuerat, recuperaret. De affinibus, si mortui essent, ut Zeno diceret, nihil amplius negotii esse; si superstites, omnia bona, quæ eorum fuissent, eos recuperaturos, et eam civitatem, quam Zeno arbitratus fuerit, habituros esse. Hæc ubi conventa sunt, imperator, abrogato Theudericho, filio Valamiri, magistratu, in ejus locum suffecit Theudechum, Triarii filium. Et pecunias misit, quæ confestim debebant distribui Gothis.

18. (an. 479.)

Exc. De leg. Rom. p. 78—86: Ὅτι ὁ Βαλαμήρου ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων στρατηγῶν πολλοὺς τῶν ἰδίων ἀποβαλών, οὐ μικρὰν ἔχων ὀργὴν τῷ [ἐπὶ τῷ Nieb.] πάθει ἀπέδραμεν, ἀφειδῶς ὅ τι ἐν ποσὶν εὕροι καίων τε καὶ φονεύων, καὶ τὴν πρώτην τῆς Μακεδονίας πόλιν, τοὺς Στόβους, ἐπόρθησε, καὶ τῶν γε στρατιωτῶν τῶν ταύτῃ ἐμφρουρούντων τοὺς ἀντιστάντας ἀπέκτεινεν. Ὡς δὲ τῇ Θεσσαλονίκῃ ἐγγύθεν ἐφεδρεύων ἠγγέλθη ὁ βάρβαρος, αὐτίκα οἱ πολῖται νομίσαντες ἐκ δόλου τὰ ἐν τῇ προτεραίᾳ ἀνεγνῶσθαι γράμματα καὶ τὴν πόλιν βούλεσθαι Ζήνωνά τε καὶ αὐτὸν ἐκείνῳ παραδοῦναι, συστραφέντες ἐν σφίσιν αὐτοῖς τὰς τοῦ Ζήνωνος στήλας καταβάλλουσι πάσας, καὶ αὐτὸν ὁρμήσαντες τὸν ἔπαρχον (ὕπαρχον Nieb.) ἕτοιμοι διασπάσαι ἦσαν. Οἱ δὲ κομισάμενοι πῦρ ἐπὶ τὸ ἀρχεῖον ἐμπιπράναι ἔμελλον, εἰ μὴ ὑποθόμενοι τά τε ἱερὰ γένη καὶ οἱ ἐν ταῖς ἀξίαις ἐξήρπασάν τε αὐτὸν τῆς ὀργῆς τῆς τοῦ δήμου, καὶ τὸ ἀτακτοῦν λόγοις πραέσι κατέστειλαν, λέγοντες, οὔτε αὐτὸν αἴτιον εἶναι τούτου, οὔτε τὸν βασιλέα τῇ πόλει τι δυσχερὲς ἢ κακὸν βεβουλεῦσθαι, τῆς τε πόλεως χρῆναι ποιήσασθαι φυλακὴν, ὅτῳ ἂν ἐθέλωσι καὶ ὃν ἡγοῦνται πιστὸν ἐπιτρέποντες ταύτην. Οἱ δὲ τὰς κλεῖς τῶν πυλῶν ἐκ τοῦ ὑπάρχου λαβόντες τῷ ἀρχιερεῖ ἔδοσαν, καὶ ἀπὸ τῶν ἐνόντων φρουρὰν ἐπενόησαν, ὡς ἠδύναντο, πλείστην, καὶ τὸν στρατηγὸν ἔστεργον. Ἐν δὲ τούτῳ ὁ Ζήνων πυθόμενος τὸν κατέχοντα κίνδυνον, καὶ ἰδὼν, ὡς, οὐδενὸς βουλομένου μάχεσθαι, ἄριστον εἴη σπονδαῖς ὡς ἐν κακοῖς μετρίαις τῆς τῶν πόλεων φθορᾶς ἐπισχεῖν τὸν βάρβαρον, Ἀρτεμίδωρον πέμπει καὶ Φωκᾶν τὸν ὅτε ἦν στρατηγὸς γραμματέα αὐτῷ τῆς ἀρχῆς ὄντα. Οἱ ἐλθόντες ἔλεγον, ὅτι « Σὲ ὁ βασιλεὺς φίλον ἐποιήσατο, καὶ ἀξίαις, αἳ εἰσι λαμπρόταται Ῥωμαίοις, σεμνῶς ἐπεκόσμησε, καὶ ἄρχειν τῶν μεγίστων ταγμάτων ἐποίησεν, οὐδὲν οἷάπερ ἀνδρὶ ἀπιστήσας βαρβάρῳ. Σὺ δὲ, οὐκ ἴσμεν ὅπως, ταῖς τῶν κοινῶν δυσμενῶν ἀπάταις ὑπαχθεὶς τά τε ὑπάρχοντά σοι ἀγαθὰ διέφθειρας, καὶ τῆς εὐδαιμονίας τῆς σῆς ἄλλον ἐποίησας, ὡς οὐκ ἔδει σε (sic Bekk.; ἔδεις vgo), κύριον. Οὐκ ἂν δίκαιος εἴης τῷ βασιλεῖ ἐγκαλῶν, ὢν εἰς ἑαυτὸν ἅμα καὶ εἰς ἐκεῖνον ἐξήμαρτες. Νῦν οὖν ἐπειδὴ σαυτὸν εἰς τοῦτο κατέστησας, ὑπόλοιπόν σοί ἐστιν ἐκ τῆς παρούσης τύχης τῆς τε κατὰ τῶν ἐθνῶν καὶ τῶν πόλεων βλάβης ἐπισχεῖν [ὡς] οἷόν τε, πέμποντα δὲ πρεσβείαν πειρᾶσθαί τι μέτριον παρὰ τοῦ βασιλέως ἀγαθοῦ ὄντος εὑρίσκεσθαι. » Ὁ δὲ πεισθεὶς ἄνδρας μὲν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον σὺν αὐτοῖς ἀποπέμπει, αὐτὸς δὲ τοῦ μὲν καίειν ἢ φονεύειν τοὺς ἀνθρώπους ἀνεῖργε τὸ στράτευμα, οὐ μέντοι ἐδύνατο πάντων ὄντας ἀπόρους τὰ γοῦν ἐπιτήδεια ἐκπορίσαι κωλύειν. Καὶ δὴ προϊὼν ἦλθεν ἐπὶ τὴν Ἡράκλειαν τὴν ἐν Μακεδονίᾳ, καὶ τοῦ ἀρχιερέως τοῦ ἐν ταύτῃ [τῇ] πόλει πολλὰ καὶ παντοδαπὰ τῇ στρατιᾷ καὶ αὐτῷ ἀποστείλαντος δῶρα, τήν τε χώραν ἀπαθῆ πᾶσαν διεφύλαξε, καὶ οὐδὲν τοὺς οἰκοῦντας ἐνταῦθα παρελυπῶν ἐκ τῶν ταύτῃ μόρων (μερῶν Hœsch., φόρων Nieb.) τὸ πλῆθος ἐπιεικῶς ἐπειρᾶτο διάγειν. Εἰς δὲ τὸ Βυζάντιον ὡς ἦλθον οἱ

18.

Theuderichus, Valamiri filius, multis suorum a Romanis ducibus cæsis, non parum iracundiæ ob acceptam cladem animo conscivit, et fugiens quicquid ante pedes suos offendit, ussit et necavit, et primam, quæ illi obvia fuit, Macedoniæ urbem, Stobos, evertit, et militum, qui illic in præsidiis erant, omnes, qui resistere audebant, interfecit. Ut vero nuntiatum est, barbarum Thessalonicen petere, statim urbis incolæ ad fraudem faciendam litteras pridie recitatas esse suspicati, et Zenonem ipsumque præfectum habere in animo, urbem barbaro tradere, seditione facta, ejus statuas dejiciunt, et præfectum aggressi, ad ipsum mulcandum parati erant, et prætorium, igne illato, incendissent, nisi ordo sacra procurantium et magistratus prævenientes, populi iræ præfectum subduxissent et furorem plebis blandis verbis compescuissent. Dicebant enim, eum non esse horum malorum causam, neque imperatorem male consultum civitati velle, aut illi adversa cupere. Oportere sane diligentem custodiam civitatis agere, eamque committere cui voluerint quemque sibi fidum esse cognoverint. Itaque claves civitatis a præfecto acceperunt, et archiepiscopo tradiderunt, tum ex iis qui tum temporis in urbe erant, quam diligentissimam potuerunt custodiam instituebant, et duci suo obtemperabant. Interea Zeno quum audiret imminens periculum, et videret, optimum esse, quandoquidem nemo pugnare volebat, conditionibus ut *in dubiis* rebus æquissimis barbarum ab urbium ruinis et excidiis avertere, Artemidorum mittit et Phocam, qui Zenonis, quum dux erat, scriba fuerat. Ili progressi tali sunt oratione usi: « Te imperator amicum conciliavit, et dignitatibus, quæ sunt apud Romanos clarissimæ, magnifice ornavit, etiam imperare maximis exercitibus dedit, tibi, homini licet barbaro, minime diffidens. Tu vero, nescimus quomodo, communium inimicorum fraude et dolo inductus, in discrimen te fortunasque tuas conjecisti et eas ad alium, ad quem non debebas, detulisti. Et vero haudquaquam jure imperatori imputes ea quæ in te ipsum et in illum deliquisti. Nunc igitur, quoniam eo te redegisti, hoc tibi quantum ad præsentem fortunam reliqui est, ut ab injuria et damnis urbibus et gentibus inferendis, quantum in te erit, temperes, et legationem mittas, qua apud imperatorem, qui bonus est, moderatum quid et æquum obtinere coneris. » Ille vero persuasus, viros quosdam una cum ipsis Byzantium mittit. Et ipse quidem exercitum suum urere et occidere homines vetuit, etsi suos, quum omnium rerum essent egeni, quominus res necessarias sibi compararent, prohibere non potuit. Hinc movens ad Heracleam (Sinticam) Macedoniæ pervenit. Hujus urbis archiepiscopus, quum quam plurima et diversi generis munera ad eum et ejus exercitum misisset, omnem regionem a direptione illæsam conservavit, neque quicquam molestiæ exhibens locorum incolis, copias suas ex reditu hujus regionis alere operam dedit. Legati autem ab eo missi simulatque Byzantium accesserunt, imperatorem monuerunt oportere, quam celer-

παρ' αὐτοῦ σταλέντες πρέσβεις, ἔλεγον ὅτι δέοι ταχέως περὶ πάντων αὐτοκράτορα αὐτῷ πρεσβευτὴν ἀποστεῖλαι, ὡς οὐχ οἵῳ τε πλῆθος ἄπειρον εἴργειν ἐπὶ πλείονα χρόνον τῆς ἀφ' ὧν ἂν δύναιντο βλάβης. Ὁ δὲ Ἀδαμάντιον τὸν Βιβιανοῦ παῖδα, πατρίκιόν τε ὄντα καὶ πολιαρχήσαντα, προσθεὶς αὐτῷ καὶ τιμὴν ὑπατικὴν, ἔπεμψε παραγγείλας, χώραν μὲν αὐτῷ δοῦναι ἐν Παυταλίᾳ, ἡ τῆς μὲν Ἰλλυρικῆς μοίρας ἐστὶν ἐπαρχία, οὐ πολὺ δὲ ἀπέχουσά τῶν εἰσβολῶν τῆς Θρᾴκης, ὅπως, εἴτε Θευδέριχος ὁ Τριαρίου ἐγχειροίη τι κινεῖν, ἔφεδρον ἔχοι αὐτὸν ἐγγύθεν κατ' ἐκείνου, εἴτε αὐτὸς ταράττειν τὰ συγκείμενα θέλοι, ἐν μέσῳ αὐτὸν ἔχων τῶν τε Ἰλλυριχῶν καὶ τῶν Θρᾳκίων δυνάμεων εὐκολώτερον αὐτοῦ περιεῖναι δύναιτο. Εἰ δὲ τροφῶν ἀπορεῖν τῷ στρατεύματι λέγοι τὸν παρόντα ἐνιαυτὸν, ἅτε μήτε ἐν σπόροις μήτε καρποῦ ἐλπίδα ἔχων ἐν Παυταλίᾳ, ἔδωκε λίτρας χρυσίου ἀπιόντι διακοσίας, ἃς ἐκέλευε δόντα τῷ ὑπάρχῳ τῷ ἐκεῖ ποιῆσαι τὴν δαπάνην αὐτοῖς εἰς Παυταλίαν χορηγῆσαι τὴν ἐπαρκοῦσαν. Ἔτι δὲ τοῦ πρεσβευτοῦ ὄντος ἐν Βυζαντίῳ, στρατιῶται συστάντες ἐν Θεσσαλονίκῃ τὸν ὕπαρχον Ἰωάννην προϊόντα φυλάξαντες ξιφήρεις ὥρμησαν· καὶ ὡρίσθη παρὰ τῶν (τοῦ Bekk.) Ζήνωνος Ἀδαμάντιος, καὶ ταῦτα κατέστησεν. Ὁ δὲ Βαλαμήρου, ἐν ᾧ τὰ τῆς Θεσσαλονίκης ἐγένετο, περὶ Ἡράκλειαν ἔμενεν, καὶ ἐπὶ τὴν Ἤπειρον πέμπει πρὸς Σιδιμοῦνδον, ἐκ μὲν τῆς αὐτῆς φυλῆς τὸ ἀνέκαθεν ὄντα, δοκοῦντα δὲ τότε εἶναι Ῥωμαίοις ὑπόσπονδον, καὶ ἐν τῇ κατ' Ἐπίδαμνον Ἠπείρῳ χώραν τε νεμόμενον καὶ εὐδαίμονα κλῆρον, καὶ παρὰ βασιλέως δεχόμενον συντάξεις. Ἀνεψιὸς δὲ ἦν οὗτος Αἰδοίγγου, Βηρίνης τε μάλιστα ὄντος οἰκειοτάτου καὶ τὴν τῶν λεγομένων δομεστίκων ἀρχὴν ἄρχοντος, μεγάλην τινὰ οὖσαν τῶν περὶ βασιλέα. Πρὸς τοῦτον οὖν ἔπεμπε, τῆς τε παλαιᾶς αὐτὸν συγγενείας ἀναμιμνήσκων, καὶ ἀξιῶν ἐξευρεῖν καὶ συμπρᾶξαι τρόπον, δι' οὗ τῆς τε Ἐπιδάμνου καὶ τῆς ἄλλης Ἠπείρου δυνηθείη κρατήσας στῆναι τῆς πολλῆς πλάνης, καὶ ἱδρύσας ἑαυτὸν ἐν πόλει καὶ τείχεσιν ἐντεῦθεν ὡς ἂν διδῷ δέχεσθαι τὸ συμβαῖνον. Σιδιμοῦνδος δὲ ταῦτα παρ' αὐτοῦ δεξάμενος, καὶ βάρβαρος βαρβάρῳ συνοικεῖν ἢ Ῥωμαίοις ἡγησάμενος κρεῖττον, ἐλθὼν εἰς Ἐπίδαμνον καὶ ἰδίᾳ μετιὼν τῶν πολιτῶν ἕκαστον ὡς ὄῆθεν κατ' εὔνοιαν συνεβούλευεν αὐτοῖς, ἅ τε ἕκαστος ἔχει, θᾶττον ὑπεκτίθεσθαι, καὶ αὐτοὺς ἢ εἰς νήσους ἢ πόλιν ποι σώζεσθαι λέγων, ὡς βάρβαρος ἐπὶ ταύτην ὥρμηται, καὶ ὅτι τῷ βασιλεῖ ταῦτα δοκοῦντά ἐστι, καὶ ὡς Ἀδαμάντιος ἐπὶ ταῦτα πεμφθείη· κρεῖττον οὖν εἶναι αὐτοῖς, ἕως ἔτι ἄπεστιν, κατὰ πλείονα σχολὴν τὰ κατ' αὐτοὺς διοικήσασθαι. Ταῦτα καὶ τοῖς στρατιώταις [λέγων Nieb.] τοῖς ἐκεῖ φυλάττουσιν, οὖσιν ὡς δισχιλίοις, οἳ καὶ ἀμύνασθαι ἐπιόντα πρός γε τὸ παραχρῆμα ῥᾳδίως ἠδύναντο, ἔπεισεν ὁμοῦ πάντας ἐκλιπεῖν Ἐπίδαμνον, καὶ λέγων καὶ ταράττων, καὶ φήμην ἀεὶ καινὴν πειρώμενος ἐμβάλλειν, καὶ ὅτι βασιλεῖ ἀπεχθήσονται μᾶλλον ἀντιστῆναι θέλοντες, καὶ πρὸς τὸν Βαλαμήρου εὐθέως ἐπέστελλεν, ὡς τάχος ἐπείγεσθαι. Ὁ δὲ τὸ τοῦ Σιδιμούνδου ἐπέμενε δήλωμα, καὶ τὴν αὐτοῦ ἀδελφὴν νόσῳ κατεχομένην, ἐξ ἧς ἐτελεύτησε. Φανερὰν μέντοι τῆς

---

rime fieri posset, legatum mittere idonea auctoritate instructum. Nec enim in ejus potestate esse, longo tempore tantam militum turbam a damnis pro libidine inferendis continere. Quamobrem imperator misit Adamantium, Viviani filium, patricium et olim urbi præfectum, quem etiam dignitate consulari auxit, jussitque regionem in Pautalia illi assignare, quæ Illyricæ partis est provincia non longo intervallo distans ab ingressu Thraciæ. Quod eo consilio faciebat, ut, si qua Theuderichus, Triarii filius, se commovere susciperet, illum adversarium huic oppositum sciret, atque etiam, si alter pacta violare et pacem turbare vellet, quum inter duos exercitus, Illyricum et Thracium, degeret, cum facilius opprimere posset. Quodsi hoc anno exercitum suum inopia laborare Theuderichus diceret, propterea quod nullum semen terris mandatum esset, neque ullam spem percipiendorum in Pautalia fructuum haberet, dedit Adamantio proficiscenti ducentas auri libras, quas jussit regionis illius præfecto tradere, ut eas ad convehendos in Pautaliam commeatus, qui illis alendis satis essent, impenderet. Quum legatus adhuc esset Byzantii, milites, qui Thessalonicæ in præsidiis erant, Joannem præfectum, qua exiret, observantes gladiis aggressi sunt. Huic negotio finem imposuit Adamantius ex præscripto Zenonis et hæc pacavit. Dum hæc Thessalonicæ gerebantur, Theuderichus, Valamiri filius, circa Heracleam commoratus, in Epirum ad Sidimundum mittit. Is, ex eodem genere et majoribus ortus, tunc temporis credebatur Romanorum amicus esse. Etenim regionem circa Epidamnum incolebat, quæ illi ex hereditate opulenta obvenerat, et sub imperatore stipendia merebat. Erat hic Ædoingi patruelis, qui valde familiariter Verina utebatur, et eos, qui domestici vocantur, regebat, quæ dignitas magnam habet in regia auctoritatem. Ad hunc igitur misit, antiquam cognationem in memoriam revocans et orans, ut viam reperiret et efficeret, qua Epidamno et reliquæ Epiri dominatu potiretur, ubi post tot errores consistere posset, et suis rebus urbe et mœnibus firmatis, casus quos fortuna daret, exspectaret. Ut Sidimundus hæc ab illo accepit, barbarus cum barbaro conjungi, quam cum Romanis, satius esse duxit. Itaque Epidamnum venit, et privatim unumquemque civium circumiens, tanquam ipsorum saluti providens, consilium dedit, ut omnia, quæ quisque haberet, exportaret, et se suaque omnia in insulas, aut in aliquam aliam urbem conferret : barbarum enim quam primum Epidamnum invasurum : sic enim imperatorem decrevisse, qui ad eam rem exsequendam Adamantium miserit. Itaque melius esse per otium, dum nondum adesset, rebus suis prospicere. Erant quoque in ea urbe in præsidiis militum duo millia, qui barbari primum impetum repellere potuissent. His quoque multum dicendo et terrorem injiciendo et quotidie novos rumores spargendo persuasit, ut urbem Epidamnum desertam relinquerent. Alebat enim, eos, si resistere auderent, magis imperatoris voluntati adversaturos. Mox quo celerius Theuderichus accederet, ad eum misit ; is circa Heracleam consederat, et quid sibi

καθίδρας πρόφασιν ἐποιεῖτο τὴν τοῦ πρεσβευτοῦ παρὰ Ζήνωνος ἄφιξιν καὶ τὸ βούλεσθαι μαθεῖν ὅπως πρὸς αὐτὸν ἔχει τὰ ἐκ τοῦ βασιλέως. Ἐπεὶ δὲ τὴν ἀδελφὴν μὲν ἀποθανοῦσαν ἔθαψεν, τὰ δὲ παρὰ Σιδιμούνδου ἀπήντησε καλοῦντα, πρὸς τοὺς Ἡρακλειώτας ἐκλιπόντας μὲν τὴν πόλιν, ἐς φρούριον δὲ ἰσχυρὸν ἀνασκευασαμένους, πέμψας ἀπήτει σῖτον πολύν τινα καὶ οἶνον, ὅπως τῷ στρατῷ ἔχοι ἀπιὼν ἐφόδια. Οἱ δὲ οὐδὲν ἔφασαν αὐτῷ δύνασθαι . . . ἐν τοσαύταις ἡμέραις λέγοντες, ὅσον εἶχον ἐπὶ φρουρίῳ γε μικρῷ δεδαπανῆσθαι. Ὁ δὲ πρὸς ὀργὴν τὰ πλεῖστα τῆς πόλεως ἐμπρήσας, ἀνδρῶν οὔσης ἐρήμου, εὐθὺς ἀπανίσταται. Καὶ κατὰ τὴν δύσοδον καὶ στενὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ τὴν νέαν λεγομένην Ἤπειρον ἀπάγουσαν ἀναστήσας ἤλαυνε, καὶ προπέμπει τοὺς ἱππεῖς τὰ ἄκρα τῇ στρατιᾷ προκαταληψομένους, καὶ ἕως ἀνέλπιστοί εἰσι κατ' ἐκεῖνα χωρήσειν, ἐξ ἐφόδου ἀθρόας ἐκκρούσοντας τὴν φυλακήν, ἥτις ἦν αὐτόθι. Οἱ δὲ ὡς ἀνέδησαν, οἱ ἐπὶ τῷ τειχίῳ φρουροῦντες στρατιῶται τό τε πλῆθος ἰδόντες καὶ πρὸς τὸ αἰφνίδιον αὐτῶν καταπλαγέντες οὔτε ἐς ἀλκὴν ἔτι τραπέσθαι ὑπέμειναν, οὔτε λογισμὸν ἔσχον ἀποζεῦξαι τὸ τείχισμα, ἀλλ' ὥρμησαν φεύγειν, ὑπὸ τῆς ἐκπλήξεως ἀπερίοπτοι πάντων [τῶν] εἰς τὸν τότε καιρὸν ὠφελῆσαι δυναμένων. Οἱ δὲ κατὰ πολλὴν ἐρημίαν προσιόντες ἐχώρουν, ἐπὶ τοῦ στόματος αὐτὸς ὁ Θευδέριχος, Σόας δὲ ὁ μέγιστος τῶν ὑπ' αὐτὸν στρατηγῶν κατὰ τὸ μέσον εἶχε, Θευδιμοῦνδος δὲ ὁ ἕτερος τῶν Βαλαμήρου παίδων ἐπὶ τῇ οὐραγίᾳ. Θευδέριχος μὲν οὖν προκαταβὰς καὶ θαρσῶν, ὡς οὐδεὶς ἦν αὐτοῖς ἐφεπόμενος, τοῖς ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν καὶ τοῖς ἄλλοις σκευοφόροις εἶπεν προχωρεῖν· αὐτὸς δὲ ἠπείγετο φθάσαι προκαταλαβὼν ἣν ἂν δύναιτο πόλιν. Καὶ πρὸς μὲν τὴν Λυχνηδὸν ἐπελθὼν ἀπεκρούσθη, ἐπὶ ὀχυροῦ χειμένην καὶ πηγῶν ἔνδον πλήρη, καὶ σίτου προενόντος. Ἀναστὰς δὲ ἐκεῖθεν τήν τε Σκαμπίαν αἱρεῖ, τῶν οἰκητόρων αὐτὴν πάλαι ἐκλελοιπότων, καὶ ἐξ αὐτῆς ὁρμήσας Ἐπίδαμνον λαμβάνει. Ἀδαμάντιος δὲ ταῦτα πυθόμενος προπέμπει τῶν ἱππέων τῶν βασιλείων τινὰ, οὓς μαγιστριανοὺς καλοῦσι, μεμφόμενός τε αὐτῷ παρὰ τὴν ὑπόσχεσιν τῆς πρεσβείας ποιοῦντι, καὶ κελεύων ἡρεμεῖν καὶ μήτε πλοῖα λαβεῖν, μήτ' ἄλλο τι τῶν παρόντων πλέον νεωτερίσαι, ἕως ἂν αὐτὸς ἔλθῃ· ἀποστεῖλαι δὲ καὶ ἄνδρα, ὅστις τὰ πιστὰ δώσει τῆς μετὰ τὴν πρεσβείαν αὖθις ἀναχωρήσεως καὶ τῆς ὅλης ἀδείας. Ταῦτά τε πρὸς ἐκεῖνον ἐπέστελλε, καὶ αὐτὸς ἅρας ἀπὸ Θεσσαλονίκης ἔρχεται εἰς Ἔδεσσαν, ὅπου ἦν Σαβινιανὸς, σὺν δὲ αὐτῷ καὶ Φιλόξενος. Καὶ τάς τε δέλτους αὐτῷ παρέχουσι, καὶ στρατηγὸν ἀποφαίνουσι, καὶ περὶ τῶν παρόντων εὖ διεβουλεύοντο. Καὶ τὸ μὲν ἐπιχειρεῖν τοῖς βαρβάροις πορευομένοις οὐκ ἀσφαλὲς ἐδόκει, ὀλίγων μὲν συνόντων αὐτῷ Σαβινιανῷ μισθοφόρων οἰκείων, τῆς δὲ δημοσίας στρατιᾶς καὶ τῶν κοινῶν ταγμάτων τῶν μὲν διεσπαρμένων κατὰ πόλεις, τῶν δὲ μετὰ τοῦ στρατηγοῦ Ὀνούλφου (ὁ εὐούλφου vgo) ἀκολουθούντων. Ἐδόκει δὲ πέμπειν ἀπανταχοῦ προστάγματα συγκαλοῦντα τοὺς στρατιώτας, καὶ τὸν στρατηγὸν ἐληλοῦντα προ-

---

nuntii a Sidimundo veniret, et propter morbum sororis, quæ paullo post decessit, exspectabat. Suæ autem moræ causam palam legatum esse simulavit, quem ad eum Zeno miserat, quia ex eo, quo animo in se esset imperator, intelligere cuperet. Nec multo post, quum sororem suam mortuam efferret, a Sidimundo nuntius occurrit, qui eum arcesseret. Tum ad Heracleotas, qui urbem reliquerant et se in arcem munitissimam receperant, misit qui peterent magnam frumenti vim et vini, ut discedens viaticum, quod alendo exercitui sufficeret, haberet. Illi autem responderunt, nihil sibi restare commeatuum, quos largiri possent; etenim quos habuissent tot diebus in parvo castello consumpsisse. Ille ira exarsit, et urbis, quæ ab hominibus vacua erat, quam plurima loca incendit, et confestim motis castris, via ardua et angusta, quæ ad Novam Epirum ducebat, perrexit. Tum equites præmittit, qui juga montium prius occuparent, ut, quum nemo suspicari posset, eos per ea loca progressuros, præsidia, si qua essent, impetu derepente facto depellerent. Qui pro mœnibus urbis præsidia agebant, ut multitudinem hostium conspexerunt, subito casu perterriti, neque resistere ausi sunt, neque illis tantum animi et prudentiæ fuit, ut propugnaculum occluderent, sed in fugam conversi præ pavore nihil, quod utile esset, attenderunt. Hostes autem per loca hominibus vacua et deserta progrediebantur. Theuderichus erat inter primos, Soas a Theudericho secundum in exercitu gradum tenebat, et medium agmen ducebat, Theudimundus, alter ex Valamiri filiis, extremum. Theuderichus valde audax et confidens, ut neminem, qui sibi resisteret, obviam fieri vidit, eos, qui apud currus et cetera impedimenta erant, procedere jussit. Ipse præibat, ut quamcunque posset urbem præveniendo caperet. Ad Lychnidum accedens est repulsus. Erat enim difficili loco sita et fontium et scaturigine plena, et convecto prius frumento abundabat. Hinc movens, Scampiam, quam jamdudum incolæ reliquerant, diruit, et inde progressus impetu facto Epidamnum occupat. Quod ubi cognovit Adamantius, mittit unum ex equitibus imperatoris, qui cum eo expostularet, quod contra id, quod missa legatione promiserat, faceret, et juberet ab incepto desistere neque naves sumere, aut quicquam aliud novarum rerum tentare, donec adventaret: denique virum ad se mittere, qui sibi tuti post peractam legationem reditus et reliquæ securitatis fidem præstaret. Hæc quum ad eum Adamantius mandata dedisset, ipse, Thessalonica relicta, Edessam venit et una cum eo Philoxenus. Erat Edessæ Sabinianus, cui litteras imperatoris reddidérunt quemque ducem crearunt, ceteraque omnia ordine administrarunt. Sed barbaros recedentes persequi minime tutum visum est. Sabiniano enim pauci milites mercenarii ex ejus domesticis et familiaribus aderant. Nam qui publice merebant et ordinariis legionibus adscripti stipendia faciebant, quum per urbes dispersi, tum Onulfum, ducem suum, secuti, abierant. Itaque visum est edicta, quibus milites undique evocarentur, proponere, et ducem legatum, qui ea promulgaret, præmittere. Eo ipso tempore eques ab Adamantio missus reversus, una secum adducens barbarorum sacerdotem,

πέμπειν τὸν πρεσβευτήν. Ἤδη δὲ ὁρμωμένοις ὁ παρὰ τοῦ Ἀδαμαντίου προαπεσταλμένος ἱππεὺς ἀπαντᾷ, τὸν τῶν βαρβάρων ἔχων ἱερέα, ὃν οἱ Χριστιανοὶ καλοῦσι πρεσβύτερον, ὡς πίστιν τῆς ἀδείας αὐτῷ ἐπιθήσοντα. Ἔχοντες οὖν αὐτὸν σὺν αὐτοῖς ἠπείγοντο, καὶ ἀφικνοῦνται εἰς Λυχνηδόν. Τῶν δὲ ἐκ τῆς πόλεως τῶν ἐν ταῖς ἀξίαις (παλαιόπλουτός τε γὰρ αὕτη καὶ εὐδαίμων ἡ πόλις) καὶ τῶν ἄλλων ἀπαντησάντων, εἰσέρχονται ἐνταῦθα. Καὶ ἀποστέλλει πάλιν Ἀδαμάντιος εἰς Ἐπίδαμνον, κελεύων ἢ αὐτὸν τὸν Θευδέριχον εἴς τι τῶν περὶ Λυχνηδὸν χωρίων ἀπαντῆσαι μετ' ὀλίγων διαλεξόμενον αὐτῷ περὶ ὧν ἀπέσταλτο, ἢ εἰ βούλοιτο αὐτὸν ἐλθεῖν εἰς Ἐπίδαμνον, πέμψαι ὁμήρους εἰς Λυχνηδὸν Σόαν τε τὸν αὐτοῦ στρατηγὸν καὶ Δαγίσθεον, φυλαχθησομένους ἕως ἂν αὐτὸς ἐπανέλθῃ. Ὁ δὲ πέμπει μὲν τούτους, ἐκέλευσε δὲ αὐτοὺς περιμεῖναι ἐν Σκαμπίᾳ καὶ προαποστεῖλαι ἄνδρα, ὃς τὸν Σαβινιανὸν ὁρκώσει, ἢ μὴν ἐπανιόντος σώου τοῦ Ἀδαμαντίου καὶ αὐτὸν τοὺς ὁμήρους ἀπαθεῖς ἀποπέμψαι. Ὁ δὲ Σαβινιανὸς οὐκ ἂν ἔφη ὀμεῖσθαι· οὐδὲ γὰρ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ ὁμωμοκέναι ἐπ' οὐδενὶ πράγματι, καὶ τὸ πάλαι αὐτῷ δόξαν οὐκ ἂν νῦν καταλύσειν. Καὶ τοῦ Ἀδαμαντίου λέγοντος, ὡς ἀνάγκη συγχωρῆσαι τῷ καιρῷ ἢ ἄπρακτον εἶναι τὴν πρεσβείαν (οὐ γὰρ αὐτὸν ἀπελθεῖν μή τι καὶ ἐνέχυρον τοῦ σώματος λαβόντα), οὐδὲν μᾶλλον ἐπείσθη, ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν ἔφη εἰδέναι τὸ ἑαυτῷ πρακτέον, αὐτὸν δὲ οὐδὲν ποιήσειν παρὰ τὸν αὐτοῦ νόμον. Ἐνταῦθα Ἀδαμάντιος καταστὰς εἰς ἄπορον, λαβὼν στρατιώτας διακοσίους, δι' ὄχθων τε ἀβάτων καὶ δόου ἀδήλου μὲν τοῖς πολλοῖς, στενῆς δὲ καὶ ἀτριβοῦς καὶ τότε πρῶτον ἵππους, ὡς ἐλέγετο, δεξαμένης, ἀφ' ἑσπέρας ὁρμήσας καὶ κύκλῳ περιελθὼν ἔρχεται εἰς φρούριον Ἐπιδάμνου πλησίον ἐπὶ λόφου ὑψηλοῦ κείμενον καὶ ἄλλως ἄμαχον, ᾧ φάραγξ ὑπέκειτο βαθεῖα, καὶ παρὰ τὴν φάραγγα ποταμὸς βαθὺς ἔρρει. Ἐνταῦθα μεταπέμπεται τὸν Θευδέριχον. Καὶ ὁ μὲν ὑπακούσας ἔρχεται, καὶ τὴν ἄλλην στρατιὰν πόρρω καταστήσας σὺν ὀλίγοις ἱππεῦσι πρὸς τὸν ποταμὸν ἀφικνεῖται. Ἀδαμάντιος δὲ κύκλῳ περὶ τὸν λόφον τάξας στρατιώτας, ὅπως μὴ κύκλωσις παρ' ἐκείνου γένηται, ὑποκαταβὰς εἰς πέτραν, ἀφ' ἧς ἦν ἀκουστόν, καὶ κελεύσας κἀκείνῳ τοὺς ἄλλους ἀποπέμψαι, μόνος διελέγετο μόνῳ. Καὶ καταστὰς ὁ Θευδέριχος κατηγόρει Ῥωμαίων, ὡς ἐδόκει, δίκαια, λέγων ὅτι « ἐγὼ μὲν ἔξω τῆς ὅλης Θράκης διατρίβειν ᾑρούμην, πόρρω πρὸς τὴν Σκυθίαν, ὅπου μένων οὔτε ἐνοχλεῖν ἐνόμιζον οὐδένα, ἑτοίμως δὲ βασιλεῖ ὑπακούσεσθαι ἐντεῦθεν ἐς ὅ τι προστάξειεν. Ὑμεῖς δὲ καλέσαντες ὡς ἐπὶ τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Θευδέριχον, πρῶτον μὲν ὑπέσχεσθε τὸν τῆς Θράκης στρατηγὸν μετὰ τῆς δυνάμεως εὐθύς μοι παρέσεσθαι, ὃς οὐδαμοῦ ἐφάνη, ἔπειτα καὶ Κλαύδιον τὸν τοῦ Γοτθικοῦ ταμίαν σὺν τῷ ξενικῷ ἥξειν, ὃν οὐδὲ αὐτὸν εἶδον, τρίτον καὶ ἡγεμόνας ὁδῶν μοι δεδώκατε, οἳ τὰς εὐπορωτέρας τῶν ὁδῶν ἐάσαντες τὰς εἰς τοὺς πολεμίους φερούσας ἀπήγαγον δι' ὀρθίας ἀτραποῦ καὶ χρημνῶν ἀμφιρρόπων, ἐν οἷς παρὰ μικρὸν ἦλθον, σὺν ἱππεῦσί τε ἰὼν, ὡς εἰκὸς, καὶ ἁμάξαις καὶ στρατοπέδων κατασκευῇ, ἐπιθεμένοις ἡμῖν ἄφνω τῶν πολεμίων ἅμα τῷ ἐμῷ πλήθει παντὶ

---

quem Christiani presbyterum vocant, qui tuto Adamantium ad barbarum accedere fide sua interposita juberet, advenerat. Quem Sabinianus et Adamantius secum ducentes protinus discedunt et Lychnidum veniunt. Erat haec urbs jam olim opulenta et divitiis abundans : cujus magistratus et alii cives obviam illis prodierunt, et eos in eam introduxerunt. Hinc Adamantius denuo Epidamnum mittit, petiitque ut Theuderichus ad se circa Lychnidum cum paucis veniret, et de rebus, de quibus ad eum missus erat, secum colloqueretur, aut si illi videretur, ipsum Epidamnum accessurum, modo Soam, ipsius ducem, et Dagistheum obsides Lychnidum mitteret, qui illic asservarentur, dum salvus et incolumis remitteretur. Hos quidem barbarus mittit, sed Scampiæ subsistere et hominem ad Sabinianum præmittere jussit, qui Sabinianum jurejurando adigere, si salvus et incolumis Adamantius rediret, se quoque salvos et incolumes obsides dimissurum. Sed Sabinianus negavit se juraturum. Nec enim ulla de re antea se jurasse, neque opinionem apud animum suum a tam longo tempore inveteratam depositurum. Quum Adamantius diceret, necesse esse tempori cedere aut legationem irritam fore : nec enim se profecturum, nisi prius aliquod vitæ et salutis suæ pignus accepisset : Sabinianus tamen nihil movebatur. Et illum quidem ait scire, quid sibi facto opus sit, se quidem nihil quicquam contra legem, quam colat, commissurum. Hic quum Adamantius in dubio hæreret, assumptis ducentis militibus, per ripas inaccessas et viam multis incognitam neque antea initam, et quæ tunc primum equites admisisse dicitur, sub vesperam profectus circumeundo pervenit ad castellum Epidamno proximum, in prærupto tumulo situm, cui suberat fossa profunda, in quam altus fluvius influebat. Illuc Theuderichum arcessivit; et ille quidem obtemperans venit, et instructo longe a tergo cetero exercitu, cum paucis equitibus ad fluvium accessit. Adamantius autem, ne ullæ insidiæ tentarentur, undique in orbem circa collem milites collocavit, et descendens in saxum, unde exaudiri posset, et jubens barbarum omnes alios dimittere, solus cum solo est collocutus. Hic quum Theuderichus constitisset Romanos jure, ut videbatur, accusat. « Ego quidem, » inquit, « extra Thraciæ fines Scythiam versus vitam transigere constitueram. Hic mihi manenti et imperatori in omnibus obtemperare parato neminem vexare in mentem veniebat. Vos me ad bellum contra Theuderichum, Triarii filium, evocastis, et primum quidem Thraciæ ducem cum exercitu mihi præsto futurum promisistis : is nullibi gentium apparuit : deinde Claudium, procuratorem stipendii Gothici, cum extero milite adventurum, quem ipsum quoque nusquam vidi. Tertio mihi viarum duces dedistis, qui, tutis et expeditis omissis, per eas, quæ ad hostem ferebant, per prærupta et præcipitia loca me deduxerunt, in quibus parum abfuit, quum cum equitibus et curribus et reliquo castrorum apparatu iter facerem et hostes in me derepente irruerent, quin cum toto exercitu meo funditus interirem. Ex quo necessariam cum illis pactionem facere sum coactus,

ἀπολίσθαι καθάπαξ. Ἐνταῦθα ἀναγκαίαν ἐδιάσθην σύμβασιν πρὸς αὐτοὺς ποιήσασθαι· οἷς χρὴ πολλὴν χάριν ἔχειν, ὅτι ὑφ' ὑμῶν προδοθέντα δυνάμενοι καὶ διαφθεῖραι διέσωσάν γε ὅμως. » Ἀδαμάντιος δὲ τῶν τε τοῦ βασιλέως τιμῶν αὐτὸν ἀνεμίμνησκε, καὶ ὅτι πατρίκιον καὶ στρατηγὸν ποιήσας, ἃ τοῖς πλεῖστα καμοῦσι παρὰ Ῥωμαίοις γέρα ἐστὶ, καὶ τῶν ἄλλων δωρεῶν καὶ πλούτου ἐνέπλησεν, ἀνθ' ὧν ἔδει μηδέποτε πρὸς αὐτὸν ἄλλως πως ἢ πρὸς πατέρα φρονεῖν τε καὶ διατίθεσθαι. Καὶ τὰ τῶν παρ' αὐτοῦ ἐγκλήσεων (ἦν γὰρ οἶμαι ἀληθῆ) διακρούεσθαι ἐπειρᾶτο. Καὶ ὅτι οὐκ ἀνεκτὰ ποιήσειεν ἐν πρεσβείας ἐλπίδι καταλαβὼν τὰ Ῥωμαίων, οἳ καὶ ἀποκεκλεισμένον ἐν Θράκῃ ἔχοντες ὄρεσι καὶ ποταμοῖς καὶ περιβολῇ στρατοπέδων, ὅμως συνεχώρησαν ἐκόντες διεξελθεῖν· οὐ γὰρ ἂν μὴ βουλομένων αὐτὸν ἐκεῖθεν κινηθῆναι, οὐδὲ εἰ δεκαπλασίαν εἶχε δύναμιν τῆς παρούσης. Νῦν τε συμβουλεύειν αὐτῷ μετριώτερον ἑαυτὸν τῷ βασιλεῖ παρίχειν· οὐ γὰρ ἂν δυνηθῆναι τὴν Ῥωμαίων εἰς τέλος ὑπερβάλλειν χεῖρα πανταχόθεν ἐρεστηκότων. Δεῖν οὖν, εἰ αὐτῷ πείθοιτο, ἐκλιπεῖν μὲν τὴν Ἤπειρον καὶ τὰς αὐτόθι πόλεις (οὐδενὶ γὰρ εἶναι φορητὸν πόλεις οὕτω μεγάλας, τῶν οἰκητόρων ἐκβληθέντων, ὑπ' αὐτοῦ κατέχεσθαι), ἐλθεῖν δὲ εἰς τὴν Δαρδανίαν, ἐν ᾗ χώραν εἶναι πολλὴν παρὰ τὰ οἰκούμενα, καλὴν μὲν καὶ εὔγειον, ἐνδεᾶ δὲ οἰκητόρων, ἣν δύναται γεωργῶν ἐν πᾶσιν ἀφθόνοις αὐτοῦ τὴν στρατιὰν διάγειν. Ὁ δὲ Θευδέριχος αὐτὸς μὲν ἐπῄνησε ταῦτα βούλεσθαι, οὐ μέντοι ἀνέξεσθαι αὐτοῦ τὸ πλῆθος, πολλὰ μὲν προτεταλαιπωρηκὸς, μόλις δὲ ἀναπαύσεως νῦν ἐπιλαβόμενον· οὓς οὐ δύνασθαι μήπω ἀναπνεύσαντας ἄγειν μακρὰν οὕτω πορείαν. Ἀλλὰ νῦν μὲν αὐτοὺς ἐᾶν αὐτοῦ ἐπιχειμάσαι, μήτε πρόσω χωροῦντας [ὧν] ἔχουσι πόλεων, μήτε ἐπιφθείροντας· συνθέμενον δὲ περὶ πάντων ἐπὶ τούτοις ἅμα τῷ ἦρι πέμψαι τὸν ἄξοντα ἐπὶ τὴν Δαρδανίαν ἕνδως (ἑπτικῶς N., ἑτοίμως B.; ἀσμένως?) ἑπακολουθήσοντας. Ἔλεγε δὲ, ὡς ἕτοιμος εἴη τὴν αὐτοῦ κατασκευὴν καὶ τὸ ἄμαχον πλῆθος καταθέμενος ἐν πόλει, ᾗ βούλοιτο βασιλεὺς, καὶ ὁμήρους παρασχὼν τῆς ἁπάσης πίστεως τήν τε μητέρα καὶ ἀδελφὴν, μετὰ ἑξακισχιλίων τῶν μάλιστα μαχίμων ἐλθεῖν ὡς τάχιστα ἐς Θράκην· καὶ ὑπισχνεῖσθαι σὺν τούτοις καὶ τοῖς Ἰλλυριοῖς στρατιώταις καὶ ἄλλοις, ὁπόσους ἂν βασιλεὺς ἀποστείλῃ, τοὺς ἐν τῇ Θράκῃ Γότθους ἀναλώσειν ἅπαντας, ἐφ' ᾧ τε, εἰ τοῦτο ποιήσοι, αὐτόν τε ἀντὶ Θευδερίχου στρατηγὸν γενέσθαι, καὶ εἰσδεχθῆναι εἰς τὴν πόλιν τὸν Ῥωμαϊκὸν πολιτεύσοντα τρόπον· ἕτοιμος δὲ, εἰ προστάξειε βασιλεὺς, καὶ εἰς Δαλματίαν ἀπελθεῖν, ὡς Νέποτα κατάξων. Ἀδαμάντιος δὲ οὐκ ἔφη κύριος εἶναι οὐδὲν αὐτῷ συνθέσθαι μένοντι ἐν τῇ χώρᾳ, ἀλλὰ δεῖν βασιλέα πρῶτον περὶ τούτων πείθεσθαι. Ἀνοίσειν οὖν ἐκείνῳ, καὶ αὐτὸς ἐπιμενεῖν, ἕως τὴν τοῦ κρατοῦντος διαπύθηται γνώμην. Ἐπὶ τούτοις διελύθησαν ἀπ' ἀλλήλων. Ἐν ὅσῳ δὲ Ἀδαμάντιος ἀμφὶ ταῦτα ἦν, συνελήλυθει μὲν πολλὰ τῶν ταγμάτων εἰς τὴν Λυχνηδὸν κατὰ τὴν τοῦ στρατηγοῦ ἀγγελίαν, λέγει δέ τις τῷ Σαβινιανῷ, ὡς οἱ βάρβαροι καταφρο-

---

quibus magnam gratiam habere oportet, quod me, a vobis proditum, quum occidere possent, tamen servarunt. » Ad hæc Adamantius illi in memoriam revocavit, quibus illum imperator honoribus affecisset, ut patricium et ducem creasset, quæ essent apud Romanos præmia his, qui strenuam rei publicæ navaverint operam, constituta amplissima, ut eum multis donis et muneribus cumulasset, pro quibus decuerat imperatorem haud secus, quam patrem, colere et revereri. Ceterum ea, de quibus imperatorem insimulabat (et erant opinor vera), diluere et refutare conatus est. Sane minime toleranda commisisse, qui per speciem legationis Romani imperii partem invaserit et occuparit, præsertim quum illi, tametsi copiæ ejus in Thracia montibus et fluviis inclusæ et militum manu septæ tenerentur, tamen libere exire concesserint. Etenim si noluissent et restitissent, etiamsi ejus copiæ decies numero superasseat eas quas nunc haberet, nunquam tamen inde pedem referre potuissent. Nunc igitur se illi suadere, ut se summissius erga imperatorem gerat. Nec enim tandem in ejus potestate fore Romanorum', qui illi undique imminerent, manus effugere. Oportere igitur, si se audiat, Epiro et ejus regionis urbibus cedere. Nec enim ullo modo ferendum, tam magnas urbes, expulsis incolis, eum tenere. Abeat igitur in Dardaniam, ubi regio sit præter eam, quæ habitetur, ampla, amœna et fertilis, quæ incolis indigeat; quam si colat, omnium rerum abundantia exercitum suum alere et sustentare posse. Theuderichus jurejurando affirmavit, id quidem sibi cordi esse: sed exercitum suum reluctaturum esse, qui tot mala perpessus, vix nunc quiete frueretur. Fieri enim non posse ut milites, nondum a laboribus respirantes, tantum itineris ducerentur. Sed oportere ipsos sinere in his locis hiemare ea conditione, ut non ultra in tentandis urbibus allis, quam quas haberent, aut populationibus faciendis progrederentur. Quibus ita compositis, ab imperatore petiit ut ineunte vere virum, qui eos in Dardaniam deduceret, mitteret; ipsos enim libenter secuturos esse. Addidit, se omnem suum apparatum bellicum et omnem imbellem turbam paratum esse in ea urbe, quam imperator præscripserit, relinquere. Quin, matre quoque et sorore ad fidem confirmandam obsidibus datis, se ipsum Thraciam cum sex hominum fortissimorum millibus quam celerrime petiturum. Cum his et Illyricis militibus et aliis, quos imperatori mittere placuerit, se tota Thracia Gothos exterminaturum polliceri. Quæ si exsecutus fuerit, petere, ut dux loco Theuderichi creetur, et civitate donetur et Romanorum more rem publicam sibi administrare liceat. Imo si imperator jusserit, paratum esse et in Dalmatiam ire, ut inde Nepotem reducat. Adamantius respondit, non sibi mandatum quicquam cum illo pacisci, quamdiu in ea regione maneret; imperatori hæc omnia esse probanda. Quare se illi hæc relaturum, et exspectaturum esse, dum ejus sententiam compererit. Post hæc discesserunt. Interea dum hæc gerebat Adamantius, complures milites Lychnidum ad edictum ducis convenerant, et ad officium redierant. Quo tempore nescio quis Sabiniano nuntiavit, barbaros

νήσαντες σχολαίτερον κατίασιν ἀπὸ τῆς Κανδαβείας, οἵ τε σκευοφόροι αὐτῶν καὶ τῶν ἁμαξῶν αἱ πλείους καὶ οἱ ἐπὶ τῆς οὐραγίας, ἐν οἷς καὶ Θευδίμουνδος ἦν ὁ τοῦ Θευδερίχου ἀδελφὸς, καὶ ἡ μήτηρ ἡ τούτων, καὶ ὅτι ἔστιν ἐλπὶς τῶν πλειόνων κρατήσειν. Ὁ δὲ τό τε ἱππικὸν μεθ' ἑαυτοῦ συντάξας καὶ πεζοὺς οὐκ ὀλίγους κύκλῳ διὰ τῶν ὀρῶν περιπέμψας καὶ προειπὼν ὁπότε δεῖ καὶ πόθεν ἐκφανῆναι, ἐπεκήσας καὶ ἀναλαβὼν τὸ στράτευμα ἀφ' ἑσπέρας ἐχώρει. Καὶ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ αὐτοῖς ἐπιτίθεται ἤδη πορευομένοις. Καὶ ὁ μὲν Θευδίμουνδος καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, ὡς εἶδον τὴν ἔφοδον, ταχὺ διεκπεσόντες ὑπέφυγον εἰς τὸ πεδίον, καὶ τὴν γέφυραν, καθ' ἣν ὑπερέβησαν, εὐθέως ἀνελόντες (ἀναλύοντες Nieb.), ἡ φάραγγι βαθείᾳ ἐπέζευκτο, μέσης οὔσης τῆς ὁδοῦ, τὴν δίωξιν ἐκείνοις ἐπὶ τοὺς καταβάντας ἐποίησαν ἄπορον, καὶ μέντοι καὶ τοῖς ἑαυτῶν ἀδύνατον τὴν φυγήν, ὥστε πρὸς ἀπόνοιαν ὀλίγοι ὄντες ὁμόσε τοῖς ἱππεῦσιν ἐχώρουν. Ὡς δὲ ὑπὲρ κεφαλῆς οἱ πεζοὶ ἐφάνησαν κατὰ τὸ συγκείμενον, οὕτω διετράποντο, καὶ οἱ μὲν εἰς τοὺς ἱππεῖς, οἱ δὲ εἰς τοὺς ὁπλίτας ἐμπίπτοντες ἔθνησκον. Καὶ τὰς ἁμάξας αὐτῶν λαβὼν Σαβινιανὸς, οὔσας ὡς δισχιλίας, αἰχμαλώτους τε πλείους ἢ πεντακισχιλίους καὶ λείαν οὐκ ὀλίγην, τινὰς δὲ τῶν ἁμαξῶν καὶ κατακαύσας ἐν τῷ ὄρει, ἃς ἦν ἔργον ἑλκύσαι διὰ χρημνῶν τοσούτων, ἐς τὴν Λυχνηδὸν ἀφικνεῖται. Καὶ εὑρίσκει Ἀδαμάντιον ἐκ τῆς πρὸς Θευδέριχον συνουσίας ἐπανελθόντα· οὐ γάρ πω Θευδέριχος ἐπέπυστο οὐδὲν τῶν ὑπὸ Σαβινιανοῦ ἐν τῷ ὄρει πραχθέντων. Τοὺς μὲν οὖν αἰχμαλώτους τοὺς μὲν εὖ γεγονότας ἐν φυλακῇ ποιεῖται, τοὺς δὲ ἄλλους μετὰ τῆς λείας διέδωκε τοῖς στρατιώταις. Ἁμάξας μέντοι πολλὰς κελεύσας ταῖς πόλεσι πρὸς τὰς τοῦ στρατοπέδου κατασκευάσαι χρείας, ὡς ἐλήφθησαν αὗται, ἀπεῖπε ταῖς πόλεσι μηδὲν ἐνοχλεῖσθαι, ὡς τὰς ἀρκούσας ἔχων. Μετὰ δὲ ταῦτα γράφει μὲν Ἀδαμάντιος τῷ βασιλεῖ, ὡς ὑπέσχετο, τὰ πρὸς Θευδέριχον αὐτῷ διειλεγμένα· γράφει δὲ καὶ Σαβινιανὸς καὶ Ἰωάννης ὁ ὕπαρχος τὰ γεγενημένα ἐπὶ μεῖζον ὀγκοῦντες καὶ λέγοντες, μὴ χρῆναί τι τῷ βαρβάρῳ συνθέσθαι, ὡς ἐλπίδος οὔσης ἢ κατὰ κράτος αὐτὸν ἐξελάσειν τῆς χώρας ἢ αὐτοῦ μένοντα κατατρίψειν. Ταῦτα δεξάμενος βασιλεὺς καὶ νομίσας, πόλεμον εἰρήνης αἰσχρᾶς εἶναι βελτίω, πέμψας ἀνεκάλεσε τὸν πρεσβευτὴν, κελεύσας μηδὲν ἔτι πρὸς ἐκεῖνον συνθέσθαι, ἀλλ' εἰπεῖν Σαβινιανῷ καὶ Γέντονι, Γότθῳ μὲν ὄντι ἀνδρὶ, γυναῖκα δὲ Ῥωμαίων τῶν περὶ τὴν Ἤπειρον γεγαμηκότι καὶ δύναμιν ἔχοντι, ἔχεσθαι τοῦ πολέμου πάσῃ χειρὶ, ὡς οὐδὲν βασιλέως πρὸς ἐκείνους συνθησομένου. Καὶ συγκαλέσας τοὺς στρατιώτας ὁ Ἀδαμάντιος ἐπῄνεσεν αὐτοὺς τῆς προθυμίας, καὶ ἐκέλευσε γενναίως, ὥσπερ πάτριον αὐτοῖς, ἔχεσθαι τῶν πραγμάτων, καὶ τὸ ἐκ βασιλέως ἐπανέγνω πρόσταγμα. Ταῖς τ' ἐλπίσιν αὐτοὺς μετεώρους ποιήσας, ὡς βασιλέως ἀεὶ πᾶσι τὴν προθυμίαν οὐκ ἄχαρπον ἐῶντος, εὐφημίας ἔτυχε καὶ μετὰ τιμῆς παρεπέμφθη. Καὶ ὁ μὲν ἀπηλλάγη μηδὲν πλέον ποιήσας.

19. (an. 479.)

Ibid. p. 86. 87 : Ὅτι ἐπὶ Ζήνωνος τοῦ βασιλέως στάσεως γενομένης παρὰ Μαρκιανοῦ καὶ ἄλλων τινῶν, Θευδέριχος ὁ Τριαρίου μαθὼν τὰ γεγονότα, καὶ ὑπο-

---

securos soluto agmine a Candavia descendere, cum his impedimenta et plerosque currus, et extremum exercitus agmen, in quo Theudemundus, Theuderichi frater, et mater eorum versaretur. Spem esse horum maxima parte potiundi. Sabinianus equites, quos habebat, certo loco disposuit, et pelites non paucos per montem, quem circumeundo superarent, immisit, tum, quando et ubi apparere oporteret, præmonuit. Ut cœnaverat, cum exercitu suo sub vesperam movet, et prima luce hostium agmen invadit. Theudimundus autem et ejus mater, ut in se impetum fieri viderunt, celeriter in planitiem elapsi, et pontem, cui suberat fossa ingenti profunditate, transgressi sunt, quo dissoluto persecutionem eorum, qui in alteram ripam pervenerant, hostibus intercluserunt; reliquis autem suorum a ponte exclusis fugam impeditam reddiderunt. At illi præ desperatione, quum pauci essent, in Romanos equites irruerunt, sed ubi Romanorum pedites ex composito proruperunt, ita hostes terga verterunt, ut partim in equites, partim in pedites inciderent et trucidarentur. Sabinianus curruum duo, captivorum plus quam quinque millia, cepit, et non parum prædæ. Curribus tamen aliquot, quos difficile fuisset per tot prærupta loca agere, in monte incensis, Lychnidum revertitur : hic Adamantium reperit, qui a colloquio cum Theudericho redierat. Nondum enim Theuderichus, quæ in monte a Sabiniano gesta erant, cognoverat. Captivorum autem nobiliores custodiæ tradidit, reliquos militibus cum præda distribuit. Et quum non multo ante per civitates ad usum exercitus currus præparandos imperasset, ut istis est potitus, vetuit civitates amplius de curribus laborare, quia quod satis erat habebat. His ita gestis, scribit Adamantius imperatori, ut Theudericho promiserat, sermones, quos cum eo habuerat. Scribunt et Sabinianus et Joannes præfectus res a se gestas, et omnia in majus extollentes, suadebant, ut pacem cum barbaro non faceret. Spem enim esse vi eum regione depelli, aut si manserit, opprimi posse. Hæc ubi imperator rescivit, bellum turpi pace potius ducens, misit qui legatum redire, neque quicquam rei amplius cum barbaro contrahere juberet, sed verbis suis Sabiniano diceret et Gentoni (is erat vir Gothus, et mulieri Romanæ in Epiro nupserat, et copias ducebat), ut cum omnibus copiis quæ ipsis adessent, bellum gererent; nec enim sibi ulla in re cum barbaro convenire. Adamantius vero, convocatis militibus, eorum fortitudinem laudavit, et ut fortes esse pergerent, ut mos patrius ferret, hortatus est. Tum imperatoris mandatum illis recitavit, et in magnas spes eos erexit, imperatorem fortitudinem et navitatem eorum non sine magnis præmiis esse præterunissurum. Hæc illum magno cum plausu locutum honorifice milites prosecuti sunt. Et sic quidem, legatione haud feliciter peracta, discessit.

19.

Zenone imperante Marcianus et alii nonnulli seditionem moverunt. Ubi ea res ad Theuderichum Triarii fil. est de-

λαβὼν καιρὸν νῦν αὐτῷ παρεστάναι τῇ πόλει ἐπιθέσθαι καὶ τῷ βασιλεῖ αὐτῷ, πᾶν εὐθὺς ἀναστήσας τὸ βαρβαρικὸν ἦκε, δῆθεν μὲν ὡς βουλόμενος αὐτῷ τε τῷ βασιλεῖ καὶ τῇ πόλει ἀμῦναι, πρόδηλος δὲ ὢν πᾶσιν ἐφ' ὅτῳ ἠπείγετο. Βασιλεὺς δὲ ἀκούσας ἱππέα ἐξέπεμψε καὶ βασίλεια γράμματα, τῆς μὲν προθυμίας αὐτὸν ἐπαινῶν, κελεύων δὲ ἀπελθεῖν, ὡς οὐκέτι οὔσης χρείας, μὴ μόλις καταστᾶσαν ἐκ τοιούτου σάλου τὴν πόλιν αὖθις εἰς ὑπόνοιαν ἐμβαλόντες ἑτέραν τὸ θορυβεῖσθαι φιλοῦν εἰς χεῖρω καὶ μείζονα ἐκταράξωσι στάσιν. Ὁ δὲ αὐτὸς μὲν ἔφη τῷ βασιλεῖ πείθεσθαι, τὸ δὲ πλῆθος οὐκέτι δύνασθαι ἀναστρέφειν, τοσοῦτόν τε συλλεγὲν καὶ μέρος τι οὐ βραχὺ διαναπαύων (λίαν ἀπειθές conj. Nieb.). Ὑπέρ τε γὰρ τειχῶν οὐδένα ἐνόμιζεν αὐτῷ ἀντιστήσεσθαι, μήτε ἐπάλξεως μηδεμιᾶς μήτε πύργου ἑστῶτος, καὶ εἰσελθόντι πάντα τὸν δῆμον προσίεσθαι τῇ τῶν Ἰσαύρων ἀπειθείᾳ. Ἃ δὴ καὶ φοβούμενος Ζήνων ἐκπέμπει Πελάγιον χρήματα ἔχοντα πολλά, τὰ μὲν αὐτῷ Θευδερίχῳ, τὰ δὲ καὶ τῷ Γοτθικῷ τῷ παντὶ διδόασι (διδόναι Nieb.), καὶ ἄλλας ὑποσχέσεις δωρεῶν οὐκ ὀλίγας. Ἐλθὼν δὲ Πελάγιος καὶ τὰ μὲν ἀπειλήσας, τὰ δὲ ὑποσχόμενος, τὰ δὲ καὶ τοῖς χρήμασιν οὐκ ὀλίγοις οὖσι τὸ φύσει φιλάργυρον τοῦ τρόπου μετελθών, διαπέμπει. Καὶ ἔδοξε δὴ τοῦτο τοῦ φόβου τοῦ πλείονος ἀναφέρειν τὴν πολιν. Οὐδὲν γὰρ ἦν ἐλπίσαι εἰσιόντος ἢ πόλεμόν τε ἔνδον καὶ τοῦ παντὸς ἔμπρησιν. Οὐδὲ γὰρ οἱ Ἴσαυροι ἁπλῶς ἀναχωρῆσαι βιαζόμενοι ἐπενόουν, ἀλλὰ κοντοὺς ὑψηλοὺς προπαρασκευάσαντες, λίνον ἐπ' ἄκροις αὐτοῖς προσδήσαντες καὶ θεῖον, πολλοὺς εἶχον ἑτοίμους, εἴ ποτε βιασθείεν, ἅπασαν ὑφάψαι τὴν πόλιν. Καὶ ὁ μὲν Θευδέριχος οὕτως ἀπεχώρησε. Τοὺς δὲ περὶ Προκόπιον καὶ Βούσαλδον πολλάκις ἀποστέλλων παρὰ Θευδερίχου ἐξήτει, ἔνδειγμα τῆς εὐνοίας καὶ εὐπειθείας αὐτὸν τοῦτο ἀξιῶν παρασχέσθαι. Ὁ δὲ πάντα μὲν ἔλεγε πείθεσθαι τῷ βασιλεῖ, μὴ μέντοι ὅσιον Γότθοις, ὥσπερ οὐδὲ ἄλλοις ἀνθρώποις, ἱκέτας καὶ σωτηρίας δεομένους ἀνθρώπους τοῖς λαβεῖν βουλομένοις ἐκδιδόναι προχείρως. Ἐᾶν οὖν αὐτοὺς ἠξίου, μηδενὶ πλὴν ἢ ὅσα ζῆν ὀχληροὺς ἐσομένους. Καὶ οἱ μὲν οὕτω βραχύ τι γῆδιον νεμόμενοι παρὰ Θευδερίχῳ διῆγον.

Fragmenta 18 et 19 in Exc. De legat. Rom. primo et secundo loco legebantur, quum loco postremo essent collocandæ. Hoc enim flagitat tum rerum ordo chronologicus, tum series narrationis, qualem e Malcho enotavit Photius. Igitur ab initio Excerptorum ad finem hæc revocavimus. De rebus adi Tillemontium VI, p. 493 sqq.

20.

Suidas : Παμπρέπιος. Οὗτος μέγα παρὰ Ζήνωνι ἐδυνήθη· γένος μὲν ὢν Θηβαῖος τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον, φύσει δὲ πρὸς ἅπαντα δεξιᾷ χρησάμενος, ἔρχεται εἰς Ἀθήνας, καὶ παρὰ τῆς πόλεως γραμματικὸς αἱρεθείς, συχνά τε ἐπαίδευσεν ἔτη, καὶ ἐπαιδεύθη ὁμοῦ ὅσα ἦν σοφώτερα ὑπὸ τῷ μεγάλῳ Πρόκλῳ. Διαβολῆς δὲ αὐτῷ πρὸς Θεαγένην τινὰ τῶν ἐκεῖ γενομένων (ἐλλογίμων conj. Bernh.) συστάσης, ὑβρισθεὶς ὑπ' ἐκείνου καὶ μείζονος ἢ ἐχρῆν διδάσκαλον ὑπ' αὐτοῦ πειραθεὶς σκευωρίας, ἦλθεν εἰς Βυζάντιον, τὰ μὲν ἄλλα

---

ata, sibi oblatam occasionem urbem et imperatorem ipsum adoriendi existimans, magnam barbarorum manum coegit, simulans se ad imperatorem et urbem a periculo liberandum accedere; sed manifestum erat omnibus, qua de causa accurreret. Itaque imperator, ubi hoc audivit, ad eum cum litteris regiis equitem mittit, animum et voluntatem erga se laudat, sed jubet eum recedere, quia illo non amplius sibi opus esset, ne civitatem vix a tanto æstu liberatam homines novarum rerum cupidi in aliam perturbationem et suspicionem conjicerent, et longe perniciosiorem et majorem priore excitarent seditionem. Ille vero respondit, se imperatori obsecuturum, neque tamen posse exercitum reducere tantum et maximam partem dicto suo parum audientem. Sperabat enim, neminem, qui resisteret pro mœnibus, quæ nullo propugnaculo aut turre munita erant, sibi occursurum, et ad se in urbem ingredientem omnem popularem turbam defecturam propter odium quo Isauros prosequebatur. Idem Zeno veritus mittit Pelagium cum multis pecuniis, quas partim Theudericho, partim Gothis in universum divideret, et qui alia non parva munera se daturum sponderet. Itaque ut Pelagius venit, partim minis, partim promissis, partim ingentibus pecuniis barbaros, insitam eorum avaritiam adortus, ad recedendum commovit. Ex quo existimatus est non parvo metu civitatem levasse. Nam Theudericho in civitatem introducto, nihil aliud, quam bellum intestinum et universum incendium, exspectare oportebat. Statutum enim apud animum suum Isauri habebant, si vi cogerentur, haud placide urbe cedere. Itaque contos prægrandes præparaverant, quorum in extrema parte linum cum sulphure alligaverant, et si sibi vis inferretur, multorum auxilio, quos sibi consociaverant, urbem incendio cremare constituerant. Et ita Theuderichus discessit. Procopium (Marciani filium) vero et Busalbum sæpius a Theudericho sibi tradi petebat, ut in hoc suam erga se benevolentiam et obsequium declararet. Sed ille respondit, se quidem in omnibus dicto audientem fore imperatori, tamen nefas esse Gothis, sicut et ceteris mortalibus, supplices et eos, qui salutem precentur, his, qui eos comprehendere velint, prodere. Eos igitur ut omitteret, orabat, præsertim quum nulla re, nisi quod viverent, essent molesti futuri. Et illi quidem apud Theuderichum, quod reliquum vitæ fuit, modicum agrum colentes, transegerunt.

20.

Pamprepius. Hic apud Zenonem multum potuit. Genere Thebæus Ægyptius ingenioque præditus ad omnia apto. Venit Athenas, et a civitate delectus grammaticus, multos ibi docuit annos; simul autem sub magno Proclo eruditus est in omnibus reconditæ sapientiæ partibus. Quum autem a calumniatoribus apud Theagenem illius loci magistratum delatus et gravius quam magistrum deceret exagitatus fuisset, Byzantium venit. Et cetera quidem bonum et probum se præbebat, sed, ut in urbe, in qua omnes Christiani

ἀγαθὸς καὶ χρηστὸς φαινόμενος, ὡς δὲ ἐν Χριστιανοὺς πάντας ἐχούσῃ πόλει, τὸ Ἑλληνικὸν αὐτοῦ τῆς θρησκείας οὐκ ἔχον ὑπόκρισιν, ἀλλὰ μετὰ παρρησίας προδήλως δεικνύμενον, εἰς τὴν τοῦ καὶ ἕτερα τῆς ἀρρήτου σοφίας εἰδέναι ὑπόνοιαν ἦγε. Συσταθέντα δὲ αὐτὸν ὁ Ἴλλους ἡδέως δέχεται. Καί τι καὶ δημοσίᾳ ποίημα ἀναγνόντα λαμπρῶς τε ἐτίμησε, καὶ σύνταξιν ἔδωκε, τὴν μὲν αὐτὸς ἰδίᾳ, τὴν δὲ ὡς διδασκάλῳ καὶ ἐκ τοῦ δημοσίου. Καὶ ἀπελθόντος δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τὴν Ἰσαυρίαν, οἱ βασκαίνοντες αὐτῷ συνθέντες διαβολήν, τήν τε ἐκ τῆς θρησκείας, καὶ ὅτι μαγγανεύοι καὶ μαντεύοιτο τῷ Ἴλλῳ κατὰ τοῦ βασιλέως, πείθουσι τὸν Ζήνωνα καὶ τὴν Βηρίναν τότε μέγιστα δυναμένην τῆς πόλεως ἐκπέμψαι. Καὶ ὁ μὲν ἐς Πέργαμον ἔρχεται τῆς Μυσίας· Ἴλλους δὲ πυθόμενος, κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόφασιν ἐλαλάσθαι τὸν ἄνδρα, πέμψας ἀναλαμβάνει αὐτὸν ἐς Ἰσαυρίαν, καὶ σύμβουλόν τε αὐτὸν καὶ σύνοικον ποιεῖται, καὶ (ἦν γὰρ πολιτικῆς συνέσεως ἔμπλεως) τὰ τῆς ἀρχῆς αὐτῷ, πρὸς ἃ μὴ σχολὴν ἦγε, διοικεῖν ἐπέτρεπεν, ἐλθών τε ἐς Βυζάντιον συμπαρέλαβεν αὐτόν. Καὶ ὅτε ἐγένετο ἡ Μαρκιανοῦ σύστασις, ἀποροῦντα τὸν Ἴλλουν αὐτὸς ἐπεθάρσυνε. Καὶ τοσοῦτόν γε εἰπών, ὅτι « τὰ τῆς προνοίας μεθ' ἡμῶν ἐστι τεταγμένα, » παρέσχεν ὑποψίαν τοῖς τότε ὑπακούσασιν, ὡς ἔκ τινος ἀδήλου ταῦτα θειάζοι προγνώσεως. Καὶ ἐκβάντος, ὥσπερ δὴ καὶ ἐξέβη, τοῦ τέλους, πρὸς τὴν τύχην τὸν ἐκείνου λόγον συμβάλλοντες, αὐτὸν πάντων αἴτιον (οἷα φιλεῖ ὅμιλος) μόνον ὑπελάμβανον τῶν παραδόξως αὐτοῖς ἀποβαίνειν δοκούντων. Οὕτω μὲν οἱ σώφρονες περὶ αὐτοῦ εἶχαζον. Εἰ δέ τι καὶ ἄλλο ἦν, οὔτε ἰσχυρῶς ἀνελεῖν ἔχω, οὔτε πείθεσθαι· ἀλλ' ὁμοίως καὶ μέγα καὶ ἐλάχιστον αὐτῷ πρώτῳ ἀνεκοινοῦτο. Καὶ τότε τοίνυν λαβὼν αὐτὸν, εἰς Νίκαιαν ἦκε χειμάσων, εἴτε τὴν ἐκ τοῦ δήμου δυσχέρειαν ἐκκλίνων, εἴτε ἐπὶ ταῖς σφαγαῖς τὸν ἔχοντα τὴν πόλιν ἐκτρέπεσθαι δαίμονα πρὸς ὀλίγον ἐθέλων.

Locum hunc a Malcho petitum esse patet e Suida v. Συντάξεις, ubi hæc : Καὶ Μάλχος· « Τῶν συντάξεων στερηθέντες πολλάκις οἱ στρατιῶται καὶ παραχοπτόμενοι τῆς τροφῆς τῆς συνήθους ἐς ἀπόνοιαν ἦλθον. » Καὶ αὖθις Μάλχος· « Ὁ δὲ τὸν Παμπρέπιον λαμπρῶς τε ἐτίμησε καὶ σύνταξιν ἔδωκε. » De Pamprepio cf. Candidus ap. Phot. cod. 78, Damascius ap. Phot. cod. 242 et quæ sequuntur apud Suidam l. l. et v. Σαλούστιος, ex eodem Damascio, ut videtur, excerpta. Tillemont. l. l. p. 507 sqq. 513. 521. Patria viri fuit Panopolis in Thebaide. Suidas : Παμπρέπιος Πανοπολίτης, ἐπῶν ποιητής, ἀκμάσας κατὰ Ζήνωνα τὸν βασιλέα. Ἔγραψεν (inseruerim καὶ) Ἐτυμολογιῶν ἀπόδοσιν, Ἰσαυρικὰ καταλογάδην. Utrumque scriptum prosaicum fuisse puto. Bernhardyus τὰ Ἰσαυρικὰ sermone ligato, Etymologias soluto scripta censet.

21.

Idem v. Ἐπετίμα, ἐπηύξει τὴν τιμήν. « Οἱ δὲ κερδαίνειν οἰόμενοι ἐπετίμων ὡς λιμώττοντι τὸν σῖτον. Ὁ δὲ οὐδὲν ἧττον ἠγόραζε. » Μάλχος φησίν.

Idem : Λέπρα, εἶδος νόσου. Μάλχος. « Λέπρα δὲ ἐπήνθει τῷ προσώπῳ αὐτοῦ. »

Idem : Ἁμαξιτόν, ὁδὸν δημοσίαν. Μάλχος « ἡ δὲ εἰσβολὴ κτλ. Quæ verba non Malchi, sed Xenophontis Anab. I, 2, 21 sunt. Malchi locus et deinde Xenophontis mentio exciderit.

Idem v. Ὑπολαβών : « Τοὺς δὲ ἀντιστῆναί οἱ τολμήσαντας ὑπολαμβάνων ὡς ἑκάστους διέφθειρε. » Καὶ Μάλχος « Ὁ δὲ Κῦρος κτλ. Quæ item non Malchi, sed Xenophontis (Anab. I, 1, 7) verba sunt. « Fort. antecedens locus ad Malchum pertinet, adeo ut scrib. sit φησὶ Μάλχος vel ὡς M. » Bernh.

---

essent, græca sua religione, quam non dissimulabat, sed confidenter palam ostentabat, opinionem attulit hominibus ipsum et alia arcana sapientia esse præditum. Igitur cum sibi commendatum Illus humaniter suscepit, et, quum publice quoddam poema recitasset, honorifice tractavit, et stipendium ei dedit, partim de suo, partim e publico, ut doctori. Quum autem in Isauriam abiisset, invidi, conflata calumnia tum ex ejus superstitione, tum quod incantationibus uteretur, et adversus imperatorem Illo vaticinaretur, persuadent Zenoni et Verinæ, quæ tunc plurimum poterat, ut ex urbe expelleretur. Quamobrem ille quidem Pergamum, urbem Mysiæ, se confert. Illus vero, quum audisset, hominem sua causa pulsum esse, in Isauriam advocatum consiliarium et contubernalem adsciscit, et (erat enim vir ille civilis prudentiæ plenus) eas sui imperii res, ad quas administrandas otium ipse non habebat, gerendas ipsi permittebat, et Byzantium profectus, eum secum adduxit. Quum autem Marciani conspiratio exorta esset, Illum dubitantem ipse confirmavit, tantumque effatus : « Providentia nobiscum facit, » suspicionem præbuit iis qui auscultarant, quasi ex quadam prænotione divinitus hæc dixisset. Quum autem res evenisset, sicut evenit, ejus sermonem cum eventu comparantes, ipsum, ut vulgus solet, omnium, quæ præter communem opinionem ipsis accidere videbantur, solum auctorem existimabant. Sic quidem de eo sapientes conjiciebant. Ceterum aliud quid fuisse neque præfracte negare habeo neque affirmare. Illus tamen perinde maxima et minima quæque cum illo primo communicabat. Tunc igitur illo assumpto, Nicæam hibernaturus venit, sive populi offensionem declinans, sive fatum illud, quod urbem cædibus infestabat, evitare paulisper volens.

Milites stipendiis sæpe privati, victu etiam consuelo fraudati, in desperationem venerunt.

21.

Illi vero lucrari volentes, ei frumentum ut fame laboranti majore pretio vendebant. At ille nihilominus emit. »

Lepra autem in ejus facie efflorescebat.

CAPITO LYCIUS.

Quemadmodum Pamprepium, Zenonis Isauri æqualem, Ἰσαυρικὰ scripsisse modo vidimus (v. Malchi fr. 20 not.), sic idem argumentum iisdem fere temporibus, sub Anastasii, ut videtur, imperio, tractavit Capito Lycius. De eo ita Suidas habet: Καπίτων, Λύκιος, ἱστορικός. Οὗτος ἔγραψεν Ἰσαυρικὰ βιβλία η' (ζη cod. E.)· Μετάφρασιν τῆς Ἐπιτομῆς Εὐτροπίου ῥωμαϊστὶ ἐπιτεμόντος Λίβιον τὸν Ῥωμαῖον· καὶ Περὶ Λυκίας καὶ Παμφυλίας. (Eadem Eudocia p. 267.) Patet Capitonem hunc Eutropio, quem breviavit, juniorem, Stephano Byzantio autem, a quo sæpius laudatur, antiquiorem fuisse, ideoque vixisse inter regna Valentis et Justiniani II (inter an. 380—580). Motus vero Isaurici, quos narrasse in Ἰσαυρικοῖς Capitonem jure statuimus, quum inde a Valentis maxime temporibus usque ad primos annos Anastasii obtinuerint, deinde in fragmento 5 occurrat mentio Cononis, quem eundem esse suspicor cum Conone duce Isaurorum contra Anastasium rebellantium (491): haud adeo improbabilis conjectura est scripsisse Capitonem nostrum temporibus Anastasii (491—518) vel Justini I (518—527).—Libros Ἰσαυρικῶν Suidas recenset octo; at Stephanus citat librum decimum quintum. Aut igitur apud Suidam pro η' scribendum videtur ιη', aut in Stephano pro ιε' olim fuerit ε'. — Eutropii versionem græcam a Pæanio quodam elaboratam adhuc habemus; ea quam Capito confecisse dicitur, nusquam commemoratur. Quanquam Valesius et Küsterus quædam ejus vestigia in Suida deprehendere sibi visi sunt. Etenim ad v. Ἀμύσσιν hæc Küsterus annotavit: « Quæ hic Suidas de M. Valerio Corvino refert, ad verbum pæne translata sunt ex Eutropii Breviario (II, 6). Neque vero hic duntaxat locus, sed et plura alia apud Suidam ex eodem Breviario conversa sunt; unde patet exstitisse olim versionem græcam Eutropii, antiquiorem et elegantiorem ea quæ hodie in manibus eruditorum versatur et Pæanium auctorem habet. Ex eadem versione Joannes Antiochenus quoque multa loca in historiam suam transtulerat, ut monet Valesius in notis ad Collectanea Constantini Porphyrogen. p. 115. Existimem autem cum Valesio versionis illius, qua Suidas et Joannes Antiochenus usi sunt, auctorem fuisse Capitonem Lycium. » Hæc etsi speciem veri præ se ferunt, falsa tamen esse mihi persuasum est. Argumenta rei exponam in annotatione ad reliquias Joannis Antiocheni, ubi demonstrare studebo illos, quibus Joannes atque Suidas (qui sua ex Exc. Joannis habet) cum Eutropio conspirant, non fluxisse ex versione aliqua Eutropii, verum ex antiquiore Chronico petita esse, qui communis erat fons et Eutropii et Joannis Antiocheni.

ΙΣΑΥΡΙΚΑ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Stephan. Byz.: Ἐδεβησσός, πόλις Λυκίας, ὡς Καπίτων ἐν Ἰσαυρικῶν α'. Τὸ ἐθνικὸν Ἐδεβησσεὺς καὶ Ἐδεβήσσιος. Cf. Hierocles Synecd. p. 395, 21 ed. Bonn., ubi inter Lyciæ urbes: Γάγαι, Ἀχαλισσός, Ἐδεβησσός (sic ex Stephano Wesseling. pro v. Ἐλεβεσός), Λίμυρα.

Κοτράδης, πόλις Ἰσαυρίας. Καπίτων Ἰσαυρικῶν πρώτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Κοτραδεώτης, ἀπὸ τῆς γενικῆς τῆς Κοτράδεως.

Λαλίσανδα, πόλις Ἰσαυρική, ὡς Καπίτων Ἰσαυρικῶν πρώτῳ· τὸ ἐθνικὸν Λαλισανδεύς. Οἱ νῦν δὲ Δαλίσανδα καὶ Δαλισανδεώτας. Nunquam Λαλίσανδα urbs nominata est; sed Isaurica Capitonis, quibus Stephanus usus est, scripturæ vitio literam Λ pro Δ exhibebant, monente Wesselingio ad Hieroclem, p. 397, 22, ubi v. plura de hac urbe.

E LIBRO SECUNDO.

2.

Idem: Ἀλίμαλα, χωρίον Λυκίας. Καπίτων ἐν Ἰσαυρικῶν δευτέρῳ. Ο. ἐνοικοῦντες Ἀλιμαλεῖς.

Ἀρύχανδα, πόλις Λυκίας, ὡς Καπίτων ἐν Ἰσ. δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ἀρυχανδεύς.

ISAURICA.

1.

Edebessus, urbs Lyciæ, ut Capito in primo Isauricorum. Gentile *Edebesseus* et *Edebessius*.

Cotrades, urbs Isauriæ. Capito Is. primo. Gentile *Cotradeates*, a genitivo *Cotradeos*.

Lalisanda, urbs Isaurica, ut Capito Is. primo. Gentile *Lalisandeus*. Nunc vero Dalisanda urbem dicunt civesque Dalisandeotas.

2.

Alimala, locus Lyciæ. Capito Is. secundo. Incolæ *Alimalenses*.

Arycanda, urbs Lyciæ, ut Capito Is. secundo. Gentile *Arycandensis*.

Σύβρα, οὐδετέρως, Φρυγίας φρούριον, ὡς Καπίτων ἐν Ἰσ. δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν Συβριανός. Westermanni ed. Σύμβρα et Συμβριανός; idque recte, puto, flagitante ordine alphabetico.

E LIBRO TERTIO.

3.

Idem : Ἀρνεαὶ, πόλις Λυκίας μικρὰ, ὡς Κ. ἐν Ἰσ. τρίτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ἀρνεάτης.

Μενεδήμιον, πόλις Λυκίας. Κ. ἐν Ἰσ. τρίτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Μενεδήμιος ἢ Μενεδημιεύς.

Σύεδρα, πόλις Ἰσαυρίας, ὡς Κ. ἐν Ἰσ. τρίτῳ. Ὁ πολίτης Συεδρεύς. Cf. Florus 4, 2; Lucan. 8, 259; Hierocles Synecd. p. 395, 18. Syedris oriundus Valentis dux Ælianus. V. Eunapii fr. 36

E LIBRO SEXTO.

4.

Idem: Καυίνδανα, Ἰσαυρίας κώμη. Κ. Ἰσ. ἕκτῳ: Ὁ κωμήτης Καυινδανεώτης.

Μούκισσος, πόλις Καππαδοκίας δευτέρας. Κ. Ἰσ. ἕκτῳ. De hac urbe, quæ aliis audit Μωκισὸς vel Μωκησὸς, posteaque Cappadociæ tertiæ metropolis a Justiniano I constituta et Justinianopolis est vocata, vide quæ congesserunt Berkel. ad Steph. et Wesseling. ad Hierocl. p. 396, 29. Ceterum ex hoc loco colligas Capitonem vixisse antequam Justinianus Cappadociam, a Valente imp. in duas partes distinctam, in tres provincias distribueret.

E LIBRO DECIMO QUINTO.

5.

Ψίμαθα, χωρίον Ἰσαυρίας. Τὸ ἐθνικὸν Ψιμαθεῖς. Καπίτων ἐν πεντεκαιδεκάτῳ· « Κόνωνα δὲ παρόντα Ψιμαδία μεγάλως ἐφιλοφρονήσατο. » Novimus Cononem fratrem Zenonis imperatoris (v. Theophanes p. 117, D. Tillemont. VI, p. 377), atque alium Cononem Isaurum, qui olim Apameæ episcopus, in postrema Isaurorum rebellione, quæ post mortem Zenonis accidit (an. 491), unus ex ducibus eorum fuit. V. Euagrius III, 35, Tillemont p. 543.

E LIBRIS INCERTIS.

6.

Idem : Ἀχαρασσὸς, πόλις Λυκίας, ὡς Καπίτων. Τὸ ἐθνικὸν Ἀχαράσσιος καὶ Ἀχαρασσεὺς, σύνηθες ἀεὶ τοῖς τὴν χώραν οἰκοῦσιν.

Ἀμάσεια, πόλις Ποντική... Ὁ πολίτης Ἀμασεύς, ὡς Στράβων· κατὰ δὲ Καπίτωνα Ἀμασειώτης.

Δέρβη, φρούριον Ἰσαυρίας καὶ λιμήν. Ὁ κατοικῶν Δερβήτης... Λέγεται δ' ἴσως καὶ Δέρβεια καὶ τὸ ἐθνικὸν Δερβείτης. Καπίτων δὲ Δέρμην φησί. Τινὲς δὲ Δέλβειαν, ὅ ἐστι τῇ τῶν Λυκαόνων φωνῇ ἄρκευθος· καὶ Ἀρκεύθη (Ἀρκεύθης cod. Rh.) ἡ πόλις.

Πιτύη, πόλις Καρίας. Οἱ πολῖται Πιτυᾶται. Καπίτων δ' αὐτὴν διὰ δύο σ λέγει.

Μοναβαὶ, πόλις Ἰσαυρίας. Καπίτων ἐν Ἰσαυρικοῖς. Τὸ ἐθνικὸν Μοναβάτης.

Symbra, neutro genere, Phygiæ castellum, ut Capito Is. secundo. Gentile Symbrianus.

3.

Arneæ, urbs Lyciæ parva, ut Capito Is. tertio. Gentile Arneates.

Menedemium, urbs Lyciæ. Capito Is. tertio. Gentile Menedemius vel Menedemiensis.

Syedra, urbs Isauriæ. Capito Is. tertio. Civis Syedrensis.

4.

Cauindana, vicus Isauriæ. Capito Is. sexto. Paganus Cauindaneates.

Mucissus, urbs Cappadociæ secundæ. Capito Is. sexto.

5.

Psimada, oppidum Isauriæ. Gentile Psimadensis. Capito in decimo quinto : « Cononem Psimadensem, qui aderat, comiter admodum amplexus est. »

6.

Acarassus, urbs Lyciæ, ut Capito. Gentile Acarassius et Acarassensis, ex more apud indigenas loci hujus obtinente.

Amasea, urbs Pontica. Civis Amasensis, ut ap. Strabonem est. Secundum Capitonem vero Amaseota.

Derbe, castellum Isauriæ et portus. Incola Derbetes. Fortasse etiam Derbia urbs, et Derbites civis dicitur. Capito autem Dermen appellat. Nonnulli vero Delbiam dicunt, quod Lycaonum sermone significat juniperus; ut urbs sit *Junipera*.

Pitye, urbs Cariæ. Cives Pityatæ. Capito autem urbem per duas *s* (*Pissyen*) vocat.

Monabæ, urbs Isauriæ. Capito in Isauricis. Gentile Monabates.

CANDIDUS ISAURUS.

Candidus ex Isauria Tracheotide oriundus, Christianus orthodoxus, per tres libros stylo ab historia alieno res Leonis I et Zenonis Isauri (457—491) concinnavit, teste Photio, qui singulorum librorum argumenta summis lineolis adumbrat.

Photius Bibl. cod. 79 : Ἀνεγνώσθησαν Κανδίδου ἱστορίας λόγοι τρεῖς. Ἄρχεται μὲν τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς Λέοντος ἀναρρήσεως, ὃς ἦν ἐκ Δακίας μὲν τῆς ἐν Ἰλλυριοῖς, στρατιωτικῷ παραγγείλας τάγματι καὶ τελῶν ἄρξας τῶν ἐν Σηλυμβρίᾳ, τὴν βασιλείαν δὲ σπουδῇ Ἄσπαρος ἐγχειρισθείς, ὃς ἦν Ἀλανὸς μὲν γένος, ἐκ νεαρᾶς δὲ στρατευσάμενος ἡλικίας καὶ παιδοποιησάμενος ἐκ τριῶν γάμων Ἀρδαβούριον, Πατρίκιον, Ἐρμενάριχον, καὶ θηλείας δύο. Ποιεῖται μὲν ὁ συγγραφεὺς, ὡς εἴρηται, ἀρχὴν τῆς ἱστορίας τὴν ἀρχὴν τῆς Λέοντος βασιλείας, τελευτᾷ δ' εἰς τὴν ἀναγόρευσιν Ἀναστασίου. Ἔστι δὲ πατρίδος μὲν Ἰσαυρίας, ὡς αὐτός φησι, τῆς Τραχείας· ἐπιτήδευμα δὲ ἔσχεν ὑπογραφεὺς τῶν ἐν Ἰσαύροις πλεῖστον ἰσχυσάντων· τὴν δὲ θρησκείαν Χριστιανὸς ἦν καὶ ὀρθόδοξος. Τήν τε γὰρ τετάρτην σύνοδον ἐπαίνοις στέφει, καὶ τοὺς κατ' αὐτῆς καινοτομοῦντας καθάπτεται δικαίως. Τὴν δὲ φράσιν οὐκ ἔχει πρέπουσαν λόγῳ ἱστορικῷ· ταῖς τε γὰρ ποιητικαῖς λέξεσιν ἀπειροκάλως τε χέχρηται καὶ μειρακιωδῶς, καὶ ἡ συνθήκη αὐτῷ εἰς τὸ τραχύτερον καὶ δύσηχον ἐκδιθυραμβοῦται, ὥσπερ αὖ πάλιν εἰς τὸ ἐκλελυμένον τε καὶ ἐκμελὲς ὑπτιάζει. Νεωτερίζει δὲ καὶ ταῖς συντάξεσιν οὐκ εἰς τὸ γλαφυρὸν μᾶλλον καὶ ἐπαφρόδιτον, ὥσπερ ἕτεροι, ἀλλ' ὥστε δυσχερῆς ἀκοῦσαι, καὶ τοῦ ἡδέος ὑπερόριος. Πλὴν αὐτὸς ἑαυτοῦ πολὺ βελτίων ἐνιαχοῦ τοῖς λόγοις πάντα γινόμενος, συμμιγῆ τὴν ἱστορίαν καὶ ἐξ ἀνομοιοτάτων ἁρμόζων ἁλίσκεται. Οὗτος ἰσχυρίζεται τὴν Ἰσαυρίαν ἀπὸ τοῦ Ἡσαῦ λαβεῖν τὴν ἐπωνυμίαν.

Διέρχεται δὲ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ λόγῳ τὴν Ἄσπαρος καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ δυναστείαν· τὴν ἀνάρρησιν διὰ τοῦ Ἄσπαρος Λέοντος, τὸν συμβάντα τῇ πόλει ἐμπρησμὸν, καὶ ὅσα Ἄσπαρι περὶ τούτου ἐπὶ τὸ κοινῇ συμφέρον διαπέπρακται· καὶ περὶ Τατιανοῦ καὶ Βιβιανοῦ, καὶ ὡς περὶ αὐτῶν διηνέχθη Ἄσπαρ καὶ ὁ βασιλεὺς, καὶ οἷα εἰς ἀλλήλους ἀπεφθέγξαντο· καὶ ὡς ὁ βασιλεὺς διὰ τοῦτο ἡταιρίσατο τὸ Ἰσαύρων γένος διὰ Ταρασικοδίσσα Ῥουσουμβλαδεώτου, ὃν καὶ Ζήνωνα μετονομάσας γαμβρὸν ἐποιήσατο, τὴν προτέραν γυναῖκα θανάτου νόμῳ ἀποβαλόντα. Καὶ ὡς Ἀρδαβούριος εἰς τὸ ἐναντίον μελετῶν τῷ βασιλεῖ, καὶ αὐτὸς οἰκειοποιήσασθαι τοὺς Ἰσαύρους διενοήθη. Καὶ ὅτι Μαρτῖνος, οἰκεῖος ὢν Ἀρδαβουρίου, μηνύει Ταρασικοδίσσῃ ἅπερ Ἀρδαβουρίῳ κατὰ βασιλέως ἐτυρεύετο· καὶ ὡς ἐντεῦθεν ἐς τὸ τραχύτερον τῆς ἐς ἀλλήλους ὑπονοίας προϊούσης, ἀναιρεῖ Λέων ὁ βασιλεὺς Ἄσπαρα καὶ τοὺς παῖδας, Ἀρδαβούριον καὶ Πατρίκιον τὸν καίσαρα. Ἀλλ' ὁ μὲν καῖσαρ τῶν πληγῶν ἀνενεγκὼν, παραδόξως διεσώθη καὶ διέζησεν. Ἀλλὰ καὶ ὁ ἕτερος τῶν παίδων, Ἀρμενέριχος (supra Ἐρμενάριχος), οὐ συμπαρὼν τῷ φύντι τὸν φόνον τότε διέφυγε. Ταρασικοδίσσαν δὲ γαμβρὸν ἐπὶ θυγατρὶ Ἀριάδνῃ Λέων ὁ βασιλεὺς ποιεῖται, καὶ μετονομάζει Ζήνωνα, στρατηγὸν τῆς ἕω χειροτονήσας. Καὶ τὰ κατὰ Ἀφρικὴν Βασιλίσκου εὐτυχήματά τε καὶ δυστυχήματα. Καὶ ὡς Λέων πολλὰ βουληθεὶς καὶ διαπρορσus evadens, promiscuam historiam ex admodum dissimilibus concinnare deprehenditur. Hic Isauriam ab Esau nomen mutuatam dicere audet.

Primo libro narrat Asparis liberorumque ejus potentiam, et Leonis per Asparem electionem. De urbis conflagratione exorta, quæque hic ab Aspare reipublicæ commodo gesta sint. De Tatiano et Viviano, utque de illis Aspar cum imperatore contenderit, et quæ ac qualia inter eos verba tum jactata sint. Imperatorem ea ex causa cum Isaurorum genere societatem iniisse per Tarasicodissam Rusumbiadeotam, quem etiam, Zenonem mutato nomine vocatum, generum sibi adscivit, quum is priorem conjugem mortalium lege amisisset. Ardaburium item, quo imperatori adversaretur, Isauros æque suarum partium facere constituisse : atque Martinum quendam, Ardaburii familiarem, Tarasicodissæ indicasse, quæcumque in imperatorem machinaretur Ardaburius. Quomodo exinde asperius in dies crescente mutua suspicione, Leo imperator Asparem sustulit ejusque liberos, Ardaburium et Patricium Cæsarem; etsi Cæsar excepta plaga, inopinato salvus evasit, vixitque : et alius item de Aspari filiis, Armencrichus, quod

Lecti sunt Candidi historici libri tres. Inchoat historiam ab electione Leonis, qui e Dacia Illyrica oriundus, quum militari agmini Selymbrianisque cohortibus præesset, Asparis studio imperium adeptus est. Hic Aspar genere Alanus erat, a pueritia militiam secutus, qui ternis nuptiis totidem filios, Ardaburium, Patricium, Ermenarichum, duasque filias sustulit. Incipit ergo, uti diximus, historicus ab initio Leonis imperatoris; desinit vero quum Anastasius imperator renuntiatus est. Patria illi ea Isauria est, ut ipse fatetur, quæ Trachea sive Aspera dicitur. Tabellio fuit vitæ instituto sub iis qui apud Isauros poterant plurimum : religione vero Christianus, et quidem orthodoxus. Quartam enim synodum laudibus ornat, meritoque perstringit eos qui eam oppugnant. Stylum habet historiæ non satis accommodatum. Nam et poetarum phrasibus sine delectu ac juveniliter abutitur : et compositio ejus durior et absona, dithyramborum ritu, quæ alias iterum in dissolutum atque inconcinnum dilabitur. Constructiones innovat non ad ornatum majorem ac venustatem, ut alii *solent*, sed ita, ut auditu molestus fiat, omnisque adeo expers suavitatis. Interdum autem se ipso verbis melior

μηχανησάμενος Ζήνωνα τὸν γαμβρὸν ἀνειπεῖν βασιλέα, τῶν ὑπηκόων μὴ παραδεχομένων, οὐκ ἴσχυσε. Καὶ ὡς πρὸ τελευτῆς αὐτοῦ τὸν ἔγγονον μὲν αὐτοῦ ἐκ Ζήνωνος φύντα τῇ Ἀριάδνῃ· καὶ ὡς μετὰ τελευτὴν Λέοντος ὁ παῖς Λέων Ζήνωνα τὸν πατέρα, συναινέσει τῆς βουλῆς, βασιλέα ἔστεψε. Λεπτομερὴς τε τῆς Ἰσαύρων γενεαλογίας ἀφήγησις, καὶ ὡς εἴησαν ἀπόγονοι τοῦ Ἡσαῦ, πολλὴ σπουδὴ καὶ διήγησις. Ὅπως τε Ζήνων ὑπὸ Βηρίνης ἀπατηθείς, φεύγει γυναικὶ ἅμα καὶ μητρὶ τῆς πόλεως καὶ τῆς βασιλείας. Καὶ ὡς Βηρῖνα, ἐλπίδι τοῦ συναφθῆναι Πατρικίῳ τῷ μαγίστρῳ καὶ βασιλεύειν αὐτὸν τὸν γαμβρὸν αὐτῆς φυγαδεύσασα ἐξ ἀπάτης, καὶ αὐτὴ τῆς ἐλπίδος ἐσφάλη, τῶν ἐν τέλει Βασιλίσκον τὸν αὐτῆς ἀδελφὸν ἀνειπόντων βασιλέα. Περί τε τῆς Ἰσαύρων ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀμυθήτου σφαγῆς. Καὶ ὡς μετὰ Νέπωτα βασιλέα Ῥώμης Αὐγούστουλον ὁ πατὴρ Ὀρέστης Ῥώμης κατεπράξατο βασιλεύειν. Ταῦτα ὁ πρῶτος λόγος.

Ὁ δὲ δεύτερος, ὅπως Πατρίκιος ὁ μάγιστρος ὁ Βηρίνῃ συμφθειρόμενος, ἐπαγαναχτήσαντος αὐτῷ Βασιλίσκου, ἀπεβίω. Καὶ διὰ τοῦτο Βηρῖνα δι' ἔχθρας πρὸς τὸν ἀδελφὸν καταστᾶσα, καὶ Ζήνωνι διὰ χρημάτων τὴν τῆς βασιλείας ἀνάληψιν συμπράττουσα, τὰ ἴσχατα ἔπασχεν ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ· καὶ εἰ μὴ διέκλεψεν αὐτὴν Ἀρμάτος ἐκ τοῦ ναοῦ, τάχα ἂν καὶ διεφθάρη. Ὡς Ἀρμάτος τῇ γαμετῇ συνδιαφθειρόμενος Βασιλίσκου, ἐπὶ μέγα δυναστείας ἦρθη. Καὶ ὡς ὕστερον τὸν κατὰ Ζήνωνος πιστευθεὶς πόλεμον, ἀπέκλινεν ἐπὶ συνθήκαις δι' Ἴλλου πρὸς αὐτόν. Καὶ εὐδοκιμῶν ἐπὶ Ζήνωνος, ὡς καὶ τὸν υἱὸν Βασιλίσκον καίσαρα ἰδεῖν, ὕστερον ἐκρεουργήθη, καὶ ὁ παῖς ἐκ τοῦ καίσαρος εἰς τοὺς ἐν Βλαχέρναις ἀναγνώστας ἐτέλεσεν. Ὡς πρὸ τούτων Βασιλίσκος Μάρκον τὸν ἴδιον υἱὸν καίσαρα ἀνεῖπεν, εἶτα καὶ βασιλέα. Καὶ ὡς Ἴλλους συνέβη Ζήνωνι εἰς φιλίαν, καὶ πάλιν ἀναλαβεῖν παρεσκεύασε τὴν βασιλείαν. Καὶ ὡς καταστασιασθεὶς Βασιλίσκος σὺν τῇ γυναικὶ Ζηνωνίδι καὶ τέκνοις καταφεύγει εἰς τὴν ἐκκλησίαν, κἀκεῖθεν ἀπάτῃ Ἀρμάτου ἐκβληθείς, ἐξορίζεται εἰς Καππαδοκίαν, εἶτα παγγενεὶ κατασφάζεται. Ὡς Πέτρου τοῦ δυσσεβοῦς τὰς τῆς ἀνατολῆς ταράσσοντος ἐκκλησίας, Καλανδίωνα Ζήνων ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ἱεράσθαι Ἀντιοχείας ἀπέστειλε, καὶ δεόμενος χρημάτων ἐκ μηνυμάτων ἐπέτυχε. Καὶ πολλοὶ νεωτερίσαντες κατ' αὐτοῦ καὶ ἁλωκότες δίκην ἔδοσαν. Ὡς Ἴλλους πολλὰ τῇ Ῥωμαίων συνήνεγκε πολιτείᾳ, ταῖς τε κατὰ πόλεμον ἀνδραγαθίαις, καὶ ταῖς κατὰ πόλιν φιλοτιμίαις τε καὶ δικαιοπραγίαις. Ὡς μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ βασιλέως Νέπωτος Ῥώμης καὶ τὸν διωγμὸν τοῦ μετ' αὐτὸν Αὐγουστούλου, Ὀδόακρος Ἰταλίας καὶ αὐτῆς ἐκράτησε Ῥώμης. Καὶ στασιασάντων αὐτῷ τῶν δυσμικῶν Γαλατῶν, διαπρεσβευσαμένων τε αὐτῶν καὶ Ὀδοάκρου πρὸς Ζήνωνα, Ὀδοάκρῳ μᾶλλον ὁ Ζήνων ἀπέκλινεν. Ὡς Ἀλανός τις Ἴλλουν ἀνελεῖν βουληθεὶς καὶ πλήξας, Ἐπινίκιον εἶπεν, ὃς ἦν οἰκεῖος Βηρίνῃ, τὴν ἀναίρεσιν

---

abesset tum forte a patre, eadem perinde effugit. Tarasicodissam ergo sibi generum, data Ariadna filia, imperator adscivit, Zenonemque nominatum, exercitus in Oriente ducem creavit. Refert deinde quæ in Africa secunda adversaque gesserit Basiliscus. Leonem quoque multa volentem molientemque, quo Zenonem generum imperatorem renuntiaret, subditis repugnantibus, minime id quidem efficere potuisse, sed paulo ante obitum nepotem ex Ariadna et Zenone natum creasse: ita post Leonis excessum a Leone filio Zenonem patrem, assentiente senatu, esse imperatorem coronatum. Hinc Isaurorum stemma per series descripsit auctor, atque illos esse Esau posteros ac sobolem studiose persuadere conatur. Ut a Verina deceptus Zeno fugerit cum uxore ac matre ex urbe imperioque: utque Verina spe adjungendi sibi Patricium magistrum, foreque ut imperaret, generum suum Zenonem fugaverit per fraudem; quæ tamen spes eam fefellerit, quum ii qui in magistratu erant, Basiliscum, ejus fratrem, imperatorem renuntiarent. De Isaurorum incredibili Constantinopolitana in urbe cæde, utque post Nepotem, Romanorum imperatorem, Orestes pater Augustulum Romano præfecerit imperio. Et hæc fere libro primo narrat Candidus.

Altero vero libro ista. Patricius magister, qui cum Verina consuetudinem habebat, indignante ipsi Basilisco, periit. Eapropter in fratrem Verina odio concepto, ac Zenonem opibus ad recuperandum imperium adjuvans, extrema quæque a fratre pertulit, ac nisi e templo Harmatus eam clam subduxisset, forte et ipsa e medio sublata fuisset. Cum Basilisci uxore adulteratus Harmatus, ad summam pervenerat potentiam, adeo ut tandem ei bellum, quod adversus Zenonem gerebatur, creditum fuerit, ad quem tamen certis pactis illi opera conditionibus defecit. Sub Zenone igitur tanti quum esset nominis Harmatus, ut et filium Basiliscum Cæsarem viderit, post nihilominus in frusta discerptus est, et puer ipse ex Cæsare inter lectores in Blachernis profiteri cœpit. Basiliscus ante hæc Marcum filium Cæsarem crearat, ac post etiam imperatorem. Illus, cum Zenone conciliata amicitia, imperium eidem recuperare studuit. Basiliscus itaque a seditiosis superatus, cum Zenonide conjuge ac liberis in templum se recepit, unde Harmati fraudibus extractus, et in Cappadociam relegatus, mox cum tota stirpe cæsus est. Quum Petrus ille impius Orientis turbaret ecclesias, misit Zeno imperator Calandionem, ut Antiochenæ sedis episcopus sacraretur. Quum autem pecunia indigeret imperator, eam ex denuntiationibus sibi comparavit. Multi rebus novis contra illum studentes, capti pœnas dederunt. Multa Illus Romanæ rei publicæ contulit, quum militiæ rebus fortiter gestis, tum domi honestis studiis ac justitiæ cultu. Post interemptum Nepotem, imperatorem Romanum, et ejus successorem Augustulum expulsum, Odoacer Italia atque ipsa adeo urbe potitus est. Rebellantibus autem huic Occidentis Gallis, et legatione ab ipsis, aliaque ab Odoacro ad Zenonem missa, in Odoacrum magis Zenonis animus inclinavit. Alanus quidam occidere illum conatus, quum eum percussisset, ab Epinicio, qui erat Verinæ domesticus, subornatum se ad eædem ait; itaque traditus Illo Epinicius est, qui data fide et oblivionis et præmiorum, ordine cuncta enarravit, quæ in Illum

ὑποθέσθαι. Καὶ ὡς ἐξεδόθη Ἐπινίκιος Ἴλλου· καὶ ὡς ὑποσχέσει καὶ ἀμνηστίας καὶ εὐεργεσιῶν ἐξεῖπε πάντα Ἐπινίκιος, ὅσα ἐπεβούλευε Βηρῖνα κατὰ Ἴλλου. Καὶ ὡς Ζήνων Βηρῖναν διὰ τοῦτο ἐκδίδωσιν, ὁ δ' αὐτὴν εἰς φρούριον Κιλικίας ὑπερορίσας ἠσφαλίσατο· ὡς Παμπρεπίῳ τῷ δυσσεβεῖ διὰ Μάρσου Ἴλλους φιλιωθείς, ἅπαντα κατὰ μικρὸν συνέχεε τὰ αὐτοῦ. Ὡς ἐμφύλιος συνέστη Ζήνωνι πόλεμος, ἐξάρχοντος Μαρκιανοῦ καὶ Προκοπίου υἱῶν τοῦ βασιλεύσαντος Ῥώμης Ἀνθεμίου, καὶ κρατήσαντος Ζήνωνος δι' Ἴλλου, πρεσβύτερος μὲν Μαρκιανὸς ἐχειροτονήθη, ὁ δὲ Προκόπιος πρὸς Θεοδώριχον τὸν ἐν Θράκῃ διέφυγε. Καὶ ὡς ὑπερορισθεὶς Μαρκιανὸς ἐν Καππαδοκίᾳ καὶ διαφυγὼν ἐτάραξε τὴν κατ' Ἄγκυραν Γαλατίαν· εἶτα συλληφθεὶς εἰς Ἰσαυρίαν διῳκίσθη. Καὶ ὡς ἡ πρὸς Ἴλλουν ἔχθρα τῷ βασιλεῖ συνέστη καὶ ηὐξήθη. Οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ δεύτερος.

. Ὁ δὲ τρίτος ἄλλα τε περιέχει καὶ ὡς εἰς τὸ ἐμφανὲς Ἴλλους ἐπαναστὰς Ζήνωνι βασιλέα Λεόντιον σὺν Βηρίνῃ ἀνεῖπεν. Ὅπως τε δυσπραγήσαντες ἐπολιορκήθησαν, καὶ ἁλόντες ἀπετμήθησαν, καὶ τἆλλα ἕως τῆς Ζήνωνος τελευτῆς.

2.

Suidas v. Χειρίζω: Κάνδιδος (Κάδδος codd.) ἱστοριογράφος φησὶν ὅτι Λέων ὁ Μακέλλης, ὁ μετὰ Μαρκιανὸν βασιλεύσας, περὶ τὴν ἐκστρατείαν τὴν κατὰ Βανδήλων ἄπειρα χρήματα δεδαπάνηκε. Ἦσαν γάρ, ὡς οἱ ταῦτα ἐφανέρωσαν κεχειρικότες, διὰ μὲν τῶν ὑπάρχων χρυσίου λίτραι τετρακισμύριαι πρὸς ἑπτακισχιλίαις· διὰ δὲ τοῦ κόμητος τῶν θησαυρῶν ἑπτακισχίλιαι πρὸς μυρίαις· καὶ ἀργυρίου λίτραι ἑπτακόσιαι χιλιάδες, ἅτε τῶν ἀνηλωμένων ἀρχόντων (ἀρκούντων Vales.) ἐκ δημευσίμων, καὶ ἐκ τοῦ βασιλέως Ἀνθεμίου. Cf. Vales. ad Euagrium p. 74.

Verina moliretur. Quare Zeno Verinam Illo tradidit, qui eam in Ciliciæ castellum ablegavit, atque ita tutum sese reddidit. Illus Pamprepio, homini impio, Marsi opera, factus carus, paulatim omnia ipsius negotia perturbavit. Civile Zenoni bellum fuit atque intestinum, insurgentibus Marciano atque Procopio, filiis ejus, qui Romæ imperaverat, Anthemii. Quos quum Illus Zenonis auspiciis devicisset, Marcianus quidem natu grandior ordinatus est presbyter; Procopius vero ad Theuderichum (Triarii filium) in Thraciam confugit. Quin et extorris in Cappadocia Marcianus, fuga elapsus, quæ ad Ancyram pertinet, Galatiam turbavit, donec captus in Isauriam est relegatus. *In Illum* quoque ab imperatore odium conceptum est auctumque. Atque hæc libro secundo prodita.

Tertius deinde liber quum alia continet, tum quomodo palam in Zenonem Illus insurrexerit, Leontiumque imperatorem cum Verina renuntiaverit, utque re infeliciter gesta, obsessi captique capite truncati sunt, aliaque ad exitum usque Zenonis.

2.

Candidus historicus refert a Leone Macello, qui post Marcianum imperavit, in bellum adversus Vandalos infinitam pecuniam erogatam fuisse. Fuerunt enim, testibus illis qui eam administrarunt, per præfectos numerata auri pondo quadraginta septem millia; per Comitem vero largitionum auri librarum septendecim millia, argenti vero septingenta millia, quum sumptus abunde suppeterent partim ex bonis publicatis, partim ex ærario imperatoris Anthemii.

EUSTATHIUS EPIPHANIENSIS.

Eustathius ex Epiphania Syriæ urbe oriundus historiæ epitomen condidit, in qua, sumpto inde ab antiquissimis temporibus exordio, usque ad Anastasii imp. annum duodecimum (502) narrationem deduxit. Opus hoc ex uno fere novimus Euagrio, qui iis locis quibus historiæ profanæ summa capita rebus ecclesiasticis interponit, sæpius ac summa cum laude Eustathii facit mentionem. Neque dubito quin Euagrius historiæ civilis breviaria sua usque ad an. 502 longe plurima hauserit ex Eustathii epitome, adeo ut etiam historici, qui majorum operum conditores passim ab eo citantur, ex Eustathio nostro commemorentur (*). Idem lib. V, 24 divisionem operis indicat. Etenim postquam historiæ profanæ scriptores recensuit Characem, Theopompum, Ephorum, Dionysium Halicarnassensem, Polybium, Appianum, Diodorum, Dionem Cassium, Herodianum, Nicostratum, Dexippum, Arrianum, Asinium Quadratum, Zosimum, Priscum, subjicit hæc : Ἅπερ ἅπαντα Εὐσταθίῳ τῷ Ἐπιφανεῖ ἐπιτέτμηται πανάριστα ἐν δύο τεύχεσιν, ἑνὶ μὲν ἕως ἁλώσεως Ἰλίου, τῷ δὲ ἑτέρῳ ἕως δωδεκάτου ἔτους τῆς Ἀναστασίου βασιλείας. In his verba ἐν δύο τεύχεσιν intelligenda sunt de duobus operis partibus, quarum utramque complures libros continuisse consentaneum est. In priore parte, quæ mythica continebat, præ ceteris secutus erit Characem, quem per multos libros argumentum illud tractasse scimus, atque primo loco inter auctores, quos Eustathius excerpserit, ab Euagrio memorari videmus. De altera parte, quæ a Trojanis temporibus initium cepit, Suidas loquitur in hisce : Εὐστάθιος, ait, Ἐπιφανεύς. Χρονικὴν ἐπιτομὴν (ὡραιοτάτην add. Eudocia) τῶν ἀπ' Αἰνείου (τοῦ Τρωὸς add. Eud.) μέχρι Ἀναστασίου βασιλέως ἐν τόμοις θ', καὶ ἄλλα τινά. Eudocia pro ἐν τόμοις θ' habet ἐν τόμοις εἴκοσι. Küsterus scribi voluit ἐν τόμοις β', ex Euagrio scilicet. Verum Euagrius duas historiarum partes, uti dixi, non vero duos libros significare voluisse mihi videtur.—Inter ἄλλα τινά, quæ Eustathius scripsisse dicitur, fortasse fuit historia belli Persici, quod contra Cabadem Anastasius (502—505) gessit. Eam vero historiam ne ultra primum belli annum, qui Amidæ urbis expugnatione clarus erat, deduceret, fato impeditus est. Euagrius I, 19 (fr. 1, ubi de Theodosii II temporibus sermo est) : Ἅπερ ἱστόρηται μὲν καὶ ἄλλοις, ἐπιτέτμηται δὲ εὖ μάλα κομψῶς καὶ Εὐσταθίῳ τῷ ἐξ Ἐπιφανείας, τῷ Σύρῳ, ὃς καὶ τὴν ἅλωσιν Ἀμίδης συνεγράψατο. Idem III, 37 (fr. 6, ubi inter belli Persici initia Theodosiopolis et Amidæ expugnatio commemoratur) : Εἰ τῷ δὲ φίλον λεπτῶς τὰ περὶ τούτων εἰδέναι καὶ τῇ ἀκριβείᾳ πάντων ἐπεξελθεῖν, Εὐσταθίῳ εὖ μάλα σοφῶς μετὰ πολλοῦ τοῦ πόνου καὶ τῆς ἐς ἄγαν κομψείας ἱστόρηταί τε καὶ συγγέγραπται· ὃς μέχρι τῆς γραφῆς ταύτης ἱστορήσας τοῖς ἀπελθοῦσι συναριθμεῖται, δωδέκατον ἔτος τῆς Ἀναστασίου καταλελοιπὼς βασιλείας. Malala p. 399 (fr. 7) : Περὶ οὗ πολέμου Εὐστάθιος . . . συνεγράψατο· ὅστις καὶ εὐθέως ἐτελεύτησε, μήτε εἰς τέλειον τὴν ἔκθεσιν αὐτοῦ συντάξας.

1.

Euagrius Hist. Eccl. I, 19 : Ἐν δὲ τοῖς αὐτοῖς χρόνοις Θεοδοσίου ἐπαναστάσεις συχναὶ κατὰ τὴν Εὐρώπην γεγόνασιν, Οὐαλεντινιανοῦ Ῥώμης βασιλεύοντος· ἃς καὶ καθεῖλε Θεοδόσιος, μεγάλας δυνάμεις ἐκπέμψας κατά τε γῆν καὶ θάλασσαν, πεζικῷ τε καὶ νηΐτῃ στρατῷ. Οὕτω δὲ καὶ Περσῶν παροινησάντων κεκράτηκε, βασιλεύοντος αὐτῶν Ἰσδιγέρδου πατρὸς τοῦ Οὐαραράνου, ἢ ὡς Σωκράτει δοκεῖ, αὐτοῦ Οὐαραράνου βασιλεύοντος· ὡς καὶ πρεσβευσαμένοις αὐτοῖς εἰρήνην χαρίσασθαι, ἣ καὶ διήρκησε μέχρι δύο καὶ δέκα ἐτῶν τῆς Ἀναστασίου βασιλείας. Ἅπερ ἱστόρηται μὲν καὶ ἄλλοις, ἐπιτέτμηται δὲ εὖ μάλα κομψῶς καὶ Εὐσταθίῳ τῷ ἐξ Ἐπιφανείας, τῷ Σύρῳ, ὃς καὶ τὴν ἅλωσιν Ἀμίδης συνεγράψατο. Euagrium exscripsit Nicephorus Callist. Hist. Eccl. XIV, 57, p. 579 ed. Paris.

Ἰσδιγέρδου πατρὸς τοῦ Οὐαραράνου] His menda subest, quæ in errorem induxit diligentis-

(*) Eustathium inter fontes Euagrii recenset etiam Nicephorus Callist. H. Eccl. procem.

1.

Ejusdem Theodosii temporibus crebræ in Europa rebelliones exstiterunt, dum Valentinianus Romæ imperium administraret. Quas Theodosius oppressit missis ingentibus auxiliis tam pedestris quam navalis exercitus. Persas quoque insolentia elatos (quorum tunc rex erat Isdigerdes pater (l. *filius*) Vararanis, sive, ut Socrati placet, Vararanes ipse) usque adeo superavit, ut pacem ipsis per legatos poscentibus concederet, quæ ad duodecimum annum Anastasii permansit. Quæ res tum ab aliis scriptoribus proditæ sunt, tum ab Eustathio Epiphaniensi Syro admodum eleganter in compendium sunt redactæ. Qui quidem Amidæ quoque urbis expugnationem scripsit.

simum Tillemontium *Hist. des emp.* VI, p. 44. 45. 610. Etenim Isdigerdem I (398—419), patrem Vararanis, omnino nullum contra Romanos suscepisse bellum diserte testatur Agathias IV, 27. Filius vero ejus Vararanes V (419—439 vel 440) bellum intulit Theodosio II, qui etsi armis superior esset, ipse tamen primus legatos de pace ineunda ad Persas misit (Socrates c. 18, p. 357, C. Theophanes p. 134 ed. Bonn.). Pax illa facta est an. 422 in annos centum (Sozom. IX, 4, p. 805, A). At duodeviginti fere annis post fœdera rupta, bellumque instauratum, sive eodem adhuc regnante Vararane (ut Procopius De bell. Pers. I, 2, et Agathias IV, 27 tradunt), sive sub initio regni Isdigerdis filii, ut Eustathius noster dicit (probabilius utique, v. Tillemont. p. 611), ac statuisse videtur Chron. Marcellini, ubi res ponitur in an. 441. Hinc deinceps usque ad Anastasii annum duodecimum de bellis inter Romanos Persasque gestis nihil innotuit, ac revera eousque pacem fuisse testatur Eustathius. Patet igitur apud Euagrium non de bello anni 422, sed de bello anni 441 cogitandum esse; idque vel inde colligas, quod in antecedente capite Euagrius de Attila Hunnorum rege (ab an. 433) verba facit. Consequitur pro Ἰσδιγέρδου πατρὸς leg. esse Ἰσδιγ. υἱοῦ, nisi forte ipsius Euagrii errorem esse mavelis. Denique pro παροτινησάντων leg. propono παρασπονδησάντων.

2.

Euagrius II, 15 : Λέων δὲ γαμβρὸν ἐπὶ θυγατρὶ Ἀριάδνῃ προσλαμβάνεται Ζήνωνα, Ἀριχμῆσον μὲν ἐκ σπαργάνων καλούμενον, μετὰ δὲ τοῦ γάμου καὶ τὴν προσηγορίαν προσκτησάμενον ἔκ τινος παρὰ τοῖς Ἰσαύροις ἐς μέγα κλέος ἐληλυθότος, οὕτω προσαγορευομένου. Ὅθεν δὲ προσήλθη οὗτος ὁ Ζήνων, τίνος τε χάριν πάντων παρὰ τοῦ Λέοντος προὐχρίθη, Εὐσταθίῳ ἐκτέθειται τῷ Σύρῳ.

Ἀριχμῆσον] Ἀριχμήσιον cod. Florent Nomen corruptum. Apud Candidum Isaurum (cujus v. fr.) vocatur Ταρασιχοδίσσας. Apud Agathiam IV, 29 : Ζήνων.. ὃς δὴ πρώην Ταρασισχωδίστος; sic legebatur ante Niebuhrium, qui scripsit Ταραχωδισαῖος e cod. Rhedig., ubi Τάρασις Κωδισαῖος; similiter in Chronico Pasch. p. 599, 12, ed. Bonn. legitur : Ζήνων ὁ Κωδισσεὺς ὁ Ἴσαυρος. In epistola Verinæ Aug. ap. Theophanem p. 200, 11 Bonn. : Τρασκαλισσαῖον τὸν μεταχληθέντα Ζήνωνα. — ἔκ τινος] Intellige Flavium Zenonem, consulem an. 448, et magistrum militum in Oriente. V. Priscus fr. 8 extr. 12. 14. 15. Tillemont. l. l. VI, p. 109. 114. 229.

3.

Idem III, 25 : Ἐπανίσταται δὲ τῷ Ζήνωνι καὶ Θευδέριχος Σκύθης ὢν γένος, καὶ τὰς οἰκείας δυνάμεις ἀνὰ τὴν Θρᾳκῶν ἀθροίσας ἐπιστρατεύει κατὰ τοῦ Ζήνωνος, καὶ μέχρι στόματος τοῦ Πόντου δῃώσας τὰ ἐν ποσὶ χωρία μικροῦ τὴν βασίλειον εἶλε πόλιν, εἴ γε μή τινες τῶν ἐς τὰ μάλιστα αὐτῷ ἐπιτηδείων ὑπαχθέντες ἐβουλεύσαντο αὐτὸν ἀνελεῖν. Ὃς ἐθελοκακοῦντας τοὺς οἰκείους ἐγνωκὼς, ἐς τοὐπίσω μὲν ἀποχωρεῖ· οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον τοῖς ἀπελθοῦσι συναριθμεῖται. Λέξω δὲ καὶ τὸν τῆς τελευτῆς τρόπον, ὥδε γενόμενον. Δόρυ διηγκυλημένον πρὸ τῆς σκηνῆς αὐτῷ μετεώρητο σχῆμα βαρβαρικόν. Εἶτα διακινῆσαι τὸ σῶμα βουληθείς, ἵππον ἀχθῆναι προστέταχεν· ἀναβολεῖ δὲ οὐκ εἰωθὼς χρῆσθαι, τῷ ἵππῳ προσήλατο. Ὁ δὲ, ἀγελαῖός τις ὢν καὶ ὑβριστὴς, οὔπω περιβάδην Θευδερίχου καθίσαντος, μετεωρίζει τὼ πρόσθε πόδε, τῷ ὀπισθίῳ μόνῳ ἀκροβατῶν, ὡς διαφιλονεικοῦντα τὸν Θευδέριχον, καὶ μήτε τῷ χαλινῷ ἀνασειράζειν τὸν ἵππον τολμῶντα, ὡς ἂν μὴ ἐμπέσοι γε αὐτῷ, μήτε τῆς ἕδρας βεβαίως ἀντεχόμενον, [ἐν τῷ] τῇδε κἀκεῖσε περιδονεῖσθαι διασεῖσαι τὴν αἰχμὴν, ταύτην τε ἐπ' αὐτὸν ἐνεχθῆναι πλαγίαν, καὶ τὴν πλευρὰν κατατρῶσαι· ἔνθεν τε κλινήρη γενόμενον καὶ βραχέας ἡμέρας ἀρκέσαντα, τὸν βίον ἐκ τοῦδε τοῦ τραύματος καταστρέψαι. Cf. Marcellin. Chron. ad

---

2.

Leo Zenonem sibi generum adscivit, data ei in conjugium Ariadna filia. Qui quum ab incunabulis Aricmesius dictus esset, simul cum nuptiis nomen Zenonis assumpsit, ex quodam viro ita appellato, qui apud Isauros ad summam gloriam pervenerat. Undenam vero hic Zeno ad tantum fastigium processerit, et qua de causa Leo cunctis eum prætulerit, ab Eustathio Syro relatum est.

3.

Insurrexit adversus Zenonem Theuderichus (*Triarii f.*), natione Gothus; collectisque in Thracia suis copiis, expeditionem suscepit adversus Zenonem. Et quum cuncta quæ obvia erant, usque ad fauces Ponti late vastasset, parum abfuit quin ipsam urbem regiam caperet. Cepissetque omnino, nisi quidam ex ejus familiaribus, donis corrupti, ipsum interficere moliti essent. Itaque ille, cognita suorum malevolentia, retro abscessit. Neque multo post vitam cum morte commutavit. Mortis autem genus quale fuerit, exponam. Hasta amentata ante illius tabernaculum suspensa erat more barbarico. Forte igitur quum corpus exercere vellet, equum sibi adduci jussit. Quumque stratoris auxilio haudquaquam uti soleret, ipse in equum insiliit. Equus vero, utpote indomitus ac ferox, quum Theuderichus ipsum ambabus tibiis nondum amplexus esset, anterioribus pedibus in sublime elatis, posterioribus duntaxat insistere atque ingredi cœpit. Adeo ut Theuderichus cum equo suo certans, ac neque illum freno retrahere ausus, ne retractus supra ipsum caderet, neque in sella firmiter inhærens, hac et illac circumageretur, hastæque cuspidem impelleret : quæ in eum oblique impacta latus ejus vulneravit. Inde igitur in lectum delatus, quum paucos dies supervixisset, ex eo vulnere discessit.

an. 481 (Placidio solo cons.) : *Theodorichus, Triarii f., rex Gothorum, adscitis suis usque ad Anaplum, quarto urbis milliario advenit; nulli tamen Romanorum noxius continuo reversus est. Porro in Illyricum properans, dum inter suorum moventia plaustra progreditur, jacentis super carpentum teli acumine et pavescentis equi sui impulsione fixus transverberatusque interiit.* Cf. Tillemont. VI, p. 499. 505.

Cap. 26. Μετὰ δὲ ταῦτα διενεχθεὶς πρὸς Ζήνωνα Μαρκιανὸς, παῖς μὲν Ἀνθεμίου τοῦ Ῥώμης βασιλεύσαντος, κῆδος δὲ πρὸς Λέοντα τὸν βεβασιλευκότα πρότερον ἐσχηκὼς, ἐπεὶ τὴν νεωτέραν αὐτοῦ θυγατέρα Λεοντίαν ἐσῳκίσατο, τυραννεῖν ἐπειρᾶτο· καὶ μάχης ἰσχυρᾶς περὶ τὰ βασίλεια συρραγείσης καὶ πολλῶν ἑκατέρωθεν πεπτωκότων, τρέπει τοὺς ἐναντίους ὁ Μαρκιανὸς, καὶ τῶν βασιλείων ἐγκρατὴς γέγονεν ἂν, εἰ μὴ τὸν καιρὸν παρῆκεν, ἐς αὔριον τὴν πρᾶξιν ἀναβαλλόμενος· ὀξυπετὴς γὰρ ὁ καιρὸς, καὶ παρὰ πόδας μὲν ἰὼν ἴσως ἁλίσκεται· ἐπὰν δὲ τὴν λαβὴν διαδράσοι, μετεωροπορεῖ, γελᾷ τε τοὺς διώκοντας, ἐφικτὸς αὐτοῖς λοιπὸν οὐκ ἀνεχόμενος εἶναι· ὅθεν ἀμέλει οἱ πλάσται καὶ ζωγράφοι κόμην ἔμπροσθεν καθέντες αὐτῷ, τὴν κεφαλὴν ὄπισθεν ἐν χρῷ ξυρῶσιν· εὖ μάλα σοφῶς αἰνιττόμενοι ὡς ὀπισθόπους μὲν τυγχάνων τῷ καθειμένῳ τῆς κόμης ἴσως κρατεῖται, ἐμπροσθόπους δὲ γενόμενος τέλειον διαφεύγει, οὐκ ἔχων ὅτῳ κρατηθείη τῷ διώκοντι. Ὅπερ καὶ ἐπὶ Μαρκιανῷ γέγονε, τὸν μὲν εὔθετον αὐτῷ καιρὸν ἀπολέσαντι, ἑξευρεῖν δὲ τοῦτον λοιπὸν οὐ δυνηθέντι. Ἀνὰ γὰρ τὴν ἑξῆς πρὸς τῶν οἰκείων καταπροδοθεὶς, καὶ μόνος ἀπολειφθεὶς πέφευγεν ἀνὰ τὸ τέμενος τῶν ἁγίων ἀποστόλων· ἐκεῖθέν τε πρὸς βίας ἀφελκυσθεὶς, εἰς Καισάρειαν πόλιν (εἰς τὸ Παπουρίου Καστέλλιον Theoph.) τῶν Καππαδοκῶν ἐξοικίζεται. Καί τισι μοναχοῖς συναγελαζόμενος, ὕστερον ἐφωράθη λαθεῖν ἐθέλων. Καὶ πρὸς τοῦ βασιλέως εἰς Ταρσὸν τῆς Κιλικίας ἐκπεμφθεὶς, καὶ τὴν κόμην ἀποθέμενος πρεσβύτερος χειροτονεῖται. Γέγραπται ταῦτα κομψῶς Εὐσταθίῳ τῷ Σύρῳ. Cf. Theophanes p. 196 sq.; qui eodem modo hæc narrat post memoratam necem Theoderichi.

4.

Idem ib. c. 27 : Ὁ αὐτὸς γράφει τὸν Ζήνωνα καὶ Βηρίνῃ τῇ πενθερᾷ μυρίας ἐπιβουλὰς ῥάψαι· μετὰ δὲ ταῦτα καὶ πρὸς τὴν Κιλίκων ἐκπέμψαι χώραν. Ὕστερον δὲ μεταβῆναι ταύτην πρὸς τὸ Παπιρίου λεγόμενον φρούριον, Ἴλλου τυραννήσαντος, αὐτόθι τε τὸν βίον ἐκλιπεῖν. Καὶ τὰ κατὰ Ἴλλουν δὲ γράφει μάλα λογίως ὁ Εὐστάθιος, ὅπως πρὸς τοῦ Ζήνωνος ἐπιβουληθεὶς διέφυγε, καὶ ὅπως ὁ Ζήνων τὸν ἀποσφάξαι τοῦτον προσαχθέντα ἐς θάνατον ἐκδέδωκε, μισθὸν τῆς ἀποτυχίας τὴν τῆς κεφαλῆς ἐκτομὴν αὐτῷ παρασχών· ὃν καὶ στρατηγὸν ὁ Ζήνων τῶν ἑῴων ἀποδείκνυσι δυνάμεων, τὸ λαθεῖν πραγματευόμενος. Ὁ δὲ, Λεόντιον προσεταιρισάμενος, Μάρσον τε οὖν, ἄνδρα δόκιμον, καὶ Παμπρέπιον, ἀνὰ τὰ τῆς ἑῴας γέγονε μέρη. Εἶτα τὴν Λεοντίου ἀνάρρησιν τὴν ἐς Ταρσὸν τῆς Κιλικίας γενομένην· ὅπως τε καὶ οὗτοι τῆς τυραννίδος ἀπώναντο, Θευδερίχου κατ' αὐτῶν ἐκπεμφθέντος, ἀνδρὸς Γότθου τὸ γένος ὑπάρχοντος, παρὰ Ῥωμαίοις τε αὖ ἐπισήμου, μεθ' ἡμιδαπῆς τε καὶ ἀλλοδαποῦς δυνάμεως. Ἀναγράφει μάλα σοφῶς ὁ αὐτὸς Εὐστάθιος καὶ τοὺς ὀπιλαίως ἀνηρημένους πρὸς Ζήνωνος ἀντὶ τῆς ἐς αὐτὸν εὐνοίας· καὶ

Post hæc Marcianus, filius Anthemii ejus qui Romæ imperavit, affinis autem Leonis, qui ante Zenonem imperium rexerat, cujus etiam filiam natu minorem, Leontiam nomine, uxorem duxerat, a Zenone dissidens, tyrannidem arripere conatus est. Commissaque gravi pugna circa palatium, et plurimis ex utraque parte cæsis, Marcianus adversarios in fugam vertit. Eodemque impetu palatium occupavisset, nisi, re in crastinum diem dilata, opportunitatem e manibus elabi sivisset. Volucris enim est occasio. Et dum ad pedes quidem advolat, forsitan apprehendi potest; ubi vero manus effugerit, in sublime avolat, ridetque eos qui ipsam insequuntur, nec amplius ad eos advolare sustinet. Itaque pictores et statuarii comam ei a fronte dimittunt, et occipitium ad cutem usque radunt : prudenter admodum subindicantes, occasionem quamdiu quidem a tergo imminet, comâ demissâ facile apprehendi posse; quando autem præcedit, penitus effugere, nullam ansam, qua capiatur, præbentem insequentibus. Quod quidem tunc accidit Marciano : qui quum occasionem ipsi oblatam elabi sivisset, eandem postea recuperare non potuit. Postero enim die a suis proditus, et solus relictus, confugit ad basilicam sanctorum apostolorum. Unde per vim extractus Cæsaream Cappadociæ relegatur. Ibi quum se monachis quibusdam aggregavisset, postea fugam meditari deprehensus est. Quam ob causam ab imperatore Tarsum Ciliciæ deportatus, detonsâ comâ presbyter est ordinatus. Atque hæc quidem ab Eustathio Syro scripta sunt elegantèr.

4.

Idem Eustathius scribit Zenonem innumeras insidias adversus Verinam socrum suam struxisse, tandemque eam in Ciliciam relegasse. Postea vero, quum Illus tyrannidem occupasset, Verina in Papirium castrum migravit, ibique excessit e vita. Res præterea Illi ab eodem scriptore elegantissime exponuntur, quemadmodum, quum a Zenone insidiis appelitus fuisset, effugerit; atque Zeno eum quem ad interficiendum Illum submiserat, Illo necandum tradiderit, capitis amputationem mercedis loco ei rependens, eo quod conatu excidisset. Illum quoque magistrum Orientalis militiæ renuntiavit, studens ut occultæ essent insidiæ quas illi comparaverat. Illus vero, adscito in societatem Leontio et Marso, viro egregio, ac Pamprepio, ad Orientis partes perrexit. Refert deinde idem Eustathius, quomodo Leontius apud Tarsum Ciliciæ imperator nuncupatus sit; et quem isti tyrannidis suæ fructum perceperint, quum Theuderichus, vir natione Gothus, et qui apud Romanos erat illustris, adversus eos missus esset cum exercitu Romanorum simul ac barbarorum. Idem Eustathius ele-

ὅτι γε ὁ Θευδέριχος τῆς ἐπιβουλῆς Ζήνωνος αἰσθόμενος, ἐπὶ τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην ἀναχωρεῖ· τινὲς δέ φασιν ὡς καὶ ὑποθήκῃ Ζήνωνος. Καὶ Ὀδόακρον μάχῃ κρατήσας, ὑφ' ἑαυτὸν τὴν Ῥώμην ποιεῖται, ῥᾳγα προσονομάσας ἑαυτόν. Cf. uberem narrationem Theophanis p. 197 sqq. Plura apud Tillemont. VI, p. 509 sqq. 519 sqq.

5.

Idem III, 29 : Τοῦ Ζήνωνος τοίνυν ἄπαιδος τελευτήσαντος ἐπιληψίας νόσῳ μετὰ ἕβδομον καὶ δέκατον ἔτος τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ἤλπισε μὲν Λογγῖνος ὁ τούτου ἀδελφὸς εἰς μέγα δυνάμεως προκεχωρηκὼς, τὴν βασιλείαν ἑαυτῷ περιθήσειν· οὐ μὴν τῶν δοκηθέντων ἔτυχεν. Ἡ γὰρ Ἀριάδνη Ἀναστασίῳ τὸν στέφανον περιτίθησιν, οὔπω μὲν ἥκοντι ἐς γερουσίαν, ἐν δὲ τῇ λεγομένῃ τῶν σιλεντιαρίων σχολῇ καταλεγομένῳ. Ἱστορεῖ δὲ οὖν ὁ Εὐστάθιος μετὰ τὴν ἀρχὴν τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας ἐς τὴν Ζήνωνος τελευτὴν καὶ τὴν ἀνάρρησιν Ἀναστασίου ἔτη διελθεῖν ἑπτὰ καὶ διακόσια· ἀπὸ δὲ τῆς Αὐγούστου μοναρχίας ἔτη δύο καὶ λ' καὶ πεντακόσια πρὸς μησὶν ἑπτά· ἀπὸ δὲ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος ἀρχῆς ἔτη δύο καὶ τριάκοντα καὶ ὀκτακόσια ὁμοίως πρὸς μησὶν ἑπτά· ἐκ δὲ τῆς τῶν Ῥωμαίων καὶ Ῥωμύλου βασιλείας ἔτη δύο καὶ πεντήκοντα [add. καὶ διακόσια] καὶ χίλια καὶ πρός γε μῆνας ἑπτά· ἀπὸ δὲ τῆς ἁλώσεως Τροίας ἔτη ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑξηκόσια καὶ χίλια πρὸς μησὶν ἑπτά. Οὗτος ὁ Ἀναστάσιος πατρίδα τὴν Ἐπίδαμνον ἔχων, [ἣ] Δυρράχιον νῦν προσηγόρευται, τήν τε Ζήνωνος βασιλείαν καὶ γαμετὴν τοῦ αὐτοῦ Ζήνωνος, τὴν Ἀριάδνην ἐσοικίζεται· καὶ πρῶτα μὲν Λογγῖνον Ζήνωνος ἀδελφὸν, τὴν τοῦ μαγίστρου ἀρχὴν διέποντα, ὃν ἡγεμόνα τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων οἱ πρόσθεν ἐκάλουν, ἀνὰ τὴν ἐνεγκαμένην ἐκπέμπει· εἶτα δὲ καὶ πολλοὺς ἑτέρους Ἰσαύρους, τοῦτο δῆθεν αἰτήσαντας. Zeno mortuus est an. 491. Anni epocharum, quas Euagrius affert, parum accurate notati. De Longino etc., v. Theophan. p. 210 sq. Tillemont. VI, p. 533 seq. 542 sq. 648 sq.

6.

Idem III, 35 : Οὐκ ἀπὸ δὲ τρόπου (τόπου?) καθ' ἣν ἐτύχομεν προκαταβεβληκότες ὑπόσχεσιν, καὶ τὰ ἕτερα λόγου ἄξια ὑπὸ τοῖς Ἀναστασίου χρόνοις γεγενημένα συνάψαι τῇ ἱστορίᾳ. Λογγῖνος, ὁ Ζήνωνος ὅμαιμος, τὴν ἐνεγκαμένην, ὡς προδεδήλωται (προδεδιήγηται vg.), κατειληφὼς, τὸν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα πόλεμον ἀναφανδὸν ἀναζώννυται. Καὶ πολλῶν ἔνθεν τε κἀκεῖθεν συναθροισθέντων δυνάμεων, μεθ' ὧν καὶ Κόνων ἐτύγχανεν ὤν, ἐπίσκοπος τῆς ἐν Ἀπαμείᾳ τῶν Σύρων ἐπαρχίας γεγονὼς, τοῖς Ἰσαύροις ὡς Ἴσαυρος συνεστράτευσε, τέλος ἐπιτίθεται τῷ πολέμῳ, τῶν μὲν Ἰσαύρων τῶν συστρατευσάντων τῷ Λογγίνῳ πανωλεθρίᾳ φθαρέντων, τῶν δὲ κεφαλῶν Λογγίνου καὶ Θεοδώρου πρὸς Ἰωάννου τοῦ Σκύθου σταλεισῶν ἀνὰ τὴν βασιλέως πόλιν· ἃς καὶ ἐν κόντοις περιαρτήσας ὁ βασιλεὺς ἐν ταῖς καλουμέναις Συκαῖς ἀντιπέραν τῆς Κωνσταντίνου κειμέναις ἐπῴρησεν, ἡδὺ θέαμα τοῖς Βυζαντίοις ἀνθ' ὧν κακῶς πρὸς Ζήνωνος καὶ τῶν Ἰσαύρων ἐπεπόνθεσαν. Καὶ ὁ ἕτερος δὲ Λογγῖνος τὸ πολὺ τῆς τυραννίδος συνέχων ὁ ἐπίκλην Σελινούντιος, καὶ Ἴνδης σὺν αὐτῷ, πρὸς Ἰωάννου τοῦ ἐπίκλην κυρτοῦ στέλλονται

---

ganti admodum stylo caedem eorum describit, quos Zeno crudeliter necari jussit, hanc iis mercedem rependens benevolentiae qua ipsum complexi fuerant : et quomodo Theuderichus, quum Zenonis adversus ipsum insidias comperisset, Romam se contulit. Alii dicunt Zenonis suasu id a Theudericho factum fuisse. Qui conserto prœlio quum Odoacrum superasset, Romam sub potestatem suam redegit, regis nomine sibi assumpto.

5.

Quum Zeno post septimum decimum imperii sui annum ex comitiali morbo absque liberis decessisset, Longinus quidem ejus frater, qui ad magnam potentiam pervenerat, in spem venit se imperium facile occupaturum esse. Sed tamen voti sui haudquaquam compos factus est. Etenim Ariadne coronam imposuit Anastasio, qui, nondum in senatorium ordinem adlectus, in silentiariorum adhuc schola militabat. Porro Eustathius scribit ab exordio imperii Diocletiani ad Zenonis obitum et nuncupationem Anastasii annos fluxisse 207; a principatu autem Augusti annos 532 mensesque septem; ab Alexandri autem Macedonis regno annos 832 et menses septem; a Romanorum et Romuli regno annos 1252 mensesque septem; a Trojæ denique expugnatione annos 1686 cum septem mensibus. Hic Anastasius, ortus ex urbe Epidamno, quæ nunc Dyrrhachium dicitur, imperium simul et Zenonis uxorem Ariadnen accepit. Ac primum quidem Longinum, Zenonis fratrem, qui magistri dignitatem gerebat, quem antiqui præfectum officiorum palatii appellabant, in patriam amandavit. Multis item aliis Isauris, qui ab ipso id petebant, ad suos redeundi copiam fecit.

6.

Non ab re fuerit, si res quoque ceteras, quæ Anastasii temporibus acciderunt, juxta id quod antea polliciti sumus, subtexamus. Longinus, Zenonis frater, quum in patriam suam, sicut antea memoratum est, advenisset, palam adversus imperatorem bellum suscepit. Plurimis igitur collectis utrimque copiis, in quibus erat etiam Conon, Apameæ in Syria olim episcopus, qui una cum Isauris, utpote Isaurus, militabat, bellum tandem hujusmodi exitu terminatum est. Isauri qui una cum Longino militaverant, omnes ad internecionem cæsi; Longini vero ac Theodori capita ab Joanne Scytha Constantinopolin missa sunt. Quæ imperator contis suffixa circumferri et in suburbano Sycensi, quod ex adverso Byzantii situm est, suspendi jussit : quod spectaculum Constantinopolitanis gratissimum fuit, ob mala quæ a Zenone et ab Isauris perpessi fuerant. Alter vero Longinus, cognomento Selinuntius, præcipuum robur tyrannicæ factionis, et cum illo Indes, ab Joanne, cognomento Gibbo, vivi capti sunt, et ad imperatorem Anastasium missi. Quæ res et imperatorem et populum Constan-

τῷ Ἀναστασίῳ ζωγρίαι· ὃ μάλιστα τόν τε βασιλέα τούς τε Βυζαντίους τεθεράπευκε, θριάμβου δίκην ἀνὰ τὰς λεωφόρους τῆς πόλεως ἀνά τε τὴν ἱπποδρομίαν Λογγίνου τε καὶ Ἴνδου περιενεχθέντων, καὶ τῶν ἐκ σιδήρου πεποιημένων ἁλύσεων ἀνὰ τοὺς αὐχένας καὶ τὰς χεῖρας περιβεβλημένων. Ἐντεῦθεν καὶ τὰ καλούμενα πρώην Ἰσαυρικὰ τοῖς βασιλικοῖς ἐνηνέχθη θησαυροῖς· ἦν δὲ ἄρα τοῦτο χρυσίον ἐς ἕκαστον ἔτος τοῖς βαρβάροις χορηγούμενον, πενταχισχιλίας ἕλκον λίτρας. Cf. Theophan. p. 216. 224. Tillemont. l. l. p. 549.

Cap. 36. Ἐπεχώμασαν οὐκ εἰς τὸ συνοῖσον σφίσι κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐπικρατείας καὶ οἱ Σκηνῖται βάρβαροι, τά τε τῆς μέσης τῶν ποταμῶν τά τε τῆς Φοινίκης ἑκατέρας καὶ τὰ Παλαιστίνων λῃσάμενοι πράγματα. Οἵπερ κακῶς παρὰ τῶν ἑκασταχοῦ στρατηγούντων παθόντες, ὕστερον τὴν ἡσυχίαν ἦγαγον, πρὸς Ῥωμαίους πασσυδεὶ σπεισάμενοι. Cf. Theophan. p. 217 sq.; Nonnosi Exc. ap. Photium; Tillemont. p. 351.

Cap. 37. Ἀλλὰ καὶ Πέρσαι παρασπονδήσαντες ὑπὸ Καβάδῃ τῷ βασιλεῖ, καὶ τὰ οἰκεῖα καταλελοιπότες ἤθη, πρῶτα μὲν Ἀρμενίοις ἐπεστράτευσαν, καὶ πολίχνιον ἐπίλην Θεοδοσιούπολιν ἑλόντες, ὡς Ἀμιδαν πόλιν ὀχυρὰν τῆς μέσης τῶν ποταμῶν ἀφικνοῦνται, καὶ ταύτην ἐκπολιορκήσαντες εἷλον. Καὶ αὖθις ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς πολλοῖς ἀνενεώσατο πόνοις. Εἰ τῳ δὲ φίλον λεπτῶς τὰ περὶ τούτων εἰδέναι καὶ τῇ ἀκριβείᾳ πάντων ἐπεξελθεῖν, Εὐσταθίῳ εὖ μάλα σοφῶς μετὰ πολλοῦ τοῦ πόνου καὶ τῆς ἐς ἄγαν κομψείας ἱστόρηταί τε καὶ συγγέγραπται· ὃς μέχρι τῆς γραφῆς ταύτης ἱστορήσας, τοῖς ἀπελθοῦσι συναριθμεῖται, δωδέκατον ἔτος τῆς Ἀναστασίου καταλελοιπὼς βασιλείας. Cf. Theophan. p. 222 sq. Procop. Bell. Pers. I, 7, De ædif. III, 5; Marcellin. Chron. ad an. 502 (Probo et Avieno coss.); Tillemont. p. 560 sq.

7.

Malala p. 398, 11 ed. Bonn.: Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ (Ἀναστασίου) βασιλείας παρελήφθη Ἀμιδα, μητρόπολις ὀχυρὰ πάνυ τῆς Μεσοποταμίας, καὶ Θεοδοσιούπολις, πολέμῳ ληφθεῖσα ὑπὸ Κωάδου, βασιλέως Περσῶν, ἐπελθόντος τοῦ βασιλέως μετὰ δυνάμεως πολλῆς. Ἔλαβε δὲ παραλήπτους ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Περσῶν Κωνσταντῖνον, στρατηγὸν Ῥωμαίων δυνατὸν, φυλάττοντα τὴν αὐτὴν Θεοδοσιούπολιν, καὶ ἄλλους δὲ πολλούς· οἵτινες καὶ ἐτελεύτησαν ἐν τοῖς Περσικοῖς μέρεσι. Καὶ ἐπεστράτευσε κατὰ Περσῶν ὁ αὐτὸς Ἀναστάσιος βασιλεὺς, πέμψας Ἀρεόβινδον τὸν Δαγαλαίφου υἱὸν, στρατηλάτην ἀνατολῆς, τὸν ἄνδρα Ἰουλιάνας, καὶ Πατρίκιον, στρατηλάτην τοῦ μεγάλου πραισέντου, καὶ Ὑπάτην, στρατηλάτην πραισέντου, τὸν υἱὸν Σεκουνδίνου τοῦ πατρικίου, καὶ τὸν πατρίκιον Ἀππίονα, ποιήσας αὐτὸν ἔπαρχον τῶν πραιτωρίων ἀνατολῆς, καὶ πλῆθος ἄπειρον στρατιᾶς μετ' αὐτῶν πεζικῆς καὶ ἱππικῆς δυνάμεως. Καὶ συνέβαλον μετ' ἀλλήλων τὰ ἀμφότερα τάγματα, καὶ ἐσφάγησαν πολλοὶ καὶ ἔπεσον ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν. Περὶ οὗ πολέμου Εὐσταθίος ὁ σοφώτατος χρονογράφος συνεγράψατο· ὅστις καὶ εὐθέως ἐτελεύτησε, μήτε εἰς τέλειον τὴν ἔκθεσιν αὐτοῦ συντάξας.

---

tinopolitanum magnopere recreavit, quum Longinus et Indes, tanquam in triumphali pompa, per vicos urbis et in circo traducerentur, catenas ferreas collo ac manibus circumjectas gestantes. Ex eo tempore munera, quæ vocabantur Isaurica, in principis ærarium inferri cœpere. Id erat aurum, quod barbaris quotannis pendebatur, librarum scilicet quinque millia.

Sed et barbari quos Scenitas vocant, non sine suo ipsorum damno insultarunt imperio Romano, Mesopotamiam et utramque Phœnicen et Palæstinam provincias depopulati. Verum a ducibus Romanis, qui in singulis provinciis erant, gravi clade affecti, postmodum quievere, quum universa gens pacem cum Romanis fecisset.

Persæ quoque, regnante apud ipsos Cabade, fœdus rupere, et, relictis propriis sedibus, primum in Armeniam cum exercitu invaserunt. Quumque oppidulum Theodosiopolin cepissent, Amidam versus, quæ urbs Mesopotamiæ est satis munita, iter fecere. Hanc quoque diuturna obsidione cinctam tandem ceperunt. Sed imperator Romanorum, non sine magno labore, eam postmodo instauravit. Quodsi quis singula accurate cupit cognoscere, et diligentem cunctorum, quæ gesta sunt, narrationem perlegere, is Eustathium legat, qui luculentissime et summo cum labore maximaque elegantia harum rerum historiam conscripsit. Qui quum usque ad hæc tempora historiam suam perduxisset, excessit e vita, res gestas anno imperii Anastasii duodecimo persecutus.

7.

Anastasio imperante, Persarum rex Coades (*Cabades*), ingenti exercitu instructus, Theodosiopolin atque Amidam, munitissimam Mesopotamiæ metropolin, bello cepit. Constantinum quoque ducem Romanorum fortissimum et urbis Theodosiopolitanæ custodem, cum pluribus aliis captivum abduxit, qui diem suum omnes in Perside obierunt. Imperator itaque Anastasius bellum Persis intulit, in expeditionem hanc missis Areobindo Dagalaiphi filio, Julianæ conjuge et militum in Oriente magistro, Patricio magni Præsentis duce, et Hypate Secundini patricii filio, Præsentis militiæ magistro, et Appione patricio, quem prætorio in Oriente præfectum constituit: horum sub ductu exercitum emisit pedestribus et equestribus copiis instructissimum. Prœlio autem commisso quamplurimi utrimque ceciderunt. Belli autem hujus historiam exorsus est sapientissimus Eustathius chronographus; quam tamen morte præoccupatus ad exitum non perduxit.

HESYCHIUS MILESIUS.

Suidas : Ἡσύχιος Μιλήσιος, υἱὸς Ἡσυχίου διαιτήτου καὶ Φιλοσοφίας, γεγονὼς ἐπὶ Ἀναστασίου βασιλέως. Ἔγραψεν Ὀνοματολόγον ἢ Πίνακα τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν, οὗ ἐπιτομή ἐστι τοῦτο τὸ βιβλίον. Καὶ Χρονικὴν ἱστορίαν, ἥντινα διεῖλε εἰς ἓξ διαστήματα (οὕτω γὰρ καλεῖ ἕκαστον βιβλίον), ἐν οἷς ἐμφέρονται αἱ κατὰ καιροὺς πράξεις τῶν Ῥωμαίων βασιλέων καὶ αἱ ἐπαναστάσεις τῶν κατὰ ἔθνος κρατησάντων τυράννων καὶ τὰ κατὰ τὸ Βυζάντιον πραχθέντα ἕως τῆς βασιλείας Ἀναστασίου, τοῦ ἐπονομαζομένου Δικόρου. Εἰς δὲ τὸν πίνακα τῶν ἐν παιδείᾳ λαμψάντων ἐκκλησιαστικῶν διδασκάλων οὐδένος μνημονεύει· ὡς ἐκ τούτων ὑπόνοιαν παρέχειν, μὴ εἶναι αὐτὸν Χριστιανόν, ἀλλὰ τῆς Ἑλληνικῆς ματαιοπονίας ἀνάπλεων.

Igitur Hesychius, qui a dignitate *Illustris*, Ἰλλούστριος, vocari solet, patriam habuit Miletum, patrem Hesychium, matrem denique, si veteres Suidæ editiones sequimur, *Sophiam*. Verum pro vulgata καὶ Σοφίας optimi Suidæ codices ABVE præbent καὶ φιλοσοφίας. « Nec temere, Bernhardyus ait, præsertim quum in Labbæi Glossis Basil. exstet ὁ Ἰλλούστριος Ἡσύχιος ὁ φιλοσοφήσας τῆς Μιλησίας. Accedit quod Photius item Bibl. cod. 69 posuit Ἡσυχίου καὶ Φιλοσοφίας, ubi libris invitis olim legebatur καὶ Σοφίας. Itaque καὶ Σοφίας repudiavi; quamquam quæ doctrinæ genera memorata fuerint, haud divinare licet. » Mihi vero non doctrinæ genera sed matris nomen commemorari apud Suidam videtur. Eo enim ducit Photius; et in Glossis Bas. facillime emendatur : Φιλοσοφίας τῆς Μιλησίας. Ac quidni apud Romanos, qui nomen Σοφίας in honore habebant, modestius etiam Φιλοσοφίας nomen mulieri inditum sit? — Filium ex uxore Hesychius suscepit Joannem, quem fatum præmaturum patri eripuit (Phot. cod. 69).

Deinde Suidas vixisse Hesychium dicit sub Anastasio; recte procul dubio; sed vixit etiam sub Justino I et Justiniano. Nam Constantinus Porphyrogenitus De them. I, 2 p. 18 Bonn. : Οὔτε γὰρ Προκόπιος, ait, οὔτε Μένανδρος οὔτε Ἡσύχιος Ἰλλούστριος ἐμνημόνευσε τοῦ τοιούτου ὀνόματος (sc. τοῦ θέματος Ἀρμενιακοῦ), οἱ τὰ Χρονικὰ συντάξαντες ἐπὶ τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας. Idem etiam inde colligitur, quod Hesychius historias suas usque ad primos annos regni Justinianei deduxit, et probabiliter etiam ultra deducturus fuisset, nisi a scribendo animum avertisset dilecti mors filii. Denique rem conficiunt ea quæ de Triboniano assentatore leguntur in Ὀνοματολόγῳ. Qui quidem Tribonianus quum Ἕλλην καὶ ἄθεος, i. e. *ethnicus et impius*, dicatur, simul hinc liquet Hesychium religione Christianum fuisse. Adde quod inter Sibyllas primam fuisse narrat Chaldæam τὴν περὶ Χριστοῦ προφητεύσασαν. Alia nonnulla, quæ in eandem sententiam interpretanda apud Hesychium occurrunt, collegit Chr. Thorschmidtius in Comment. De Hesychio Milesio *Christiano* (Wittenberg 1716; et repetita in Hesychii Milesii opusculis II, ed. Orellius Lips. 1820, p. 261 sqq.). Temere igitur Suidas ethnicum Hesychium fuisse suspicatur ex eo, quod in Onomatologo sacra miscere profanis auctor noluit.

Scripsit Hesychius Ὀνοματολόγον ἢ πίνακα τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν, οὗ ἐπιτομή ἐστι τοῦτο τὸ βιβλίον. « Hæc (Nækius ait in Chœril. fr. p. 34) incredibile quantas turbas dederint. Albertus, ubi Suidæ locum exhibet cum variorum notis, in Prolegg. ad Hesych. Lex. fol. I, Jo. Vossii verba apponit, quæ si bene intelligo, hæc fuit Vossii sententia, Suidam lexicon illud suum appellare βιβλίον et Epitomen Hesychii Milesii. Meursius mutilum esse censebat Suidam, et ita supplendum : ὀνομαστῶν, Διογένην Λαέρτιον μιμησάμενος, οὗ ἐπιτομή κτλ. Quam conjecturam secure repetiit Thorschmidtius in Diss. De Hesychio Milesio. Albertus eam non refutavit, et Küsterus ad Suidam liberum de ea lectori judicium reliquit. A vero proxime abfuit Fabricius B. Gr. VI, p. 222 (*). Breviter

(*) Fabricius l. l. : « Hoc potest ita intelligi, ut duos libros ejusdem argumenti composuerit Hesychius, unum uberiorem, quem Callimachi exemplo inscripserit Πίνακα et alterum qui hodie exstat breviorem Ὀνοματολόγον, qui fuerit prioris veluti epitome. Equidem Meursius putat supplenda esse verba : Διογένην τὸν Λαέρτιον μιμησάμενος, οὗ ἐπιτομή ἐστι τὸ παρὸν βιβλίον. Sed quamquam plurima e Laertio iisdem verbis repetiit, Epitomen tamen Laertii neutiquam præstat, ne dicam codicem nullum Suidæ ms. conjecturæ Meursii audaciori suffragari, et Hesychium multa referre, de quibus in Laertio ne γρύ. Nonnulla ex Hesychii libello verbotenus Suidas, non tantum in v. Ξάνθος, Ξενοκράτης, Ποταμών, Φαίδων, sed etiam in Ἀπολλώνιος, Ἀρασταί; et aliis quam plurimis locis. » — « Exstat hic libellus mss. Florentiæ in bibl. Laur. Med. cod. XXXVII, nr. 10, et cod. XIV, sæc. XVI, plut. 70 : vid. Bandin. Catal. codd. Gr. II, 569 et 674. In posteriore codice præcedit epistola græca Christophi Rufi ad Cosmum I Mediceum, in qua se recens hunc auctorem e tenebris eruisse testatur. Quam epistolam Bandinus l. l. evulgavit. Montfauconus Bibl. bibl. mss. tres codices bibl. Medic. refert. — Paris. in col. 3025, nr. 10 bibl. nation. » Harles. — « Prodiit primum græce e bibliotheca Jo. Sambuci, Antwerpiæ an. 1572,8. apud Christophorum Plantinum, subjunctaque ad

loquitur, ut in re nota, Suidas, cujus sententia hoc modo supplenda est : *Hesychius Milesius scripsit* Ὀνοματολόγον ἢ πίναχα, *cujus Epitome est hicce libellus, qui nunc Hesychii Milesii nomine inscribitur.* Innuit autem eundem libellum quem hodie nos habemus. » Sane quidem nos nihil nisi epitomen quandam uberioris operis tenere, eamque negligenter admodum confectam, luce clarius est. Quodsi vero glossas Suidiani lexici cum iis quæ in nostro libello leguntur, contuleris, facile intelligitur Suidam aut integro Hesychii opere usum esse, aut epitomen ante oculos habuisse, eâ, quæ superstes est, ampliorem. In hac sua epitome, opinor, Suidas reperit verba illa quæ immutata in suum lexicon transcripsit : οὗ ἐπιτομή ἐστι τοῦτο τὸ βιβλίον.

Præterea Hesychius Annales scripsit libris (διαστήμασιν) sex, quibus continentur imperatorum Romanorum res variis temporibus gestæ et historiæ principum, qui singulis gentibus imperarunt, item ea quæ Byzantii gesta sunt usque ad imperium Anastasii cognomento Dicori. Sic Suidas refert. Disertius de his exponit Photius, qui etiam tertium Hesychii opus, cujus mentio apud Suidam desideratur, commemorat.

Photius cod. 69 : Ἀνεγνώσθη μοι βιβλίον ἱστορικὸν ὡς ἐν συνόψει κοσμικῆς ἱστορίας (ὁ δὲ συγγραφεὺς Ἡσύχιος ὁ Ἰλλούστριος, Μιλήσιος μὲν ἐκ πατρίδος, παῖς δὲ Ἡσυχίου καὶ Φιλοσοφίας [Σοφίας τgo]) · καθ' ὃ καὶ ἡ ἐπιγραφὴ τοῦ βιβλίου μετὰ τοῦ Ἱστορίας Ῥωμαϊκῆς τε καὶ παντοδαπῆς τυγχάνει. Ἄρχεται μὲν οὖν ἀπὸ τῆς τοῦ Βήλου τοῦ Ἀσσυρίων βασιλέως βασιλείας, κάτεισι δὲ μέχρι τῆς τελευτῆς Ἀναστασίου, ὃς Ῥωμαίων γέγονεν αὐτοκράτωρ.

Ἔστι δὲ σύντομος καὶ καλλιεπής· λέξει τε γὰρ ἀνθηρᾷ καὶ εὐσήμῳ κέχρηται, καὶ ἡ συνθήκη τοῦ λόγου κατὰ λόγον αὐτῷ ἡρμοσμένη· κυριολογίᾳ μὲν μάλιστα χαίρων· εἰ δέ που καὶ τρέψοιτο, τῷ τε εὐσήμῳ καὶ ἐμφατικωτάτῳ τῆς λέξεως ἥδυνε μὲν τῇ τροπῇ τὸν ἀκροατήν, οὐδὲν δὲ ἧττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, σαφῶς τὸ πρᾶγμα, ἢ εἰ μὴ ἐτέτραπτο, παριστήσατο. Ὑπισχνεῖται δὲ καὶ ἀληθείας εἶναι φροντιστής.

Διαιρεῖται δὲ αὐτῷ τὸ σπούδασμα εἰς τμήματα ἕξ. ὧν τὸ μὲν πρῶτον τμῆμα περιέχει τὰ πρὸ τῶν Τρωικῶν, τὸ δὲ δεύτερον τὰ ἀπὸ Ἰλίου ἁλώσεως ἕως τῆς κτίσεως Ῥώμης, τὸ δὲ τρίτον τὰ ἀπὸ τῆς κτίσεως Ῥώμης μέχρις ὅτου Ῥωμαίοις ἡ τῶν ὑπάτων εἰσήχθη ἡγεμονία, καταλύσασι τοὺς βασιλέας κατὰ τὴν ὀγδόην καὶ ἑξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα (Ol. 68, 1=508 a. C.)· τὸ δὲ τέταρτον, ἐξ οὗπερ Ῥωμαίων ἠγήσαντο ὕπατοι, ἤτοι ἀπὸ τῆς ὀγδόης καὶ ἑξηκοστῆς Ὀλυμπιάδος μέχρι β' καὶ π' καὶ ρ' Ὀλυμπιάδος, οὗ καὶ ἔληξεν ἡ τοιαύτη ἀρχή, Ἰουλίου τοῦ Καίσαρος μοναρχήσαντος. Τὸ δὲ πέμπτον τμῆμα περιέχει τὰ ἀπὸ τῆς Ἰουλίου τοῦ Καίσαρος μοναρχίας μέχρις ὅτου Βυζάντιον ἐπὶ μέγα δόξης καὶ ἰσχύος ἦρθη, Ὀλυμπιάδος ἑβδόμης καὶ ο' καὶ διακοσιοστῆς ἱσταμένης (329 p. C.). Τὸ δὲ ἕκτον, ἐξ οὗ βασιλέα Κωνσταντινούπολις ἠὐτύχησε Κωνσταντῖνον, μέχρι τῆς Ἀναστασίου τελευτῆς (518 p. C.)· ὃν οὗτος ὁ συγγραφεὺς πραότητί τε καὶ ἡμερότητι οὐκ οἶδ' ὅπως πολλῶν ἀποσεμνύνει διενεγκεῖν· οὗ συνέπεσεν ἡ τελευτὴ κατὰ τὴν ἑνδεκάτην ἰνδικτιῶνα, Μάγνου μόνου ὑπατεύοντος (518 p. C.). Ἡ δὲ περιοχὴ τῶν χρόνων χιλίων (δισχιλίων?) καὶ ἐνενήκοντα καὶ ἑκατόν· ἐν οἷς καὶ ἡ συγγραφὴ [τελευτᾷ].

Ἀνεγνώσθη δέ μοι καὶ ἑτέρα τοῦ αὐτοῦ βίβλος, ἐν ᾗ περιείχετο τά τε Ἰουστίνῳ πραχθέντα, ὅπως τε Ἀναστασίου τελευτήσαντος, αὐτὸς ἀνερρήθη· εἶτα καὶ τὴν Ἰουστινιανοῦ, τοῦ μετὰ Ἰουστῖνον, ἔστιν ἀνάρρησιν κατιδεῖν, καὶ τὰς ἄλλας πράξεις μέχρις ἐτῶν τινων (f. τριῶν Bekk.) τῆς αὐτοῦ βασιλείας. Καὶ τὸ λοιπὸν ὁ συγγραφεὺς ἐπεσχέθη, θανάτῳ τοῦ παιδὸς Ἰωάννου τὴν ψυχὴν καιρίαν βληθείς, καὶ τῆς πρὸς τὸ γράφειν ὁρμῆς ἐκκοπείς.

Quod postremo loco Photius commemoravit opus de rebus Justini, penitus interiit. Ex Chronicis vero, quæ usque ad mortem Anastasii pertinebant, præter breviores locos tres vel quattuor, amplius fragmentum servatum est ex initio libri sexti, in quo de Constantinopoli a Constantino condita agens in priorem urbis historiam excurrit, fataque ejus inde ab origine usque ad Constantinum imp. ἐκ τῶν ἀρχαίων ποιητῶν καὶ συγγραφέων recenset. Quæ digressio jam pridem e chronicis Hesychianis avulsa separatimque edita esse videtur. — Primus eam edidit G. Dousa (Heidelberg. 1596, 8), deinde Meursius (Lugd. 1613, 8) e codice Palatino (*),

calcem versio latina Hadriani Junii cum ejus castigationibus, in quibus, ut Hesychium e Laertio, ita vicissim Laertium ex Hesychio subinde emendandum demonstrat. Postea grave et latine prodiit cum Junii versione et notis, novisque H. Stephani animadversionibus ad calcem Diogenis Laertii, ex laudati Stephani officina an. 1594, 8. Illa Laertii editio et cum illa Hesychii libellus recusus est Genevæ ap. Jo. Vignon, 1616. 8. Interim Jo. Meursius Lugdun. Bat. 1613. 8 [et tom. VII Opp. Meursii, Florent. 1746, p. 205 sqq.] Hesychii opuscula atque in his præsentem libellum vulgavit, castigationibusque Junii ac Stephani notas suas addidit. » Fabricius. Novissime Hesychii opuscula cum notis variorum suisque ipsius edidit Orellius (Lips. 1820).

(*) Plura quæ ad bibliographica pertinent vide apud Fabricium B. Gr. l. l. — Codicem Palatin. denuo excussit Bastius in Ep. crit. ad Boissonadium. Ceterum Harles. in Fabricii Bibl. annotat hæc : « *In Cod. Vindob. Cæsar.* CXXVI. est Hesychii Illustris initium sextæ partis Annalium s. Chronici operis, cum inscriptione πάτρια Κωνσταντινουπόλεως, πόθεν ἐκλήθη καὶ πόθεν ὀνομάζεται. De quo copiosus est Kollar. in Supplem. ad Lambecii comm. 729, variaque culpat in Nesselii cap. V Catal. cod. XXXVII. et Fortosiæ

ubi titulus prægitur : Ἡσυχίου Μιλησίου Ἰλλουστρίου πάτρια Κωνσταντινουπόλεως. Præterea fragmenti hujus pars longe major occurrit in Georgii Codini (qui medio sæc. XV vixit) Excerptis De orig. Constant., quorum primum caput inscribitur hunc in modum : Γεωργίου τοῦ Κωδίνου παρεκβολαὶ ἐκ τῆς βίβλου τοῦ Κρονικοῦ περὶ τῶν πατρίων τῆς Κωνσταντινοπόλεως : quod Chronicon vel ipsius Hesychii Milesii fuit, vel serioris auctoris, qui Hesychium exscripserat. Cf. Heynium De Antiq. Byz. Excurs. I (p. 361 sqq. in ed. Orellii).

narratione. Nomen quidem nusquam adscriptum comparet ; ex certissimis tamen vestigiis cognoscitur. Kollar. negat contra Forlosiam illum codicem, seculo XIII vel certe proxime consequenti manu exaratum, a Georgio Codino, captæ a Turcis CSpoli superstite, fuisse interpolatum, tum ostendit, in hoc eodem modo quasdam abesse narratiunculas, quæ in Codini edit. legantur, modo plura indicari, quæ in exemplo Codini typis vulgato desiderentur. Concludit igitur hanc Hesychianorum annalium partem sextam jam ante Codinum ab incerto quodam sæculi XI scriptore a reliquo annalium corpore resectam fuisse et sub Originum CSpolitanarum epigraphe separatim editam. Quæ de Synodis quibusdam post Hesychii ætatem habitis et de impp. Leon. philosopho ac Romano II vel III addita sunt, ea a scriptore sæc. XI profecta esse monet (conf. Montfauc. in Bibl. biblioth. MSS. de codice Colbertino, T. II, p. 1150). Denique affirmat, id quod superest in Cæsareo codice Hesychianorum annalium, multo esse sincerius, quam illud, quod præscripto Codini nomine vulgatum sit. »

ΙΣΤΟΡΙΑ ΡΩΜΑΙΚΗ ΤΕ ΚΑΙ ΠΑΝΤΟΔΑΠΗ.

1.

ΕΚ ΤΟΥ Ε ΔΙΑΣΤΗΜΑΤΟΣ.

Gloss. verborum juris in Ottonis Thesaur. jur. tom. III, p. 1818 : Παλματίους ἵππους, ὁ τοῦ Παλματίου ἵππος. Ὃν δὲ Παλμάτιος οὗτος ἱππεὺς παμπλούσιος διὰ τυραννίδα ἐδημεύθη, περὶ οὗ φησιν ὁ Ἰλλούστριος Ἡσύχιος ὁ φιλοσοφήσας (l. Φιλοσοφίας) τῆς Μιλησίας, ἐν τῷ πέμπτῳ χρονικῷ διαστήματι τῆς Ἱστορίας ταῦτα· « Κατὰ τοὺς χρόνους Οὐαλεριανοῦ ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας Παλμάτιός τις, οἰκίαν ὑπὲρ τὰ βασίλεια κεκτημένος, ἵππων τε ἀγέλαις καὶ τῷ ἄλλῳ πλούτῳ κομῶν, εἰς πολὺ μέρος τῶν μοναρχούντων ἐρεθιζόμενος, ἀσελγὴς δέ, εἴ τις ἕτερος, ὡς καὶ ὑπατικοῦ τινὸς Ἰσοαίμου τοὔνομα γαμετὴν Αἰθερίαν καλουμένην ἁρπάσαι καὶ εἰς Σίδην ἐκκομίσαι· * διότι προστατεύων ἐτύγχανε τῆς ἐναντίας τοῦ δήμου μοίρας. »

2.

Constantin. Porphyr. De Them. II, 8 : Καὶ νικήσας ὁ Καῖσαρ τὸν Ἀντώνιον καὶ τὴν Κλεοπάτραν ἔκτισε πόλιν, καλέσας αὐτὴν Νικόπολιν διὰ τὸ ἐκεῖσε ἐπιτεθῆναι τὸν Ἀντώνιον. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἀκρωτηρίου τοῦ καλουμένου Ἀκτίου καὶ τὰς καλουμένας ἐνδικτιῶνας ἐκάλεσεν. Οὕτω γὰρ γράφει Ἡσύχιος ὁ Ἰλλούστριος·

HISTORIA ROMANA ATQUE OMNIGENA.

1.

E LIBRO QUINTO.

Palmatius equus, id est, equus Palmatii. Palmatius ille, eques perdives, ob affectatam tyrannidem bonis exutus est. De eo Hesychius Illustris, Philosophiæ Milesiæ f., in quinto Chronicæ Historiæ libro ita habet : « Valeriani temporibus, Cæsareæ in Cappadocia Palmatius quidam domum possidebat ipsa regia splendidiorem, et equorum gregibus ceterisque divitiis abundabat, adeo ut parum abesset quin ad regium fastigium attingeret. Idem vero, si quis alius, insolentem se gerebat, ut vel consularis viri, cui Isoæmo nomen erat, Ætheriam uxorem raptam in Sidam urbem abduxerit. * Quamobrem factioni populo adversanti patrocinabatur. »

2.

Cæsar quum Antonium et Cleopatram vicisset, urbem condidit, quam Nicopolin nominavit, quod eo loci superatus esset Antonius. Ab Actio autem promontorio Indictiones vocari instituit. Sic enim Hesychius Illustris scribit :

Fr. 2. Cf. Cedrenus p. 327 ed. Paris. (tom. I, p. 573 ed. Bonn.) : Καὶ ἤρξαντο ἀριθμεῖσθαι αἱ ἰνδικτοι, ἀρξάμεναι ἀπὸ Αὐγούστου Καίσαρος ἐν ἔτει ιε' τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ. Καλεῖται δὲ ἰνδικτιών, τουτέστιν ἰναχτιών, ἡ περὶ τὸ Ἄκτιον νίκη. Ἄκτιον δέ ἐστιν ἀκρωτήριον Νικοπόλεως τῆς Ἠπείρου, ἔνθα μαχεσάμενος Αὔγουστος τόν τε Ἀντώνιον καὶ Κλεοπάτραν ἐνίκησε, ὑπαρχὸς ἀναδειχθεὶς τῷ τότε χρόνῳ. De hoc commento vide Idelerum in *Handbuch der mathem. u. techn. Chronol.*, tom. II, p. 357. Ceterum hæc Hesychius eo Historiarum loco notasse putandus est, quo de instituto secundum indictionum periodos numerandi exposuit. Numerari vero solebant indictiones ab anno 312 (Sept. 1). Hinc retro annum, ad quem origo hujus periodi pertinuerit, Hesychius computavit. Vide notam ad fragm. 4 § 1. Subjungo alterum locum, qui item ad mythologumena chronologica pertinet.

« Ἰνδικτιών, τοῦτ' ἔστιν Ἰναικτιών, ἡ περὶ τὸ Ἄκτιον νίκη. Διὰ τοῦτο ἄρχεται μὲν ἰνδικτιῶν ἀπὸ πρώτης καὶ καταλήγει μέχρι τῆς ιε', καὶ πάλιν ὑποστρέφει καὶ ἄρχεται ἀπὸ πρώτης, διὰ τὸ τὸν Ἀντώνιον συνάρχοντα γενέσθαι Αὐγούστῳ τῷ Καίσαρι μέχρι τοῦ ιε' χρόνου· μετὰ δὲ ταῦτα μόνος ἐκράτησεν Αὔγουστος. »

« *Indictio*, inquit, hoc est *Inactio*, victoria scilicet ad Actium (2 *Sept. an.* 31 *a. C.*). Idcirco indictio incipit a prima et desinit in decima quinta, et deinde rediens iterum incipit a prima, quia Antonius collega fuerat Augusti Cæsaris usque ad annum decimum quintum, post quem solus imperavit Augustus. »

3.

Ἐῶ Καλάνδον Νόννον τε καὶ τὸν Εἰδὸν σὺν τούτῳ,
ὧνπερ τὸ εὐεργέτημα ἡμέραις παρεγράφη.
Ἐν χρόνοις Ἀντωνίνου γὰρ Ῥωμαίων ἡττηθέντων
καὶ συγκλεισθέντων ἐν αὐτῇ τῇ γεραιτέρᾳ Ῥώμῃ,
κινδυνευόντων τε λιμῷ πάντων διαφθαρῆναι,
οὗτοι τὸν δῆμον οἴκοθεν ἔτρεφον τὸν τῆς Ῥώμης,
ἡμέρας ὀκτωκαίδεκα Κάλανδος κατὰ μῆνα,
Νόννος ἡμέρας δὲ ὀκτώ, τὰς τέσσαρας Εἰδὸς δέ.
Ἡσύχιος Ἰλλούστριος, Πλούταρχός τε καὶ Δίων
καὶ Διονύσιος ὁμοῦ γράφουσι ταῦτα πάντα.

3.

Mitto Calandum, Nonum nec non Idum,
quorum salutare institutum mensis diebus adscriptum est.
Etenim Antonini temporibus, quum victi Romani
includebantur in ipsa Roma antiquiore,
ac fame perire omnes periclitabantur,
viri illi populum Romanum e re sua cibis sustentabant,
et Calandus quidem per dies octodecim quoque mense,
Nonus autem per octo dies, et per quattuor Idus.
Hesychius Illustris, Plutarchus atque Dio
et Dionysius simul hæc scribunt omnia.

ΕΚ ΤΟΥ ς' ΔΙΑΣΤΗΜΑΤΟΣ.

E LIBRO SEXTO.

4.

ΗΣΥΧΙΟΥ ΜΙΛΗΣΙΟΥ ΙΛΛΟΥΣΤΡΙΟΥ.

HESYCHII MILESII ILLUSTRIS ORIGINES CONSTANTINOPOLIS.

ΠΑΤΡΙΑ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ.

Δύο καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἀπὸ τῆς Αὐγούστου Καίσαρος διεληλυθότων ἐνιαυτῶν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ, καὶ τῶν πραγμάτων αὐτῆς ἤδη πρὸς πέρας ἀφι-

Annis post Augustum Cæsarem trecentis sexaginta duobus, quum vetus Roma ejusque res jam declinare ad finem cœpissent, Constantinus Constantii filius, qui tum sceptra

Fr. 3. Locus est Tzetzæ in Chil. III, 869 sqq. — « Nomini Antonini in codice A. superscriptum Ἀδριανοῦ. » *Kiesslingius.* Dionis, Plutarchi et Dionysii mentio ad ea quæ in præcedentibus Tzetzes narrat, referenda esse videtur.

Fr. 4. § 1. Quæ leguntur § 1 et 2 Codinus hoc loco omittit; postea vero quum ordo narrationis ad Constantini tempora duxisset, iisdem fere verbis apponit (p. 14, 18 ed. Bekker.) : Ἐν δὲ τῷ τξϛ' ἔτει ἀπὸ Αὐγούστου Καίσαρος μοναρχίας, τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης καὶ τῶν πραγμάτων αὐτῆς ἤδη πρὸς τὸ πέρας ἀφιγμένων, Κωνσταντῖνος ὁ Κωνσταντίου παῖς τῶν σκήπτρων ἐπιλαβόμενος τὴν νέαν ταύτην καὶ περικαλλῆ, ἀνέστησε πόλιν, τὴν λεγομένην Κωνσταντίνου. Eadem paucis mutatis Chron. Constantinop., et ex alio Chronico Suidas v. Ἡράκλειος, nisi quod ap. Suidam pro annis 362 ponuntur anni 360, quantum ex edit. Bernhardyana colligere possum. Nam Meursius ad Hesych. Suidiana citans, scribit : δύο δὲ καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων... διεληλυθότων ἐνιαυτῶν. Encænia urbis Constantinus celebravit die XI mensis Maii, regni anno vicesimo quinto (330 p. C.), uti testantur Hesychius § 42, Chronicon Paschal. p 529 ed. B., Malalas p. 319 ed. B., alii (apud Philostorg. H. E. II, 19, pro η' καὶ κ' ἔτει lege : ε' καὶ κ' ἔτει). Quando fundamenta murorum urbis Imperator jecerit, in nostro quidem fragmento non traditur, sed ex Hesychio, puto, accuratissime tradidit Codinus p. 17, 13 ed. Bekk. Cujus verba quum et Tillemontium (tom. IV, p. 655) in disquisitione de anno quo Nova Roma condita sit, in errorem duxerint, et in novissima etiam Codini editione non sanata sint, apponere liceat. Hæc sunt : Χρὴ δὲ εἰδέναι ὅτι τῷ πενταχισχιλιοστῷ ὀκτακοσιοστῷ τριακοστῷ ἑβδόμῳ (τετάρτῳ cod. C.) ἔτει τοῦ κόσμου τῷ τρίτῳ μηνὶ τῆς δευτέρας ἐπινεμήσεως (i. e. anni 328 p. C.), τῇ εἰκοστῇ ἕκτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς ἐν ἡμέρᾳ τετάρτῃ (l. ex cod. C. : τῇ ἡμέρᾳ τετάρτῃ τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς), ὄντος τοῦ ἡλίου εἰς τὸ τοῦ τοξότου ζώδιον (ὡροσκόπει γὰρ καρκῖνος), τῷ πρώτῳ (lege τετάρτῳ) ἔτει τῆς διακοσιοστῆς ἑξηκοστῆς πέμπτης (leg e cod. C. : ἑβδομηκοστῆς ἕκτης) Ὀλυμπιάδος, ἐπήξαντο τοὺς θεμελίους τῶν δυτικῶν τειχῶν τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Καὶ ἐν ἐννέα (l. ἐν ἐνεακαίδεκα) μησὶ τό τε χερσαῖον καὶ παράλιον τεῖχος μετὰ πλείστων οἰκοδομημάτων τῶν ἐν τῇ πόλει δομηθέντων ἀπαρτίσαντες, τῇ ια' τοῦ Μαΐου μηνὸς τὰ ἐγκαίνια τῆς πόλεως γέγονε. — Initio hujus loci perperam legi Σεπτεμβρίου, qui primus, non vero tertius mensis indictionis est, luce clarius est. Ne quid corrigerent editores, impedisse videntur quæ mox leguntur verba ἐν ἐννέα μησίν : nam revera a Septembre ad Maium novem sunt menses. Sed primum haud credideris novem mensium spatio ista omnia exstructa esse; deinde vero, si recte haberet illud ἐννέα, urbs condita foret anno 329, quæ est indictio *tertia*, dum Noster ponit indictionem *secundam* (δευτέρας ἐπινεμήσεως), sive annum 328; idque sincerum esse suadet auctoritas Chronici Paschalis p. 527, in quo ad eundem annum 328 (Januario et Justo coss.) origines Const. referuntur. Liquet igitur scribendum esse ἐνιβ' μησί (Nov. 328 — Mai 330); quod quum in ἐν β' μησί corruptum esset, factum est ut sciolus in antecc. loco Novembris poneret Septembrem. — His præmissis, ad nostrum locum Hesychii redeamus. Quodsi Hesychius annos istos 362 numeravit usque ad *encænia* urbis (330 Mai), numerus explicari nequit. Porro corruptum esse, ob aliorum consensum non est probabile. Itaque usque ad *urbem conditam* (328 Nov.) numerum pertinere statuo. Quod si est, sequitur Augusti imperii initium prœliumque Actiacum referri ad an. 34 a. C. Id quidem falsissimum est; sed erravit hunc errorem Hesychius. Etenim fragm. 2 vidimus *indictionum initium* componi cum prœlio ad Actium et cum initio imperii Augusti. Indictionum vero cycli quindecennales vulgo computantur a primo Sept. an. 312 p. C.; atque ita Hesychium quoque fecisse, inde colligis quod Anastasium obiisse dixit indictione undecima (518 p. C. Vide Phot. in introduct.). Jam vero

γμένων, Κωνσταντῖνος ὁ Κωνσταντίου παῖς ἐπιλαβόμενος τῶν σκήπτρων τὴν νέαν ἀνίστησι Ῥώμην, ἴσην αὐτὴν τῇ πρώτῃ χρηματίζειν προστάξας. Ἤδη μὲν γὰρ καὶ τυράννοις καὶ βασιλεῦσι χρησαμένην πολλάκις, ἀριστοκρατίας τε καὶ δημοκρατίας πολιτευσαμένην τρόπῳ, τέλος ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐξεντηνοχέναι μέγεθος. (2) Λεκτέον δὲ ἡμῖν, ὅπως τε ἐξ ἀρχῆς γέγονε, καὶ ὑπὸ τίνων ἀποκίσθη, ἐκ τῶν ἀρχαίων ποιητῶν καὶ συγγραφέων τὴν ὑπόθεσιν ποιουμένοις.

3. Φασὶ μὲν Ἀργείους πρώτους, χρησάσης αὐτοῖς τῆς Πυθίας οὕτως,

Ὄλβιοι, οἳ κείνην ἱερὴν πόλιν οἰκήσουσιν
ἀκτὴν Θρηικίην τ' ἐνυγρον παρά τε στόμα Πόντου,
ἔνθα δύο σκύλακες πολιὴν λάπτουσι θάλασσαν,
ἔνθ' ἰχθὺς ἔλαφός τε νομὸν βόσκονται ἐς αὐτόν.

πήξασθαι τὰς οἰκήσεις ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ, ἐν ᾧ Κύδαρός τε καὶ Βαρβύσης ποταμοὶ τὰς διεξόδους ποιοῦνται, ὁ μὲν τῶν ἀρκτῴων, ὁ δὲ τῶν ἑσπερίων προρρέοντες, καὶ κατὰ τὸν τῆς λεγομένης Σεμέστρης νύμφης βωμὸν τῇ θαλάσσῃ μιγνύμενοι. (4) Ἐπεὶ οὖν εἰς τὴν εἱμαρμένην ἀφίκοντο, καὶ θυσίαις τοὺς ἐγχωρίους ἐξιλεώσαντο δαίμονας, κόραξ τῆς ἱερουργίας ὑφαρπάσας βραχύ τι μέρος εἰς ἕτερον μετατέθεικε τόπον, ὃς ἔχει τὴν τοῦ Βοσπόρου προσηγορίαν, βουκόλου τὴν τοῦ ὄρνιθος ὑποδείξαντος πτῆσιν, ἀφ' οὗπερ καὶ Βουκόλια ἐκεῖνο τὸ χωρίον ἐκλήθη. (5) Ἕτεροι δὲ Μεγαρεῖς ἱστόρησαν ἀπὸ Νίσου τὸ γένος κατάγοντας, εἰσπλοῦν ἐν αὐτῷ ποιησαμένους τῷ τόπῳ ὑφ' ἡγεμόνι Βύζαντι, οὗπερ τὴν προσηγορίαν μυθεύουσι τῇ πόλει προστεθῆναι. Ἄλλοι δὲ Σεμέστρης τῆς ἐπιχωρίου νύμφης παιδά τινα γεγονότα τὸν Βύζαντα ἀναπλάττουσι. (6) Οἱ μὲν οὖν

tenebat, novam condidit Romam, quam eodem quo priorem nomine ac loco esse voluit. Jam enim, quum et tyrannorum et regum imperio sæpius civitas subjecta fuisset, atque aristocratica et democratica rerum publicarum administratione usa esset, tandem ei ad hocce magnitudinis fastigium efferri contigit. (2) Nobis vero, quænam ejus fuerint initia, et a quibus condita sit, ex vetustorum poetarum et historicorum narratione referendum est.

3. Ac fama quidem fert, Argivos primum, quum a Pythia responsum accepissent :

Felices illi, qui urbem istam sacram incolent,
et litus Thracium ad aquosi os Ponti,
ubi catuli duo canum lambunt mare,
ubi piscis cervusque pabulo vescuntur eodem :

suas fixisse sedes eo in loco, in quo Cydarus et Barbyses fluvii, quorum alter ab arcto, alter ab occasu venit, apud aram Semestræ nymphæ mari miscentur. (4) Quum igitur in terram fato ipsis destinatam sacrificio indigenis diis litarent, corvus particulam victimæ surreptam alium in locum deportavit, qui Bosporus nominabatur, pastore volatum avis indicante : unde etiam Bucolia locus ille vocatus est. (5) Alii vero memoriæ prodiderunt Megarenses a Niso genus ducentes, illic appulisse duce Byzante, a quo etiam urbi nomen inditum esse volunt. Alii Semestræ, indigenæ nymphæ, filium Byzantem fingunt. (6) Illi igitur diverse de hac re narrant; nos autem historiæ nostræ lectoribus id, quod

si hinc retro cyclorum initia computaveris, videbis prælium Actiacum (2 Sept. an. 31), ut cum indictionum cycli initio componeretur, removendum fuisse in an. 34, Sept. 1. — Ceterum de rebus Byzantii et Constantinopolis v. Du Fresne Byzantii veteris origines in Scriptt. Byz. tom. XIV; Gyllius De Bosporo Thracio et De topographia Const. in Gronov. Thes. tom. VI, p. 3087-3342; Anselm. Bandurius Commentat. in Antiqq Constant. in Scriptt. Byz. tom. XV; Heynius Antiquitates Byzantinæ in Commentt. Soc. Gotting. 1809; Alex. Falkius De origine Byzantii. Vratislav. 1829. Gibbon. *Hist. of the decline and fall* etc. chap. XVII, not. 2. J. Dallaway. *Constantinople ancient and modern*. London. 1794, 4. Hammer. *Constantinopolis und der Bosporus, örtlich u. geschichtlich beschrieben*. Pesth. 1820. 2 voll. Andreossy *Constantinople et le Bosporе*. Paris. 1828. — ἤδη μὲν] ἔδει μὲν conj. Bastius. Excidisse verbum videtur. Post voc. προκείμενον suppleverim συνέβη. — § 2. ὄλβιοι κτλ.] Codinus et Chron. Constantin. nonnisi duos versus postremos exhibent, quorum in priore Chron. C. habet : διερὴν μάπτουσι θάλασσαν (Cf. Hesych. § 32). Apud Stephan. Byz. v. Βυζάντιον ita legitur : Χρησμὸς δ' ἐδόθη ἐρωτησάντων εἰς Δελφοὺς Μεγαρέων τοιοῦτος·

Ὄλβιοι, οἳ κείνην πόλιν ἄνερες οἰκήσουσιν,
ἀκτὴν Θρηικίην ὑγρὸν παρ' ἄκρον στόμα Πόντου,
ἔνθ' ἰχθὺς ἔλαφός τε νομὸν βόσκουσι τὸν αὐτόν·
στέλλειν δ' ὡς ὤκιστα, καὶ εἰς φρένα πάντα λαβόντα.

Καὶ οὕτως ἐκτίσθη ἀπὸ Βύζαντος τοῦ Κερκίσσης, τῆς Ἰοῦς θυγατρὸς καὶ Ποσειδῶνος. [ἢ ὅτι τοῦ στόλου Βύζης ἦν ἡγεμών]· Stephanum exscripsit Eustathius ad Dionys. 803, nisi quod quartum versum omittit. Secundum Stephan. conditores fuisse videntur Megarenses sub duce Argivo. De Argivis Byzantii v. Müller. *Dor.* 1, p. 120. — ἰχθὺς ἔλαφός τε] Quo spectent hæc, liquet e Strabone VII, p. 320. — ἐς αὐτόν] τὸν αὐτόν Codinus et Steph.; sed infra § 32 Codinus item habet ἐς αὐτόν. In secundo versu lege. videtur παρὰ τὸ στόμα. — Βαρβύσης] Βαρβύζης Codin.; Βαρβύσσου habes ap. Suidam v. Ἡράκλειος. Βάρνυσσον fluvium dicit Nicephorus Breviar. p. 13. De Barbysio Phidaliæ patre historiam præbet Chronicon Paschal. ad Ol. 253, p. 493 Bonn. Ceterum de fluviis illis v. Gyllius De Bosp. Thrac. II, 3. — Σεμέστρης] Σεμιμήτρης Codinus. — § 4. ἐξιλεώσαντο] ἐξιλάσκοντο Codinus, sicut Hesychius infra § 11. — βραχύτι] τι om. Codin. — τοῦ Βοσπ.] τοῦ om. Codin. — § 5. Μεγαρεῖς] τοὺς M. Codin. De re cf. Scymnus Perieg. 717, Constantin. De them. II, 1. De tempore v. Fischer. tabb. Chronol. ad Ol. 30, 3. 659. — ἀπὸ Νίσου] ἀπὸ νήσου codex; em. Lambecius ad Codinum, ubi addi : ἀπὸ νήσου τῆς νῦν Καταγγίας. — προστεθῆναι] προσγραφῆναι Codin. Quæ sequuntur ἄλλοι... ἀναπλάττουσι om. Codin. — § 6. τοῖς ἐντυγχάνειν ἐθέλουσι] τοῖς θέλουσι Codin., qui deinde om. vocem προσφόρως. Mox v. ὃς

διαφόροις ἐχρήσαντο λόγοις, ἡμεῖς δὲ πιθανὴν τὴν ἱστορίαν τοῖς ἐντυγχάνειν ἐθέλουσι παραστῆσαι βουλόμενοι ἐκ τῆς Ἰνάχου θυγατρὸς Ἰοῦς τὴν ἀρχὴν προσφόρως ποιούμεθα. Ἰνάχου γὰρ τοῦ Ἀργείων βασιλέως γέγονε θυγάτηρ Ἰώ. Ταύτης [δὲ] τὴν παρθενίαν ἐφύλαττεν Ἄργος, ὃν πολυόμματον λέγουσιν. Ἐπεὶ δὲ Ζεὺς ἐρασθεὶς τῆς κόρης πείθει τὸν Ἑρμῆν δολοφονῆσαι τὸν Ἄργον, λυθείσης αὐτῇ τῆς παρθενίας, εἰς βοῦν μεταβάλλεται. (7) Ἥρα δὲ χολωθεῖσα ἐπὶ τῷ γενομένῳ οἶστρον ἐπιπέμπει τῇ δαμάλει, καὶ διὰ πάσης αὐτὴν ἐλαύνει [τῆς] ξηρᾶς τε καὶ ὑγρᾶς. (8) Ἐπειδὴ δὲ πρὸς τὴν Θρᾳκῶν ἀφίκετο χώραν, ὄνομα μὲν τῷ τόπῳ καταλέλοιπε Βόσπορον, αὐτὴ δὲ πρὸς τὸ καλούμενον Κέρας ἐπανελθοῦσα, καθ' ὃ Κύδαρός τε καὶ Βαρβύσης συμμίσγονται, τοῖς ἐνοικοῦσιν προθεσπίζουσα τὰ ἐσόμενα, παρὰ τὸν Σεμέστρης βωμὸν τὴν λεγομένην Κερόεσσαν ἀπεκύησε κόρην, ἐξ ἧς καὶ Κέρας ὁ τόπος ὠνόμασται. Ἄλλοι δὲ μᾶλλον τῇ θέσει τοῦ χωρίου τοὔνομα προστιθέασιν· οἱ δὲ τῇ τῶν καρπῶν εὐπορίᾳ τὸ τῆς Ἀμαλθείας αἰγὸς κέρας προσαγορεύουσιν. (9) Ἡ τοίνυν Κερόεσσα παρὰ τῇ Σεμέστρῃ νύμφῃ τραφεῖσα καὶ παραδόξῳ μορφῇ λαμπρυνθεῖσα, πολὺ τὰς Θρᾳκικὰς ὑπερέβαλε παρθένους, τῷ τε θαλαττίῳ μιγεῖσα Ποσειδῶνι τίκτει τὸν καλούμενον Βύζαντα, τοὔνομα τοῦτο λαβόντα ἐκ τῆς θρεψάσης αὐτὸν κατὰ τὴν Θράκην νύμφης Βυζίης, ἧς μέχρι καὶ νῦν οἱ πολῖται τῶν ὑδάτων ἀρύονται. (10) Ὡς οὖν ἐπὶ τὴν ἀκμὴν τῆς ἡλικίας ὁ νέος προέβαινε, καὶ τοῖς Θρᾳκίοις ἐνδιέτριβεν ὄρεσι, φοβερὸς πρὸς τοὺς θῆρας καὶ τοὺς βαρβάρους φερόμενος, πρεσβείας ὑπὸ τῶν τοπαρχούντων ἐδέχετο, σύμμαχος αὐτοῖς εἶναι καὶ φίλος προτρεπόμενος. (11) Ὡς οὖν καὶ Μελίας αὐτὸν ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεὺς ἐπὶ τὸν τοῦ θηρὸς ἆθλον μετεπέμψατο, καὶ τὰς ἐξ αὐτοῦ δόξας ὁ Βύζας ἀπηνέγκατο, τὸν ὑποταγέντα ταῦρον τῇ ἱερουργίᾳ προσφέρων καὶ τοὺς πατρῴους ἐξιλασκόμενος δαίμονας, κατὰ τὴν τῶν εἰρημένων ποταμῶν σύμμιξιν, ἀετὸς ἀθρόως φανεὶς τὴν καρδίαν ὑφαρπάζει τοῦ θύματος, καὶ κατὰ τὴν ἄκραν τῆς Βοσπορίας ἀκτῆς ἀποπτὰς ἔστη ἀντικρὺ τῆς καλουμένης Χρυσοπόλεως· ἦν Χρύσης ὁ παῖς ἐκ Χρυσηΐδος γεγονὼς Ἀγαμέμνονος, φεύγων τὴν Κλυταιμνήστρας ἐπιβουλὴν μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἀναίρεσιν, καὶ πρὸς τὴν τῆς Ἰφιγενείας ζήτησιν ἐπειγόμενος, μνῆμα τῆς ἑαυτοῦ ταφῆς τοῖς ἐγχωρίοις κατέλειπεν, φθασάσης αὐτὸν [ἐκεῖ] τῆς τοῦ βίου καταστροφῆς. (12) Ὁ μὲν οὖν Βύζας κατὰ τὴν ἄκραν τῆς Βοσπορίας ἅλως διέγραψε πόλιν. Ποσειδῶνος δὲ καὶ Ἀπόλλωνος, ὥς φασι, συνερ-

vero simile est, commemorabimus, ab Io, Inachi filia, ut par est, facientes initium. Inachi enim Argivorum regis filia Io fuit : hujus virginitati Argus, quem multoculum appellant, custos appositus. Postquam vero Juppiter puellæ amore captus Mercurio auctor fuit, ut dolo Argum occideret, imminuta virginitate a Jove in buculam mutatur. (7) Irata vero Jovis facto Juno œstrum illi immittit, agilque per omnes terras tractusque maris. (8) At ubi Thraciam attigit, Bosporum loco nomen reliquit; et ad Ceras, quod appellatur, veniens, ad Cydari et Barbysæ confluentes, ubi futura incolis prædixit, ad Semestræ aram Ceroessam peperit, a qua locus ille Ceras appellatur. Alii nominis causam ad situm loci potius referunt; alii ob fructuum abundantiam Amaltheæ capræ cornu appellant. (9) Hæc Ceroessa apud Semestræ aram educata, quum forma excelleret, et Thracias virgines reliquas longe superaret, a Neptuno marino compressa Byzantem peperit, ita appellatum a nutrice Byzia, nympha, quæ illum in Thracia enutriverat; cujus etiamnum aquas hauriunt cives. (10) Quum igitur ætatis florem juvenis hic attigisset, atque in Thraciæ montibus versaretur, feris pariter barbarisque metuendus, per legatos a loci dominis ad amicitiam societatemque invitatur. (11) Quumque etiam Melias Thraciæ rex ad feræ certamen advocasset, et victoriam cum gloria deportasset Byzas, devictumque taurum diis patriis offerret ad Cydari et Barbysæ, quos dixi, confluentes, apparens derepente aquila, abrepto hostiæ corde, ad extremum Bospori litus avolans, substitit ex adverso Chrysopoleos, quam Agamemnonis e Chryseide filius Chryses, post necem patris Clytæmnestræ insidias fugiens, et Iphigeniæ quærendæ intentus, sepulcri sui monumentum indigenis reliquit, quum mors illic eum occupasset. (12) Ceterum Byzas in extremitate Bosporii maris urbem designavit, et Neptuno ac Apolline, ut fertur, adjuvantibus, mœnia

addidi e Codino. — λυθείσης] e Codin.; λυθείσης δ' codex Hesych. — μεταβάλλεται] μετετράπετο Codin. — § 7. ἐπὶ τῷ γεν.] τῷ γεν. Codin. — αὐτὴν] om. Codin., ex quo addidi v. τῆς. — § 8. ἐπειδὴ δὲ] ἐπεὶ δὲ Codin. — καταλέλοιπε] κατέλιπε Codin. — προθεσπίζουσα] e Codino; προθεσπίζοντες Hesychius. Verba παρὰ τὸν Σ. β. om. Codin. — μᾶλλον] μάλιστα Codin. — εὐπορίᾳ] εὐφορίᾳ Codin. — § 9. παρὰ τῇ Σ. ν.] om. Codin. — τοὔνομα τοῦτο] τοῦτο om. Codin. — Βυζίης] e Codino; Βυζύης codex Hesychii. Innui Borbysem fluvium, qui item Byzantem educasse dicitur, opinatur Lambecius ad Codinum. — § 10. τὴν ἀκμὴν] τῆς ἀκμῆς Codin. — προέβαινε] ἔβαινε Codin. — ὑπὸ τ. τοπ. ἐδέχετο] ἐδέχετο ὑπὸ τῶν τοιούτων Codin. — § 11. ἀποπτὰς ἔστη] e Codino addidit Meursius. — καλουμένης Χρυσ.] καλ. om. Codin. — Ἀγαμέμν.] καὶ Ἀγ. Codin. — τὴν Κλ.] τῆς Κλ. Codin. — τοῖς ἐγχωρ.] τοῖς ἐγχ. τὸ ὄνομα τοῦτο κατέλιπε Codin. — ἐκεῖ] addidi e Codino. — § 12. ἀνοικοδομεῖ] ἀνῳκοδόμει Codin.

γούντων ἀνοικοδομεῖ τὰ τείχη, λόγου (τε) παντὸς κρείττονα μηχανώμενος. (13) Τοὺς γὰρ ἐν αὐτῷ πύργους ἑπτὰ ὄντας ἀντιφθέγγεσθαί τε καὶ διηχεῖν ἀλλήλοις συνήρμοζεν. Εἴποτε γὰρ σάλπιγξ ἢ φωνή τις ἑτέρα τοῖς πύργοις ἐπεφοίτα, ἕτερος ἐξ ἑτέρου τὴν ἠχὼ μετελάμβανε, καὶ τῷ πρὸς τὸ πέρας χειμένῳ παρέπεμπον. (14) Ἀλλὰ μὴν καὶ ἄλλο τι τοῖς ταῦτα συγγράψασιν εἰρημένον οὐ παραλείψομεν. Τὸν γὰρ Ἡρακλέους καλούμενον πύργον τὰ τῶν πολεμίων τοῖς ἐντὸς οὖσι τοῦ τείχους μεταδιδόναι μυστήρια λέγουσι. (15) Μετὰ δὲ τὴν τοῦ τείχους στεφάνην καὶ [τὰ] τεμένη τῶν θεῶν ἀπειργάζετο· Ῥέας μὲν κατὰ τὸν τῆς Βασιλικῆς λεγόμενον τόπον νεών τε καὶ ἄγαλμα καθιδρύσατο, ὅτι καὶ Τύχαιον τοῖς πολίταις τετίμητο, Ποσειδῶνος δὲ τέμενος πρὸς τῇ θαλάττῃ ἀνήγειρεν, ἔνθα νῦν ὁ τοῦ μάρτυρος Μηνᾶ οἶκος διακεκόσμηται, Ἑκάτης δὲ κατὰ τὸν τοῦ ἱπποδρομίου τόπον, τῶν δὲ Διοσκούρων, Κάστορός τέ φημι καὶ Πολυδεύκους, ἐν τῷ τῆς Σεμέστρης βωμῷ καὶ τῇ τῶν ποταμῶν μίξει, ἐν ᾗ καὶ λύσις τῶν παθῶν τοῖς ἀνθρώποις ἐγίνετο. (16) Ἐγγὺς δὲ τοῦ καλουμένου στρατηγίου Αἴαντός τε καὶ Ἀχιλλέως βωμοὺς ἀνεθήκατο· ἔνθα καὶ [νῦν] τὸ Ἀχιλλέως χρηματίζει λουτρόν. Ἀμφιάρεω δὲ τοῦ ἥρωος ἐν ταῖς λεγομέναις Συκαῖς ᾠκοδόμησεν, αἳ τὴν ἐπωνυμίαν ἐκ τῶν συκοφόρων δένδρων εἰλήφασιν. Ἀνωτέρω δὲ μικρὸν τοῦ Ποσειδῶνος ναοῦ, καὶ τὸ τῆς Ἀφροδίτης προσαγορεύεται τέμενος, Ἀρτέμιδος δὲ [καὶ Ἀθηνᾶς] πρὸς τὸ τῆς Θράκης ὄρος.

17. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα πρὸς τὴν αὐτοῦ διῳκήσατο πόλιν, ἐχρῆν λοιπὸν τοὺς ἐπιόντας ἀπωθεῖσθαι βαρβάρους, [καὶ] μάλιστα τὸν Αἷμον, ὃς τῆς Θράκης τύραννος ἦν, καὶ πρὸς αὐτὴν ἦγεν τὴν τοῦ Βύζαντος πόλιν, αὐτόν τε τὸν ἥρωα προκαλούμενος εἰς μάχην, καὶ διαπορθεῖν ἅπαντα προθυμούμενος. [Ὁ δὲ] οὐχ ὑπομείνας τὴν ἔφοδον τοῦ βαρβάρου, μόνος πρὸς μόνον διαγωνίζεται, καὶ καταβάλλει τὸν Αἷμον ἐπὶ τὸν ἐπώνυμον αὐτοῦ λόφον. (18) Ὁ μὲν οὖν Βύζας μετὰ τὴν εἰρημένην νίκην ὡς ἐπὶ τὴν Θράκην ἤλαυνε τοὺς πολεμίους, Ὀδρύσης ὁ τῶν Σκυθῶν βασιλεὺς περαιωθεὶς τὸν Ἴστρον, καὶ πρὸς αὐτὰ διελθὼν τὰ τῆς πόλεως τείχη, ἐπολιόρκει

omni prædicatione excellentiora exstruxit. (13) Septem enim, quæ in iis sunt, turres ita coaptavit, ut loqui inter se et responsare viderentur: quippe si tubæ aut alius aliquis sonus turres illas percuteret, altera alteri sonum ad ultimam usque transmittebant. (14) Est etiam aliud quod ab harum rerum scriptoribus memoriæ proditum minime silentio præteribimus: turrim scilicet, quæ Herculis nuncupatur, hostium arcana civibus prodere solitam narrant. (15) Absoluto muri ambitu, delubra quoque condidit; et Rheæ quidem templum et simulacrum in loco nuncupato Basilicæ erexit, quod etiam ut Fortunæ fanum a civibus colebatur; Neptuni autem templum juxta mare exstruxit, ubi nunc Menæ martyris ædes est; porro Hecates, ubi Hippodromus; Dioscurorum Castoris et Pollucis ad Semestræ aram et fluminum confluentes, ubi etiam a malis liberari hominibus contingebat. (16) Prope Strategium Ajaci et Achilli aras erexit, ubi etiamnum Thermæ Achilleæ, quas vocant, sunt. Præterea Amphiarao heroi in regione Sycæna, quæ a ficubus nomen habet, sacrum dedicavit. Paullo supra Neptuni templum Veneri fanum consecratum, Dianæ autem et Minervæ ad Thraces montem.

17. Urbe sic constituta, supererat ut incurrentes barbaros submoveret, et inprimis Hæmum Thraciæ tyrannum, qui ad ipsam Byzantis urbem progressus, heroe hoc ad pugnam provocato, cuncta vastare decreverat. At Byzas barbarum incursantem indignatus, solusque cum solo congressus in monte cognomine eum prosternit. (18) Post hanc victoriam quum hostes in Thraciam usque Byzas persequeretur, Scytharum rex Odryses, trajecto Istro, ad ipsa mœnia progressus urbem obsedit; cum quo Byzantis uxor, admirabilis illa

— § 13. ἐν αὐτῷ] ἐν αὐτῇ Codin. Praestaret ἐν αὐτοῖς.—τὴν ἠχὼ] τὸν ἦχον μετεδίδου Codin.—§ 14. τὸν γὰρ κτλ.] Codinus: τὸν γαρ Ἡρακλειους πύργον ἱστάμενον ἐντὸς τοῦ τείχους τὰ τῶν πολεμίων μεταδιδόναι μυστήρια λόγος ἦν. Cf. fragmentum quod Lambecius e codice Bibl. Reg. excripsit in not. ad Codin.: Ὅτι Βύζας ὁ τὸ Βυζάντιον κτίσας τὴν πόλιν ἀνήγειρεν τείχεσι μεγάλοις καὶ πύργοις περικαλλέσιν ἑπτά. Ξένον δέ τινα καὶ ἀξιοθαύμαστον οἱ πύργοι οὗτοι τὴν ἐνέργειαν εἶχον. Εἴποτε γάρ, φησί, σάλπιγξ ἢ φωνή τις ἑτέρα, ἀνθρώπου τυχὸν ἢ ἄλλου ζώου ἢ καὶ λίθου βολῆς, ἐνὸς τῶν ἑπτὰ τούτων πύργων ἐπεγένετο, εὐθὺς εἰς τὸν μετ' αὐτὸν ὁ ἦχος διέβαινε, καὶ καθεξῆς διὰ τῶν ἄλλων μέχρι τοῦ ἐσχάτου παρεπέμπετο καθαρὸς, οἷος ἐξ ἀρχῆς ἐξεφωνήθη, εἴτε ἔναρθρος εἴτε καὶ ἄναρθρος. Ἀλλὰ καὶ ὁ εἰς τῶν ἑπτὰ τούτων πύργων, ὁ καὶ τοῦ Ἡρακλέος καλούμενος, τὰ τῶν πολεμίων ἔξωθεν μυστήρια, τῶν εἰς πολιορκίαν τυχὸν τῆς πόλεως καθισταμένων, ἔνηχα ἐποίει τοῖς ἐντὸς καὶ ἀκουστά. Ἵδρυται δὲ ὁ πύργος οὗτος ἐν τῷ τῆς ἀκροπόλεως λόφῳ, ὃς νῦν Κυνήγιον ὀνομάζεται.— § 15. [τὰ] suppl. e Codino.—ὅτι καὶ T.] ὅπερ τείχεσιν Codin. —τετίμητο] Codin.; τετίμηται Hes. —Ποσ. δὲ] Bekker. Il. τε Hes. et Codin. — τῶν δὲ Διοσκ.] e Codino. τὸν δὲ Δ. Hes. — φημὶ] om. Codin.— ἐν τῷ τῆς Σεμ. κτλ.] Codinus: ἐν τῇ τῶν ποταμῶν μίξει, ἐν ᾗ καὶ κτλ., missis verbis τῷ τῆς Σ. βωμῷ Hesychius: ἐν ᾧ καὶ. Sensus sec. Heynium: ubi novas sedes quærentes conditores consederunt. Valde ego dubito. — § 16. ἀνεθήκατο] ἀνέθηκεν Codin. — νῦν] addidi e Codin.; τὸ τοῦ Ἀχ. Codin. — ἥρωος] ἱερέως Codin. — ᾠκοδόμησεν] ναὸν addit Codin. — μικρὸν] om. Codin. — καὶ τὸ τῆς Ἀφ.] καὶ om. Cod. — Ἀρτέμ. δὲ] e Codino; Ἀ. τε Hesych. — Θράκης ὄρος] Ἀφροδίτης ὄρος Codin. — § 17. αὐτοῦ] ἑαυτοῦ Codin. — ἐχρῆν] e Codino; ἐχρῆν δὲ Hesych. — ἐπιόντας ἀπωθεῖσθαι] ἐπιόντας αὐτῷ ἀπωθῆσαι Codin.—καὶ μαλ.] καὶ addidi e Codino, qui dein et h. l. et infra τὸν Αἷμονα. — Θράκης τύρ. ἦν] τύρ. Θράκης ὢν Codin. — [ὁ δὲ] supplevi. — μόνος] Αἵμονος codd. Codin. — § 18. τοὺς πο-

τοὺς ἔνδον. Πρὸς ὃν ἡ τοῦ Βύζαντος γυνὴ, ἡ θαυμαστὴ Φιδάλεια, μηδέν τι καταπλαγεῖσα τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων, ἀλλὰ τῇ γυναικείᾳ χρησαμένη χειρὶ διηγωνίσατο, σοφισαμένη τὸν βάρβαρον τῇ τῶν δρακόντων συμμαχίᾳ. (19) Ὡς γὰρ τοὺς κατὰ [τὴν] πόλιν ὄφεις εἰς ἕν τι χωρίον συλλαβοῦσα ἐφρούρει, ἀθρόους τοῖς ἐναντίοις ἐμφανεῖσα δίκην βελῶν καὶ ἀκοντίων ἔπεμπε τὰ θηρία, καὶ πλείστους λυμηναμένη τούτῳ τῷ τρόπῳ διέσωσε τὴν πόλιν. Ἐντεῦθεν τοίνυν ἀρχαῖος μῦθος φέρεται, μὴ δεῖν τοὺς κατὰ τὴν πόλιν ἁλισκομένους ἀπολλύειν ὄφεις, ὡς οἷα εὐεργέτας αὐτῆς γενομένους.

20. Οὐ μετὰ πολὺν δὲ χρόνον Στρόμβος ἀνὴρ τοὔνομα, καὶ αὐτὸς ἐκ Κεροέσσης τεχθείς, πόλεμον ἐπιφέρει τῷ Βύζαντι, πολλὴν ἐπαγόμενος δύναμιν. Ἀνεκινεῖτο τοίνυν ἅπαντα τὰ Σκυθικὰ γένη· συνέτρεχον δὲ καὶ οἱ τῆς Ἑλλάδος κρατοῦντες καὶ Ῥοδίων οὐκ εὐκαταφρόνητος δύναμις ὅ τε τῆς γείτονος Χαλκηδόνος τοπάρχης Δίνεως, ἐκ Μεγαρέων ἄποικος ἐκεῖσε γενόμενος δέκα καὶ ἐννέα ἔμπροσθεν ἔτεσι τῆς Βύζαντος αὐταρχίας. (21) Χαλκηδὼν δὲ ὠνόμασται τὸ χωρίον, ὡς μέν τινές φασιν, ἀπὸ τοῦ Χαλκηδόνος ποταμοῦ· ὡς δὲ ἕτεροι, ἀπὸ τοῦ παιδὸς Κάλχαντος τοῦ μάντεως, ὕστερον τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου γενομένου· ὡς δὲ ἄλλοι, ἀπὸ Χαλκίδος πόλεως τῆς Εὐβοίας, ἀποίκων ἐκεῖ πεμφθέντων· οὓς δὴ καὶ τυφλοὺς ἀπεκάλεσαν, παρεωρακότας τὸ Βυζάντιον. (22) Ὡς οὖν σὺν πλείοσι ναυσὶν ὁ Δίνεως εἰς συμμαχίαν ἦκε τοῦ Βύζαντος, μὴ δυνηθεὶς προσορμῆσαι τῇ πόλει, ἄρτι τοῦ βασιλέως αὐτῶν Βύζαντος μεταλλάξαντος, καὶ τοῦ δήμου παντὸς ἐν ἀγωνίᾳ τυγχάνοντες, πρὸς τὸν καλούμενον Ἀνάπλουν ἀφίκετο, ἔνθα καὶ διατρίψας Ἑστίας τὸν τόπον ὠνόμασε. (23) Μικρῷ γε μὴν ὕστερον διαβὰς ἐν τῇ πόλει, καὶ τοὺς βαρβάρους ἀπωσάμενος, αὐτὸς ἐστρατήγησε τοῦ δήμου τῶν Βυζαντίων· καθ' οὓς δὴ χρόνους καὶ δρακόντων πλείστα γένη ἐπεφοίτησε τῇ πόλει, ὡς τοὺς οἰκοῦντας αὐτὴν διαφθείρεσθαι· οὓς δὴ τῇ τῶν καλουμένων πελαργῶν ὀρνίθων ἐπιφορᾷ διεχρήσαντο, Ποσειδῶνος αὐτοῖς, ὥς φασι, συνεργήσαντος. (24) Οὐ μετὰ πολὺ δὲ καὶ τῶν ὀρνίθων αὐτοῖς ἐναντία φρονούντων καὶ θανάτων αἰτίαν ἐπαγόντων, τούς τε ἁλισκομένους αὐτοῖς ὄφεις πρὸς τὰς τῶν ὑδάτων ἐξαμενὰς ἀκοντιζόντων, καὶ τοῖς γε πο-

Phidalia, hostium multitudine imperterrita, muliebri manu decertavit, serpentum auxilio barbarum circumveniens. (19) Angues enim, quos in urbe uno in loco collocatos asservabat, eos subito in hostes sagittarum vel jaculorum instar immisit, et plurimis hoc modo interfectis urbem servavit. Atque hinc etiam antiqua illa fabula fluxit, nefas esse quemquam serpentes in urbe captos, quippe qui ei salute fuerint, occidere.

20. Non longo post tempore Strombus quidam, et ipse Ceroessa genitus, numeroso exercitu adducto, bellum Byzanti intulit. Universa itaque Scythica natio commota est: præstantissimi etiam Græcorum, et Rhodiorum non contemnendæ copiæ convenerunt, unaque vicinæ Chalcedonis dominus Dinæus, qui deducta Megaris colonia novemdecim annis ante Byzantis principatum sedem illic sibi elegerat. (21) Chalcedon autem appellata est, ut quidam volunt, a fluvio Chalcedone, sive, ut alii, a Calchantis vatis filio, qui post Trojanum bellum vixit: alii vero a Chalcide Euboeæ urbe, unde missi illo coloni, quos et cæcos appellarunt, quod solum Byzantii non animadvertissent. (22) Ceterum Dinæus cum magna classe suppetiatum Byzanti veniens, quum ad urbem appellere non posset, Byzante ejus rege paullo ante defuncto, et universo populo ea re perturbato, ad Anaplum, quem vocant, pervenit, ibique commoratus Hestiæ loco nomen dedit. (23) Nec multo post urbem ingressus est, et barbaris profligatis, ipse Byzantinorum præturam gessit. Hac tempestate varia serpentum genera urbem infestabant et perniciem civibus afferebant, quos Neptuni ope, ut aiunt, ciconiarum superventu, interfecerunt. (24) Paullo post quum aves quoque inimicum animum induissent, atque mortis causa multis exsisterent, eo quod serpentes quos ceperant in cisternas aquarum jacularentur, et civibus in viis pu-

---

λεμίους] Codin.; τ. πολέμου; cod. Hesych. Verba hæc ut a librario assuta ejicienda censet Heynius. — Ὀδρύσης] Χρύσης (et Κροῖσος) δὲ ὁ codd. Codini. — καὶ πρὸς αὐτὰ κτλ.] καὶ πρὸς αὐτὸν διελθὼν ἐπολιόρκει τὰ τῆς πόλεως τείχη, πρὸς ὃν κτλ. Codin. — ἡ θαυμ. Φιδάλεια] om. Codin. Phidaliæ facinus narrat etiam Tzetzes Chil. II, hist. 40. Cf. Stephan. Byz. v. Γυναικόπολις. — μηδέν τι] τι om. Codin. — καταπλαγεῖσα] καταλογισαμένη Codin. — ἀλλὰ] om. Codinus, qui mox διηγωνίζετο. — § 19. ὡς γὰρ τοὺς] Codinus: οὓς γὰρ κατὰ τὴν πόλιν ὄφεις εἰς ἕν τῶν χωρίων συλλαβοῦσα ἐφρούρει, ἀθρόους τοῖς ἐν. ἐπιφανεῖσα καὶ δίκην βελῶν ἀκοντίων κτλ. Vocem τὴν e Codino addidi. — λυμηναμένη] καταλ. Codin. — ὡς οἷα] οἷα Codin. — § 20. ἀνεκινεῖτο] ἐκινεῖτο Codin. — Δίνεως] Δινιὸς Codin. h. l. et infra. — ἕνδεκα καὶ ἐννέα] *septemdecim* sec. Herodot. IV, 144. — αὐταρχίας] ἐπαρχίας Codini codd. nonnulli. — § 21. ὡς δὲ ἄλλοι] ἄλλοι δὲ Codin. — ἐκεῖ πεμφθέντων] ἐκεῖσε παραπεμφθέντων Codin. — ἀπεκάλεσαν] ἐκαλ. Codin. De re v. Herodot. IV, 144; Strabo VII p. 320; Tacitus Ann. XII, 63. — § 22. ὡς οὖν] ὡς δὲ οὖν Codin. — ἑστίας] ἑστίαν Codin. — § 23. μικρῷ] μικρὸν Codin. — αὐτὸς ἐστρατ.] δεύτερον αὐτὸς ἐστρ. Codin. — καθ' οὓς δὴ] δὴ om. Codin. — ὡς τοὺς κτλ.] καὶ τοὺς οἰκ. αὐτὴν διεφθειρεν Codin. — πελ. ὀρνίθων] ὀρνίθων om. Codin. — § 24. θαν. αἰτίαν] θάνατον ἐπ. ἐπαγ. Codin. — αὐτοῖς ὄφεις] αὐτοῖς om. Codin. — ἐπιβαλλόντων] ἐφαλλομένων Codin.

λίταις ἐν ταῖς λεωφόροις ἀφανῶς ἐπιβαλλόντων, ἐν ἀφασίᾳ διετέλουν. (25) Ἀνὴρ δέ τις τῶν ἐκ Τυάνων τοὔνομα Ἀπολλώνιος ἐκ λίθου ξεστοῦ τρεῖς ἀνεστήσατο πελαργοὺς ἀντιπροσώπως ἀλλήλοιν ὁρῶντας· οἳ καὶ μέχρι τῶνδε διαμένουσι τῶν χρόνων, οὐ συγχωροῦντες ἐπιφοιτῆσαι τῇ πόλει τὸ τῶν πελαργῶν γένος.

26. Ἐπὶ δὲ τοῖς εἰρημένοις Δίνεω τοῦ στρατηγοῦ μεταλλάξαντος, Λέων τὴν τῶν Βυζαντίων ἀριστοκρατίαν ἐδέξατο, ἐφ' οὔπερ Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς, ὁ Ἀμύντου παῖς γεγονώς, πολλὴν ἐπαγόμενος δύναμιν ἐπολιόρκει τὴν πόλιν, διώρυξί τε καὶ παντοίοις πολεμικοῖς μηχανήμασι τοῖς τείχεσι προσπελάζων. (27) Καὶ δὴ ἂν ταύτην ἑξεῖλε νυκτὸς ἐπιλαβόμενος ἀσελήνου καὶ ὄμβρου καταρραγέντος ἐξαισίου, εἰ μή τις αὐτοῖς τοῦ θείου γέγονε συμμαχία τοὺς κατὰ τὴν πόλιν κύνας πρὸς ὀλαχὴν ἀναστήσαντος, καὶ νεφέλας πυρὸς τοῖς ἀρκτῴοις ἐπαγαγόντος μέρεσιν. Ἐξ οὗπερ οἱ ὅπλοι διεγερθέντες, καὶ θερμῶς τοῖς πολεμίοις συνενεχθέντες, ἤδη τὴν πόλιν ὑπὸ τῷ Φιλίππῳ γενομένην ἐρρύσαντο, ἀναλαβόντες τοὺς διαφθαρέντας πύργους τοῖς ἐκ τῶν τάφων παρακειμένοις λίθοις, καὶ ἀνυφάναντες τὰς ἐπάλξεις τοῦ τείχους· οὗ δὴ χάριν Τυμβοσύνην τὸ τεῖχος ἐκάλεσαν, λαμπαδηφόρον Ἑκάτης ἀναστήσαντες ἄγαλμα. Αὖθις δὲ πρὸς ναυμαχίας τραπέντες περιφανῶς τοὺς Μακεδόνας ἐνίκησαν. Καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ διαλυθέντος τοῦ πολέμου Φίλιππος παραχωρεῖ Βυζαντίοις.

28. Ἐπειδὴ δὲ καὶ Λέων τὸν βίον μετήλλαξεν, Χάρης ὁ τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς σὺν ναυσὶ τεσσαράκοντα εἰς συμμαχίαν τῶν Βυζαντίων ἐλθὼν πρὸς τὸν κατὰ Φιλίππου πόλεμον, κατέλαβε τὴν ἄκραν τῆς Προποντίδος, ἥτις μεταξὺ κεῖται Χρυσοπόλεως καὶ Χαλκηδόνος, καὶ ἐν ἐκείνῳ προσορμίσας τῷ τόπῳ ἀπόπειραν ἐλάμβανε τοῦ πολέμου. (29) Ἔνθα δὴ τὴν ἑπομένην αὐτῷ γυναῖκα νόσῳ βληθεῖσαν ἀποβαλὼν κατέθηκεν ἐν τάφῳ, ἀναστήσας αὐτῇ βωμὸν καὶ κίονα σύνθετον, ἐν ᾧ δάμαλις δείκνυται ἐκ ξεστοῦ λίθου ἀνακειμένη. Οὕτω γὰρ (μᾶλλον) ἐκείνη τὴν ἐπωνυμίαν ἐκέκλητο, ἥτις διὰ τῶν ἐγγεγραμμένων στίχων μέχρι

blicis clanculum injicerent, stupore Byzantini perculsi sunt. (25) Sed vir quidam Tyaneus, Apollonius nomine, tres ciconias ex lapide polito, obversa facie se mutuo adspicientes erexit, quæ ad hoc usque tempus durant, neque ciconias in urbem venire permittunt.

26. Post hæc, Dinæo prætore mortuo, Leo summum Byzantii magistratum suscepit; sub quo Philippus Macedonum rex, Amyntæ filius, magnis copiis admotis, urbem obsedit, et cuniculis aliisque machinis bellicis muros aggressus est. (27) Et sane facile eam expugnasset, nocte illuni et immensa pluvia adjuvantibus, nisi quis deus tulisset opem, et canes per urbem ad latratum excitasset, nubesque lucidas ad septemtrionem produxisset. Ea re suscitati cives urbem jam fere a Philippo captam conservarunt, turresque et murorum propugnacula labefactata ex lapidibus sepulcralibus restaurarunt. Ejus rei gratia illum murum Tymbosynen (*Sepulcretum*) cognominarunt, erecta sinui lampadifera Hecates statua. Deinde autem ad pugnam navalem se convertentes, illustri clade Macedones affecerunt. Atque hunc in modum finito bello Philippus Byzantiis cessit.

28. Postquam autem Leo quoque excessit e vita, Atheniensium dux cum quadraginta navibus in auxilium Byzantiorum profectus ad bellum contra Philippum, occupavit promontorium Propontidis, quod inter Chalcedonem et Chrysopolim situm est, ibique periculum belli subiit. (29) In eodem loco conjugem, expeditionis comitem, morbo exstinctam sepulturæ tradidit, et aram ei posuit cum columna, in qua *damalis* seu juvenca conspicitur ex lapide polito. Etenim Damalis nomen uxori

— 25 Τυάνων] e Codino; Τυάνης Hesych. Temporum confusionem in hujusmodi auctore noli mirari. Frustra Orellius in § 24 pro οὐ μετὰ πολὺ δὲ scribi voluit μετὰ πολὺ δὲ Ceterum de re cf. Tzetzes Chil. II, hist. 60; Nicephorus Callistus III, 11, et Cedrenus in Chron — ἀλλήλοιν ὁρ.] ὁρῶντας ἀλλήλους. « Ceterum ad hunc Hesychii et Codini locum illustrandum pertinet fragmentum historicum, quod ex antiquo codice Bibl. Regiæ hic subjunxi : Ὅτι ἐνοχλουμένων ὕστερον τῶν Βυζαντίων ὑπὸ τῶν ὄφεων, διαφθειρόντων αὐτοῖς τὰ ὕδατα, ὁ Τυανεὺς Ἀπολλώνιος ἀπὸ λίθου ξεστοῦ τρεῖς ἀνίστησε πελαργούς, οἵτινες οὐκ ἐῶσιν ἐπιφοιτῆσαι τῇ πόλει πελαργούς· ἐκεῖνοι γὰρ πνίγοντες τὰς ὄφεις πρώην ἠφάνιζον νεκρούς κατὰ τῶν δεξαμενῶν. » *Lambecius.* Alia de Apollonio Tyanensi a Constantino Byzantium advocato v. in Chron. Constantinop. — § 26. Λέων] Λέων τις τῶν Βυζ. τὴν ἀρ. Codin. Inepte Dinæum in præfectura Leo excepisse dicitur. De re cf. Stephan. Byz. v. Βόσπορος. — ἐφ' οὗπερ] ἐφ' οὗ Codin. — ὁ Ἀμυν.] ὁ om. Cod. — παντοίοις] om. Cod. — § 27. καὶ δὴ ἂν ταύτην ἑξεῖλε] καὶ ταύτην ἀνεῖλε Codin. — κύνας vocem post ἀναστησ. ponit Codinus. — πρὸς .. μέρεσιν] πρὸς τοὺς ἀρκτ. ἐπ. τόπους Codin. — διεγερθ.] ἐπιγερθ. Codin. — καὶ θερμῶς... συνενεχθέντες] om. Codin. — ἀνυφάναντες] ἀνοικοδομήσαντες Codin. — Τυμβοσύνην] « Fort. Τυμβοσίνην a violatis sepulcris. » Heynus. — ναυμαχίας] συμμαχίαν cod. Codin. — § 28. ἐπειδὴ δὲ] ἐπεὶ δὲ Cod. — τῶν Βυζ.] τῶν om. Codin. — § 29. ἔνθα] ἔνθεν Hesych.; ἔνθα καὶ τὴν γυναῖκα συνεπομένην ἔχων τάφῳ Codinus. — σύνθετον] om. Codin. — ἀνακειμένη] om. Codin. — οὕτω γὰρ μᾶλλον κτλ.] Disertius Codinus : οὕτω γὰρ τὴν ἐπωνυμίαν ἐκέκλητο ἐκείνη ἡ γυνὴ τοῦ Χάρητος, ὅπερ καὶ διὰ τῶν ἐγγεγραμμένων ἐκεῖσε στίχων ἀριδήλως ἐμφαίνεται, μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς διασωζομένων χρόνων.

τῶν καθ' ἡμᾶς διασώζεται χρόνων. (30) Εἰσὶ δὲ [οἱ] στίχοι οὗτοι·

30 Ἰναχίης οὐκ εἰμὶ βοὸς τύπος, οὐδ' ἀπ' ἐμεῖο
κλήζεται ἀντωπὸν Βοσπόριον πέλαγος.
Κείνην γὰρ τὸ πάροιθε βαρὺς χόλος ἤλασεν Ἥρης
ἐς Φάρον· ἦδε δ' ἐγὼ Κεκροπὶς εἰμὶ νέκυς.
Εὐνῆτις ἦν δὲ Χάρητος, ἔπλων ὅ', ὅτ' ἔπλωεν ἐκεῖνος
τῆδε, Φιλιππείων ἀντίπαλος σκαφέων.
Βοίδιον οὔνομα δ' ἦεν ἐμοὶ τότε· νῦν δὲ Χάρητος
εὐνέτις ἠπείροις τέρπομαι ἀμφοτέραις.

(31) Τοῦ δὲ Χάρητος εἰς Ἀθήνας ἐκπλεύσαντος, Πρωτόμαχος τὴν στρατηγικὴν ἀρχὴν διαδέχεται· ὃς τοὺς ἐπαναστάντας Θρᾷκας καταδουλώσας τοῖς ὅπλοις, ἐν τῷ καλουμένῳ τῆς πόλεως Μηλίῳ χάλκεα ἀνέθηκε τρόπαια. (32) Κατοιχομένου δὲ καὶ τούτου, Τιμήσιος ἀνὴρ τῶν ἐν Ἀργείοις γραφέντων πρῶτον μὲν κατὰ τὸν Εὔξεινον προσαγορευόμενον πόντον, πρὸς τῷ λεγομένῳ Ἐφεσιάτῃ (ἔνθα ποτὲ Ἐφέσιοι ἀποικίας πέμψαντες, καὶ πόλιν οἰκοδομεῖν πειραθέντες, αὖθις τοῦ Βυζαντίου ὑπήκουσαν λογίου,

Ἔνθα δύο σκύλακες πολιὴν μάρπτουσι θάλασσαν,
Ἔνθ' ἰχθῦς ἔλαφός τε νομὸν βόσκονται ἐς αὐτόν),

ἀντικαταστῆσαι πόλιν ἐπιχειρήσας, καὶ διαμαρτὼν τῆς ἐλπίδος, συνοικίζεται Βυζαντίοις, καὶ στρατηγὸς τοῦ παντὸς ἀναδειχθεὶς δήμου, πᾶσαν δμοῦ τὴν πόλιν εἰς τὸ μεῖζον καὶ ὠφελιμον μετερρύθμισε, νόμους τε περὶ τῶν καθ' ἡμέραν συμβολαίων τιθέμενος, καὶ ἔθη καθιστὰς πολιτικά τε καὶ ἥμερα, δι' ὧν ἀστείους τε καὶ φιλανθρώπους τοὺς πολίτας ἀπέδειξεν, (33) ἱερά τε θεῶν πλεῖστα, τὰ μὲν αὐτὸς ἀνεστήσατο, τὰ δὲ καὶ πρὶν ὄντα ἐπεκόσμησε· τὸν γὰρ πρὸς τῇ ἄκρᾳ τῆς Προποντίδος θαλάσσης κείμενον ναὸν, ὃν Ἰάσων ποτὲ τοῖς δώδεκα θεοῖς καθιέρωσε, κατηρειπωμένον ἀνήγειρε, καὶ τὸν ἐπὶ τῷ Φρίξου λεγομένῳ λιμένι τῆς Ἀρτέμιδος οἶκον ἀνεκαίνισεν. (34) Ἐπὶ δὲ τούτῳ Καλλιάδης στρατηγῶν τοῦ Βυζαντίου, ἄριστά τε πρὸς τοὺς ὀθνείους τε καὶ ἐμφυλίους πολέμους ἀγωνισάμενος, τὸ περιβόητον τοῦ Βύζαντος ἄγαλμα κατὰ τὴν καλουμένην Βασιλικὴν ἀνέθηκε, καὶ ἐπέγραψεν οὕτως·

Τὸν κρατερὸν Βύζαντα καὶ ἱμερτὴν Φιδάλειαν
χίονι κοσμήσας ἄνθετο Καλλιάδης.

35. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ ἀριστοκρατουμένων καὶ δημοκρατουμένων τῶν Βυζαντίων, ἔτι δὲ καὶ τυραννουμένων, κατὰ διαφόρους συμβέβηκε χρόνους. Ὡς δὲ

Charetis erat, ut liquet ex adscriptis hisce versibus, qui adhuc supersunt :

30. Inachiæ non sum signum bovis, haudque vocatur
a me adversum illud Bosporium pelagus.
Hanc etenim prius ira gravis Junonis abegit
usque Pharum ; sed ego mortua sum Cecropis ;
atque Charetis eram conjux, illumque sequebar
nempe Philippeis navibus oppositum.
Bucula dicta fui : conjux nunc grata Charetis
terrarum gemino lætor utroque solo.

31. Quum vero Chares Athenas navigasset, Protomachus præturam excepit; qui quum obturbantes Thraces armis subjugasset, ærea tropæa eo in urbis loco qui Miliarium dicitur statuit. (32) Hoc etiam mortuo Timesius quidam Argivorum civitate adscriptus primum ad Pontum Euxinum in loco nuncupato Ephesiate (ubi quondam Ephesii, colonis eo deductis, urbem ædificare conati, iterum Byzantium illud oraculum audierunt :

Hic, ubi cæruleum lambunt duo flumina pontum,
Piscis ubi cervusque cibo vescuntur eodem),

urbem ex adverso condere incipiens, quum spe excidisset, ad Byzantios se contulit. Universique populi imperator designatus, totam civitatem in melius auctam reformavit, ac leges de quotidianis commerciis promulgavit, et consuetudines instituit civiles, quibus elegantes et humanos cives effecit. (33) Ædes item deorum complures vel exstruxit ipse, vel pridem exstructas exornavit. Nam quod ad Propontidis promontorium est templum, ab Iasone olim diis duodecim consecratum, dejectum restauravit, et in Phrixi portu ædem Dianæ renovavit. (34) Post hunc Calliades, Byzantii prætor, vir bellis domi forisque egregius, celebrem illam et admirandam Byzantis statuam in Basilica posuit, atque sic inscripsit :

Magnanimum Byzantem cum grata Phidalea
crexit Junctis Calliades statuis.

35. Et hæc quidem Byzantiis sub optimatum, populi et tyrannorum quoque imperio variis temporibus acciderunt. Postquam vero consulari virtute Romanum imperium

— § 30. οἱ στ.] οἱ addidi e Codino. Epigramma exstat etiam ap. Constantin. Porphyr. De Them. II, 12. V. in Anthol. Steph. III, 12, p. 224. Brunck. Anal. t. III, p. 187. Cf. Heyn. Antiq. Byz. Excurs. III : *De Damalide Charetis conjuge ejusque statua.* — βοίδιον κτλ.] βοιδιον δ' ἠκουον ἐγὼ τότε Codin. — § 31. καταδουλώσας] καταδουλωσάμενος Codin. — Μηλίῳ] ἐν τῷ καλ. Μιλίῳ τόπῳ τῆς πόλεως Codin. — ἀνέθηκε] ἀνέστησε Codin. — § 32. γραφέντων] τραφέντων Codin. — προσαγορευόμενον] om. Codin. — Ἐφεσιάτῃ], « loco in litore Bospori sinistro (Dionys. Byz. p. 17), haud longe a Ponti Euxini ostio, infra Myrlæum. » Heyne. Cf. Lambecius in not. ad Codinum. — λογίου] λόγου Codin. — μάρπτουσι] supra § 3 λάπτουσι, uti hoc quoque loco habet Codinus, non duos, sed quattuor versus apponens, quos Hesychius § 3 adscripsit. — ὁμοῦ τὴν πόλιν] sic Codin.; ὁμ. τὴν μὲν πόλιν Hesych. Particulam τε post νόμους om. Codin. — τε καὶ ἥμερα] om. Codin. — § 33. ἐπεκόσμ.] διεκόσμ. Codin. — καθιέρωσε] καθίδρυσε Cod. — Φρίξου] Φρίξῳ Cod. — τῆς Ἀρτ.] τῆς om. Cod. — κατειρπωμένον] Hes.; κατειπώμενον Cod. — § 34. στρατηγῶν] στρατηγήσας; vel, ut in cod. Vat. στρατηγὸς Cod. — καλουμένην] λεγομένην Cod. — χίονι] Codin.; εἰν ἑνὶ Hesych.; ἐνθάδε Codini codex bibl. Valicellanæ. — § 35. ταῦτα μὲν καὶ ἀρ. κτλ.] ταῦτα μὲν ἀρ. τῶν Βυζ. ἔτι δὲ καὶ τυραν. κτλ. Codin. — ἐπιστατείᾳ] Bekker. in Co-

τῇ τῶν ὑπάτων ἐπιστατείᾳ ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ πάσας ὑπερεβάλετο τὰς δυναστείας, κατεδούλωσε δὲ καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων ἔθνη, εἰκότως αὐτῇ καὶ οἱ Βυζάντιοι πειθόμενοι διετέλουν. (36) Ἐπειδὴ δὲ μετά τινας χρόνους, Σεβήρου βασιλεύσαντος τῆς Ῥώμης, αὐτοὶ τὴν τοῦ τυραννήσαντος τῶν ἑῴων Νίγρου προτιμήσαντες ἀπιστίαν, εἰς χεῖρας ἐλθεῖν ἐτόλμησαν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ἀφαιρεθέντες παρ' αὐτοῦ τῶν πολιτικῶν δικαίων, καὶ τῆς στεφάνης αὐτοῖς καταλυθείσης τοῦ τείχους, Περινθίοις προσετάχθησαν δουλεύειν, τοῖς καλουμένοις Ἡρακλεώταις. (37) Παυσαμένου δὲ τῆς ὀργῆς τοῦ Σεβήρου, αὖθις εἰς μείζονα κόσμον ἐπανῆλθον, λουτρὸν μὲν αὐτοῖς μέγιστον κατὰ τὸν τοῦ Διὸς ἱππίου βωμὸν ἢ τὸ Ἡρακλέους ἄλσος καλούμενον (ἔνθα τὰς Διομήδους αὐτόν φασι δαμάσαντα ἵππους, Ζεύξιππον τὸν τόπον ὀνομάσαι) πολυτελῶς ἐγείραντος, καὶ τὸν τούτῳ πλησιάζοντα χῶρον τῆς ἱπποδρομίας, τοῖς τοῦ Διὸς ἀνακειμένοις κούροις, ἱκρίοις τε καὶ στοαῖς διακοσμήσαντος (ἔνθα καὶ νῦν οἱ καμπτῆρες δηλοῦσι τὰ τῶν ἑῴων γνωρίσματα διὰ τῶν ἐπικειμένων ᾠῶν τοῖς χαλκοῖς ὀβελίσκοις), ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ στρατιωτικὰ τέλη προσείμαντος. (38) Μέχρι μὲν οὖ περιῆν Σεβῆρος καὶ ὁ τούτου παῖς Ἀντωνῖνος, ἡ πόλις Ἀντωνινία προσηγορεύετο, ἐπειδὴ δὲ τοῖς θείοις τῶν βασιλέων ἀπεδόθη, αὖθις τὸ Βυζάντιον ὠνομάζετο. (39) Κωνσταντίνου δὲ τὸ Ῥωμαϊκὸν κῦρος παρειληφότος καὶ αὐτὴ Κωνσταντινούπολις ἐκλήθη, προθύμως ἀνασχομένη τὴν προσηγορίαν ἀνταλλάξαι τῇ ὑπερβαλλούσῃ τοῦ αὐτοκράτορος φιλοτιμίᾳ, θαυμαστὴν μὲν αὐτὴν ἀπεργασαμένου τῷ κάλλει, πόρρω δὲ μεταγαγόντος τὰ

omnes potestates superavit, redacta jam in servitutem Graecia, merito se quoque illi submiserunt Byzantii. (36) Aliquanto tamen post, imperante Severo, quum ipsi Nigri, qui Orientis imperium invaserat, partes potiores rati, opponere se imperatori ausi essent, ereptis privilegiis, murisque dejectis, Perinthiis sive Heracleotis servire jussi sunt. (37) Sed placato mox Severo in meliorem rursum formam restituti: quippe balneum ipsis maximum ad Jovis Equestris aram, sive lucum Herculis (qui domitis ibi Diomedis equis Zeuxippo nomen loco dedisse creditur) splendide exstruxit: item vicinum Hippodromum, Dioscuris sacrum, tabulatis ac porticibus exornavit (ubi etiamnum metæ Deorum præsidum exhibent indicia, ova nimirum æneis obeliscis imposita), et assignavit etiam reditus e militari ærario. (38) Et quidem quousque Severus superstes fuit, ejusque filius Antoninus *Caracalla*, urbs Antoninia appellata fuit: postquam vero divis imperatoribus annumerati fuerant, iterum Byzantii nomen accepit. (39) Ubi vero in imperium Constantinus successit, Constantinopolis appellari cœpit, neque invita sane nomen mutavit, insigni imperatoris munificentia; quippe elegantiorem ille reddidit et pulchritudine admirandam, ad Troadenses usque porticus prolatis pomœriis, quæ antea foro ipsi cognomini terminabantur: præ-

---

dimo pro vulg. ἐπιστρατείᾳ. — καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων ἔθνη] καὶ Ἕλληνες Codin. — οἱ Βυζ.] οἱ om. Col. — § 36. ἐπειδὴ δὲ] ἐπὶ δὲ Col. — βασιλεύσαντος τῆς Ῥ.] τῆς Ῥ. βασιλεύοντος Col. — παρ' αὐτοῦ] om. Col. — αὐτοῖς καταλ.] αὐτῆς τοῦ τείχους κ. Col. — προσετάχθησαν] ἐτάχθησαν Codin. — παυσαμένου] παυσαμένης Codin. — § 37. αὖθις εἰς μείζ. κτλ.] Codinus: αὖθις τοῦτον ἔσχον εἰς βασιλέα, ὃς καὶ εἰς μείζονα καὶ περιφανῆ κόσμον ἐπανήγαγε τὸ Βυζάντιον. — αὐτοῖς μέγιστον] αὐτοῖς om. Col. — ἢ] ἤτοι Col. — ἔνθα κτλ.] Codinus: Λουτρὸν μὲν... ἀνήγειραν, ἔνθα δὴ καὶ τὰς Διομήδους δαμάσαντες ἵππους Ζεύξιππον τὸν τόπον ὠνόμασαν· καὶ τὸν αὐτοῦ πλησιάζοντα χῶρον τοῦ Ἱπποδρομίου τοῖς τοῦ Δ. ἀ. κ. ἱ. τ. κ. στ. διεκόσμησεν. — ἐπὶ δὲ τούτοις... προσείμαντος] om. Codinus. — § 38. Ἀντωνινία] Ἀντωνία Hesych.; quod item vulgo legitur ap. Eustath. ad Dion. 803 (p. 253 ed. Bernh.), ubi ad verum proxime accedit cod. K., qui Ἀντωνιμίαν. In numis Severi et Antonini: *Antoninia Byzantion Sebasta*. Codinus: καὶ μέχρι μὲν οὗ περιῆν ὁ Σεβῆρος, ἀπὸ τούτου παιδὸς Ἀντωνίνου Ἀντωνινία ἡ πόλις κατωνομάζετο. Deinde interponit hæc: Ἀπὸ δὲ τοῦ Βύζαντος μέχρι τοῦ Σεβήρου ἔτη διῆλθον ἑξακόσια ὀγδοήκοντα (πεντήκοντα Vatican.) πέντε. Ἀλλ' ἐπαναχτέον τὸν λόγον καὶ διηγητέον, ὅπως Σεβῆρος τοῦ Βυζαντίου ἐκράτησεν. Ἀναστὰς ἐκ Ῥώμης Σεβῆρος, κατεῖληφε τὸ Βυζάντιον, κρατοῦντος τότε αὐτοῦ Νίγρου, τοῦ υἱοῦ Τιμησίου· καὶ εἰρηνικὰς σπονδὰς μετὰ Νίγρου ποιήσας, εἰσῆλθε μετὰ τῶν μεγιστάνων εἰσῶ εἰς τὸ Βυζάντιον. Ἐπεὶ δὲ οἱ Βυζάντιοι ὑπὸ Μακεδόνων κακῶς ἐπολιορκοῦντο καὶ ἐλυμαίνοντο, ἐξῆλθεν ὁ Σεβῆρος κατὰ Μακεδόνων, ὑπερμαχῶν Βυζαντίων. Μέλλων δὲ ἐξέρχεσθαι, τὴν ἰδίαν θυγατέρα τῷ τοῦ Νίγρου υἱῷ εἰς γυναῖκα παρέδωκεν· (τὸ δὲ τῆς στρατὸν αὐτοῦ ὁ Σεβῆρος κατέλιπεν ἐν Χρυσοπόλει). Ἐν δὲ τῇ τοῦ γάμου εὐωχίᾳ ἔστησαν ἐπὶ τῆς τραπέζης δύο φιλόσοφοί τινες Ῥωμαῖοι, Φόρτων καὶ Μαρκίων καλούμενοι, καὶ εἶπον πρὸς τοὺς ἐσθίοντας Βυζαντίους· « Ἠγάγομεν χαρὰν ἀκερδῆ καὶ λύπην ἀζήμιον. » Προσκαλεσάμενος δὲ Νίγρος τοὺς φιλοσόφους αὐτοῦ, ἐποίει ἔρευναν περὶ τοῦ ῥήματος· ἀλλ' οὐδεὶς ἠδυνήθη διερμηνεῦσαι αὐτό. Εἷς δέ τις τῶν ἐν τῷ συμποσίῳ ἀνακειμένων, ἀγχίνους πάνυ, ἤδη γεραιὸς, ἀναλογισάμενος τὸ ἀπόρθεγμα εἶπεν· « Τοῦτό ἐστι ἱππικὸς καὶ ἀγωνιστικὸς ἀγών. » Τότε ὁ Σεβῆρος πρὸς θεραπείαν τοῦ συμπενθεροῦ αὐτοῦ Νίγρου, ἔκτισε δύο λουτρά· ἐσωθεν μὲν τῆς πόλεως καὶ πλησίον τοῦ παλατίου ἦν, τὸ καλούμενον Ζεύξιππον· ἔξωθεν δὲ τῆς πόλεως, τὰ νῦν καλούμενα Καμίνια, λουτρὸν εὐμέγεθες καὶ ἀξιοθαύμαστον· ἐκ δὲ τῆς ὑπερβολῆς τοῦ μεγέθους αὐτοῦ ἐν ἑκάστῃ ἡμέρᾳ δύο χιλιάδες ἐκαίοντο. Ἦκτε δὲ τὸ τοιοῦτον λουτρὸν μετὰ τοῦ Μηδικοῦ πυρός. Τὸ δὲ μέχρι τοῦ νῦν σωζόμενον Ἱπποδρόμιον ἐκτίσθη παρ' αὐτοῦ τοῦ Σεβήρου, κήπων ὄντων ἐκεῖσε δύο τινῶν ἀδελφῶν καὶ γυναικὸς χήρας. Μέχρι μὲν οὖν τοῦ χαλκοῦ κίονος τοῦ Τετραπύλου πεδινὸς ἦν ὁ τόπος, ἀπὸ δὲ τούτου καὶ μέχρι τῆς Σφενδόνης, κρημνοῦ ὄντος, κίονες εὐμεγεθεῖς καὶ κτίσματα ἀνετρίφησαν. Ἔνθα δὴ καὶ ἡ ψυχρὰ καλουμένη κιστέρνα ἵστατο, διότι πάνυ κρηνώδης ἦν ὁ τόπος. Τὸ δὲ ἓν μέρος τῶν βαθμίδων ἀνετρίφη παρ' αὐτοῦ τοῦ Σεβήρου, κατελείφθη δὲ τὸ ἕτερον ἀτελές, διὰ τὸ ἐλθεῖν εἰς αὐτὸν ἀγγελίαν, ὅτι Γάλλοι πορθοῦσι τὴν Ῥώμην, καὶ παραγενέσθαι ἐν αὐτῇ· ᾗ δὴ καὶ τελευτᾷ νόσῳ ἐπιληψίας, βασιλεύσας χρόνους δεκαεπτά. (Quæ sequuntur apud Codin. usque ad v. ἀνίστησι πόλιν eadem fere habes ap. Hesych. § 1.) Παρῆλθον δὲ χρόνοι ἑξήκοντα καὶ ἑπτακτα

§ 52. Suidas : Πίνδαρος, Θηβῶν, Σκοπελίνου υἱὸς, κατά δέ τινας Δαιφάντου· ὃ καὶ μᾶλλον ἀληθές. Ὁ γὰρ Σκοπελίνου ἐστὶν ἀγανέστερος καὶ προσγενὴς Πινδάρου. Τινὲς δὲ καὶ Ἀγωνίδου ἱστόρησαν αὐτόν. Μαθητὴς δὲ Μύρτιδος γυναικὸς, γεγονὼς κατὰ τὴν ξε' Ὀλυμπιάδα, κατὰ τὴν Ξέρξου στρατείαν ὢν ἐτῶν μ'. Καὶ ἀδελφὸς μὲν ἦν αὐτῷ ὄνομα Ἐρωτίων, καὶ υἱὸς Διόφαντος (l. Δαίφαντος)· θυγατέρες δὲ Εὔμητις καὶ Πρωτομάχη. Καὶ συνέβη αὐτῷ τοῦ βίου τελευτὴ κατ' εὐχάς· αἰτήσαντι γὰρ τὸ κάλλιστον etc. ut ap. Nostrum. Post v. γόνατα Suidas addit : ἐτῶν νε'. Sequitur scriptorum catalogus.

τὰ τοιαῦτα ὑποθέσθαι· τρίτον δὲ τῶν ἰδεῶν συνιδεῖν ὅσαι πρὸς ἀλλήλας εἰσίν, οἷον ἐπιστήμην ἢ μέγεθος ἢ δεσποτείαν, ἐνθυμουμένους ὅτι τὰ παρ' ἡμῖν, διὰ τὸ μετέχειν ἐκείνων, ὁμώνυμα ἐκείναις ὑπάρχει· λέγω δὲ, οἷον δίκαια μὲν ὅσα τοῦ δικαίου, καλὰ δὲ ὅσα τοῦ καλοῦ. Ἔστι δὲ τῶν εἰδῶν ἓν ἕκαστον ἀΐδιόν τε καὶ νόημα καὶ πρὸς τούτοις ἀπαθές. Διὸ καί φησιν ἐν τῇ φύσει τὰς ἰδέας ἑστάναι καθάπερ παραδείγματα, τὰ δ' ἄλλα ταύταις ἐοικέναι, τούτων ὁμοιώματα καθεστῶτα. Ὁ τοίνυν Ἐπίχαρμος περί τε τοῦ ἀγαθοῦ καὶ περὶ τῶν ἰδεῶν οὕτω λέγει·

Α. Ἆρ' ἔστιν αὐλησίς τι πρᾶγμα; Β. Ηάνυ μὲν ὤν.
Α. Ἄνθρωπος ὢν αὐλησίς ἐστιν; Β. Οὐδαμῶς.
Α. Φέρ' ἴδω; τίς αὐλητάς; τίς εἰμέν τοι δοκεῖ;
ἄνθρωπος. Οὐ γάρ; Β. Ηάνυ μὲν ὤν. Α. Οὐκ ὢν δοκεῖ
οὕτως ἔχειν τοι καὶ περὶ τὠγαθῶ; τὸ μὲν
ἀγαθόν τι πρᾶγμ' εἶμεν καθ' αὑθ'· ὅστις δέ κα
εἰδῇ μαθὼν τᾆν', ἀγαθὸς ἤδη γίγνεται.

Ὅτι ὁ Πλάτων Χαβρίᾳ συνεῖπετο τῷ στρατηγῷ φεύγοντι θανάτου, μηδενὸς τῶν πολιτῶν τοῦτο πρᾶξαι βουληθέντος. Ὅτε καὶ ἀνιόντι αὐτῷ εἰς τὴν ἀκρόπολιν σὺν τῷ Χαβρίᾳ Κρωβύλος ὁ συκοφάντης ἀπαντήσας φησίν· « Ἄλλῳ συναγορεύσων ἥκεις, ἀγνοῶν ὅτι καὶ σὲ τὸ Σωκράτους κώνειον ἀναμένει; » Ὁ δ' ἔφη· « Καὶ ὅτε ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἐστρατευόμην, ὑπέμενον τοὺς κινδύνους, καὶ νῦν ὑπὲρ τοῦ καθήκοντος διὰ φίλον ὑπομενῶ. » Τοιοῦτος δὲ ὢν ὅμως ἐσκώφθη καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν κωμικῶν. Θεόπομπος γοῦν φησίν·

Ἓν γάρ ἐστιν οὐδὲ ἕν,
τὰ δὲ δύο μόλις ἓν ἐστι, ὡς φησι Πλάτων.

Ἀλλὰ καὶ Ἀναξανδρίδης·

Ὅτε τὰς μορίας ἔτρωγεν ὥσπερ [καὶ] Πλάτων.

Καὶ Τίμων παραγραμματίζων αὐτόν·

Ὡς ἀνέπλαττε Πλάτων πεπλασμένα θαύματα εἰδώς.

Ἄλεξις·

Εἰς καιρὸν ἥκεις, ὡς ἐγω' ἀπορουμένη
ἄνω κάτω τε περιπατοῦσ', ὥσπερ Πλάτων,
σοφὸν οὐδὲν εὕρηκ', ἀλλὰ κοπιῶ τὰ σκέλη.

Καὶ πάλιν·

Λέγεις περὶ ὧν οὐκ οἶσθα συγγενῶς τρέχων
Πλάτωνι, καὶ γνώσει λίτρον καὶ κρόμμυον.

Ἀμφις Ἀμφικράτει·

Τὸ δ' ἀγαθὸν, ὅ τί ποτ' ἐστὶν, οὗ σὺ τυγχάνειν
μέλλεις διὰ ταύτην, ἧττον οἶδα τοῦτ' ἐγὼ,
ὦ δέσποτ', ἢ τὸ Πλάτωνος ἀγαθόν.

Ὁ Πλάτων περὶ μὲν ὧν κατείληφεν, ἀποφαίνεται, τὰ δὲ ψεύδη διελέγχει, περὶ δὲ τῶν ἀδήλων ἐπέχει. Καὶ περὶ μὲν τῶν αὐτῷ δοκούντων ἀποφαίνεται διὰ τεσσάρων προσώπων, Σωκράτους, Τιμαίου, [τοῦ Ἀθηναίου ξένου, τοῦ Ἐλεάτου ξένου]· περὶ δὲ τῶν ψευδῶν διεγχομένους εἰσάγει Θρασύμαχον, Καλλικλέα, Πῶλον, Γοργίαν. Ἔλεγε δὲ, τὴν μὲν ψυχὴν ἀρχὴν ἔχειν ἀριθμητικήν, τὸ δὲ σῶμα γεωμετρικήν· ὡρίζετο δὲ αὐ-

ejus generis sunt alia, constituere : tertio cernere, quæ ideæ sub eandem rationem cadant, ut scientiam, aut proceritatem, aut principatum ; idque animo reputare, ea quæ sunt apud nos ex illorum participatione eis æquivoca fieri : verbi gratia, æqua esse, quæ cum æquo, honesta, quæ cum honesto communicent. Est autem unaquæque species æterna et intelligentia omniumque affectionum vacua : propterea dicit ideas exsistere tanquam exemplaria, cetera iis similia esse, velut earum simulacra. De bono igitur et ideis sic Epicharmus loquitur :

A. Tibicinalis ars, resne aliqua est? *B.* Quippeni?
A. Tibicinalis hæc ars, an homo est? *B.* Neutiquam.
A. Videamus : ipsum quid putas tibicinem?
hominem, annon? *B.* Hominem haud dubie. *A.* Nonne existimas
nempe ut bonum ipsum res sit : at si quis bonum
istud didicerit, is jam dicatur bonus? (*Diog.* III, 12-14.)

Plato Chabriam ducem capitis accusatum comitabatur, nullo id civium tentare auso. Quo tempore inter ascendendum una cum illo in arcem Athenarum, quum Crobylus quadruplator illi obviam factus istud ingessisset : « Alteri auxiliaturus venis, at nescis, te quoque manere Socratis cicutam : » ipse respondit : « Quum pro patria militarem, pericula sustinui, et quidem nunc in amici gratiam, ne officium deseram, sustinere non verebor » (III, 24). Ejusmodi tamen vir non effugit maledicta et scommata comicorum, inter quos Theopompus :

Unum enimvero ne unum quidem est;
Imo duo vix sunt unum, quod sentit Plato.

Præterea Anaxandrides :

Quum devorabat oleas, ut solet Plato.

Et Timon ad nomen alludens :

Ut conficta Plato astutus miracula finxit.

Item Alexis :

in tempore ipso venisti : ego nam consilii
inops sursum deorsum spatians, ut Plato,
nil docti inveni, sed laboro cruribus.

Et iterum :

Loqueris de quibu' nil nosti, plane cursitans
Platonis instar ; cæpam nosces et nitrum.

Amphis in Amphicrate :

Atqui bonum illud quod nancisci cogitas
te posse propter hanc, id ego, here, minu' scio
Platonis istud quam bonum (III, 27).

Plato quæ assecutus et animo complexus fuit, asserit, falsa refutat, de incertis definire supersedet. De iis quæ approbat, per quattuor personas sententiam suam prodit, nempe Socratem, Timæum, Atheniensem hospitem et exterum Eleatem (*D.* III, 52). Mendacio vero convictos inducit Thrasymachum, Calliclem, Polum et Gorgiam. Animum dicebat principium sui habere arithmeticam, corpus

τὴν ἰδέαν τοῦ πάντη διαστῶτος πνεύματος, αὐτοκίνητόν τε εἶναι.

54. Πύρρων ὁ Ἠλεῖος Ἀναξάρχῳ συναχολουθῶν, καὶ τοῖς γυμνοσοφισταῖς καὶ τοῖς μάγοις συνέμιξεν. Οὗτος τὸ τῆς ἀκαταληψίας καὶ ἐποχῆς εἶδος εἰσήγαγεν· οὐδὲν γὰρ ἔφασκεν οὔτε καλὸν οὔτε αἰσχρὸν οὔτε δίκαιον οὔτε ἄδικον. Καὶ ὁμοίως ἐπὶ πάντων, μηδὲν εἶναι τῇ ἀληθείᾳ, νόμῳ δὲ καὶ ἔθει πάντα τοὺς ἀνθρώπους πράττειν· οὐ γὰρ μᾶλλον τόδε ἢ τόδε εἶναι ἕκαστον. Φασὶ δὲ αὐτὸν ἐκπατεῖν καὶ ἐρημάζειν, σπανίως ἐπιφαινόμενον τοῖς οἴκοι. Τοῦτο δὲ ποιεῖν ἀκούσαντα Ἰνδοῦ τινὸς ὀνειδίζοντος Ἀναξάρχῳ, ὡς οὐκ ἂν ἕτερόν τινα διδάξαι οὗτος ἀγαθὸν, αὐτὸς αὐλὰς βασιλικὰς θεραπεύων. Ἀεί τε εἶναι ἐν τῷ αὐτῷ καταστήματι· ὥστε, εἴ καί τις αὐτὸν καταλίποι μεταξὺ λέγοντα, αὐτῷ διαπεραίνειν τὸν λόγον. Πολλάκις τε καὶ ἀπεδήμει μηδενὶ προειπών, καὶ συνερέμβετο οἵστισιν ἤθελε. Καταληφθείς δέ ποτε αὐτῷ λαλῶν, καὶ ἐρωτηθεὶς τὴν αἰτίαν, ἔφη, μελετᾶν χρηστὸς εἶναι. Ἐν ταῖς ζητήσεσιν ὑπ' οὐδενὸς κατεφρονεῖτο, διὰ τὸ [δι]εξοδικῶς λέγειν, καὶ πρὸς ἐρώτησιν. Οὕτω δ' ὑπὸ τῆς πατρίδος ἐτιμήθη, ὥστε καὶ ἀρχιερεὺς κατέστη, καὶ δι' ἐκεῖνον πᾶσι τοῖς φιλοσόφοις ἀτέλεια ἐψηφίσθη. Εὐσεβῶς καὶ τῇ ἀδελφῇ συνεβίω μαιευούσῃ. Καὶ φέρων εἰς τὴν ἀγορὰν, ἐπίπρασκεν ὀρνίθια, εἰ τύχοι, καὶ χοιρίδια. Καὶ τὰ ἐπὶ τῆς οἰκίας ἐκάθαιρεν ἀδιαφόρως. Καὶ χολήσας τι περὶ τῆς ἀδελφῆς (Φιλίστα ἐκαλεῖτο), πρὸς δὴ τὸν λαβόμενον εἶπεν, ὡς οὐκ ἐν γυναίῳ ἐπίδειξις τῆς ἀδιαφορίας. Καὶ κυνός ποτε ἐπενεχθέντος διασοβηθεὶς εἶπε πρὸς τὸν αἰτιασάμενον, ὡς χαλεπὸν εἴη [ὅλοσχερῶς] ἐκδῦναι τὸν ἄνθρωπον· διαγωνίζεσθαι δὲ πρῶτον μὲν ὡς οἷόν τε τοῖς ἔργοις πρὸς τὰ πράγματα, εἴ γε μὴ, τῷ γε λόγῳ.

55. Ποτάμωνα τὸν Μιτυληναῖον ῥήτορα εἰς τὴν πατρίδα ἐπανιόντα ποτὲ ὁ Καῖσαρ Τιβέριος τοιούτοις ἐφωδίαζε γράμμασι· « Ποτάμωνα τὸν Λεσβώνακτος εἴ τις ἀδικεῖν τολμήσει, σκεψάσθω, εἰ μοι δυνήσεται πολεμεῖν. »

Σ.

56. Σίβυλλα Ῥωμαϊκὴ λέξις ἐστὶν, ἑρμηνευομένη προφῆτις. Ὅθεν αἱ θήλειαι μάντιδες ἑνὶ ὀνόματι σίβυλλαι ὠνομάζοντο. Γεγόνασι δὲ Σίβυλλαι δέκα, ὧν πρώτη ἡ Χαλδαία ἡ περὶ Χριστοῦ προφητεύσασα. Εἰ δὲ οἱ στίχοι αὐτῆς ἀτελεῖς εὑρίσκονται, καὶ ἄμετροι, οὐκ αὐτῆς ἡ αἰτία, ἀλλὰ τῶν ταχυγράφων, ἀσυμφθασάντων τῇ ῥύμῃ τοῦ λόγου· ἅμα γὰρ τῇ ἐπιπνοίᾳ ἐπέπαυτο ἡ τῶν λεγομένων μνήμη.

57. Στησίχορος ὁ λυρικὸς γράψας ψόγον Ἑλένης ἐτυφλώθη· πάλιν δὲ γράψας Ἑλένης ἐγκώμιον, ἀνέβλεψεν. Ἐκλήθη δὲ Στησίχορος, ὡς πρῶτος ἐν κιθαρῳδίᾳ στήσας χορόν· πρότερον γὰρ Τισίας ἐλέγετο.

vero geometriam; definiebatque animam esse formam spiritus quoquo versum distracti, et se suapte vi moventem.

54. *Pyrrho* Eleus Anaxarchi comes cum Gymnosophistis Indis et Magis consuetudinem habuit. Hic legem quandam et formulam invexit incomprehensibilitatis et in dijudicando suspensionis. Negabat quidquam revera esse honestum vel flagitiosum, justum vel injustum : et consimiliter de ceteris : homines tantummodo cuncta agere aut ex legis instituto aut ex consuetudine, disserebat : nihilo enim magis hoc quam illud esse. Prædicant illum solere solitudines et secessus captare, raro domesticis videndum se præbendo, idque fecisse ab eo tempore, quo Indum audierat Anaxarcho exprobrantem objicientemque, quod alium neminem virtutem et bonum doceret, ipse aulas regum colens atque frequentans. Præterea eodem in statu habituque persistere solitum memorant, ut, etiamsi dicentem quis desereret, secum nihilominus inceptum sermonem perageret. Non raro peregrinationem suscipiebat, nemini sui instituti indicium faciens, et quibuscum vellet una vagabatur. Deprehensus quandoque secum loqui, causamque interrogatus, respondit meditari secum, qua ratione vir bonus fiat et aliis utilis. In quæstionibus nemo despectui illum habuit, eo quod oratione pressa, et ad interrogationem accommodata responderet. In patria tanti est habitus, ut pontifex maximus designatus fuerit : atque in ejus gratiam omnibus philosophis immunitas a vectigalibus plebiscito promulgata est. Pie vixit et cum sorore obstetricante. Idem in forum deferebat aviculas, si ita res ferebat, et porcellos. Utensilia domus promiscue tergebat et mundabat. Commotior in sororem, cui Philistæ nomen erat, et ob id reprehensus ab alio dixit : « In muliercula non edendum specimen indifferentiæ. » Irruente olim in eum cane exterritus, ad culpantem dixisse memoratur : « Quam difficile est hominem penitus exuere : contendendum tamen est primum, quam fieri potest, maxime operibus, si id fieri nequeat, saltem ratione. » (*Diog.* IX, 61 *sqq.*).

55. *Potamonem* Mytilenæum rhetorem, patrium solum repetentem, Tiberius Cæsar hujusmodi literis viatici loco instructum dimisit : « Potamonem Lesbonactis filium si quis offendere audebit, consideret secum ille, an mecum suscipere bellum valeat. »

S.

56. *Sibylla* romana vox est, fatidicam mulierem significans, unde vaticinæ feminæ uno nomine Sibyllæ vocantur. Decem autem numero fuere, quarum prima Chaldæa de Christo vaticinata est; cujus si versus aliquot imperfecti et metricis legibus parum constantes inveniuntur, non ipsius id culpa, sed scribarum, qui orationis celeritatem scribendo assequi nequiverunt, quod simul cum cessante inspiratione dictorum memoria intercideret.

57. *Stesichorus* lyricus, quum scripsisset Helenæ vituperium, luminibus orbatus fuit, recepto visu, postquam recantasset, edito Helenæ encomio. Nomen autem Stesichori accepit, quod primus chorum statuerit in cantu ad tibiam, dictus antea Tisias.

§ 55. Eadem plenius Suidas. V. fragm. Potam. tom. III, p. 505.
§ 56. Eadem alio ordine Suidas s. v. Cf. Crameri Anecd. Paris. I, p. 332 sq.
§ 57. Eadem Suidas s. v.

58. Σαπφὼ ἡ Λεσβία δι' ἔρωτα Φάωνος τοῦ Μιτυληναίου ἐκ τοῦ Λευκάτα κατεπόντισεν ἑαυτήν.

59. Σοφοκλῆς ὁ τραγικὸς μέλιττα ἐκαλεῖτο διὰ τὸ ἡδύ.

60. Σώφρων Συρακούσιος, Ἀγαθοκλέους, ἔγραψε καταλογάδην Δωρίδι διαλέκτῳ μίμους ἀνδρείους καὶ γυναικείους. Καί φασι Πλάτωνα τὸν φιλόσοφον ἀεὶ ἐντυγχάνειν αὐτοῖς, ὡς καὶ καθεύδειν ἐπ' αὐτῶν ἔσθ' ὅτε.

61. Στίλπων ὁ Μεγαρεὺς τοσοῦτον εὑρησιλογίᾳ καὶ σοφιστείᾳ προῆγε τοὺς ἄλλους, ὥστε μικροῦ δεῆσαι πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ἀφορῶσαν εἰς αὐτὸν μεγαρίσαι. Ἀπέσπασε μὲν οὖν καὶ ἄλλους πολλούς, Δίφιλον δὲ τὸν Βοσποριανὸν καὶ Μύρμηκα τὸν Ἐξαινέτου, παραγενομένους ὡς ἐλέγξοντας, ζηλωτὰς ἔσχε. Τοῦτον ἀπεδέχετο καὶ Πτολεμαῖος ὁ Σωτήρ· καὶ ἐγκρατὴς Μεγάρων γενόμενος, ἐδίδου τε ἀργύριον αὐτῷ, καὶ παρεκάλει εἰς Αἴγυπτον συμπλεῖν. Ὁ δὲ μέτριον μέν τι τἀργυριδίου προσήκατο, ἀρνησάμενος δὲ τὴν ὁδὸν, μετῆλθεν εἰς Αἴγιναν, ἕως ἐκεῖνος ἀπέπλευσεν. Ἀλλὰ καὶ Δημήτριος ὁ Ἀντιγόνου καταλαβὼν τὰ Μέγαρα, τήν τε οἰκίαν αὐτοῦ φυλαχθῆναι, καὶ πάντα τὰ ἁρπασθέντα προὐνόησεν ἀποδοθῆναι. Ὅτε καὶ βουλομένῳ παρ' αὐτοῦ τῶν ἀπολωλότων ἀναγραφὴν λαβεῖν, ἔφη μηδὲν τῶν ἰδίων ἀπολωλεκέναι· παιδείαν γὰρ μηδένα ἐξενηνοχέναι, τόν τε λόγον ἔχειν καὶ τὴν ἐπιστήμην. Καὶ αὐτῷ διαλεχθεὶς περὶ ἀνθρώπων εὐεργεσίας, οὕτως εἶλεν ὥστε προσέχειν αὐτῷ. Ἦν δὲ ἀληθῶς κομψότατος καὶ ἀφελὴς καὶ ἀνεπίπλαστος πρός τε τὸν ἰδιώτην εὔθετος. Οὗτος ἰδὼν τὸν Κράτητα χειμῶνος συγκεκαυμένον· « Ὦ Κράτης, εἶπε, δοκεῖς μοι χρείαν ἔχειν ἱματίου καινοῦ », ἤτοι νοῦ καὶ ἱματίου. Καὶ ὃς παρῳδήσας εἶπεν εἰς αὐτὸν οὕτω·

Καὶ μὴν Στίλπων' εἰσεῖδον χαλέπ' ἄλγε' ἔχοντα
ἐν Μεγάροις, ὅθι φασὶ Τυφωίος ἔμμεναι εὐνάς.
Ἔνθάδ' ἐρίζεσκεν, πολλοὶ δ' ἅμ' αὐτὸν ἑταῖροι·
τὴν δ' ἀρετὴν παρὰ γράμμα διώκοντες κατέτριβον.

Οὗτος ὁ Στίλπων γηράσας καὶ νοσήσας οἶνον προσήκατο, ὡς τάχιον ἀποθάνῃ· ὃ καὶ γέγονεν. Οὗτος ἀνῄρει τὰ εἴδη· καὶ ἔλεγε τὸν λέγοντα ἄνθρωπον εἶναι μηδένα· οὔτε γὰρ τόνδε εἶναι οὔτε τόνδε· τί γὰρ μᾶλλον τόνδε ἢ τόνδε; οὐδ' ἄρα τόνδε. Καὶ πάλιν· τὸ λάχανον οὐκ ἔστι τὸ δεικνύμενον· λάχανον γὰρ ἦν πρὸ μυρίων ἐτῶν· οὐκ ἄρα ἐστὶ τοῦτο λάχανον.

T.

62. Τίμαιος Ταυρομενίτης γραοσυλλέκτρια ἐλέγετο, διὰ τὸ τὰ τυχόντα ἀναγράφειν.

58. *Sappho* Lesbia amore Phaonis Mytilenæi ardens de Leucate promontorio in mare præcipitem se dedit.

59. *Sophocles* tragicus apis cognominatus fuit ob carminis suavitatem.

60. *Sophron* Syracusius Agathoclis filius scripsit oratione soluta et Dorica dialecto Mimos masculos et muliebres, quos Platonem semper in manibus habuisse ferunt, illisque interdum etiam indormivisse.

61. *Stilpon* Megarensis inventionis gratia et argutiis in tantum superavit ceteros, ut tantum non omnis Græcia conjectis in eum oculis intenta megarissare corperit. Avellit itaque ab illis multos discipulos : præterea Diphilum Bosporianum et Myrmecem Exæneti filium ad se venientes arguendi gratia sectatores habuit. Magni eum faciebat etiam Ptolemæus Soter; qui captis Megaris et pecuniam illi misit, et invitavit ut secum in Ægyptum veniret. Ille pecuniæ pauxillum accepit, sed in Ægyptum ire recusans migravit Æginam, donec ille abiisset. Demetrius quoque Antigoni filius quum cepisset Megaram, domum illi servari et quæ direpta essent cuncta restitui curavit. Ubi quum ea quæ amiserit ut scripto sibi traderet moneret, nihil rerum suarum se perdidisse respondit : quippe doctrinam et eruditionem sibi ademisse neminem, reliquamque sibi esse et eloquentiam et disciplinam. Atque illum erga homines beneficentiæ admonuit tanta orationis vi, ut rex illius jam studiosus prorsus auditor fieret. Erat revera festivus, simplex, simulationis nescius, et rudibus accommodatus. Quum vidisset hieme Cratetem frigore adustum, « O Crates, inquit, videris mihi indigere pallio novo (καινοῦ, id est καὶ νοῦ, « pallio et mente »). Unde Crates illum tali parodia lusit :

Atqui ego Stilponem Megaris mala multa ferentem
vidi, ubi monstrosi esse ferunt habitacla Typhœi.
Hic contendebat juvenum comitante caterva,
virtutem absumens verbo tenus assectando.

Porro Stilpon senio confectus morboque implicitus vinum poposcit, quo mors acceleraretur : quod et evenit. Hic tollebat species : et hominem, qui secum disputabat, esse negabat : neque enim qui disputaret hunc esse vel hunc : qui enim hunc magis quam hunc? non igitur hunc. Rursusque, « Olus quod ostenditur non est : olus enim ante mille annos fuit : non est igitur hoc olus. »

T.

62. *Timæus* Tauromenita dictus fuit convicio Anus collectrix, eo quod trivialia conscriberet.

§ 58. Suidas : Σαπφὼ, Λεσβία ἐκ Μιτυλήνης, ψάλτρια. Αὕτη δι' ἔρωτα.... ἑαυτήν. Τινὲς δὲ καὶ ταύτης εἶναι λυρικὴν ἀνέγραψαν ποίησιν.

§ 59. Eadem Suidas s. v., ubi vide reliqua.

§ 60. Eadem Suidas, post voc. Ἀγαθοκλέους addens : καὶ Δαμνασυλλίδος. Τοῖς δὲ χρόνοις ἦν κατὰ Ξέρξην καὶ Εὐριπίδην

§ 62. Eadem Suidas s. v.

63. Τιμόλαος ὁ Λαρισσαῖος ῥήτωρ ἐδιπλασίασε τὴν Ἰλιάδα, παρεμβαλὼν στίχον πρὸς στίχον. Ἔχει δὲ οὕτως·

Μῆνιν ἄειδε, θεὰ, Πηληιάδεω Ἀχιλῆος,
ἣν ἔθετο Χρύσου κεχολωμένος εἵνεκα κούρης,
οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε
μαρναμένοις, ὅτε Τρωσὶν ἄτερ πολέμιζον ἄνακτος.
Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν
Ἕκτορος ἐν παλάμῃσι δαϊζομένων ὑπὸ δουρί.

64. Τριβωνιανὸς κολακεύων Ἰουστινιανὸν βασιλέα, ἔπεισεν αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἀποθανεῖται, ἀλλὰ μετὰ σαρκὸς εἰς οὐρανὸν ἁρπαγήσεται. Ἦν δὲ ὁ Τριβωνιανὸς Ἕλλην καὶ ἄθεος.

65. Τυρταῖον φασι τὸν ἐλεγειοποιὸν τοῖς μέλεσι χρησάμενον, ὅτε Λακεδαιμόνιοι Μεσσηνίοις ἐπολέμουν, παροτρῦναι Λακεδαιμονίους, καὶ ταύτῃ ἐπικρατεστέρους ποιῆσαι.

66. Τυραννίων ὁ Ἐμισηνὸς (l. Ἀμισηνὸς), Θεόφραστος πρὶν καλούμενος, μετεκλήθη Τυραννίων, ὡς κατατρέχων τῶν ὁμοσχόλων. Οὗτος αἰχμάλωτος ὑπὸ Λουκούλλου ληφθεὶς, καὶ πλούσιος ἐν Ῥώμῃ γενόμενος, ἐκτήσατο βιβλίων ὑπὲρ τὰς τρεῖς μυριάδας.

Υ.

67. Ὑπατία, ἡ Θέωνος θυγάτηρ τοῦ Ἀλεξανδρέως φιλοσόφου, καὶ αὐτὴ φιλόσοφος, διεσπάσθη ὑπὸ Ἀλεξανδρέων, καὶ τὸ σῶμα αὐτῆς ἐνυβρισθὲν καθ' ὅλης τῆς πόλεως διεσπάρη. Τοῦτο δὲ πέπονθε διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν σοφίαν, καὶ μάλιστα εἰς τὰ περὶ ἀστρονομίας.

Φ.

68. Φαίδων Ἠλεῖος, ὁ Σωκράτους μαθητὴς, αἰχμάλωτος ὑπὸ Ἰνδῶν ληφθεὶς, εἶτα πραθεὶς πορνοβοσκῷ τινι, προέστη ὑπ' αὐτοῦ πρὸς ἑταίρησιν ἐν Ἀθήναις. Ἐντυχὼν δὲ Σωκράτει ἐξηγουμένῳ, ἡράσθη τῶν λόγων αὐτοῦ, καὶ αἰτεῖ λύσασθαι. Ὁ δὲ πείθει Ἀλκιβιάδην πρίασθαι αὐτόν· καὶ ἦν τὸ ἐντεῦθεν φιλόσοφος. Οὗτος ἦρξε τῆς ἀπ' αὐτοῦ κληθείσης Ἠλειακῆς αἱρέσεως, ἥτις ὕστερον ὑπὸ Μενεδήμου τοῦ Ἐρετριέως Ἐρετριακὴ προσηγορεύθη.

69. Φερεκύδην τὸν Σύριον (ἔστι δὲ μία τῶν Κυκλάδων νήσων ἡ Σύρα) φασὶν οὐ σχεῖν διδάσκαλον, ἀλλ' ἑαυτὸν ἀσκῆσαι κτησάμενον τὰ Φοινίκων ἀπόκρυφα βιβλία. Οὗτος πρῶτος τὸν περὶ μετεμψυχώσεως λόγον εἰσήνεγκε. Γέγονε δὲ φθειρόβρωτος.

63. *Timolaus* Larissæus, rhetor, congeminavit Iliadem, versui semper versui subjiciens, hoc modo :

Iram, Diva, mihi Pelidæ suggere Achillis,
quam Chrysæ ob natam sumpsit (cui injuria facta),
letalem, quæ mille malis involvit Achivos,
pugnantes dum bella cient ductore carentes,
heroumque animas fortes demisit ad Orcum
Hectoreis manibus, quos hausit missile ferrum.

64. *Tribonianus* Justiniano imperatori adulans persuasit non moriturum ipsum, sed una cum corpore raptum cœlo immigraturum. Erat autem paganus et impius.

65. *Tyrtæum*, elegiacum poetam, carminibus Lacedæmonios, quo tempore cum Messeniis bellum gerebant, animasse, eaque ratione victoriam illis peperisse proditum est.

66. *Tyrannion* Amisenus, prius Theophrastus (ab eloquii divinitate), posterius Tyrannion mutato nomine dictus est, quod condiscipulos exagitaret. Captus fuit a Lucullo, Romæque in magnis divitiis vivens possedit supra tres librorum myriades.

HY.

67. *Hypatia* Theonis Alexandrini philosophi filia et ipsa philosopha, ab Alexandrinis discerpta est, et cadaver ejus contumeliis affectum per totam urbem frustatim sparsum est : quod illi accidit ex invidia orta ob eximiam peritiam, rerum præsertim astronomicarum.

PH.

68. *Phædon* Eleus, Socratis auditor, ab Indis captus, ac lenoni venundatus, ab eo prostitutus Athenis fuit ad stuprum. Is forte in Socratem incidens publice profitentem, disputationibus illis mire affici cœpit, petiitque obnixe, ut redimeretur. Itaque Alcibiadem flexit Socrates, qui eum mercaretur : quo facto jam inde philosophari cœpit. Auspicatus est Eliacam sectam ab ipso nomen adeptam, quæ postea a Menedemo Eretriensi Eretriaca appellata est.

69. *Pherecydes* Syrius (est autem Syra e Cycladibus insulis una) nullo usus fuisse magistro, suoque marte profecisse dicitur, postquam arcana Phœnicum commentaria nactus fuerat. Hic primus opinionem de animorum transmigratione invexit. Absumptus autem est a pediculis.

---

§ 63. Suidas : Τιμόλαος, Λαρισσαῖος ἐκ Μακεδονίας, ῥήτωρ, Ἀναξιμένους τοῦ Λαμψακηνοῦ μαθητής. Ὃς καὶ ποιητικῶς ἔχων παρενέβαλε τῇ Ἰλιάδι στίχον πρὸς στίχον, καὶ ἐπέγραψε τὸ σύνταγμα Τρωικόν. Μῆνιν ἄειδε κτλ.

§ 64. Suidas : Τριβωνιανός, Μακεδονιανοῦ, ἀπὸ δικηγόρων τῶν ὑπάρχων. Οὗτος ὁ Τριβωνιανὸς Ἕλλην ὑπῆρχε καὶ ἄθεος καὶ ἀλλότριος κατὰ πάντα τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως· κόλαξ δὲ καὶ ἀπατεὼν καὶ πείθων Ἰουστινιανὸν τὸν βασιλέα, ὡς ὅτι οὐκ ἀποθανεῖται, ἀλλ' εἰς τοὺς οὐρανοὺς μετὰ σαρκὸς ἀναληφθήσεται. Ἦν δὲ κοιαίστωρ Ἰουστινιανοῦ.

§ 65—69. Eadem Suidas.

70. Φιλήμων ὁ Συρακούσιος ὑπὸ σφοδροῦ γέλωτος ἐτελεύτησεν, ὡς δὴ καὶ Φιλιστίων ὁ Νικαεὺς, εἰς ὃν καὶ ἔστι τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα·

Ὁ τὸν πολυστέναχτον ἀνθρώπων βίον
γέλωτι μίξας Νικαιεὺς Φιλιστίων.

Οὗτος ἔγραψε τὸν Φιλόγελων.

71. Φιλίσκον τὸν Μιλήσιον ῥήτορα, πρότερον αὐλητὴν ὄντα παραδοξότατον, Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ αὐλοτρύπην ἐκάλεσεν.

72. Φιλητᾶς ὁ Κῷος ἰσχνωθεὶς ἐκ τοῦ ζητεῖν τὸν καλούμενον ψευδόμενον λόγον ἀπέθανε.

73. Φίλων ὁ Ἑβραῖος τοσαύτην πρὸς Πλάτωνα ὁμοιότητα ἔσχε κατά τε φράσιν καὶ διάνοιαν, ὡς εἰς παροιμίαν παρ' Ἕλλησι τοῦτο χωρῆσαι· ἢ Πλάτων φιλωνίζει ἢ Φίλων πλατωνίζει.

74. Φιλόστρατος ὁ Λήμνιος, ὁ τὰς Εἰκόνας γράψας, υἱὸς ἦν τοῦ πρώτου σοφιστοῦ Φιλοστράτου Λημνίου. Οὗτος ὁ δεύτερος ἐσοφίστευσεν ἐν Ἀθήναις, εἶτα ἐν Ῥώμῃ, ἐπὶ Σεβήρου τοῦ βασιλέως.

X.

75. Χοιρίλος Σάμιος, ποιητὴς, ἔγραψε τὴν Ἀθηναίων νίκην κατὰ Ξέρξου, ἐφ' οὗ ποιήματος κατὰ στίχον στατῆρα χρυσοῦν ἔλαβε, καὶ σὺν τοῖς Ὁμήρου ἀναγινώσκεσθαι ἐψηφίσθη.

76. Χρύσιππον τὸν φιλόσοφον αἰτιῶνταί τινες προνοεῖν λέγοντα ὅπως ποριστέον τῷ σοφῷ. Φασὶ γάρ, τίνος χάριν ποριστέον αὐτῷ· εἰ μὲν γὰρ τοῦ ζῆν ἕνεκα, ἀδιάφορον τὸ ζῆν· εἰ δὲ ἡδονῆς, καὶ αὐτὴ ἀδιάφορον· εἰ δὲ τῆς ἀρετῆς, αὐτάρκης αὕτη πρὸς εὐδαιμονίαν. Καταγέλαστοι δέ φασι καὶ οἱ τρόποι τοῦ πορισμοῦ, οἷον οἱ ἀπὸ βασιλέως· εἴκειν γὰρ αὐτῷ δεήσει· καὶ οἱ ἀπὸ φιλίας· λήμματος γὰρ ὤνιος ἡ φιλία ἔσται· καὶ οἱ ἀπὸ σοφίας· μισθαρνήσει γὰρ ἡ σοφία. Τοῦτον τὸν Χρύσιππόν φασιν ἧξαι ἐπὶ φιλοσοφίαν, τῆς οὐσίας αὐτοῦ τῆς πατρῴας εἰς τὸ βασιλικὸν ἀναληφθείσης. Τέλος.

70. *Philemon* Syracusanus nimio risu exstinctus est, ut et Philistion Nicæensis, de quo exstat epigramma :

Mortalium ærumnosam vitam miscuit
risu Philistion, Nicæa quem dedit.

Hic scripsit Cachinnatorem.

71. *Philiscus* Milesius rhetor, antea clarus artis gloria tibicen, quem Isocrates orator tibiarum foratorem nuncupabat.

72. *Philetas* Cous quum in inveniendo sophismate quod Pseudomenos vocatur, elaboraret, extenuato corpore obiit.

73. *Philon* Hebræus tantam cum Platone et ingenio et scriptis affinitatem habuit, ut in proverbium abierit apud Græcos : Aut Plato philonissat, aut Philo platonissat.

74. *Philostratus* Lemnius, qui de Imaginibus librum scripsit, filius fuit primi Philostrati, sophistæ Lemnii : docuit Athenis; postea Romæ, imperante Severo.

CH.

75. *Chœrilus* Samius poeta scripsit Atheniensium victoriam de Xerxe, pro cujus poematis singulis versibus aureum staterem dono accepit, decretumque fuit, ut cum Homericis scriptis simul legeretur.

76. *Chrysippum* philosophum criminantur nonnulli, quod prævidisse animo se dixerit, qua ratione sapienti quæstus sit faciendus. Nam aiunt cujus rei gratia sectandus ei quæstus erit? Nam si quidem ut vivat, vivere indifferens est; quodsi ut fruatur voluptate, et ipsa indifferens est; si autem virtutis causa, sufficit ipsa ad beatam vitam. Sunt autem perridiculi et quæstus hujuscemodi : quippe si qui a rege suppeditentur, obsequendum illi erit necessario; si autem ab amicitia proficiscantur, venalis et quæstuosa erit amicitia : sin vero a sapientia, mercenaria erit sapientia (D. VIII, 126). Hunc ad philosophiam accessisse perhibent postquam res paterna in fiscum regium absumpta esset. *Finis.*

§ 72—75. Eadem Suidas.

NONNOSUS.

Nonnosus, Abramæ f., scriptum reliquit de legatione quam ad Saracenos, Auxumitas et Homeritas Justiniani temporibus (c. an. 533) obierat. Natione Syrum fuisse ex patris nomine suspiceris. Pater ille sicuti etiam avus Nonnosi, ipsi quoque ad Arabes legationes susceperant. Nam avus ab Anastasio imp. ad Aretham (*Al Hareth*, Ambri f., Saracenorum Chindenorum (*Kende* arab.) principem v. Pocock. Spec. hist. p. 69) missus est, ut pacis fœdera componeret (Phot. § 1) (*). Pater vero Nonnosi sub Justino imp. ad Almundarum (*Almondar*, Hirensium regem decimum sextum ap. Pocock. p. 69), ac postea ad nepotem Arethæ Caisum, Chindenorum et Maadenorum (**) præfectum, venit legatus. Denique Nonnosus a Justiniano ad eundem Caisum, cui persuaderet ut ad imperatorem se conferret, tum vero ad Auxumatarum regem Elesbaam et ad Homeritas profectus est. Apud Caisum nihil videtur profecisse, quandoquidem Abramæ tandem, denuo ad Caisum misso, contigit ut Saracenum istum ad Justinianum adduceret. Elesboam cur Nonnosus convenerit disertius non indicavit Photius, qui ex scripto pauca tantum quæ ad itineris pericula et regionum populorumque, quos vidit Nonnosus, descriptionem pertinent, enotavit. Quare ad Malalam et Theophanem chronographos nos convertamus, quorum auctor quin Nonnosi opus noverit et adhibuerit, cum Humphredo Hodyo (Prolegg. ad Malalam p. XLVIII ed. Bonn.) et Gibbono (cap. 41, not. 94) nullus dubito.

Malalas Chron. p. 456, 24 ed. Bonn. (et Theophan. p. 377) : Ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμαίων ἀκούσας παρὰ τοῦ πατρικίου Ῥουφίνου τὴν παρὰ Κωάδου, βασιλέως Περσῶν, παράβασιν, ποιήσας θείας κελεύσεις κατέπεμψε πρὸς τὸν βασιλέα τῶν Αὐξουμιτῶν· ὅστις βασιλεὺς Ἰνδῶν συμβολὴν ποιήσας μετὰ τοῦ βασιλέως τῶν Ἀμεριτῶν (***) Ἰνδῶν, κατὰ κράτος νικήσας παρέλαβε τὰ βασίλεια αὐτοῦ καὶ τὴν χώραν αὐτοῦ πᾶσαν, καὶ ἐποίησεν ἀντ' αὐτοῦ βασιλέα τῶν Ἀμεριτῶν Ἰνδῶν ἐκ τοῦ ἰδίου γένους Ἀγγάνην διὰ τὸ εἶναι καὶ τὸ τῶν Ἀμεριτῶν Ἰνδῶν βασίλειον ὑπ' αὐτόν. Καὶ ἀποπλεύσας ὁ πρεσβευτὴς Ῥωμαίων ἐπὶ Ἀλεξάνδρειαν διὰ τοῦ Νείλου ποταμοῦ καὶ τῆς Ἰνδικῆς θαλάσσης κατέφθασε τὰ Ἰνδικὰ μέρη. Καὶ εἰσελθὼν παρὰ τῷ βασιλεῖ τῶν Ἰνδῶν, μετὰ χαρᾶς πολλῆς ἐξενίσθη ὁ βασιλεὺς Ἰνδῶν, ὅτι διὰ πολλῶν χρόνων ἠξιώθη μετὰ τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων κτήσασθαι φιλίαν. Ὡς δὲ ἐξηγήσατο (*) ὁ αὐτὸς πρεσβευτής, ὅτε ἐξέξατο αὐτὸν ὁ τῶν Ἰνδῶν βασιλεύς, ὑφηγήσατο τὸ σχῆμα τῆς βασιλικῆς τῶν Ἰνδῶν καταστάσεως, ὅτι γυμνὸς ὑπῆρχε, καὶ κατὰ τοῦ ζώσματος εἰς τὰς ψύας αὐτοῦ λινόχρυσα ἱμάτια, κατὰ δὲ τῆς γαστρὸς καὶ τῶν ὤμων φορῶν σχιαστὰς (σχιστὰ Theoph.) διὰ μαργαριτῶν καὶ [ἐν τοῖς βραχίοσιν add. Theoph.] κλαβία ἀνὰ πέντε, καὶ χρυσᾶ ψέλια εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ἐν δὲ τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ λινόχρυσον φακιόλιον ἐσφενδονισμένον, ἔχον ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν σειρὰς τέσσαρας, καὶ μανιάκιν χρυσοῦν ἐν τῷ τραχήλῳ αὐτοῦ· καὶ ἵστατο ὑπεράνω τεσσάρων ἐλεφάντων ἐχόντων ζυγὸν καὶ τροχοὺς ὅ'. καὶ ἐπάνω ὡς ὄχημα ὑψηλὸν ἠμφιεσμένον χρυσέοις πετάλοις, ὥσπερ ἐστὶ τὰ τῶν ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν ὀχήματα ἀργύρῳ ἠμφιεσμένα. Καὶ ἵστατο ἐπάνω ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰνδῶν βαστάζων σκουτάριον μικρὸν κεχρυσωμένον καὶ δύο λαγκίδια καὶ αὐτὰ κεχρυσωμένα κατέχων ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ. Καὶ οὕτως ἵστατο πᾶσα ἡ σύγκλητος αὐτοῦ μεθ' ὅπλων, (καὶ αὐλοὶ) ᾄδοντες μέλη μουσικά. Verba καὶ αὐλοὶ non habet Theoph.

Καὶ εἰσενεχθεὶς ὁ πρεσβευτὴς Ῥωμαίων κλίνας τὸ γόνυ προσεκύνησε· καὶ ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς Ἰνδῶν ἀναστῆναί με (τε? Dindf.) καὶ ἀναχθῆναι πρὸς αὐτόν. Καὶ δεξάμενος τὴν τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων σάκραν κατεφίλησε τὴν σφραγῖδα [τὴν ἔχουσαν τὸ σπηθάριον τοῦ βασιλέως add. Theoph.]. Δεξάμενος δὲ καὶ τὰ δῶρα τὰ πεμφθέντα ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐξεπλάγη. Λύσας δὲ καὶ ἀναγνοὺς δι' ἑρμηνέως τὰ γράμματα, εὗρε

(*) Pertinet hæc legatio ad illud tempus quo Badicharimus, Arethæ filius, Palæstinam et Phœniciam incursionibus vexavit (c. an. 498). Vide Theophan. Chron. p. 222 ed. Bonn., coll. Euagr. H. Eccl. III, 36, et Procop. Panegyr. in Anastas. p. 497 ed. Nieb.; Tillemont *Hist. des emp.* VI, p. 556; Le Beau *Hist. du bas emp.* VIII, p. 359.

(**) Μαδηνοί haud dubie iidem sunt, qui apud alios auctores vocantur Μαδιανῖται, Μαδιηνοί, Μαδιηναῖοι (*Midianim* hebraice). Cf. Forbiger. *Geogr.* p. 744.

(***) Sic etiam Nonnosus ap. Photium pro vulgari nom. Ὁμηριτῶν. Elesbaas (*Adad* Theophan. p. 346. *Andas* Mal. p. 434) Dimnum (vel Damianum sec. Theoph.), qui Romanorum mercatores christianos, instigantibus Judæis, occiderat, bello aggressus est, victumque regno exuit, et (Christianam religionem amplexus) ab imperatore Rom. episcopum petivit (circa 522). V. Malalas p. 433; Theophan. p. 436, coll. p. 261; Cedren. I, p. 656 (qui tamen veris falsa miscent); Procop. Pers. I, 19. 20. Gibbon. l. l.

(*) Theophan. p. 377 : Ἐξηγεῖτο δὲ ἐπανελθὼν ὁ αὐτὸς Ἰουλιανὸς, ὅτι, ὅτε ἐξέξατο αὐτὸν, γυμνὸς ἦν ὁ βασιλεὺς Ἀρέθας. Præterquam quod regem Aretham, legatum Julianum perperam dicit Theophanes, legationem hanc in primum Justini imperat. annum transfert. Verum regis nomen Ἐλεσθεᾶς Theoph. habet p. 261. Apud Malalam orationem turbatam in ordinem redigere possis, ejectis verbis ὑφηγήσατο... ὅτι.

περιέχοντα ὥστε ὁπλίσασθαι αὐτὸν κατὰ Κωάδου, βασιλέως Περσῶν, καὶ τὴν πλησιάζουσαν αὐτῷ χώραν ἀπολέσαι καὶ τοῦ λοιποῦ μηκέτι συνάλλαγμα ποιῆσαι μετ' αὐτοῦ, ἀλλὰ δι' ἧς ὑπέταξε χώρας τῶν Ἀμεριτῶν Ἰνδῶν διὰ τοῦ Νείλου ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τὴν πραγματείαν ποιεῖσθαι. Καὶ εὐθέως ὁ βασιλεὺς Ἰνδῶν Ἐλεσβόας (Ἐλεσβαᾶς Phot. et Theophan. p. 261, 1) ἐπ' ὄψεσι τοῦ πρεσβευτοῦ Ῥωμαίων ἐκίνησε πόλεμον κατὰ Περσῶν, προπέμψας δὲ τοὺς ὑπ' αὐτὸν Ἰνδοὺς Σαρακηνούς, ἐπῆλθε τῇ Περσικῇ χώρᾳ ὑπὲρ Ῥωμαίων, δηλώσας τῷ βασιλεῖ Περσῶν τοῦ δέξασθαι τὸν βασιλέα Ἰνδῶν πολεμοῦντα αὐτῷ καὶ ἐκπορθῆσαι πᾶσαν τὴν ὑπ' αὐτοῦ βασιλευομένην γῆν. Καὶ πάντων οὕτως προβάντων, ὁ βασιλεὺς Ἰνδῶν κρατήσας τὴν κεφαλὴν τοῦ πρεσβευτοῦ Ῥωμαίων, εὐσωκὼς εἰρήνης φίλημα, ἀπέλυσεν ἐν πολλῇ θεραπείᾳ. Κατέπεμψε γὰρ καὶ σάκρας διὰ Ἰνδοῦ πρεσβευτοῦ καὶ δῶρα τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων.

Photius Bibl. cod. 3 :

Ἀνεγνώσθη Νοννόσου ἱστορία· ἐν ᾗ διαλαμβάνεται πρεσβεία αὐτοῦ πρός τε Αἰθίοπας καὶ Ἀμερίτας καὶ Σαρακηνοὺς τὰ ἰσχυρότερα τῶν τότε ἐθνῶν, ἔτι δὲ καὶ πρὸς ἄλλα ἀνατολικὰ ἔθνη. Ἰουστινιανὸς δὲ τὸ τηνικαῦτα τὴν Ῥωμαϊκὴν περιεῖπε πολιτείαν· φύλαρχος δὲ τῶν Σαρακηνῶν ἐχρημάτιζε Κάϊσος, ἀπόγονος Ἀρίθα, καὶ αὐτοῦ φυλάρχου γεγενημένου, πρὸς ὃν ὁ Νοννόσου πάππος ἐπρεσβεύσατο, παρὰ Ἀναστασίου τότε βασιλεύοντος ἀποσταλείς, καὶ τὰ πρὸς εἰρήνην ἐσπείσατο. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ πατὴρ Νοννόσου (Ἀβράμης ὃ' ἦν αὐτῷ ὄνομα) πρὸς Ἀλαμούνδαρον φύλαρχον Σαρακηνῶν ἐπρεσβεύσατο, καὶ δύο στρατηγοὺς Ῥωμαίων, Τιμόστρατον καὶ Ἰωάννην, νόμῳ πολέμου συλληφθέντας, ἀνεσώσατο, Ἰουστίνῳ δὲ τῷ βασιλεῖ τὴν τῶν στρατηγῶν διηκονεῖτο ἀνάρρυσιν. Ὁ μέντοι Κάϊσος, πρὸς ὃν ἐστέλλετο Νόννοσος, δύω γενῶν ἡγεῖτο τῶν παρὰ τοῖς Σαρακηνοῖς ἐπισημοτάτων, Χινδηνῶν καὶ Μααδηνῶν. Πρὸς τοῦτον δὴ τὸν Κάϊσον καὶ ὁ Νοννόσου πατὴρ, πρὶν ἢ Νόννοσον πρεσβεύειν αἱρεθῆναι, Ἰουστινιανοῦ πέμποντος, ἀπέσταλτο, καὶ εἰρηνικὰς ἔθετο σπονδάς· ὥστε καὶ τὸν υἱὸν Καΐσου (Μαυίας δὲ ἐκαλεῖτο) ὅμηρα λαβεῖν, καὶ πρὸς Ἰουστινιανὸν ἐς Βυζάντιον ἀποκομίσαι. Μεθ' ὃν χρόνον ἐπρεσβεύσατο Νόννοσος ἐπὶ δυσὶ τούτοις, Κάϊσον, εἰ δυνατὸν, πρὸς βασιλέα ἀγαγεῖν, καὶ πρὸς τὸν τῶν Αὐξουμιτῶν ἀφικέσθαι βασιλέα· Ἐλεσβαᾶς δὲ τότε ἐκράτει τοῦ ἔθνους· καὶ πρὸς τούτοις καὶ εἰς τοὺς Ἀμερίτας παραγενέσθαι. Ἡ δὲ Αὔξουμις πόλις ἐστὶ μεγίστη καὶ οἷον μητρόπολις τῆς ὅλης Αἰθιοπίας· κεῖται δὲ μεσημβρινωτέρα καὶ ἀνατολικωτέρα τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. Ὁ δὲ Νόννοσος πολλὰς μὲν ἐπιβουλὰς ἐθνῶν ὑποστὰς, πολλὰς δὲ θηρίων χαλεπότητας παρὰ τὴν ὁδὸν, καὶ πολλαῖς δυσχωρίαις καὶ ἀπορίαις πολλάκις περιπεσὼν, ὅμως καὶ τὰ δόξαντα ἐξετέλεσε καὶ σῶος τῇ πατρίδι ἀποδίδοται.

Ὅτι Κάϊσος, Ἀβράμου πάλιν πρὸς αὐτὸν πρεσβεύσαντος, πρὸς τὸ Βυζάντιον παραγίνεται, καὶ τὴν ἰδίαν φυλαρχίαν Ἀμβρῳ καὶ Ἰεζίδῳ τοῖς ἀδελφοῖς διανειμάμενος, αὐτὸς τὴν Παλαιστινῶν ἡγεμονίαν παρὰ βασιλέως ἐδέξατο, πλῆθος πολὺ τῶν ὑποτεταγμένων αὐτῷ σὺν αὐτῷ ἐπαγόμενος.

Ὅτι τὰ σανδάλια, φησὶ, νυνὶ λεγόμενα ἀρβύλας ἔλεγον οἱ παλαιοὶ, καὶ τὸ φακιόλιον φασώλιν.

Ὅτι τῶν Σαρακηνῶν οἱ πλεῖστοι, οἵ τε ἐν τῷ Φοινικῶνι καὶ οἱ τοῦ Φοινικῶνος καὶ τῶν ὀνομαζομένων Ταυρηνῶν ὀρῶν ἐπέκεινα, ἱερόν τι χωρίον νομίζουσιν ὅτῳδὴ θεῶν ἀνειμένον, καὶ ἐνταῦθα συλλέγονται κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον δὶς· ὧν τὴν μὲν τῶν πανηγύρεων αὐτῶν μὴν ὅλος μετρεῖ παρατείνων, σχεδόν που τοῦ

Lecta est Nonnosi historia, qua legationem suam complectitur ad Æthiopas et Homeritas atque Saracenos susceptam, populos tum potentissimos, et ad alias item Orientis gentes. Justinianus Romanum tum imperium tenebat. Præfectus vero Saracenorum Caisus erat, Arethæ (*Al-Hareth*) nepos : qui et ipse præfectus fuerat, ad quem Nonnosi avus ab Anastasio imperatore legatus fuerat et pacis fœdera sanxerat. Quin et Nonnosi pater, cui Abramæ nomen, ad Alamundarum, præfectum Saracenorum, orator aliquando profectus, duces Romanorum duces, Timostratum et Joannem, belli jure captos, una liberavit, Justino imperatori in ducibus his liberandis subserviens. Porro Caisus, ad quem Nonnosus missus, duabus præerat gentibus apud Saracenos clarissimis, Chindenis (*Kende* arab.) et Maadenis. Ad quem ipsum Caisum Nonnosi quoque pater, antequam hæc Nonnoso legatio mandaretur, a Justiniano missus est, pacisque fœdera ita instituit, ut Caisi filium, Maviam nomine, obsidem acceperit, et Byzantium ad Justinianum adduxerit. Post quem duplici Nonnosus nomine legatus missus est : ut Caisum, si posset, ad imperatorem adduceret, et ad Auxumitarum regem, cui genti Elesbaas tunc præerat, itemque ad Homeritas proficisceretur. Auxumis permagna est civitas, et quasi Æthiopiæ totius metropolis, magis ad meridiem et orientem vergens quam Romanum imperium. Nonnosus vero, multis gentium superatis insidiis ferarumque periculis præter viæ incommoda multaque discrimina, in quæ sæpenumero incidit, tamen quæ voluit perfecit, et salvus est patriæ redditus.

Caisum refert, misso iterum Abramo ad illum legato, Byzantium profectum esse, suamque præfecturam Ambro et Iezido fratribus divisisse; ipsum vero Palæstinæ præfecturam ab imperatore administrandam suscepisse, infinitamque hominum subditorum secum multitudinem duxisse.

Quæ nunc σανδάλια dicta, ἀρβύλας appellasse veteres ait; et φακιόλιον φασώλιν.

Saracenorum, ait, plerique, tam qui in Phœnicone, quam qui ultra Phœniconem et Taurenos, quos vocant, montes degunt, locum quendam pro sacro habent, alicui deorum consecratum, quo bis quotannis conveniunt. Horum conventuum ipsorum alter mensem durat integrum, ad medium fere ver, quando Tauri signum sol in

ἔαρος κατὰ τὸ μέσον τελουμένην, ὅτε τὸν ταῦρον ὁ ἥλιος ἐπιπορεύεται· ἡ δὲ ἑτέρα πανήγυρις δυσὶ μησὶ παρατείνεται. Μετὰ θερινὰς τροπὰς ἄγουσι ταύτην. Ἐν ταύταις, φησὶ, ταῖς πανηγύρεσιν πᾶσαν ἄγουσιν εἰρήνην, οὐ πρὸς ἀλλήλους μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐνδημοῦντας ἀνθρώπους· φασὶ δὲ ὅτι καὶ τὰ θηρία πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ αὐτὰ πρὸς ἄλληλα. Λέγεται δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ παράδοξα καὶ μύθων οὐδὲν διαλλάττοντα.

Ὅτι διεστηκέναι φησὶ τὴν Ἄδουλιν τῆς Αὐξούμεως πεντεκαίδεκα ἡμερῶν ὁδὸν, ἀπιοῦσι δὲ εἰς τὴν Αὔξουμιν Νοννόσῳ τε καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ μέγιστον ἐφάνη θέαμα περὶ χωρίον Αὔην προσονομαζόμενον· κεῖται δὲ ἡ Αὔη ἐν μέσῳ τῆς τε τῶν Αὐξουμιτῶν καὶ τῆς τῶν Ἀδουλιτῶν πόλεως· ἐλεφάντων πλῆθος οὐκ ὀλίγον, ἀλλὰ σχεδὸν ὡς χιλιάδων πέντε· ἐνέμοντο δὲ οὗτοι οἱ ἐλέφαντες ἐν πεδίῳ μεγάλῳ, καὶ πελάζειν αὐτοῖς οὐδενὶ τῶν ἐγχωρίων ἦν εὔκολον οὐδὲ εἴργειν τῆς νομῆς. Τοῦτο μὲν οὖν μεταξὺ τὸ θέαμα αὐτοῖς προσεγεγόνει.

Χρὴ δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς κράσεως τῶν ἀέρων εἰπεῖν, εἶτα ἀπὸ τῆς Αὔης ἐπὶ τὴν Αὔξουμιν διαδέχεται· ἐναντίως γὰρ περί τε θέρος καὶ χειμῶνα διάκειται. Τοῦ γὰρ ἡλίου τὸν καρκίνον τε καὶ λέοντα καὶ παρθένον διερχομένου, μέχρι μὲν τῆς Αὔης, ὥσπερ καὶ παρ' ἡμῖν, θέρος τε καὶ ξηρότης διακρατεῖ τὸν ἀέρα· ἀπὸ δὲ τῆς Αὔης ἐπὶ τὴν Αὔξουμιν καὶ τὴν ἄλλην Αἰθιοπίαν χειμὼν ἐπίκειται σφοδρός· οὐ δι' ὅλης ἡμέρας, ἀλλὰ γὰρ ἀπὸ μεσημβρίας ἀρχόμενος ἑκάστοτε, συννεφῆ τε τὸν ἀέρα ποιῶν, καὶ ὄμβροις βαγδαίοις τὴν χώραν ἐπικλύζων. Τηνικαῦτα δὲ ἄρα καὶ ὁ Νεῖλος πολὺς ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ἐρχόμενος πελαγίζει τε καὶ κατάρδει τὴν γῆν. Ὅτε δὲ ὁ ἥλιος τὸν αἰγόκερών τε καὶ ὑδροχόον καὶ ἰχθύας ἐπιπορεύεται, ἀνάπαλιν ὁ ἀὴρ τοῖς μὲν Ἀδουλίταις μέχρι τῆς Αὔης ὄμβροις ἐπικλύζει τὴν χώραν, τοῖς δὲ ἀπὸ τῆς Αὔης μέχρι Αὐξούμεως καὶ τῆς ἄλλης Αἰθιοπίας θέρος τε, καὶ τὰ ὡραῖα τηνικαῦτα τούτοις ἡ γῆ παραδίδωσιν.

Ὅτι ἀπὸ τῆς Φαρσὰν πλέοντι τῷ Νοννόσῳ ἐπὶ τὴν ἐσχάτην τῶν νήσων κατηντηκότι τοιόνδε τι συνέβη, θαῦμα καὶ ἀκοῦσαι. Ἐνέτυχε γάρ τισι μορφὴν μὲν καὶ ἰδέαν ἔχουσιν ἀνθρωπίνην, βραχυτάτοις δὲ τὸ μέγεθος καὶ μέλασι τὴν χρόαν, ὑπὸ δὲ τριχῶν δεδασυσμένοις διὰ παντὸς τοῦ σώματος· εἵποντο δὲ τοῖς ἀνδράσι καὶ γυναῖκες παραπλήσιαι, καὶ παιδάρια ἔτι βραχύτερα τῶν παρ' αὐτοῖς ἀνδρῶν· γυμνοὶ δὲ ἦσαν ἅπαντες, πλὴν δέρματί τινι μικρῷ τὴν αἰδῶ περιεκάλυπτον οἱ προβεβηκότες ὁμοίως ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες. Ἄγριον δὲ οὐδὲν ἐπεδείκνυντο οὐδὲ ἀνήμερον, ἀλλὰ καὶ φωνὴν εἶχον μὲν ἀνθρωπίνην, ἄγνωστον δὲ παντάπασι τὴν διάλεκτον τοῖς τε περιοίκοις ἅπασι καὶ πολλῷ πλέον τοῖς περὶ τὸν Νόννοσον. Διέζων δὲ ἐκ θαλαττίων ὀστρέων καὶ ἰχθύων τῶν ἀπὸ τῆς θαλάττης εἰς τὴν νῆσον ἀπορριπτομένων· θάρσος δὲ εἶχον οὐδὲν, ἀλλὰ καὶ ὁρῶντες τοὺς καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπους ὑπέπτησσον, ὥσπερ ἡμεῖς τὰ μείζω τῶν θηρίων.

Zodiaco tenet : alter vero in duos alteros menses extenditur, agiturque post æstivum solstitium. In his, ait, conventibus summa viget tranquillitas, non solum inter ipsos, sed et cum omnibus advenis. Quin etiam feras cum hominibus, non tantum inter se, pacate tunc degere fabulantur. Narrat et alia multa inopinata et fabulis non absimilia.

Adulin scribit ab Auxumi quindecim itinere dierum distare. Proficiscenti vero Auxumin Nonnoso cum suis maximum hoc objectum spectaculum ad regionem Auen dictam, quæ media est inter Auxumin et Adulin urbes : elephantorum nimirum vis non modica, imo millia ferme quinque. Pascebant hi elephanti maximo in campo, propiusque accedere nemini incolarum facile erat, neque pastu prohibere. Hoc illis interim spectaculum occurrit.

De cœli quoque constitutione dicere oportet, quæ est ab Aue ad Auxumin : contra enim æstas illic et hiems accidit. Nam sole Cancrum, Leonem et Virginem obeunte, ad Auen usque, uti et nobis, æstas est summaque cœli siccitas : at ab Aue Auxumin versus et reliquam Æthiopiam hiems ut vehemens, non integro quidem illa die, sed quæ a meridie incipiens ubique coactis nubibus aerem obducat et horrendis imbribus oram illam inundet. Quo etiam tempore Nilus late Ægyptum pervadens, maris in modum terram irrigat. Quum autem sol Capricornum, Aquarium et Pisces perambulat, aer vice versa Adulitis Auen usque imbribus regionem inundat, iis vero qui ab Aue Auxumin ceteramque Æthiopiam versus jacent, æstas est, et maturos jam fructus terra præbet.

Naviganti a Pharsa Nonnoso et ad extremam usque insularum delato, tale quid occurrit vel ipso auditu admirandum. Incidit enim in quosdam forma quidem et figura humana, sed brevissimos, et cutem nigros, totumque pilosos corpus. Sequebantur viros æquales feminæ, et pueri adhuc breviores. Nudi omnes agunt, pelle tantum brevi adultiores verenda tecti, viri pariter et feminæ, agreste nihil neque efferum quid præ se ferentes. Quin et vox illis humana, sed omnibus, etiam accolis, prorsus ignota lingua, multoque amplius Nonnosi sociis. Vivunt marinis ostreis et piscibus e mari ad insulam projectis. Audaces minime sunt, ut nostris conspectis hominibus, quemadmodum nos visa ingenti fera, metu perculsi fuerint.

PETRUS PATRICIUS.

De vita scriptisque Petri Patricii ita habet Niebuhrius in Corp. Script. Hist. Byz. tom. I, p. XXI : « Petrus, cui a dignitatibus magistri et Patricii cognomina hæserunt, Thessalonicæ natus, a Procopio (Goth. I, 3) Illyrius dicitur : non quod natione ad Illyricam gentem pertineret (nam quis illo ævo veteres Illyrios ab aliis gentibus, qui istas regiones incolebant, distinxisset?), sed quia diœcesis Macedonia sub dispositione Præfecti Prætorio per Illyricum erat. Hic causis agendis Constantinopoli occupatus, quum propter singularem eloquentiam persuasionisque vim celebraretur (v. Testim. 2. 4), a Justiniano imp. a. 534 legatus ad Amalasuntham destinatus, quia interim Theodahadus regnum arripuerat, Aulonæ substitit, et anno demum sequente cum imperatoris mandatis Ravennam pervenit : tunc vero, ignavia et timore hominis callide usus, Theodahado persuasit ut se Augusti fidei permitteret, Italiaque universa concederet (Procop. Goth. I, 6). Quæ quum ipse Constantinopolim renuntiasset, iterum cum Athanasio Ravennam missus est, ut illis agentibus quæ rex Gothus promiserat ad exitum perducerentur : verum is, Mundo interim cum exercitu in Dalmatis cæso, spretis quæ convenissent, violataque legationum sanctitate, illos in custodiam dedit (ibid. I, 7), neque prius redeundi facultas concessa est quam a Vitige fere post tres annos, circa finem anni 538. Sed hoc incommodum Petro insigni honore repensatum est, collata dignitate magistri officiorum (*). Postea, anno fere 550, jam ad patriciatum evectus (**), legatus in Orientem missus est ad inducias cum Chosroe componendas (Procop. IV, 12), unde tamen re infecta rediit : mox, a. 552 (***), delectus est ut cum Vigilio Papa, qui Chalcedone detinebatur, de negotio trium capitulorum ageret. Vigilius ubi, quæ tunc acta sunt, narrat, Petrum exconsulem, patricium et magistrum vocat : mox magnificum virum et referendarium : qui tunc exconsul dicebatur, erat quem imperator consulatus codicillis ornaverat; eum postea in Byzantino imperio, rei dignitate paulatim imminuta, consulem et hypatum dixerunt. Decem deinde annis interjectis, a. 562, pacis negotium cum Persis iterum, ac feliciore quidem exitu, suscepit, ignominiosa quidem, sed pro exhaustis imperii viribus necessaria, pace in quinquaginta annos composita (Menandri fr. 11). Ubi quum a legato Persico super Suania, quam Petrus repetebat, fallaci spe proposita, ad regem Chosroem rejectus esset, anno proximo hunc adiit : verum frustra. Ex qua legatione Byzantium reversus, haud multo post obiit (Men. fr. 13), 28 fere annis post primam legationem Italicam; relicto filio Theodoro qui jam a. 565 dignitatem patris obtinebat; mox comes largitionum factus, atque a. 576 ad Persas missus est (Men. fr. 46). Christianum fuisse Petrum dubio caret : quippe qui in legatione Persica ut natalem Christi Domini Epiphaniamque celebraret, substiterit (Men. fr.), atque cum Vigilio Papa de rebus quæ ad dogmata pertinent egerit.

« Hic Petrus inter coævos incredibili quadam floruit laude et gloria : cujus rei testimonia infra posui. Præter eloquentiam atque unicam in persuadendo vim, summam in rebus tractandis sollertiam, diligentiam indefessam, legum cognitionem accuratissimam, eruditionem omnigenam, ei tribuunt; tum vero amœnum ingenium, mitemque animum : in quo cum unico cujus verba ad nos pervenerunt obtrectatore (*) ita consentit Petri cliens Joannes Lydus, ut hoc certe constet, benevolum fuisse, liberumque ab omni arrogantia. Etiam post mortem a Corippo boni cognomine insignitur (Testim. 13), ut olim Rex Ancus. Quæ tamen virtutes non obstant quominus vere Procopius ei exprobrare potuerit furacissimum fuisse, atque inexplebili divitiarum cupiditate incensum (Procop. l. l.) : avaritia enim apud Orientis po-

(*) « De magisterio officiorum legendi sunt Joannes Lydus De magistr. II. 10. 25 26; III, 40, et Valesius ad Amm. Marc. XXVI, 5. Ex diversissimorum negotiorum procuratione pro nostra opinione ridicule coagmentata conflatum, complectebatur, ut nostro sermone potius quam Pannonica latinitate utar : *das Ministerium der auswærtigen Angelegenheiten, die Aemter des Hofmarschalls, Ceremonienmeisters und Generalpostmeisters, und die Direction der Gewehrfabriken.* »

(**) « Patricius a Constantini M. ætate eum locum in aula obtinebat ut Britannorum lingua apposite *a privy Counsellor* diceretur. Hic dignitatis gradus conjungebatur cum eo officio in quo aliquis alias constitutus erat : ac Petrum quidem nostrum usque ad mortem in magisterio permansisse constat. »

(***) « De anno quo nuntii imperatoris cum Vigilio egerunt, cl. Gieselerus a me consultus respondit se plane Mansio assentiri qui illud a. 552 contigisse statuat, corrigendumque in subscriptione epistolæ encyclicæ censeat : P. C. Basilii XI. »

(*) Procopius Anecdot. 24, p. 70 : Πρᾶος ἦν καὶ ὡς ἥκιστα ὑβρίζειν εἰδώς. V. Testim. 3.

pulos, ad servitutem prolapsos, persæpe etiam virorum minime malorum animos invadit : quorum bonitas eo tantum elucet, quod neque crudeliter agunt numorum causa, neque jus violant : quales sunt fere si qui inter Turcas viri boni dicuntur. In quo genere illustre exemplum erat memoria mea Mohammedes senex, Algeriæ satrapa. Nihil hoc viro mitius, ejusque fide data nihil sanctius : at idem non solum, nisi pacem ab eo redemisses, piraticam exercebat; violataque, sine sua culpa, pace, gavisum esse credo; verum etiam quotidie per vesperam aureis numerandis se delectabat. Prædivitem certe fuisse Petrum inde colligimus, quod insula Aconitis, in qua cotis fodinæ exercebantur, integra pro fundo ad eum pertinebat (V. testim. 12). Eadem servitutis miseria viros quamvis bonos immanissima principis jussa pro numinis oraculis exsequi cogit, quasi nihil arbitrio suo relictum sit : itaque asseverare non auderem calumniam esse Procopii narrantis Theodahabum a Petro ad Amalasunthæ necem incitatum esse (Procop. Anecd. 16, p. 47) : nisi causa quam affert cur Theodora exitium infelicis reginæ machinata esset tam parum credibilis foret, ut hoc quoque crimen maledictis vesanæ impudentiæ accenseri posse confidam.

« Petro Patricio Suidas ἱστορίας tribuit : unde petitæ eclogæ in utroque titulo de legationibus exstant; quarum prima ad imperium Tiberii, ultima ad res a Juliano adhuc Cæsare sub auspiciis Constantii in Gallia gestas pertinet. Quodsi ulterius progressus esset, is qui eclogas confecit non magis in Petro quam in ceteris ultimam operis partem neglexisset : itaque eum finem fecisse ubi Eunapius res plene narrare incipiebat non dubito. Verum in quo tempore historiæ suæ initium constituerit, ea quæstio non æque certe expediri potest : regum tamen liberique populi Romani tempora tractasse non crediderim; quum propter eclogarum ex universo hoc tempore defectum, tum quia non video quid hominem Byzantinum impellere potuerit ad scribenda quæ, ut quisque prolixius aut brevius narrata quæreret, vulgo inveniebantur. Non tamen a Tiberio incepisse, — id quod per se omni careret probilitate, — sed jam de Augusto triumviratusque tempore egisse, probant fragmenta quæ in libello Seguieriano De syntaxi inveni (fr. 1). Ex his alterum apud Dionem Cassium iisdem prope verbis legitur, quod de fr. 5 observavit Valesius [adde fr. 2 et 7] : unde conjectura certa oritur Petrum nihil aliud quam Dionis breviarium confecisse quatenus hujus historia pateret. Jam vero quum continuator Dionis, cujus eclogas ill. Maius in titulo de sententiis invenit, quantum spatia metiri licet, non multum infra Constantinum M. descenderit, non temeraria hariolatione mihi persuasi eum non diversum a Petro esse : ad quam firmandam nonnihil accederet, si exploratum esset imperatorum nomina quibus ista apud Maium pro lemmatis distinguuntur in codice sic posita esse : nam eadem ratione grammaticus ille qui de syntaxi scripsit, Petri opus in partes distinctum invenit : certe non librorum numeris; quos, ut semper alias, posuisset.

« Præterea idem Suidas Petro opus Περὶ πολιτικῆς καταστάσεως adscribit : quod ill. Maius illos anonymi scriptoris de re publica dialogos esse conjicit quorum Photius cod. 37 meminit, ipse autem e palimpsesto Vaticano ampla edidit fragmenta Περὶ πολιτικῆς ἐπιστήμης inscripta. Equidem inscriptionis diversitatem omittam, neque negabo Petro placere potuisse ut libros sine nomine ederet : attamen vix credibile videtur rem Suidæ compertam docto curiosoque Photio non innotuisse; aut contra, Suidam silentio transiisse illud opus quo Petrus Lydo (v. testim. 1) teste de magisterio officiorum exposuit : quum id tamen in hominum manibus versaretur decimo sæculo. Etenim manifesto hujus partes sunt quæcumque e Petro magistro exstant inserta cæremoniali Constantini Porphyrogeniti : habent autem eum auctorem non solum capita primi libri 84 et 85, quibus ejus nomen præfixum diserte legitur, verum etiam decem quæ continuo sequuntur, usque ad 95, ubi sæpe, v. gr. 86. 87. 95, de Justiniano tanquam imperante quum ista scriberentur, sermo est. Petita autem esse hæc omnia e libro de officio magistri satis inde colligitur quod auctor præcipue id agit, ut doceat quæ partes magistri sint in rebus quas tractat; magistrorumque nomina ponit, qui in ea dignitate fuerint quo tempore Leones, avus et nepos, Anastasiusque et Justinus imperium susceperunt.

« Utrum hoc in volumine an alibi Petrus exposuerit quæ cum Chosroe de pace componenda locutus esset (V. Menand. fr. 12), pro incomperto relinquo. Sermonis rusticitatem in eo reprehendit Menander, quam se verbis Atticis [non] mutasse ait quum colloquia ista referret : justamque esse reprehensionem ei facile credimus : nam in capitulis quæ in cæremoniali exstant græcitas ad barbariem vulgaremque sermonem manifesto inclinata, imo jam in hunc conversa, conspicitur; neque eclogæ ex historia ab ista labe immunes sunt. At, quæ e libris Περὶ πολιτικῆς ἐπιστήμης in luminis oras reduxit Maius, summa elegantia, et pæne intemerato Attico sermone scripta sunt. Quum autem Petrus sui

ævi hominibus, qui ea fere lingua utebantur quæ nunc apud Græcos obtinet, loqueretur, non veteribus Atticis, sermo ejus, pro grammaticorum sententia vitiosus, non impediebat quo minus, si vis persuadendi ei inesset, hominum mentes oratione flecteret. »

TESTIMONIA

Pro φίλοι ὄντες τῷ Μαριάδνῳ, quod dedi, Maius : φιλοῦντες τὸ Μαρίαδνῳ (sic); possis etiam φιλοῦντες τὸν Μαρίαδνον. Antiochiam a Sapore captam esse verbo tradunt Zosimus III, 32, 8; Trebellius Pollio in Triginta tyr. c. 2; Zonaras XII, 23, p. 594 ed. Bonn.; fusius Ammian. XXIII, 5, 4 et Malala XII, p. 295 sq. ed. Bonn. cf. Libanius Or. 4, p. 154, C; Or. 6, p. 185 B. Qui n. l. Μαρίαδνος vocatur, ap. Ammian. l. l. audit *Mareades;* apud Malalam l. l. Μαριάδης, rectius, puto. Ammianus ita habet : *Quum Antiochiæ in alto silentio, scenicis ludis, mimus cum uxore immissus e medio sumpta quædam imitaretur, populo venustate attonito, conjunx, « Nisi somnus est, inquit, en Persæ », et retortis plebs universa cervicibus, exacervantia in se tela declinans spargitur passim. Ita civitate incensa et obtruncatis pluribus, qui pacis more palabantur effusius, incensisque locis finitimis et vastatis, onusti præda hostes ad sua remearunt innoxii, Mareade vivo exusto, qui eos ad suorum interitum civium duxerat inconsulte. Et hæc quidem Gallieni temporibus evenerunt.* Malalas ita : Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ (Βαλεριανοῦ) βασιλείας εἷς τῶν πολιτευομένων Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης ὀνόματι Μαριάδης, ἐκβληθεὶς ἐκ τῆς βουλῆς κατὰ συσκευὴν τοῦ παντὸς βουλευτηρίου καὶ τοῦ δήμου (ἐλείπετο γὰρ εἰς τὰ ἱππικά, εἰς οἷον δήποτε μέρος ἐστρατήγησε, μὴ ἀγοράζων ἵππους, ἀλλὰ τὰ τοῦ ἱππικοῦ δημόσια ἀποχερδαίνων), ἀπῆλθεν εἰς τὴν Περσίδα καὶ ἀπηγγείλατο τῷ βασιλεῖ Περσῶν Σαπώρῃ προδίδειν αὐτῷ Ἀντιόχειαν τὴν μεγάλην, τὴν ἰδίαν αὐτοῦ πόλιν. Καὶ ἦλθεν ὁ αὐτὸς Σαπώρης... καὶ παραλαμβάνει τὴν Ἀντιόχειαν... ἐν ἑσπέρᾳ καὶ πραιδεύει αὐτὴν καὶ στρέφει καὶ καίει αὐτὴν, χρηματιζούσης τότε τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας ὅτι (sic cod.; τιὸ scr. Chilmead.; i. e. 263 p. C.; quod a vero longius abest. Corrigo ὅτ', ær. Antioch. an. 304, 253 p. C.). Ἀπεκεφάλισε δὲ καὶ τὸν πολιτευόμενον, ὡς προδότην ὄντα πατρίδος ἰδίας. Multo probabilius est Mariadem a Syris, non vero a Sapore interfectum esse. Fides Malalæ, qui sua e Domnino chronol. affert, pæne nulla est, ut vel ex iis quæ sequuntur apud eum fabulosa de Sapore ab Antiochenis tunc interfecto intelligis. Ceterum, nisi fallor egregie, *Miriades* iste idem est cum *Cyriade*, quem Trebellius Pollio in Triginta tyrannis (c. 2) recenset, aliunde autem non novimus. Verba Pollionis hæc sunt : DE CYRIADE. *Hic patrem Cyriadem fugiens, dives et nobilis, quum luxuria sua et moribus perditis sanctum senem gravaret, direpta magna parte auri, argenti etiam infinito pondere,*

DIONIS CONTINUATIO.

1. VALERIANUS.

Persarum rex (Sapor) cum Mariadno (*Mariade*) ab urbe Antiochia stadiis ferme viginti castra metatus est. Tum prudentior quisque civis urbe se subduxit; plebis tamen multitudo mansit, partim cum Mariadno faciens, partim etiam rebus novis delectata, qui mos stultitiæ popularis est.

Persas petiit; atque inde Sapori regi conjunctus atque sociatus, quum hortator belli Romanis inferendi fuisset, Odenatum primum, deinde Saporem ad Romanum solum traxit : Antiochia etiam capta et Cæsarea (et Carris Salm.*), Cæsarianum nomen accepit. Atque inde vocatus Augustus, quum omnem Orientem vel virium vel audaciæ terrore quateret, patrem vero interemisset (quod alii historici negant factum), ipse per insidias suorum, quum Valerianus jam ad bellum Persicum veniret, occisus est. Neque plus de hoc historiæ quidquam mandatum est quod dignum memoriæ esse videatur : quem clarum perfugium et parricidium et aspera tyrannis et summa luxuries literis dederunt.*

2. ΑΙΜΙΛΙΑΝΟΣ.

(254 p. C. Valeriani an. 1.)

Ὅτι Αἰμιλιανὸς ἀναγορευθεὶς βασιλεὺς ἔγραψε πρὸς τὴν σύγκλητον, ὅτι « Τὴν βασιλείαν ὑμῖν καταλιμπάνω, κἀγὼ ὁ στρατηγὸς ὑμέτερος πανταχοῦ ἀγωνίζομαι. »

Æmilianus hic, in Mœsia legionibus sub Gallo imp. præfectus, quum Scythis sive Gothis insignem cladem intulisset, elatus hoc successu, purpuram sumpsit, et ad Italiam occupandam properavit. Profectus contra eum Gallus, commisso prœlio victus periit (253 p. C.). His relatis, Zonaras (XII, 22, p. 591), ex Nostro fonte hauriens, pergit : Ἀναρρηθεὶς δὲ οὕτως αὐτοκράτωρ ὁ Αἰμιλιανὸς ἐπέστειλε τῇ συγκλήτῳ, ἐπαγγελλόμενος ὡς καὶ τὴν Θράκην ἀπαλλάξει βαρβάρων καὶ κατὰ Περσῶν ἐκστρατεύσεται καὶ πάντα πράξει καὶ ἀγωνίσεται ὡς στρατηγὸς αὐτῶν, τὴν βασιλείαν τῇ γερουσίᾳ καταλιπών. Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἔφθη πιποιηκώς, Οὐαλεριανοῦ ἐπαναστάντος αὐτῷ. Æmiliano a militibus deserto, Valerianus imperio potitur (254). Cf. de Æmiliano Euseb. Hist. Eccl. VI, 39. Auctor noster hæc narravit ad an. 254.

3. ΓΑΛΛΗΝΟΣ.

(260 p. C. Galieni an. 7.)

Ὅτι Μακρῖνος, κόμης τῶν θησαυρῶν καὶ ἐφεστὼς τῇ ἀγορᾷ τοῦ σίτου, ἐπειδὴ καὶ τὸν ἕνα πόδα ἐπεπήρωτο, οὐχ εὑρέθη ἐν τῷ πολέμῳ, ἀλλ' ἐν Σαμοσάτοις καὶ ἀπεδέχετο τοὺς στρατιώτας καὶ ἀνεκτᾶτο. Ὁ δὲ Σαπώρης πέμπει Κληδόνιον ἄνδρα τοὺς δικαστὰς εἰσάγοντα τῷ βασιλεῖ, ὃς προέτρεπε Μακρῖνον ἐλθεῖν πρὸς Βαλεριανόν. Ὁ δὲ οὐχ εἵλετο ἀπελθεῖν, λέγων· « Τίς τοσοῦτον μαίνεται ὥστε ἐκὼν ἀντ' ἐλευθέρου δοῦλος καὶ αἰχμάλωτος γενέσθαι; ἄλλως τε καὶ οἱ προστάττοντες ἀπελθεῖν οὐκ εἰσί μου κύριοι. Ὁ μὲν γὰρ πολέμιός ἐστιν, ὁ δὲ οὐδὲ ἑαυτοῦ δεσπόζει, οὐχ ὅπως ἡμῶν (ἡμῖν Mai.). » Καὶ παρήνει καὶ τῷ Κληδονίῳ μένειν καὶ μὴ ἐπανελθεῖν πρὸς Βαλεριανόν. Ὁ δὲ ἔφη μὴ προδιδόναι τὴν πίστιν τοῦ γενομένου αὐτοῦ δεσπότου. Καὶ ἐπανελθὼν κατεσχέθη μετὰ τῶν αἰχμαλώτων.

ἕνα πόδα ἐπεπήρωτο] Cf. Zonar. XII, 24, p. 598 : θάτερον πεπήρωτο τῶν σκελῶν. Euseb. Hist. Eccl. VII, 10. — Οὐχ εἵλετο ἀπελθεῖν] « Hinc ap. Euseb. VII, 53 dicitur proditor Valeriani Macrinus. Reapse autem non ivit ad Persas Macrinus, quia imperium affectabat. » Mai. De ejus rebellione præter laudatos vide Trebell. Poll. in Trig. tyr. c. 11.

4. ΓΑΛΛΗΝΟΣ ΚΑΙ ΜΕΜΩΡ.

(Circa 261 p. C. Gallieni an. 8.)

Ὅτι Μέμωρ Μαυρούσιος πεμφθεὶς ἐπὶ συλλογῇ καρπῶν, καινῶν πραγμάτων ἐπεθύμησεν, καὶ σπουδῇ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀναιρεῖται. Οἱ δὲ ἄρχοντες ἐμέμφοντο ὡς ἀδίκως αὐτὸν ἀναιρεθέντα. Καὶ Θεόδοτος κελευσθεὶς ἀπολογήσασθαι εἶπεν, ὅτι « οὐκ ἦν πολλῆς ἄξιος καταγνώσεως Μέμωρ, ὡς ἀδυνάτοις ἐπιχειρῶν ὁ ἔχων τοσούτων ἀρχόντων περιβολὴν καὶ δύναμιν, ἀλλ' ἐκεῖνος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ διὰ τῆς ἐμῆς σπουδῆς καὶ βασιλικῆς προνοίας τοῦ σκοποῦ διήμαρτον. » Ἤσθεὶς ὁ βασιλεὺς τῇ

2. ÆMILIANUS.

Æmilianus sumpta purpura ita scripsit ad senatum : « Regnum quidem vobis permitto; ego vero ubique terrarum imperator vester bella gero. »

3. GALLIENUS.

Macrinus fisci comes et annonæ præfectus, quia pede mutilatus erat, non est in prœlio (*quo Sapor rex Valerianum vicit et cepit*) conspectus, sed Samosatis milites exspectavit et recepit. Sapor autem misit Cledonium, virum judicibus apud imperatorem introducendis præpositum, qui Macrinum adhortaretur, ut veniret ad Valerianum. Is autem negavit se iturum. « Quis enim, inquit, adeo insanus est, ut libertati servitutem præponat. Præterea qui me accersunt, nequaquam domini mei sunt : alter quippe est hostis, alter ne sui quidem ipsius, nedum nostri dominus est. » Quare auctor erat Cledonio, ut ipse quoque maneret, neque ad Valerianum rediret. At enim hic negavit, fidem se ejus falsurum, qui dominus aliquando sibi fuisset; reversusque cum aliis illic captivis retentus est.

4. GALLIENUS ET MEMOR.

Memor Maurus ad frumentandum missus, novas res moliri cœpit, statimque a militibus occisus est. Sed quum præfecti inique illum occisum quererentur, Theodotus causam dicere jussus ait admodum condemnatione dignum fuisse Memorem, quippe qui, quum tot præfectorum tutela et viribus niteretur, minime impossibilem sit rem aggressus; at vero iste consciique ejus, inquit, diligentia mea nec non regia providentia a proposito suo depulsi sunt. Delectatus

ἀπολογίᾳ ἐκέλευσεν ὑπὲρ Μέμορος μηδένα φεύξεσθαι.

Ὅτι οἱ ῥᾳύλως ἀναχθέντες ἄνθρωποι οὐκ εἰώθασι βεβαίως τὰς φιλίας φυλάττειν, ἀλλ' ἐκ μικρῶν προφάσεων μεταβάλλονται.

Nisi cæcutio, legend. est : ὅτι ἦν πολλῆς... ὡς οὐκ ἀδυνάτοις κτλ. Memor ille, ex eorum numero qui imperium sub Gallieno affectarunt, ex solo novimus Zosimo I, 38, 1 : Ἐπὶ πᾶσι τούτοις ὁ Γαλλιηνὸς συνταραχθείς, εἰς τὴν Ῥώμην ἐπανήει (260), τὸν ὑπὸ Σκυθῶν ἐπαχθέντα πόλεμον διαθήσων. Ἐν τούτῳ δὲ ἐπαναστάντων αὐτῷ Μέμορος (sic ex cod. Vatican. em. Mai. vulgatam Κέκροπος) τοῦ Μαυρουσίου καὶ Αὐριόλου καὶ Ἀντωνίνου καὶ ἑτέρων πλειόνων, οἱ μὲν ἄλλοι σχεδὸν ἅπαντες ὑπήχθησαν δίκῃ, Αὐρίολος δὲ κτλ.

Annum ad quem res pertineat, accuratius definire non habeo. De Theodoto Gallieni duce, qui Æmilianum in Ægypto (263), et Posthumium in Gallia debellavit (264 sq.), v. Trebellius Pollio in Gallieno c. 4 et in Trig. tyr. c. 21.

5. ΓΑΛΛΗΝΟΣ ΚΑΙ ΙΝΓΕΝΟΥΟΣ.

(261 p. C.)

1. Ὅτι ἡ τοῦ Γαλιηνοῦ γαμετὴ τοῦ βασιλέως ἀπηρέσθη τῷ προσώπῳ Ἰνγενούου, καὶ μεταπεμψαμένη Βαλεντῖνον, εἶπεν αὐτῷ ὅτι « Ἐγὼ τὴν σὴν προαίρεσιν οἶδα, τὸν δὲ βασιλέα ἐπὶ μὲν τῇ σῇ ἐπιλογῇ ἐπαινῶ, ἐπὶ δὲ τῇ Ἰνγενούου οὐκ ἐπαινῶ. Ἐν πολλῇ γάρ μοι ὑπονοίᾳ ἐστίν· ἀλλ' ἀντιπρᾶξαι τῷ βασιλεῖ οὐ δύναμαι· ἀλλὰ σὺ ἐπιτήρει τὸν ἄνδρα. » Ἀποκρίνεται Βαλεντῖνος ὅτι « Γένοιτο μὲν καὶ Ἰνγένουον γνήσιον περὶ τὴν δουλείαν ὑμῶν ὀφθῆναι, ἐπεὶ τὸ ἐν ἐμοὶ οὐκ ἂν παραλείψω τι τῶν εἰς εὔνοιαν ὁρώντων τοῦ ὑμετέρου οἴκου. »

2. Ὅτι ἐν τῷ κατὰ Ἰνγενούου πολέμῳ πολλὰ καὶ τέκνα καὶ γονεῖς καὶ ἀδελφοὺς ἀνεῖλον, ἐπὶ τοσοῦτον ὥστε τινὰ κατασχεῖν ἴδιον ἀδελφὸν παρὰ Γαλιηνῷ καὶ εἰπεῖν· « Ὦ βασιλεῦ, οὗτος ἀδελφὸς ἐμός ἐστι, καὶ ἐν τῷ πολέμῳ κατέσχον αὐτόν. » Ὁ δὲ νομίσας ὅτι παραιτήσασθαι αὐτὸν βούλεται, καὶ ἀπεδέξατο καὶ ἐπήνεσεν, καὶ ὑπέσχετο πολλὰ δώσειν, καὶ τὴν ἁμαρτίαν τῆς τυραννίδος συγχωρεῖν. Τὸν δὲ εἰπεῖν, ὅτι οὐ χρὴ τὸν ἅπαξ ἀντάραντα ὅπλα βασιλέως ζῆσαι, καὶ τὸ ξίφει ἀνελεῖν αὐτόν. Ὁ δὲ Γαλιηνὸς ἠγανάκτησε μὲν, πλὴν διὰ τὸ ἀδόκητον τῶν πραγμάτων συνεχώρησεν.

3. Ὅτι Κλαύδιος ἔτυχε τρωθεὶς εἰς τὸν ἀστράγαλον, καὶ μετὰ πολλῆς σπουδῆς ὁ βασιλεὺς περὶ αὐτοῦ ἐπυνθάνετο. Εἷς οὖν τῶν στρατιωτῶν εἶπεν ὅτι ὡς Ἀχιλλεὺς πολεμήσας γενναίως ἐτρώθη, καὶ ἐν τῷ καταγωγίῳ αὐτοῦ ἐστι θεραπευόμενος· ὥστε τὸν βασιλέα εἰπεῖν ὅτι εἰκότως καὶ εἰς τὸν ἀστράγαλον ἐτρώθη.

§ 1. Gallieni uxorem in castra maritum secutam etiam ex Zonara XII, 25, p. 601 liquet. — De Valentino aliunde non constat. Maius suspicatur fortasse eundem esse cum *Valente*, quem dicit Trebellius in Gallieno c. 2. — § 2. « Belli hujus sævitiam immanem arguere licet etiam ex epistola quam recitat Trebellius in Ingenuo sive in Trig. tyr. c. 8. » Mai. Cf. de hoc bello Zonaras XII, 24, p. 597, et Tillemont, III, p. 324 sq. — § 3. Claudium Gallieno bellorum socium fuisse colligitur ex Trebellio in Gallien. c. 7 et 5.

6. ΓΑΛΛΗΝΟΣ ΚΑΙ ΠΟΣΤΟΥΜΟΣ.

Ὅτι Γαλιηνὸς ὁ βασιλεὺς πρὸς Πόστουμον αὐτοκράτορα ἀναγορευθέντα πέμπει πρεσβευτὰς τοὺς ἐπισταμένους τὰ γενόμενα παρ' αὐτοῦ, καὶ ἐροῦντας αὐτῷ ὅτι χρὴ τὰ ὀχυρὰ καταλαβόντας ἡσυχάζειν. « Ἀλλὰ παραχώρησόν μοι εἰσελθεῖν ἵνα διακριθῶμεν· καὶ ὁ κρείττων, βασιλεύς. » Ὁ δὲ ἀντεδήλωσεν ὅτι « Οὐδὲ παραχωρῶ σοί ποτε ἐκὼν παρελθεῖν τὰς Ἄλπεις, οὔτε εἰς

Annum ad quem res pertineat, accuratius definire non habeo. De Theodoto Gallieni duce, qui Æmilianum in Ægypto (263), et Posthumium in Gallia debellavit (264 sq.), v. Trebellius Pollio in Gallieno c. 4 et in Trig. tyr. c. 21.

5. GALLIENUS ET INGENUUS.

1. Gallieni imperatoris uxor vultu Ingenui offensa est, vocatoque ad se Valentino, « Animum quidem tuum, inquit, probe compertum habeo, atque imperatoris de te judicium laudo; non item quod Ingenuum elegerit, quia hic mihi valde suspectus est. Ceteroquin imperatori resistere nequeo; sed tu hominem observa. » Respondit Valentinus : « Utinam Ingenuus in obsequio vestro fidelis deprehendatur! Ego certe quantum in me est, nihil prætermittam quod ad meam componendam erga vestram domum benevolentiam spectat. »

2. In bello adversus Ingenuum multi filios, parentes fratresque occiderunt, adeo ut quidam fratrem manu tenens Gallieno se stiterit dicens : « Hic meus, o imperator, frater est, quem bello cepi. » Gallienus existimans velle hac defensione imperator vetuit quenquam interfecti Memoris causa accusari.

Pravis consiliis utentes homines non solent firmiter amicitiam tueri, sed levibus de causis mutantur.

5. GALLIENUS ET INGENUUS.

1. Gallieni imperatoris uxor vultu Ingenui offensa est, vocatoque ad se Valentino, « Animum quidem tuum, inquit, probe compertum habeo, atque imperatoris de te judicium laudo; non item quod Ingenuum elegerit, quia hic mihi valde suspectus est. Ceteroquin imperatori resistere nequeo; sed tu hominem observa. » Respondit Valentinus : « Utinam Ingenuus in obsequio vestro fidelis deprehendatur! Ego certe quantum in me est, nihil prætermittam quod ad meam componendam erga vestram domum benevolentiam spectat. »

2. In bello adversus Ingenuum multi filios, parentes fratresque occiderunt, adeo ut quidam fratrem manu tenens Gallieno se stiterit dicens : « Hic meus, o imperator, frater est, quem bello cepi. » Gallienus existimans velle hunc pro eo deprecari, admisit hominem commendavitque, et multa se daturum, eumque de læsæ majestatis crimine absoluturum promisit. Illum vero contra dixisse ferunt, non oportere vivere qui semel arma adversus imperatorem tulisset; gladioque fratrem confodisse. Facinus moleste tulit Gallienus, sed tamen ob inopinum rerum eventum, id ratum habuit.

3. Claudius quum vulneratus in talo esset, sollicite Gallienus imp. de eo præsentes rogabat. Tum miles quidam ait eum fortiter ad modum Achillis pugnantem vulnus accepisse et nunc in tentorio suo curari. Ad quæ imperator, congruenter igitur, respondit, hunc quoque in talo esse vulneratum.

6. GALLIENUS ET POSTUMUS.

Gallienus imperator ad Postumum qui purpuram sumserat, misit qui res quæ ab eo gererentur rescirent, dicerentque opus esse ut ii, qui munita loca occupassent, quietem agerent. Rogabat etiam ut sibi ingressum in Gallias concederet, ut bello inter se discernerent; nempe ut is qui superior

τοιαύτην ἀνάγκην εὔχομαι καταστῆναι, ἵνα Ῥωμαίοις πολεμήσω. » Γαλιηνὸς δὲ πέμπει πρὸς αὐτόν· « Οὐκοῦν ἀμφότεροι μονομαχήσωμεν, ἵνα μὴ Ῥωμαῖοι ἀπόλωνται. » Ὁ δὲ ἀντεδήλωσεν· « Ἐγὼ οὔτε μονομάχος εἰμὶ, οὔτε γέγονά ποτε· ἀλλ' ἀπολλυμένας τὰς ἐπαρχίας ταύτας ὑπὸ σοῦ ταχθεὶς διασώζειν, ἔσωσα· καὶ ὑπὸ τῶν Γάλλων ἡρέθην βασιλεύς· καὶ ἀρκοῦμαι ἄρχειν τῶν ἑκουσίως με ἑλομένων· καὶ εἴ τι δύναμαι τῇ βουλῇ τῇ ἐμαυτοῦ καὶ τῇ δυνάμει, τούτοις βοηθῶ. »

De Postumo (*M. Cassianio Latinio Postumo*, inscr. ap. Orell. 1015 et in numis ap. Eckhel. D. N. VII, p. 458 sq.) rebelle, qui in Gallia per septem annos (260—267) imperio potitus est, v Trebellius in Trig. tyr. c. 2 et in Gallien. c. 4; Zonaras XII, 24, p. 597 sq.; Zosimus I, 38; Tillemont. III, p. 325 sqq.; Düntzer. *Postumus u. Victorius u. Tetricus in Gallien* in *Rheinlænd. Jahrb.* IV, p. 45–58.

7. ΟΔΕΝΑΘΟΙ ΔΥΟ.

Ὅτι τὸν Ὀδέναθον τὸν παλαιὸν Ῥουφῖνος ἀναιρεῖ ὡς νεωτέροις ἐπιχειροῦντα πράγμασιν. Κατηγόρει δὲ ὁ νεώτερος Ὀδέναθος Ῥουφίνου ὡς φονεύσαντος τὸν πατέρα αὐτοῦ. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἠρώτησε τὸν Ῥουφῖνον διὰ τί τοῦτο ἐποίησεν. Ὁ δὲ εἶπεν ὅτι σὺν δίκῃ τοῦτο ἐποίησε· « Καινοῖς γὰρ ἐπεχείρει πράγμασι· καὶ εἴθε ἐπέτρεπές μοι καὶ τοῦτον τὸν Ὀδέναθον τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀνελεῖν, καὶ παραχρῆμα τοῦτο ἐποίουν. » Ἦν δὲ ὁ Ῥουφῖνος ποδαλγὸς καὶ χειραλγὸς, παντελῶς μὴ κινηθῆναι δυνάμενος. Καὶ ἔλεγεν αὐτῷ ὁ βασιλεύς· « Ποίᾳ δυνάμει καὶ ποίῳ σώματι θαρρῶν ταῦτα λέγεις; » Ὁ δὲ ἔλεγεν· « Οὐδὲ εἰ ἔτυχον ὑγιὴς ὢν πλέον τῆς νεότητός μου, ἐδυνάμην διὰ τοῦ σώματός μου τί ποτε εἰς αὐτὸν ποιῆσαι· ἀλλὰ τῇ σῇ δεξιᾷ κελεύων καὶ διατυπῶν πάντα κατώρθουν. Καὶ σὺ γὰρ αὐτὸς, ὦ βασιλεῦ, οὐ τῷ σώματί σου ἰσχύων ποιεῖς, ἀλλὰ τοῖς στρατιώταις σου κελεύων. » Καὶ ἐπῄνεσε τοὺς λόγους αὐτοῦ ὁ Γαλιηνός.

De Odenatho, patre ejus Odenathi, qui Zenobiam uxorem habebat, sicuti de Rufino illo aliunde non constat.

8. ΚΥΙΝΤΟΣ.

1. Ὅτι Κύιντος ὁ Μακρίνου υἱὸς τὸ βασιλεῖον (καὶ παραχρῆμα) ἐν Ἐμέσῃ ἐκάθητο, καὶ παραγίνεται Ὀδέναθος μετὰ πλήθους βαρβάρων, καὶ δηλοῖ αὐτοῖς ὅτι « Παράδοτε αὐτούς, ἢ πολεμήσατε. » Οἱ δὲ εἶπον ὅτι πᾶν ὅ τι οὖν ἠνείχοντο ὑπομένειν ἢ βαρβάρῳ ἑαυτοὺς παραδοῦναι.

2. Ὅτι Καρῖνος ἐδυσχέρανεν ὡσότι τῶν Ῥωμαίων τὸν πόλεμον οἰκειώσατο Ὀδέναθος. Ὁ δὲ τοῦτο μαθὼν ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀναιρεθῆναι· καὶ ἐκ τῶν οἰκείων πολλὰ ἐφιλοτιμήσατο εἰς ταφὴν αὐτοῦ, ἅτινα καὶ ζῶντι αὐτῷ ἐπέδειξεν. Ὁ δὲ γελάσας ἔφη πολλῆς ἀμαθίας καὶ εὐηθείας πεπληρῶσθαι τὸν ἄνδρα· ἀμαθίας μὲν, ὅτι τοὺς ἐχθροὺς ἀναιροῦμεν, τοῖς δὲ φίλοις χαριζόμεθα· ἀγνοεῖν δὲ αὐτὸς πότερον εἰς φίλους ἢ εἰς ἐχθροὺς τάξει αὐτόν· εὐηθείας δὲ, ὅτι βούλεται περιόντα αὐτὸν καὶ αἰσθανόμενον λυπῆσαι καὶ φονεῦσαι, τελευτῶντα δὲ καὶ ἀναισθητοῦντα δωρεαῖς τιμᾶν. — Καὶ ἡ τοσαύτη εὐτυχία ταχείαν ἔσχε μετάπτωσιν.

Κύιντος] Sic etiam Zonaras XII, 24. Trebellio Pollioni *Quietus* dicitur, rectius; nam sic in numis Romanis exaratur; in numis Alexandrinis est

---

discederet, postea regnaret. Respondit Postumus: « Neque te sponte sino Alpes transgredi, neque in eam necessitatem venire me opto, ut cum Romanis pugnem. » Gallienus denuo missis legatis aiebat: « Igitur ambo singulari inter nos pugna certemus, ne Romanorum cædes fiat. » Ille rursus respondit: « Ego neque sum neque fui unquam gladiator; verum has provincias, quarum salus mihi a te commissa fuerat, servavi; a Gallis autem electus sum imperator. Porro mihi satis est, si his imperem, qui me sponte elegerunt: atque his quantum consilio et viribus possum, opem fero. »

7. ODENATHI DUO.

Odenathum seniorem Rufinus tanquam novis rebus studentem interemit. Quumque junior Odenathus Rufinum de cæde parentis sui accusasset, imperator facinoris causam a Rufino quæsivit. Ille vero, « Utinam, inquit, copiam mihi faceres hunc quoque filium ejus Odenathum occidendi, quem illico de medio tollerem! » Porro erat Rufinus podagra chiragraque correptus, atque ab omni motu impeditus. Quamobrem ait imperator: « Quibus viribus aut cui corpori fisus hæc dicis? » Ille respondit: « Ne si incolumior quidem quam olim, ætate juvenili, essem, corporis mei viribus huic unquam nocere possem: sed tuâ dexterâ jubens atque designans nihil non recte gererem. Nam ne tu quidem, imperator, corporis tui viribus quæ facis peragis, sed militibus tuis imperans. » Hanc Rufini orationem Gallienus laudavit.

8. QUINTUS.

1. Simulac Quintus, Macrini filius, regiam sedem Emesæ statuit, Odenathus cum barbarorum multitudine advenit, eisque denuntiavit ut vel deditionem vel pugnam facerent. Illi vero responderunt se quidvis pati malle quam in barbari manus incidere.

2. Carinus moleste ferebat, quotiescumque Odenathus pro Romanis bellum se gerere dictitabat. Id intelligens Odenathus Carinum jussit occidi; et de suo patrimonio multa decrevit in funus ejus insumenda, quæ etiam viventi ille demonstravit. Carinus autem cum risu dixit inscium plane fatuumque esse Odenathum: inscium quidem, quia hostes occidimus, amicis donamus; ignorare autem Odenathum, utrum ipsum in amicorum an in hostium numero ponerel: fatuum vero, quia quem viventem spirantemque cruciare et occidere vellet, eundem mortuum sensuque carentem donis honorare pararet. — Ceterum præsens fortuna citam conversionem nacta est.

Κουητος, in Nicæensibus Κυητός. — Initio fragmenti, nisi corrupta vox παραχρῆμα, legendum ; τὸ βασιλεῖον ἐν Ἐμέσῃ ἐκάθητο, καὶ παραχρῆμα παραγίνεται. De re cf. Zonaras XII, 24, p. 601 : Τῆς ἥττης δὲ τῶν Μακρίνων (patris et filii, qui frater erat Quieti) τῆς κατὰ Παιονίαν συμβάσης (262 p. C.) ἀγγελθείσης τῷ Κυίντῳ καὶ τῷ Βαλλίστᾳ, πολλαὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἀπέστησαν πόλεων. Οἱ δ' ἐν Ἐμέσῃ διῆγον, ἔνθα [παρα]γενόμενος ὁ Ὠδέναθος καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς νικᾷ, καὶ τὸν μὲν Βαλλίσταν αὐτὸς ἀναιρεῖ, τὸν δὲ Κύιντον οἱ τῆς πόλεως. — § 2. Καρῖνος] « Scribendum est, meo judicio, *Macrinus* seu *Macrianus*, non *Carinus;* cujus postrema tempora ab Odenathi rebus absunt. Et certe Odenathus oppressurus erat Macrinum, ut ait Trebellius c. 18, nisi hic maturius e Syria discessisset. » Mai. Quod ferri nequit. Nam Macrinus (*Macrianus* Trebell.) ejusque filius jam in expeditione Pannonica a militibus suis interfecti erant, teste Zonara, qui ubique cum nostro consentit. Quis fuerit iste *Carinus* nescio.

9. ΚΛΑΥΔΙΟΣ. (269 p. C.)

1. Ὅτι τῶν Σκυθῶν ἐπὶ Κλαυδίου τὰς Ἀθήνας ἑλόντων καὶ συναγαγόντων πάντα τὰ βιβλία καὶ βουληθέντων καῦσαι, ἄλλος τις ἐν αὐτοῖς φρόνιμος εἶναι νομιζόμενος ἐκώλυσε λέγων, ὅτι περὶ ταῦτα οἱ Ῥωμαῖοι σχολάζοντες πολέμου ἀμελοῦσι. Τοῦτο δὲ ὡς ἄπειρος εἶπεν· εἰ γὰρ ᾔδει τὰς τῶν Ἀθηναίων καὶ Ῥωμαίων ἀρετάς, οἵτινες ἐν λόγοις καὶ ἐν πολέμοις εὐδοκίμουν, οὐκ ἂν τοῦτο εἶπεν.

2. Ὅτι οἱ Σκύθαι πρὸς τοὺς ἐν πόλεσιν ἐγκεκλεισμένους ἀπέσκωπτον, ὅτι οὗτοι οὐκ ἀνθρώπινον βίον ζῶσιν, ἀλλ' ὀρνίθων ἐν καλιαῖς εἰς τὸ ὕψος καθημένων, καὶ ὅτι καταλιπόντες τὴν γῆν τὴν τρέφουσαν αὐτούς, ἀκάρπους πόλεις ἐπιλέγονται, καὶ ὅτι τοῖς ἀψύχοις θαρροῦσι μᾶλλον ἢπερ ἑαυτοῖς.

3. Ὅτι Ἀνδοννόβαλλός τις ἦν, ὃς ἀπὸ Ἐρούλλων προσέφυγε πρὸς Ῥωμαίους. Καὶ ἦλθεν εἰς λόγους Βιβούλῳ (τῷ βασιλεῖ) τῶν Ῥωμαίων. Προέτρεπε γὰρ αὐτὸν δοῦναι ἑαυτὸν τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ ἐκάλει αὐτὸν δοῦλον φιλοδεσπότην καὶ γαστρὸς ἥττονα· καὶ ὅτι ἐλευθερίαν διὰ τὸ φαγεῖν καὶ φορέσαι [κἀμφορῆσαι?] ἀπώλεσεν. Ἐκεῖνος δὲ ἀντέλεγεν αὐτῷ· « Ἐγὼ ἐλεύθερός εἰμι· καὶ γὰρ φίλος βασιλέως τηλικούτου εἰμί, καὶ οὐδέν μοι τῶν ἀγαθῶν λείπει· σὺ δὲ οὔτε ἐσθῆτος οὔτε τροφῆς εὐπορεῖς. »

4. Ὅτι μετὰ τὴν νίκην τῶν Σκυθῶν εὐφραινομένου τοῦ βασιλέως καὶ ἑστιῶντος, εἰσῆλθεν Ἀνδοννόβαλλος ἐπὶ πάντων καὶ λέγει, ὅτι « Χάριν θέλω τινά ποτε παρὰ σοῦ αἰτῆσαι. » Καὶ νομίσας μέγα τί ποτε αἰτεῖσθαι, ἐπέτρεψεν αὐτῷ αἰτεῖσθαι. Καὶ λέγει Ἀνδοννόβαλλος· « Δός μοι καλὸν οἶνον, ἵνα καλέσω πάντας τοὺς τοῦ οἴκου μου καὶ εὐφρανθῶ μετ' αὐτῶν· » Καὶ γελάσας ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσεν αὐτῷ δοθῆναι οἶνον· δέδωκεν δὲ αὐτῷ καὶ ἑτέρας πολλὰς δωρεάς.

§ 1. Eadem iisdem pæne verbis Zonaras XII, 26, p. 605 : Ἐπελθόντες δὲ ταῖς Ἀθήναις εἷλον αὐτάς· καὶ συναγαγόντες πάντα τὰ ἐν τῇ πόλει βιβλία, καῦσαι ταῦτα ἠβούλοντο. Εἷς δέ τις τῶν συνετῶν παρ' αὐτοῖς δοκούντων ἀπεῖρξε τοὺς ὁμοφύλους τοῦ ἐγχειρήματος, φάμενος ὡς περὶ ταῦτα οἱ Ἕλληνες ἀσχολούμενοι πολεμικῶν ἁμελοῦσιν ἔργων καὶ οὕτως εὐχείρωται γίνονται. — § 3. Βιβούλῳ τῷ βασιλεῖ.] « Num pro *Bibulo* scribendum est *bajulus* (nempe lecticarius), ita ut græcus textus latinitate sit infectus; Herulus autem ille non cum Bibulo Cæsare, sed cum Claudii Gothici bajulo loquatur? Atqui in codicis quoque margine lemma rubricatum est περὶ βιβούλου τοῦ βασιλέως. Neque tamen lemma suspicionem erroris excludit. » Mai. Ut de *bajulo* cogitaret, movisse Maium videtur vox φορέσαι, quam vertit *bajulando*. Quod non est probabile. Aut scrib. ἐμφορῆσαι, aut eodem sensu barbarus noster usurpavit vocem φορέσαι. Fortasse fuit ἦλθεν εἰς λόγους εὐνούχῳ vel δούλῳ vel τριβούνῳ τινὶ βασιλέως, vel Βιβούλῳ τῷ ** τοῦ βασιλέως.

9. CLAUDIUS.

1. Quum Athenas, regnante Claudio, Scythæ occupavissent, conquisitosque omnes libros crematuri essent, quidam inter eos prudentior ceteris creditus, rem inhibuit. Dicebat enim fore ut Romani, dum libris occuparentur, bellum negligerent. Hoc autem ut rudis dixit : nam si novisset Atheniensium et Romanorum virtutes, qui literis et armis æque claruerunt, haud ita esset locutus.

2. Scythæ urbium incolas irridebant, quod hi non hominum sed avium vitam agerent, quæ nidos sublimiter suspensos habitant; et quod altrice terra relicta, steriles urbes præoptarent, quodque rebus potius inanimis quam sibi confiderent.

3. Andonnoballus quidam ab Herulis ad Romanos transfugiens venit in colloquia cum Bibulo, Romanorum imperatoris (ministro), qui hortabatur illum ut imperatori se traderet. At is contra appellabat Bibulum servili animo præditum ventrique deditum, qui nimirum libertatem edendo et ingurgitando amisisset. Ille vero respondit « : Immo ego sum liber; nam tanto principi carus sum, nullaque re bona destituor; tibi vero neque vestis neque cibi affatim est. »

4. Post victoriam de Scythis relatam dum imperator lætitiæ indulget et convivatur, ingressus est coram omnibus Andonnoballus, aitque velle se beneficium ab illo petere. Imperator existimans magnum fortasse aliquid petiturum, nihilominus indulsit ei, ut peteret. Tum Andonnoballus, « Da mihi, inquit, vinum optimum, ut, necessariis meis omnibus convocatis, una oblecter. » Ridens imperator jussit ei vinum suppeditari, tum et aliorum munerum copiam addidit.

10. ΑΥΡΗΛΙΑΝΟΣ. (270.)

1. Ὅτι Αὐρηλιανὸς βασιλεύσας καὶ συναγαγὼν πάντας τοὺς ἐν λόγῳ ἐν Ῥαβέννῃ βουλὴν ἐποιεῖτο, πῶς χρὴ βασιλεύειν αὐτόν· ἐβούλετο γὰρ μετὰ θάνατον Κλαυδίου ἐξ ὧν ἔπραττεν μείζων ἐκείνου φαίνεσθαι. Εἷς δὲ τῶν ἐκ τῆς συγκλήτου εἶπεν αὐτῷ· « Ἐὰν θέλῃς καλῶς βασιλεῦσαι, χρυσῷ καὶ σιδήρῳ σεαυτὸν ὀχύρωσον· κατὰ μὲν τῶν λυπούντων σε, σιδήρῳ· πρὸς δὲ τοὺς θεραπεύοντας, χρυσῷ. » Καὶ ὁ μὲν τῆς κακῆς τῆς (κακίστης? οἰκείας Zon.) συμβουλῆς ταύτης αὐτὸς ὁ συμβουλεύσας ἀπήλαυσεν.

2. Ὅτι Ἀλβῖνος γέρων ὢν ἐνόσει τὴν ἐπὶ θάνατον· εἰσελθὼν δέ τις ἐπυνθάνετο αὐτὸν πῶς διάκειται; Ὁ δὲ εἶπεν· « Εἰ μὲν σώζεται ἡ πατρὶς, καλῶς· πάντως γὰρ ἀποθνήσκω· εἰ δὲ μὴ σώζεται, καλῶς· ἐγὼ γὰρ φθάνω ἀποθανὼν πρὶν μάθω τὸν ὄλεθρον τῆς πατρίδος· καὶ τούτου μεῖζον ἀγαθὸν οὐ ζητῶ. »

3. Ὅτι Αὐρηλιανὸς μαθὼν ἐν Πλακεντίᾳ εἶναι μοῖραν τῶν βαρβάρων, ἐδήλωσεν αὐτοῖς ὅτι « Εἰ μὲν θέλετε πολεμήσειν, ἰδοὺ ἕτοιμός εἰμι· εἰ δὲ τὰ βελτίονα λογίζεσθε παραδοῦναι ἑαυτοὺς, δέχομαι ὑμᾶς ὡς δεσπότης ὑμῶν. » Οἱ δὲ ἀντεδήλωσαν ὅτι « Ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν δεσπότην· καὶ αὔριον ἑτοίμασον σεαυτὸν, καὶ μανθάνεις ὅτι πρὸς ἐλευθέρους πολεμεῖς. »

4. Ὅτι Αὐρηλιανὸς ἐν τῷ πολιορκεῖν τὰ Τύανα εἰρήκει τοῖς στρατιώταις ὅτι « Ἐὰν εἰσέλθωμεν, μηδὲ κύνα ἐάσητε. » Μετὰ δὲ τὴν ἅλωσιν ἀπηγόρευσε τοῖς στρατιώταις μήτε φονεῦσαι μήτε διαρπάσαι. Ἔλεγον οὖν αὐτῷ θυμούμενοι οἱ στρατιῶται ὅτι « Ἃ ὑπέσχου, ἐπίτρεψον ἡμῖν ποιῆσαι. » Ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς· « Ἀληθεύετε ὅτι ἐγὼ εἶπον· ἀπέλθετε, κύων μὴ εὑρεθῇ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, ἀλλὰ πάντας φονεύσατε. » Καὶ ἔπεμψε καὶ τοὺς τριβούνους καὶ τοὺς στρατιώτας, καὶ πάντας τοὺς κύνας ἐφόνευσεν· ὥστε εἰς γέλωτα ἐλθῆναι (ἐκλυθῆναι?) τὸν θυμὸν τοῦ στρατεύματος. Καὶ μετὰ ταῦτα συγκαλέσας αὐτοὺς εἶπεν ὅτι « Ἡμεῖς ὑπὲρ τοῦ ἐλευθερῶσαι τὰς πόλεις ταύτας πολεμοῦμεν· καὶ ἐὰν μέλλωμεν πραιδεύειν αὐτὰς, οὐκέτι ἡμῖν πιστεύουσιν· ἀλλὰ μᾶλλον τὴν πραῖδα τῶν βαρβάρων ζητήσωμεν, καὶ τοιούτων (τούτων?) ὡς ἡμετέρων φεισώμεθα. »

5. Ὅτι Αὐρηλιανὸς ἔπεμψε πρεσβευτὰς πρὸς Ζηνοβίαν προτρέπων αὐτὴν ἐνδοῦναι τελεῖν ὑπ' αὐτόν. Ἡ δὲ ἀντεδήλωσεν ὅτι « Ἐγὼ οὐδὲν μέγα ἐβλάβην· οἱ γὰρ πεσόντες ἐν τῷ πολέμῳ σχεδὸν πάντες Ῥωμαῖοί εἰσιν. »

6. Ὅτι Αὐρηλιανὸς πειραθείς ποτε στρατιωτικῆς ἐπαναστάσεως, ἔλεγεν ἀπατᾶσθαι τοὺς στρατιώτας, εἰ ἐν ταῖς αὐτῶν χερσὶ τὰς μοίρας εἶναι τῶν βασιλέων ὑπολαμβάνουσιν. Ἔφασκε γὰρ τὸν θεὸν δωρησάμενον τὴν πορφύραν (καὶ ταύτην ἐπεδείκνυ τῇ δεξιᾷ) πάντως καὶ τὸν χρόνον τῆς βασιλείας �ρίσαι. Καὶ οὐ πρότερον ἀπέστη πρὶν ἂν εἰς τοὺς ἀρχηγοὺς τῆς στάσεως πεντήκοντα ἐξεδίκησεν.

§ 1. Eadem Zonaras XII, 27, p. 606 : Αὐρηλιανὸς τῆς βασιλείας ἐπιβεβηκὼς Ῥωμαίων ἤρετο τοὺς ἐν τέλει ὅπως βασιλεύειν χρεών. Ὧν εἷς εἶπεν αὐτῷ ὡς « Ἐὰν βούλῃ βασιλεῦσαι καλῶς, χρυσῷ σε δεῖ καὶ σιδήρῳ περιφράξαι σαυτόν· κατὰ μὲν τῶν λυπούντων κεχρημένον σιδήρῳ, τοὺς δέ γε (σε?) θεραπεύοντας χρυσῷ ἀμειβόμενον. » Ὃς πρῶτος, ὡς λέγεται, τῆς οἰκείας ταύτης ἀπώνατο συμβουλῆς, μετ' οὐ πολὺ τοῦ σιδήρου πειραθείς.

§ 2. « Sine dubio hic est M. Nummius Albinus, qui consul iterum processit an. 263; de quo exstat nota illa philologis inscriptio apud Reinesium p. 465 : M. NUMMIO ALBINO V. C. QUAESTORI CANDIDATO PRAETORI URBANO COMITI DOMESTICO ORDINIS

---

10. AURELIANUS.

1. Aurelianus ad imperium evectus, coacto Ravennæ concilio hominum quotquot erant fama clarorum, de modo regnandi deliberabat. Quippe avebat post obitum Claudii major illo videri rebus gerendis. Tunc de concilio unus, « Si vis, inquit, bene regnare, auro et ferro te communi; adversus nimirum molestos ferro, erga obsequentes auro. » Is autem qui pravum hoc consilium dederat, primus illud expertus est.

2. Albinus senex et letali morbo decumbens homini ad se ingresso rogantique quomodo se haberet, « Si salva, inquit, patria est, equidem male pereo; sin illi secus evenit, bene: ego enim moriar priusquam patriæ excidium intelligam. Atque hac majorem nullam felicitatem exquiro. »

3. Aurelianus edoctus partem barbarorum Placentiam occupare, significavit illis: « Si pugnare avetis, en ego paratus sum; sin meliora consilia capitis, nempe ut vosmet dedatis, recipio vos ut dominus vester. » Illi responderunt: « Nos dominum non habemus; et mane quidem esto paratus, ut te cum viris liberis pugnare cognoscas. »

4. Aurelianus in Tyanorum obsidione militibus prædixerat, fore ut illuc ingressi ne canem quidem incolumem esse sinerent. Mox urbe expugnata militibus edixit ne occiderent neve diriperent. Illi indignati postulabant ab eo ut quod ante promisisset, nunc iis facere concederet. Is autem, « Vere, inquit, narratis, quod ita dixerim: Pergite porro; canis nullus hac in urbe supersit, sed omnes occidite. » Immissis ergo tribunis et militibus, canes occidione delevit, ita ut ira exercitus in risum soluta sit. Idem postea concione vocata, « Nos, inquit, pro his urbibus liberandis prœliamur; quas si prædari maluerimus, fide in postremum apud ipsas carebimus. Quin potius prædam e barbaris petamus; his autem urbibus seu rei nostræ parcamus. »

5. Aurelianus missis ad Zenobiam legatis hortabatur eam, ut sui demum deditionem faceret. Illa vero respondit: « Haud ego magnopere detrimento affecta sum: nam qui occiderunt in prœlio, plerique omnes Romani sunt. »

6. Aurelianus seditione militari aliquando appetitus dixit falli milites, qui regum fata in sua se potestate habere putarent. Quippe deum, qui dator sit purpuræ (quam utique dextera prætendebat), etiam annos regni definire. Neque prius destitit, quam in quinquaginta seditionis principes animadvertisset.

PRIMI ET CONSULI ORDINARIO ITERUM NUMMIUS SECUNDUS EJUS F. » Mai. — § 3. « De Aureliano ad Placentiam primum victo a Marcomannis, mox eorundem victore (270), legesis Vopiscum c. 21, Aurel. Victorem Epit. c. 35. » Mai. — § 4. Eadem narrat Vopiscus in Aurel. c. 22 (272 p. C.).

11. ΠΡΟΒΟΣ. (282.)

Ὅτι πρὸς ἀνταρσίαν ἐλθόντος Κάρου ἐβουλεύσατο ὁ Πρόβος τί δεῖ ποιῆσαι αὐτόν. Καὶ πάντων σιωπώντων, Μαρτινιανός τις χιλίαρχος παρρησιασάμενος πολλὰ ἐνεκάλει αὐτῷ, ὡς διὰ τὸν ὄκνον αὐτοῦ τῶν πραγμάτων ἀπολλυμένων· καὶ προέτρεπεν αὐτὸν παραχρῆμα κινῆσαι καὶ ἐξελθεῖν εἰς πόλεμον καὶ ἀπαντῆσαι τῷ τυράννῳ.

Nihil de Caro rebellante Vopiscus in Vita Probi. Idem tamen in Vita Cari, c. 6 : *Hic* (Carus) *igitur... præfectus prætorii a Probo factus tantum sibi apud milites amoris locavit, ut interfecto Probo tanto principe, solus dignissimus videretur imperio. Non me præterit suspicatos esse plerosque, et eos in fastos retulisse Cari factione interemtum Probum; sed neque meritum Probi erga Carum, neque Cari mores id credi patiuntur : simul quia Probi mortem et acerrime et constantissime vindicavit.* Unicus testis qui disertius quid de his tradit, Zonaras est lib. XII, 30, p. 610 : Γέγονε δὲ κατ' αὐτοῦ (Πρόβου) καὶ ἄλλη τις ἐπανάστασις. Μέρους γὰρ τῆς Εὐρώπης ὁ Κάρος ἄρχων ἔγνω τοὺς ὑπ' αὐτὸν στρατιώτας βουλευομένους ἀνειπεῖν αὐτὸν αὐτοκράτορα, καὶ τοῦτο τῷ Πρόβῳ ἐδήλωσε, δεόμενος ἐκεῖθεν ἀνακληθῆναι. Ὁ δὲ οὐκ ἤθελεν ἀφελέσθαι αὐτὸν τὴν ἀρχήν. Περιστάντες οὖν οἱ στρατιῶται τὸν Κάρον καὶ ἄκοντα καταδέξασθαι τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐβιάσαντο, καὶ αὐτίκα σὺν αὐτῷ εἰς Ἰταλίαν ὡρμήκεσαν. Καὶ ὁ Πρόβος τοῦτο μαθὼν στράτευμα ἔπεμψε σὺν ἄρχοντι ἀντιστῆναι αὐτῷ. Ἤδη δὲ πλησιάσαντες οἱ πεμφθέντες τῷ Κάρῳ, δεσμήσαντες τὸν ἄρχοντα ἑαυτῶν, κἀκεῖνον καὶ ἑαυτοὺς τῷ Κάρῳ παραδεδώκασιν. Ὁ δὲ Πρόβος ὑπὸ τῶν οἰκείων δορυφόρων ἀνῄρητο, μαθόντων τὴν τῶν στρατιωτῶν πρὸς Κάρον προσχώρησιν.

12. ΚΑΡΟΣ. (283 p. C.)

Ὅτι ἅμα τῇ ἀναγορεύσει λέγουσιν εἰρηκέναι τὸν Κάρον ὅτι ἐπὶ κακῷ Περσῶν εἰς τὴν βασιλείαν ἦλθεν.

13. ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΣ.

1. Ὅτι ἐν τῇ οἰκείᾳ ἀναγορεύσει ὁ Διοκλητιανός, τὰ τότε σεβόμενα θεῖα μαρτυρόμενος, ἔλεγεν μὴ διὰ τῆς βασιλείας ἐφίεσθαι Καρῖνον ἀνελεῖν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐλλεῖν τὴν πολιτείαν.

2. Ὅτι τὸ πολλὰ πράττειν ἀντικλιματήρων καὶ κινδύνων πολλῶν αἴτιον γίνεται.

3. Ὅτι ἡ ἀνθρωπίνη φύσις τἀναντία μᾶλλον ἐπίσταται φέρειν, ἢ μέτρον ἐν ταῖς εὐτυχίαις φυλάττειν.

4. Ὅτι καὶ διὰ τὸ [διὰ τοῦτο?] τιμῆς αὐτὸν ἀθανάτου (τε) τετυχηκότα χρῆναι μεμνῆσθαι ὅτι θνητός ἐστι καὶ τῶν ἀνθρωπίνων συμφορῶν οὐκ ἀλλότριος.

5. Ὅτι Λούκιος Ὀκτάβιος εἰς δεῖπνον κληθεὶς θριάμβου, καὶ ἀποκληθεὶς ἀπήγγειλεν ἑαυτὸν εἰς τὸ συμπόσιον ἥξειν εἰ μὴ ὡς οἱόντε κάλλιστα μέρη αὐτῷ πεμφθείη.

6. Ὅτι Διοκλητιανὸς, ὄψεώς τινος ἐν ὕπνοις πολλάκις αὐτὸν ἐνοχλούσης, ὥστε ἀρχὴν ἐγχειρῆσαί τινι, ὅν γε ὀνομαστὶ ἡ ὄψις ἐσήμανεν, ὑπονοήσας εἶναι τοῦτο ἐκ γοητείας, ἔν τινι ἡμέρᾳ μεταπεσάμενος αὐτὸν, τοῦτο μόνον ἔφη πρὸς αὐτόν· « Δέξαι ἀρχὴν ἣν καθ' ἑκάστην νύκτα αἰτεῖς παρ' ἐμοῦ, καὶ μὴ φθονήσῃς τῷ βασιλεῖ τῆς ἐκ τοῦ ἡσυχάζειν θεραπείας. »

§ 1. Τὰ τότε σεβόμενα θεῖα] « Hinc cognoscimus historicum Christianum. » Mai. — Καρῖνον ἀνελεῖν] Zonaras XII, 30, p. 612 : Θάτερος μέντοι τῶν Κάρου υἱῶν ὁ Καρῖνος εἰς Ῥώμην διάγων

---

11. PROBUS.

Caro rebellante deliberabat in concilio Probus quid ageret. Cunctis silentibus, Martinianus quidam tribunus libera fiducia cœpit Probo graviter exprobrare, quod ob ejus segnitiem respublica interiret : impulitque eum ut confestim arma moveret, bellum susciperet, tyrannoque in acie occurreret.

12. CARUS.

Quum purpuram sumsit Carus dixisse fertur tactum se imperatorem ad Persarum exitium.

13. DIOCLETIANUS.

1. Imperium capessens Diocletianus deos tunc cultos testans, non regni obtinendi causa se dixit optare necem Carini, sed quod misereretur reipublicæ.

2. Multorum negotiorum susceptio causa fit infelicium climatericorum atque periculorum.

3. Humanæ naturæ est adversa facilius ferre quam modestiam servare in rebus prosperis.

4. Propterea eum, etsi immortales consecutum honores, meminisse tamen debere se mortalem esse et ab humanis casibus non alienum.

5. L. Octavius ad triumphalem cœnam invitatus, deinde rogatus ut venire supersedeat, nuntiavit se convivio interfuturum, nisi honoratiores, ut par esset, partes sibi mitterentur.

6. Diocletianus, spectro quodam in somnis eum perturbante, ut imperium cuidam traderet, qui nominatim a spectro designabatur : suspicatus hoc accidere ex præstigio, quadam die vocato ad se illo homine, hoc tantum dixit : « Accipe imperium, quod me singulis noctibus poscis, neque invideas imperatori quietis gratiam. »

γαλεπὸς τοῖς Ῥωμαίοις ἐτύγχανεν, ἀσελγὴς γενόμενος καὶ ὠμὸς καὶ μνησίκακος· ὃς ὑπὸ Διοκλητιανοῦ εἰς Ῥώμην ἐπιδημήσαντος διεφθάρη. — § 5. » Ergone consul erat L. Octavius? Nam Valerius Maximus II, 8, 6 de cœna triumphali ait : *Moris erat ab imperatore triumphum ducturo consules invitari ad cœnam, deinde rogari ut venire supersedeant, ne quis eo die, quo ille triumpharet, majoris in eodem convivio sit imperii.* Hæc autem narratio ceu hic locum habeat non video, atque obiter ex occasione nescio qua interpositam arbitror. » Mai. Interposuit hæc auctor de triumpho agens, quem Diocletianus egit (303 p. C.), paullo antequam imperio se abdicaret. Zonaras quoque (XII, 32, p. 618) et Joannes Antiochenus (fr. 167) ea occasione nonnulla de origine triumphi narrationi suæ intexunt. — 5. μεταπαλεσάμενος αὐτὸν] Intellige Constantium Chlorum.

14. ΑΙΚΙΝΙΟΣ.

Ὅτι Αἰκίννιος τὰ χρυσᾶ νομίσματα, ἐν οἷς ὁ Κωνσταντῖνος τὴν τῶν Σαρματῶν νίκην ἐτύπωσεν, οὐ προσεδέχετο, ἀλλ' ἀναχωνεύων αὐτὰ εἰς ἑτέρας μετέφερε χρήσεις, οὐδὲ ἄλλο τοῖς περὶ τοῦτο μεμφομένοις ἀποκρινόμενος, ἢ ὅτι οὐ βούλεται βάρβαρον ἐργασίαν ἐν τοῖς συναλλάγμασι τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας ἀναστρέφεσθαι.

2. Ὅτι Κρίσπου τοῦ υἱοῦ Κωνσταντίνου μεγάλαι ἐφάνησαν ἀνδραγαθίαι, καὶ πολλάκις Αἰκίννιος ὑπ' αὐτοῦ ἡττηθείς, ἀχθόμενος τὰ Ὁμηρικὰ (Il. 8, 102) ταῦτα ἔλεγεν ἔπη·

> Ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί·
> σή τε βίη λέλυται, χαλεπὸν δέ σε γῆρας ἱκάνει.

3. Ὅτι Τιβέριος ἀνήγγελλε ἐπὶ τὴν σύγκλητον, ὥστε τὸν Χριστὸν τρισκαιδέκατον θεὸν εἶναι· ἡ δὲ σύγκλητος οὐκ ἀπεδέξατο, ὥστε καί τινα ἀστειόμενον εἰπεῖν, ὅτι τρισκαιδέκατον οὐ δέχεσθε, καὶ πρῶτος ἔρχεται.

§ 1. De his numis cum inscriptione SARMATIA DEVICTA (an. 322) v. Eckhel. D. N. VIII, p. 87. De re v. Zosimus II, 21. — § 2. De Crispi contra Licinnium rebus gestis v. Zosim. l. l. Eusebius II. Eccl. X, 9.

15. ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ.

Ὅτι Κωνσταντῖνος ἐβουλεύσατο πρῶτον ἐν Σαρδικῇ μεταγαγεῖν τὰ δημόσια· φιλῶν τε τὴν πόλιν ἐκείνην συνεχῶς ἔλεγεν· « Ἡ ἐμὴ Ῥώμη Σαρδική ἐστιν. »

2. Ὅτι Κωνσταντῖνος τὰ τῶν πρότερον βεβασιλευκότων ἔργα καλύψαι θέλων, τούτων τὰς ἀρετὰς ἐπωνύμοις τισὶν ἐκφαυλίζειν ἐσπούδαζεν. Τὸν μὲν γὰρ Ὀκταβιανὸν Αὔγουστον κόσμου τύχης ἐκάλει, τὸν δὲ Τραϊανὸν βοτάνην τοίχου, Ἀδριανὸν δὲ ἐργαλεῖον ζωγραφικόν, Μάρκον δὲ καταγέλαστον, Σεβῆρον***.

§. 1. Cf. Zonaras XIII, 13. — § 2. « Desunt paginæ duæ usque ad finem quaternionis, quibus in paginis res Constantini et fortasse etiam Constantii excerptas posuerat eclogarius. » Mai.

14. LICINIUS.

1. Licinius aurea numismata, in quibus Constantinus suam de Sarmatis victoriam excuderat, non recipiebat, sed conflans ea in alios usus convertebat; nihil aliud iis qui id reprehenderent dicens, nisi quod nollet barbaricum opus in sui imperii negotiationibus versari.

2. Crispi Constantino geniti egregie facta claruerunt, victusque ab eo sæpe Licinius æger Homericos illos versus citabat :

> O senex, te valde vexant juvenes bellatores,
> Tuusque vigor languet, teque senium invasit.

3. Tiberius retulerat ad senatum, ut deus decimus tertius Christus fieret. Recusante senatu, lepide dixit quidam : « Quem decimum tertium non admittitis, is primus veniet. »

15. CONSTANTINUS.

1. Constantinus principio consilium ceperat sedem regni in urbem Sardicam transferendi; captusque ejus urbis amore semper iterabat : « Roma mea Sardica est. »

2. Constantinus decessorum suorum res gestas obscurare studens, horum virtutes jocularibus quibusdam epithetis vilipendere studebat. Scilicet Octavianum Augustum fortunæ mundum appellabat, Trajanum herbam parietariam, Hadrianum picforiam officinam, Marcum ridiculum, Severum ***.

MENANDER PROTECTOR.

De Menandro Protectore quæ comperta habemus paucissima brevi Niebuhrius l. l. p. XXII exponit hunc in modum : « Menander, Euphratæ filius, Constantinopolitanus, in juventute legum studio sese dederat : sed quoniam a causidicorum munere animus abhorrebat, ad segnitiem delapsus, in circo factionumque furoribus patrimonium effudit; tandem vero a necessitate ad meliora compulsus, quum a Mauricio imperatore literatos homines splendidis præmiis ornari videret, se in hoc genere experiri statuit. Itaque historiam Agathiæ continuare sibi proposuit : quod ab adventu Catrigurorum Hunnorum in Thraciam, quos Belisarius repressit, annoque 558, usque ad excessum Tiberii imperatoris, an. 582, perfecit. Protectoris cognomen, quo ab illustri poeta Attico discriminatur, indicat eum cohortibus prætoriis imperatoris adscriptum fuisse : quæ tamen illo ævo æque ac scholarii fictam tantummodo exercebant militiam (Procop. Anecd. 24, p. 71). In scribendi genere prorsus simia Agathiæ est; ridendus quoties sententiarum acumine aut verborum elegantia se ostentare cupit : verumtamen in rebus gestis referendis bonus auctor; circa populorum mores terrarumque longinquarum situm et peregrinantium itinera admodum curiosus et fide dignus. Ejusdem Agathiæ imitatione etiam epigrammata componere tentavit (v. fr. 35 a). Quæ supra de ejus origine ac juventute dixi, ea omnia ipse in proœmio historiæ tradiderat (fr. 1). » — Præter Suidam mentionem ejus facit Constantinus Porphyr. De them. I, 2, p. 18, et Theophylactus Simocatta Hist. I, 3 (v. fr. 66), qui Menandrum nostrum continuavit.

ARGUMENTUM.

Fr. 1. 2. Ex Proœmio. — 3. Persarum et Romanorum de Lazica regione certamina in tempus componuntur, pactis induciis. Justinianus Hunnos Utiguros ad bellum Hunnis Catriguris inferendum excitat (558). — 4. Avares per Zandichum legatum a Justiniano annua stipendia et regionem sibi postulant. Imperator senex, non vi sed arte Avares a finibus imperii removere statuit (558). — 5. Justinianus Avarum legationem donis demulcet, missoque Valentino iis persuadet, ut contra Hunnicas gentes bellum suscipiant. Avares Utiguros, Salos, Sabiros vincunt. — 6. 7. Avares Mezamerum, Antarum gentis legatum, occidunt, Antarumque regionem vastare pergunt. — 8. Ammigus, dux Francorum, semper se hostem Romanorum fore declarat (561). — 9. Justinianus Avarum legatos novas sibi sedes petentes Byzantii detinet. Hinc Romanorum et Avarum inimicitiæ (562). — 10. Silzibulus s. Dizabulus, Turcorum dux, contra Ephthalitas bellum gerit. Quo absoluto, in Avares arma movenda statuit. Catulphi Ephthalitæ dictum. Sententiæ. — 11. Petrus Patricius, Justiniani legatus, et Jesdegusnaph, Zichus a Chosroe missus, in confiniis utriusque imperii congressi de pace inter Romanos et Persas firmiter componenda agunt. Fœderum capita singula recensentur. Quum vero Suaniam provinciam poscenti Romano nequaquam concederet legatus Persarum, Petrus ad Chosroem ipsum proficiscitur, ut ab eo æquiores conditiones impetret. Ejus cum Chosroe colloquia (562). — 12. Petri Patricii uberior historia de legatione ipsius ad Chosroem laudatur. — 13. Petrus de Suania nihil obtinet. Pace composita, Byzantium redit, ubi mox diem obit. — 14. Justinus Avarum conditiones superbe respuit (565). — 15. Justinus imperio potitus Joannem legatum ad Chosroem mittit, qui de reddenda Suania ageret; verum is infecta re Byzantium redit (565). — 16. Joannes ob rem male gestam honoribus exuitur. — 17. Zichus, et post Zichum in itinere mortuum Mebades a Persarum rege legatus Byzantium mittitur : neque ipse neque Saracenorum legati, quorum causam Mebodes apud imperatorem agit, quæ cupiunt impetrant (566). — 18. Turcorum legati a Persis spreti Byzantium proficiscuntur ad commercia cum Romanis petenda (568). — 19. Zemarchi legatio ad Turcos (568). — 20. Descriptio itineris ejus et congressus cum Dizabulo, Turcorum duce. — 21. 22. Zemarchus a legatione ad Turcos rediens magnis itineris difficultatibus et periculis laborat. — 23. Avares, commeatus inopia laborantes, a Francis, quibuscum fœdus inierant, sustentantur. — 24. Longobardorum legati Avares contra Gepidas et Romanos sollicitant. — 25. Longobardi quum fœderis conditiones ab Avaribus propositas non admittendas ducerent, a Romanis auxilia petunt. — 26. Bajanus, Avarum Chaganus, Sirmium obsessurus, legatos Romanorum in vincula conjicit (568). — 27. Idem post multas disceptationes cum Bono, Romanorum duce, iratus ab obsidione Sirmii recedit (568). — 28. 29. Targitius, Avarum legatus, Sirmium op-

pidum et pecunias sibi tradi petens, superbe a Justino dimittitur (568 s. 569). — 30. Sententiæ. Avarum jactantiam nihil curant Romani. — 31. Bonus, Romanorum dux, Avarum strategema eludit. — 32. Turci Justinum ad bellum cum Persis renovandum incitant (570). — 33. Justinus nullas Avarum conditiones admittit (570). — 34. Pax componitur inter Romanos et Avares (570). — 35. Avarum legati a latronibus expilati res suas a Tiberio repetunt (570). — 35. De Persarmeniorum defectione. Isaozitæ Christiani nex. Procopii laudes. — 36. Sebochthes legatus a Chosroe ad Justinum missus ad fœdus inter Persas et Romanos instaurandum (571). — 36. Nisibis a Marciano obsessa (572). — 37. Jacobus insolentem Chosrois epistolam Tiberio et Sophiæ Augustæ tradit (575). — 38. Zacharias medicus a Sophia imperatrice ad Chosroem missus annuas inducias cum Persis componit (575). — 39. Trajanus post Zachariam missus quinque annorum inducias pacisci tur (576). — 40. Quas quum Tiberius accipere detrectet, Persæ in fines Romanorum incursiones faciunt. — 41. Legatio Theodori, Bacchi filii, ad Chosroem, quem in Armenia belligerantem comitatur. — 42. Sabirorum et Alanorum legati de pace agunt cum Tiberio Cæsare. — 43. Valentinus, Romanorum ad Turcos legatus, a Turxatho, duce eorum, contumeliis afficitur (576). — 44. Sententiæ. — 45. Turci bellum Romanis inferunt (576). — 46. Romanorum et Persarum legati in confiniis utriusque imperii conveniunt (577). — 47. Zacharias et Mebodes de pace inter Romanos et Persas restituenda agunt; Romani Persarmenia et Iberia cedunt, sed Daras oppidum a Persis sibi reddi poscunt (577). Sclavini in Thraciam irrumpunt (578). — 48. Bajanus Avarum dux a Tiberio Cæsare instigatus cum magno exercitu in sedes Sclavinorum irrumpit (578). — 49. Tiberius Cæsar pecunias ad aliquos e principibus Longobardorum conciliandos mittit (578). — 50. Chosroes inter ipsas pacis actiones bellum cum Romanis renovat (578). — 56. Persæ ex improviso castellum Romanorum expugnant (578). — 55. Tanchosdro in fines imperii Rom. impetum facit (578). — 53. De eodem Tanchosdro. — 54. Zacharias ad Chosroem et Pherogdathes ad Tiberium de pace legati mittuntur (579). — 55. Zacharias et Theodorus cum æquis pacis conditionibus ad Persas missi, ab Hormisda, post Chosroem Persarum rege, indigne excepti, infectis rebus domum revertuntur (579). — 56. Mauricius dux Orientis creatur (579). — 57. Mauricius Chlomaron, Persarum oppidum, obsidione premit (580). — 58. Idem disciplinam militarem corrigere instituit. — 59. Romanorum adversus populos vectigales injustitia, antequam Mauricius exercitui præfectus esset. Mauricius in Iberia rem infeliciter gerit. — 60. Zacharias iterum a Tiberio ad pacem componendam in Persiam missus in confiniis cum Andigano, legato Persarum, convenit; sed longis disputationibus nihil efficitur (580). — 61. Sententiæ. — 62. Tiberius ut Italiam adversus Longobardos tueatur, multos eorum donis in partes suas traducit (580). — 63. Bajanus, dux Avarum, usque ad Sirmium progressus, Savum trajicere conatur, bellum contra Sclavinos prætendens (580). — 64. Idem a Tiberio ut Sirmium sibi concedatur, postulat. — 65. Theognis, dux Romanorum, Sirmium fortiter obtinet. — 66. Romani Sirmium Bajano dedere coguntur (581).

TA META ΑΓΑΘΙΑΝ.

1.

EX PROOEMIO LIBRI PRIMI.

Suidas : Μένανδρος Προτίκτωρ, ἱστορικὸς, ὃς λέγει περὶ ἑαυτοῦ· « Ἐμοὶ πατὴρ Εὐφρατᾶς ἐκ Βυζαντίου ὁρμώμενος ἦν· οὗτος δὴ οὖν ἥκιστα τῆς τῶν λόγων μετειλήχει παιδείας· Ἡρόδοτος μὲν οὖν (ὢν?) μοι ὁμόγνιος, τῆς πρὸς τὸν νόμον ἀπογευσάμενος παιδείας, εἶτα ἀφηνίασε τῆς περὶ ταῦτα σπουδῆς· ἀλλ' ἐγωγε οὕτι χρῆναι ᾠόμην μὴ καὶ νόμοις ὁμιλῆσαι, καὶ ἐς τέλος ἰκέσθαι τῶν πόνων· καὶ δὴ ἀφικόμην, ὡς μοι ὑπῆρχε δυνατόν. Ἥκιστα δὲ ἐχρησάμην τῇ ἐπαγγελίᾳ τοῦ ἐπιτηδεύματος· οὐ γάρ μοι θυμῆρες ἦν ἀγωνίζεσθαι δίκας, οὔτε μὴν ἐν τῇ βασιλείῳ στοᾷ θαμίζειν, καὶ δεινότητι λόγων τὰς τῶν ἐντυγχανόντων οἰκειοῦσθαι φροντίδας. Καὶ τὰ σπουδαῖα τοιγαροῦν παρεὶς καὶ τὰ χείριστα ἑλόμενος, κεχηνὼς περιενόστουν· καί μοι καταθύμιοι ἦσαν οἵ τε θόρυβοι τῶν χρωμάτων καὶ οἱ ἁμιλλητήριοι

CONTINATIO HISTORIÆ AGATHIÆ.

1.

Menander Protector, historicus, de se ipse scribit : « Pater mihi Euphratas, Byzantio oriundus; minime ille quidem eruditus. Herodotus vero mihi frater germanus erat, qui legum doctrina degustata, statim ab harum studio recessit. Ego vero et leges minime negligendas esse, et ad finem laborum perveniendum mihi esse existimavi : idque feci, ut licuit. Minime tamen hujus studii professione sum usus. Haud enim mihi cordi fuit causas in foro agere, vel regiam porticum frequentare, et eloquentiæ facultate aliorum studia mihi conciliare. Quare neglectis rebus seriis, deteriora sectari et otiosus circumire cœpi. Ac placuere mihi certamina partium circensium et decursiones equestres, præterea saltationes pantomimorum. Ad hæc et in palæstris frequenter me exercui, et eo amentiæ processi,

τῶν ἵππων ἀγῶνες, ἔτι γε μὴν καὶ ἡ παντόμιμος ὄρχησις· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παλαίστραις ἐναπεδυόμην· καὶ ἐς τοσοῦτον ἐξώκειλα ἀφροσύνης, ὡς καὶ τὸν φαινόλην ἀποδύσασθαι, συναποδύσασθαι δὲ αὐτῷ καὶ τὸ νουνεχές, καὶ ἄλλο δ' τι ἐς βίον ἀγλαΐσμα. Ἐπεὶ δὲ Μαυρίκιος τὸ βασίλειον διεδήσατο κράτος, τοῦτο μὲν προμηθέστατα ἔχων ἐς τοὺς ἐπηκόους, τοῦτο δὲ καὶ Μουσῶν ἐραστής, ποιημάτων τε καὶ ἱστορίας ἥδιστα ἐπαίων, ὡς καὶ τὸ πολὺ τῆς νυκτὸς μέρος καταναλίσκειν περὶ τὰς τοιαύτας φροντίδας, καὶ παρορμᾶν ἐντεῦθεν καὶ ὀξύνειν τοῖς χρήμασι τοὺς ἀμβλυτέρους τὸν λογισμὸν, ἀγαπητῶς ἐν τῷ τότε ἔγωγε ἀλύων, καὶ δυσανασχετῶν τῷ μὴ τὰ δέοντα ἔχειν, ἀναλογιζόμενος ἦν ὡς οὐ χρεὼν ἀνόητά με περινοστεῖν· ὡς τοίνυν μὴ διὰ παντὸς κενεμβατοίην, ὡρμήθην ἐπὶ τήνδε τὴν συγγραφὴν, ἄρξασθαι μετὰ τὴν ἀποβίωσιν τοῦ Ἀγαθίου, καὶ τῆς ἱστορίας ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν. » In postremis Bernhardy, ejecta voc. ἄρξασθαι, leg. proponit : ... συγγραφὴν, καὶ τὰ μετὰ τὴν ἀποβίωσιν τοῦ Ἀγ. τῆς ἱστορίας ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν. Cf. Eudocia p. 299 : Μένανδρος Πρ. ἱστορικός. Ἔγραψε τὰ μετὰ τὴν ἀποβίωσιν Ἀγαθίου· ἤτοι διάδοχος τῆς ἐκείνου ἱστορίας.

2.

Exc. De sent. p. 353 Mai :... [οὐ τοσοῦτον τῷ τῆς] λέξεως εὐγενεῖ ὅσον τῇ τῶν πραγμάτων ἀρχηγήσει καρποῦσθαι θαρρήσας· πῶς γὰρ οἷόντε ἦν ἐμὲ ἐς τοσοῦτον ἀφῖχθαι παιδείας, ὡς καὶ ἐς τὸ συγγράφειν ἰέναι; ἀμέριμνος γὰρ ἐσότι ἐμοί γε ὁ βίος καὶ ἐκδεδιητημένος ὑπῆρχεν. Hæc item ex proœmio. Prima verba supplevit Niebuhrius.

3. (558 p. C.; Justiniani an. 32.)

Exc. De leg. Rom. p. 132 Par. : Ὅτι ἐπειδὴ Μῆδοι τῇ περιμαχήτῳ τῶν Κόλχων χώρᾳ προσκαθεζόμενοι, ὡς ἂν ποιήσωνταί γε αὐτὴν κατήκοον, μετὰ πολλοὺς ὅσους ἀγῶνας, χρόνου τε συχνοῦ τριβέντος αὐτοῖς, οὐδέν τι περαιτέρω ἔδρασαν· ἀλλὰ γὰρ τά τε πλείονα τῆς Λαζικῆς καὶ ὁ Φᾶσις ἡ πόλις, ἔνθα λέγεται εἶναι τὰ τοῦ Αἰήτου βασίλεια, οὐδὲν ἧττον ὑπὸ Ῥωμαίους ἐτύγχανον ὄντα· τέλος δὲ ἔδοξε Ῥωμαίοις τε καὶ Πέρσαις, ὧν μὲν ἐν κατοχῇ ὑπῆρχον, εἴτε φρούρια εἴτε ἕτερα ἄλλα, οὔτι μεταθεῖναι, εἶναι δὲ ἐν τῷ αὐτῷ μέχρις οὗ ἀσφαλέστερον διευκρινηθείη τὰ τῆς διαφορᾶς. Καὶ τοίνυν ἐδόκει οὐκ ἄλλως, ἐκεχειρία τέ τις ἐγεγόνει ὅσον οὔπω τελεωτάτης εἰρήνης ἔχουσα ἐλπίδα, τά τε μέγιστα τῶν πολιτευμάτων ἡσυχίαν ἦγον. Ἐπεὶ οὖν ταῦτα τῇδε ἐχώρει καὶ οἵ γε ἀμφὶ τὸν Ζαβεργὰν Οὖννοι πόρρω που τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἀπειληλαμένοι ἐτύγχανον, τηνικαῦτα Ἰουστινιανὸς (ἐν νῷ γὰρ εἶχεν, ὡς ἐλεύσονται καὶ αὖθις οἱ Κοτρίγουροι ὀμώσοντες τὰ ἐπὶ Θράκης) ἐγκείμενός τε ἦν τῷ Σανδίλχῳ τῷ τῶν Οὐτιγούρων ἡγεμόνι, ἀνίει τε οὐδαμῶς παραινῶν, πρεσβείας τε συχνὰς ἐκπέμπων καὶ ἄλλοτε ἄλλῳ τρόπῳ ἀνερεθίζων, ὡς ἂν ἀμωσγέπως ἐκπολεμώσῃ γε αὐτὸν ὡς τὸν Ζαβεργάν. Προσετίθει δὲ ταῖς ὡς τὸν Σάνδιλχον ἀγγελίαις ὁ αὐτοκράτωρ, ὡς, εἴ γε καταγωνίσοιτο τοὺς Κοτριγούρους, καὶ τὰ ὅσα ἐτήσια χρήματα ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἀπονεμηθέντα ἦσαν τῷ Ζαβεργᾶ, μεταθήσειν ὡς αὐτόν. Καὶ τοίνυν ὁ Σάνδιλχος (Ῥωμαίοις γὰρ ἐπιτήδειος ἐβούλετο εἶναι) βασιλεῖ ἐσήμηνεν, ὡς « πέφυκεν οὐχ ὅσιον μὲν οὐδὲ ἄλλως εὐπρεπὲς τοὺς ὁμοφύλους ἀφανίσαι ἅρδην, μὴ ὅτι ὁμόγλωσ-

ut pœnulam quoque, et cum ea sanam mentem et quidquid virtutum ornat vitam, exuerem. Posteaquam vero Mauricius imperium capessivit, qui et populi salutem provide curabat, et Musas amabat, poematibusque et historiis audiendis quam plurimum delectabatur, adeo ut magnam noctis partem ipse in iis studiis consumeret, et ingenia hebetiora munificentia excitaret atque acueret : tunc ego merito dolens et animo ager, quod ea quibus opus esset non haberem, mecum reputare cœpi, non oportere me vitam adeo inertem et otiosam traducere. Quare ne prorsus nihil agerem, ad hanc historiam animum appuli, ejusque conscriptionem ab iis rebus auspicatus sum in quibus Agathias moriens substitit. »

2.

[*Nequaquam tantum*] elocutionis nobilitate, quantum rebus narrandis me consecuturum esse speravi. Nam qui fieri potest ut ego eruditionem adquisiverim historiæ componendæ necessariam, qui rudem vitam et sine disciplina duxi?

3.

Medi in Colchorum regionem, de qua certabatur, irruerunt, ut ipsam sibi subjicerent, et post multa et varia certamina multumque temporis consumptum nihil quicquam profecerunt. Etenim maxima pars Laziæ regionis, maxime vero Phasis urbs, ubi quondam, ut aiunt, Æetis regia fuit, nihilominus semper remanserant in fide et potestate Romanorum. Itaque Romanis et Persis a possessione sive oppidorum munitorum, sive aliarum rerum, quæ quisque bello occupaverat, discedere minime placuit, sed ut omnia in eodem statu manerent, donec controversia prorsus dijudicaretur. Quod quum utrimque decretum esset, induciæ factæ sunt, quæ spem præbebant, fore ut brevi perfecta pax componeretur : quo facto maxima illa duo imperia quiescebant. Hæc quum ita gesta essent et Hunni, qui Zabergani parebant, longe ab imperii Romani finibus fuissent repulsi, Justinianus suspicans, Cotriguros iterum Thraciam populationibus vexatum venturos, totus in Sandilchum, Utigurorum ducem, incubuit, quem frequentibus legationibus hortari non destitit, et omni ratione ad bellum contra Zaberganem excitare conatus est. Præter alias conditiones imperator Sandilcho pollicitus est, si Cotriguros debellasset, ad ipsum annuas pecuniarum pensiones, quæ quotannis Zabergani pendebantur, redituras esse. Itaque Sandilchus, tametsi necessitudinem sibi cum Romanis esse cuperet, imperatori significavit, minime sibi pium aut decens fore omnes suos contribules ad internecionem usque delere.

σοί τέ εἰσι καὶ ὁμόσκευοι ἡμῖν, καὶ ὁμοίᾳ χρῶνται στολῇ καὶ διαίτῃ, ἀλλ' ὅτι καὶ συγγενεῖς καὶ (κἂν? Nieb.) ἑτέροις τισὶ τετάχαται ἡγεμόσιν. Ὅμως δ' οὖν (Ἰουστινιανὸς μὲν γὰρ ὁ τὰ τοιάδε ἐγκελευσάμενος) καὶ αὐτίκα τὴν ἵππον τοὺς Κοτριγούρους ἀφελόμενος οἰκεῖον ποιήσομαι κτῆμα, ὡς ἂν μὴ ἔχοιεν ὅτῳ ὀχούμενοι σίνοιντο τοὺς Ῥωμαίους. » Cf. Agathias V, 24. 25.

4. (558 p. C.)

Exc. De leg. gent. p. 99 Par. : [Περὶ Ἀβάρων.] Ὡς πολλὰ περινοστήσαντες ἦκον ἐς Ἀλανούς, καὶ ἱκέται ἐγένοντο Σαρωσίου τοῦ Ἀλανῶν ἡγουμένου, ὡς ἂν δι' αὐτοῦ γνώριμοι ἔσοιντο Ῥωμαίοις. Ὁ δὲ Ἰουστίνῳ τῷ Γερμανοῦ, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν ἐν Λαζικῇ καταλόγων ἐξηγουμένῳ, τῶν Ἀβάρων πέρι ἐδήλωσεν, ὁ δὲ Ἰουστῖνος Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ. Καὶ ὃς ἐνεκελεύσατο ὁ βασιλεὺς τῷ στρατηγῷ στέλλειν ἐς Βυζάντιον τὴν πρεσβείαν τοῦ ἔθνους. Καὶ οὖν Κανδίχ ὀνομά τις ἡρέθη πρεσβευσόμενος ὑπὲρ Ἀβάρων πρῶτος, ὃς ἐσφοιτήσας ἔλεξε τῷ αὐτοκράτορι, ὡς πάρεστι τὸ μέγιστόν τε καὶ ἀλκιμώτατον τῶν ἐθνῶν, καὶ ὡς τὸ φῦλον οἱ Ἄβαροι ἀκαταμάχητοί τέ εἰσι καὶ τὸ ἀντιστατοῦν οἷοίτε ῥᾳδίως ἀπώσασθαί τε καὶ διαφθείρειν, καὶ ὡς προσῆκόν ἐστι τῷ βασιλεῖ ἐς ὁμαιχμίαν σφᾶς ἑταιρίσασθαι, ἀλεξητῆράς τε ἔχειν ἀγαθοὺς, καὶ ὡς οὐκ ἄλλως εὐνούστατοι ἔσονται τῇ Ῥωμαϊκῇ πολιτείᾳ ἢ δώροις ἐς τὰ μάλιστα τιμιωτάτοις καὶ χρήμασιν ἐτησίοις καὶ γῆς εὐφορωτάτης οἰκήσει. Ταῦτα τῷ αὐτοκράτορι ἐπειδὴ ἤγγειλεν ὁ Κανδίχ, αὐτίκα — οὐ γὰρ ἐσῤῥίγα οἱ τὸ σῶμα, οὐδὲ ἤχμαζεν ἡ ἀλκὴ, ὥσπερ ἀμέλει, ἡνίκα Γελίμερά τε τὸν Βανδήλων καὶ Οὐίττιγιν τὸν Γότθον ἄμφω ἔτι νεάζων ἔθετο δορυάλωτον· ἀλλ' ἤδη γηραλέος τε ἦν, καὶ τὸ ἀνδρεῖον ἐκεῖνο φρόνημα καὶ φιλοπόλεμον μετεβέβλητο ἐς τὸ ῥᾳθυμότερον. Ταῦτα ἔγνω ἑτέρῳ τρόπῳ καὶ οὐχὶ πολέμῳ τὴν βαρβαρικὴν ἀποκρούσασθαι δύναμιν. Καὶ κατηγωνίσατο ἂν καὶ ἄρδην ἠφάνισεν, εἰ καὶ μὴ πολέμῳ, ἀλλ' οὖν εὐβουλίᾳ, εἴ γε μὴ τῷ ὀφειλομένῳ τέλει πρότερον ἠφανίσθη αὐτός· οὐ γὰρ πολλῷ ὕστερον ᾤχετο ἐκεῖσε. Ἐπεὶ οὖν ἥκιστα ἦν οἷόστε περιεῖναι, τὴν ἑτέραν ἐτράπετο. De Justiniano, ætate ingravescente, molliore, et donis dolisque potius quam armis hostes cohibente, cf. Agathias V, 14.

5.

Ibidem p. 100 : Ὅτι δημηγορήσας ὁ βασιλεὺς, τοῦ τε ἱεροῦ ξυλλόγου τὸ ἀγχίνουν τε καὶ βουλευτικὸν τοῦ βασιλέως ἐπαινέσαντος, παραχρῆμα τά τε δῶρα ἐστελλε, σειράς τε χρυσῷ διαπεποικιλμένας καὶ κλίνας, ἐσθῆτάς τε σηρικὰς καὶ ἕτερα πλεῖστα ἐκμαλθακῶσαι οἷά τε ὄντα ἀλαζονείας ἀνάπλεα φρονήματα, πρὸς τοῖς καὶ πρεσβευσόμενον Βαλεντῖνον (εἷς δὴ οὗτος τῶν βασιλικῶν μαχαιροφόρων)· καὶ προὐτρέπετο τὸ φῦλον ὁμαιχμίαν ἐσάγειν Ῥωμαίοις καὶ κατὰ τῶν ἀντιπάλων ὁπλίζεσθαι, ἐμφρονέστατα οἶμαι προμηθευσάμενος ὁ βασιλεὺς, ὡς ἢ νικῶντες οἱ Ἄβαροι ἢ καὶ ἡσσώμενοι ἐξ ἀμφοῖν περιθῶσι Ῥωμαίοις τὸ συνοῖσον. Τοῦ δὲ Βαλεντίνου ἐκεῖσε ἀφικομένου καὶ τὰ δῶρα παρασχομένου, καὶ ὅσα ἐσήμηνεν ὁ βασιλεὺς ἐξειπόντος, πρῶτον μὲν ἐξεπολεμήθησαν Οὐτιγούροις, εἶτα Ζάλοις, Οὐννικῷ φύλῳ· καὶ Σαβείρους δὲ καθεῖλον.

« Nam non solum, inquit, illi eadem nobiscum lingua et vivendi ratione utuntur, sed etiam sunt nostri consanguinei, quamvis aliis ducibus pareant. Nihilominus (Justinianus enim hoc imperavit) omnes Cotrigurorum equos illis ademptos nostros faciemus, ne habeant, quo vecti et insidentes Romanis amplius noceant. »

4.

Avares quum diu multumque incerti errassent, tandem ad Alanos accesserunt, et Sarosium, eorum ducem, supplici ter orarunt, ut per eum in notitiam et amicitiam Romanorum venirent. Is Justino, Germani filio, qui tunc temporis militibus, qui in Lazica in præsidiis erant, præerat, eam rem nuntiavit, et Justinus ad Justinianum retulit, qui illi mandavit, ut ejus gentis legatos ad se Byzantium transmitteret. Electus vero fuit ab ea gente quidam Candich nomine, qui quum primus legatus ad imperatorem venisset, dixit, adesse gentem omnium maximam et fortissimam, Avares, genus hominum invictum, qui omnes hostes repellere et funditus exstinguere possent. Imperatoris rationibus valde conducere cum eis armorum societatem facere et auxiliarios optimos sibi adsciscere, qui tamen non alia conditione Romano imperio servirent, quam si donis pretiosis, annuis etiam stipendiis et fertili regione, quam habitarent, donarentur. Hæc Candich imperatori. Erat ea tempestate imperator effœto corpore : non eadem illi vis animi, qua florebat, quum juvenis adhuc Gelimerem Vandalum et Vitigem Gothum captivos fecit. Itaque jam senex exacta ætate, quum animi robur et belli amorem desidia et otio commutasset, barbarorum exercitum non bello, sed alia ratione a finibus imperii depellere constituit. Et sane vicisset cum et penitus exstinxisset, si minus præliis, at prudentia et consilio, nisi ipse debito fine prius exstinctus esset. Etenim non multo post ex vita migravit. Quum igitur vi barbaros superare non posset, aliam viam ingressus est.

5.

De ea re imperator concionem apud sacrum senatum habuit, qui ejus prudentiam et in rebus gerendis consilii vim et acerrimum judicium valde collaudavit. Hoc facto statim imperator dona ad legatos misit, catenas auro variegatas et lectos et sericas vestes et alia quam plurima, quibus leniret et demulceret animos superbiæ et insolentiæ plenos. Misit quoque legatum Valentinum (is erat unus ex imperatoriis satellitibus), cui præcepit ut gentem Romanis societate conjungeret, et efficeret ut suos inimicos bello aggrederentur. Sic enim valde prudenter, opinor, imperator sentiebat, sive Avares vincerent, sive vincerentur, in utramque partem ea quæ evenirent, suo commodo cessura. Quum igitur Valentinus ad eos profectus esset et munera præbuisset et mandata imperatoris exposuisset, primum quidem Utiguros, tum Salos, Hunnicam gentem, debellarunt, et Sabiros everterunt.

6.

Ibidem p. 100, 101 : Ὅτι ἐπεὶ οἱ ἄρχοντες Ἀντῶν ἀθλίως διετέθησαν καὶ παρὰ τὴν σφῶν αὐτῶν ἐλπίδα ἐπεπτώκεσαν, αὐτίκα οἱ Ἄβαροι ἔκειρόν τε τὴν γῆν καὶ ἐλῄζοντο τὴν χώραν. Πιεζόμενοι δ' οὖν ταῖς τῶν πολεμίων ἐπιδρομαῖς ὡς οἷόντε, ἐπρεσβεύσαντο ὡς αὐτοὺς Μεζάμηρον τὸν Ἰδαριζίου, Κελαγαστοῦ ἀδελφὸν, ἐπὶ τὴν πρεσβείαν χειροτονήσαντες· ἐδέοντό τε πρίασθαι τῶν τινας τοῦ οἰκείου φύλου δορυαλώτων. Καὶ τοίνυν Μεζάμηρος ὁ πρεσβευτὴς, στωμύλος τε ὢν καὶ ὑψαγόρας, ὡς Ἀβάρους ἀφικόμενος ἀπέρρυψε ῥήματα ὑπερήφανά τε καὶ θρασύτερά πως. Ταῦτά τοι ὁ Κοτράγηγος (Κοτρίγουρος conj. Nieb.) ἐκεῖνος, ὁ τοῖς Ἀβάροις ἐπιτήδειος, ὁ κατ' Ἀντῶν τὰ ἔχθιστα βουλευσάμενος, ἐπεὶ ὁ Μεζάμηρος ὑψηλότερον ἢ κατὰ πρεσβευτὴν διελέγετο, εἶπεν ὡς τὸν Χάγανον· « Οὗτος ὁ ἀνὴρ μεγίστην ἐσότι περιβέβληται δύναμιν ἐν Ἄνταις, οἷόστε πέφυκε κατὰ τῶν ὀπωσοῦν αὐτῷ πολεμίων ἀντιτάττεσθαι. Δεῖ τοιγαροῦν ἀποκτανθῆναι τοῦτον, καὶ τὸ λοιπὸν ἀδεῶς ἐπιδραμεῖσθαι τὴν ἀλλοτρίαν. » Τούτῳ πεισθέντες οἱ Ἄβαροι παρωσάμενοι τὴν τῶν πρέσβεων αἰδῶ, ἐν οὐδενί τε λόγῳ θέμενοι τὴν δίκην, ἀναιροῦσι τὸν Μεζάμηρον. Ἐξ ἐκείνου πλέον ἢ πρότερον ἔτεμνον τὴν γῆν τῶν Ἀντῶν, καὶ οὐκ ἀνίεσαν ἀνδραποδιζόμενοι καὶ ἄγοντές τε καὶ φέροντες.

7.

Suidas : Θρᾷκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται. Ταύτης μέμνηται Μένανδρος ἐν τῇ πρώτῃ. Λέγει γὰρ ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ γῇ πρεσβεύς τις (ὁ πρεσβύτατος libri opt.) ἀκοντισθεὶς διὰ τοῦ στήθους ἀπώλετο· καὶ ἐντεῦθεν Ἴωσι καὶ Αἰολεῦσιν αἴνιγμα ἐγένετο· « Θρᾷκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται. » Eadem leguntur apud Zenobium IV, 32 et Photium. Jam quum Zenobius Hadriani tempore vixerit, non posse Menandri mentionem ad nostrum scriptorem pertinere, sed Menandrum Ephesium vel alium intelligendum esse monet Hemsterhusius ad Suid., suffragante Meinekio in Men. com. p. 60 et Bernhardyo. Attamen mirum est Menandrum nostrum in primo Historiarum libro legatum Antarum contra fas gentiumque jus occisum narrasse (v. fr. 6). Quo accedit quod apud Zenobium et Photium et in Suida codd. optimi præbent : ἐν ταύτῃ τῇ γῇ ὁ πρεσβύτατος ἀκ. Quæ lectio quum aperte sit corrupta, e Menandro Protectore facile possit corrigi in ὁ πρεσβεὺς vel πρεσβευτὴς Ἀντῶν. Quare nescio an Menandri nostri mentio in codice aliquo Zenobii e margine in textum irrepserit; atque eo ipso Zenobii de hoc proverbio expositio disjecta nunc perierit, nisi quod ex ea supersint verba : καὶ ἐντεῦθεν Ἴωσι κτλ.

8. (circ. 561. Justinian. an. 35.)

Exc. De leg. Rom. p. 133 : Ὅτι Ἄμμιγος ὁ Φράγγος ἐστρατοπεδεύσατο ἀντικρυ τοῦ ποταμοῦ Ἀττίσου, ᾗ προσδόκιμοι ἦσαν οἱ Ῥωμαῖοι διαβήσεσθαι. Ὁ δὲ Ναρσῆς τοῦτο ἐγνωκὼς Παμφρόνιον, ὃς ἐν τοῖς βασιλέως πατράσιν ἐτέλει, καὶ Βοῦνον (Βῶνον? N.) προεστῶτα τῆς αὐτοῦ βασιλέως περιουσίας, ἐκπέμπει πρεσβευσομένῳ ἄμφω ὡς Ἄμμιγον, ἐδήλωσέ τε αὐτῷ ἐκ ποδῶν γενέσθαι καὶ μηδαμῶς πόλεμον αὖθις κινῆσαι κατὰ Ῥωμαίων· ἐκεχειρία γάρ τις ἐγεγόνει μεταξὺ τοῦ χρόνου Φράγγοις τε καὶ Ῥωμαίοις. Ὁ δὲ Ἄμμιγος διὰ τῶν πρέσβεων ἀπεκρίνατο, ὡς οὐκ ἐνδώσοι ποτὲ ἔστ' ἂν αὐτῷ τὸ ἀκόντιον οἵατί ἐστι κραδαίνειν ἡ χείρ.

Ἄμμιγος] « Hic *Amingus* dicitur a Paulo lib. II Historiæ Langobardorum : *Amingus vero dum Widino, Gothorum comiti, contra Narsetem rebellare paranti auxilio esse non dubitat, victus Narsetis gladio perimitur, Widinus captus Byzantium mittitur.* Sic etiam nominatur ab Aimonio in lib. II Histor. Franc. et ab Hermanno Contracto in Chronico, quod editum est a Canisio. In Appen-

---

6.

Quum duces Antarum parum prospere res gessissent et spe sua excidissent, confestim Avares hostium terram vastarunt et regionem sunt depopulati. Hi vero inimicorum excursionibus vexati ad Avares legationem miserunt, ad quam gerendam Mezamerum, Idarizii filium, Celagasti fratrem, suffragio elegerunt, et ab eo petierunt ut captivorum aliquos gentis suæ redimeret. Mezamerus igitur legatus, vir vanus et magniloquus, ubi ad Avares pervenit, in verba superbiora et arrogantiora prorupit. Cotragegus autem ille, Avarum perquam familiaris et necessarius, quum Mezamerus insolentius, quam legatum decebat, esset locutus, Chagano dixit : « Vir ille magnæ est apud Antas auctoritatis, et in quoscumque voluerit inimicos vim parare potest. Oportet igitur ipsum de medio tollere, deinde intrepide in regionem inimicam excursiones facere. » Ab illo adducti Avares, spreta ea, quæ legatis debetur, reverentia, nulla habita juris ratione, Mezamerum necant. Et ab eo tempore latius et liberius depopulari Antarum terram cœperunt, neque captivos aut prædas agere cessaverunt.

7.

Thraces fœdera nesciunt. Hujus proverbii meminit Menander libro primo. Dicit enim in hac terra *legatum Antarum* jaculo per pectus transfixum periisse.

8.

Ammigus Francus castra locavit ex adverso fluminis Athesis, quod Romani transire constituerant. Hoc cognito Narses Pamphronium, qui unus ex patriciis erat, et Bonum, comitem rei privatæ imperatoris, legatos ad Ammigum mittit. Per hos denuntiavit Ammigo ut decederet, neque iterum bellum contra Romanos gereret. Induciæ enim per id tempus inter Francos et Romanos factæ erant. Ammigus vero respondit se non cessurum, quamdiu manus telum jaculari posset.

dice vero Marcellini Comitis, ex qua Hermannus hæc desumpsit, *Omnirugus* perperam exaratur, annusque, quo a Narsete devictus est, male designatur, quum hæc clades anno 33 Justiniani, ut minimum est, contigerit. » Valesius.

9.

(c. 562. Justininan. an. 36.)

Exc. De leg. gent. p. 101 : Ὅτι ἐδέξατο Ἰουστινιανὸς παρὰ Ἀβάρων πρέσβεις, ἐφ' ᾧ σφᾶς περιαθρῆσαι γῆν, ὅποι τὸ φῦλον θήσονται τὰς οἰκήσεις. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς, Ἰουστίνου τοῦ στρατηγοῦ σημήναντός οἱ, ἐν βουλῇ ἐποιήσατο ἐς τὴν Ἐρούλων χώραν κατοικίσαι τὸ ἔθνος, ἔνθα πρὸ τοῦ ᾤκουν οἱ Ἔρουλοι· δευτέρα δὲ προσαγορεύεται Παιονία· καὶ εἴ γε θυμῆρες αὐτοῖς ἐγένετο, καὶ κατένευσεν ἂν ὁ βασιλεύς. Ἀλλ' ἐκεῖνοι Σκυθίας οὔ τι ὤροντο δεῖν ἔσεσθαι ἐκτός· αὐτῆς γὰρ ὅπουθεν ἐσότι ἐφίεντο. Τοῦτο μὲν οὖν οὐ προὔβη, ἔστειλε δὲ ὅμως Ἰουστῖνος ὁ στρατηγὸς τοὺς πρέσβεις ἐς τὸ Βυζάντιον, ἐδήλωσέ τε τῷ βασιλεῖ, ὡς ἂν αὐτοῦ ἐν κατοχῇ ἔσοιντο ἐπὶ πολύ. Ἐφιλοποιήσατο γὰρ τῶν πρέσβεων ἕνα ὄνομα Οἰκουνίμων· ἐν ἀπορρήτῳ τέ οἱ ἔλεγεν ὁ Οἰκουνίμων, ὡς ἕτερα διαλεγόμενοι ἕτερα γνωματεύουσι, καὶ ὡς λόγοις μὲν ἐς τὰ μάλιστα μετρίοις χρῶνται καὶ (ὡς) τὴν ἐπιείκειαν παραπέτασμα προβάλλονται τοῦ δόλου, τῷ ἐμπεδῶσαι ὄφθεν τὸ εὔνουν ὡς τοὺς Ῥωμαίους, ὡς ἂν ταύτῃ διαπεραιωθεῖεν τὸν Ἴστρον, τὸ δέ γε βουλόμενον αὐτοῖς τῆς γνώμης ἔχει ἕτερος, καὶ ὡς, εἴγε διέλθοιεν τὸν ποταμὸν, βούλονται παντρατεὶ ἐπιθέσθαι. Τούτων οὖν Ἰουστῖνος ἐγνωσμένων, αὐτῷ τῷ βασιλεῖ ἐσήμηνεν, ὡς ἂν οἱ πρέσβεις τῶν Ἀβάρων ἐγκαθειργμένοι ὦσιν ἐν Βυζαντίῳ· ταύτῃ γὰρ οὐκ ἀνέξοιντο διελθεῖν τὸ ῥεῖθρον, πρὶν ἢ ἀφεθῶσιν οἱ πρέσβεις. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἔπρασσεν ὁ Ἰουστῖνος, οὐχ ἧττον παρεσκευάζετο ἅμα φυλάξων τὰς διαβάσεις τοῦ ποταμοῦ· Βῶνον γὰρ τὸν πρωτοστάτην τοῦ θητικοῦ καὶ οἰκετικοῦ τῇ τοῦ ποταμοῦ ἀπένειμε φυλακῇ. Οἱ δὲ πρέσβεις τῶν Ἀβάρων ἐπεὶ οὐδέν τι ὤνησαν ὧνπερ αἰτοῦντες πρὸς βασιλέα ἀφίκοντο, δῶρα, ὥσπερ σύνηθες ἦν αὐτοῖς, παρ' αὐτοῦ εἰληφότες, καὶ μὲν οὖν ὠνησάμενοι τὰ ὅσα χρεών, τοῦτο δὲ καὶ ὅπλων [πλῆθος suppl. Nieb.], ἀφέθησαν μέν· ὅμως δὲ οὖν Ἰουστίνῳ λάθρα ἐνεκελεύσατο ὁ βασιλεὺς τρόπῳ τῷ τὰ ὅπλα ἀφελέσθαι παρὰ σφῶν. Καὶ οὖν ὁ στρατηγὸς ἐπεὶ ἐδέξατό γε αὖθις ἐπανιόντας τοὺς πρέσβεις, κατὰ ταῦτα ἐποίει. Ἐντεῦθεν ἦρξατο ἡ δυσμένεια Ῥωμαίων τε καὶ Ἀβάρων, ἤδη ἐκ πολλοῦ ὑποτυφομένη, καὶ μάλιστα τῷ μὴ ὡς θᾶττον ἀφεθῆναι τοὺς πρέσβεις. Συνεχέστατα γὰρ ἐσήμηνεν ὁ Βαϊανὸς, ὡς ἂν ἐπανέλθοιεν· τὸ μελετώμενον δὲ σάφα ἐπιστάμενος ὁ βασιλεὺς ἄλλοτε ἄλλως διετίθει τὸ παρὸν, ὅπως ἐς τὴν βασιλίδα πόλιν ἐγκαθειργμένοι εἶεν.

10.

Exc. De sent. p. 354. 355 ed. Mai. : Ὅτι ὁ πρὸς τοῦ κρατοῦντος ἠδικημένος χαλεπαίνει ὡς τὰ πολλὰ τῷ κοινῷ.

Ὅτι ὁ Σιλζίβουλος ὁ τῶν Τούρκων ἡγεμὼν (ἠκηκόει γὰρ ἤδη τῶν Ἀβάρων τῆς φυγῆς πέρι, καὶ ὡς τὰ Τούρκων διαδηλησάμενοι ᾤχοντο), οἷα φύσει φρονήματι ἕπεται βαρβάρῳ, ἀπαυθαδισάμενος ἔφη, ὡς « οὔτε ὄρνεις πεφύκασιν, ὅπως τῇ πτήσει ἀνὰ αἰθέρα διαφύγοιεν τῶν Τούρκων τὰ ξίφη, οὔτε μὴν Ἰχθύες, ὡς ἂν ὑποβρύχιοι γενόμενοι ἐς τὰ κατώτατα τοῦ θαλαττίου ἀφανισθήσονται κλύδωνος, ἀλλ' ὕπερθε περινοστοῦσι

9.

Justinianus legatos ab Avaribus excepit, qui postulabant ut illis liceret circumspicere terram in qua eorum gens sedes et domicilia poneret. Et imperator quidem, Justino duce suadente, in ea terra, ubi prius habitabant Heruli, quæ secunda Pannonia vocatur, eos collocare animum induxit, et, si illis placuisset, ipse non esset adversatus. Sed Avares Scythia sibi exeundum non censuerunt, quasi hujus desiderio valde tenerentur. Hoc igitur etsi irritum cecidit, tamen Justinus legatos misit Byzantium et imperatorem eos aliquamdiu in custodia retinere jussit. Justinus enim sibi conciliaverat unum ex legatis. Œcunimonem nomine, qui secreto eum monuit Avares aliud in ore habere et aliud sentire : eos blanda quam maxime oratione uti et suæ fraudi obtendere simulatam erga Romanos benevolentiam, tantisper dum Istrum trajiciant, sed longe aliter id, quod in mente gerant, se habere. Etenim simul atque Istrum transmiserint, omnibus copiis eos in bellum erupturos. Quæ quum cognovisset Justinus, eorum omnium imperatorem certiorem fecit, ut legatos Avarum Byzantii quamdiu posset retineret. Nec enim Avares Istrum prius trajecturos, quam legati dimissi essent. Ea quum Justinus mandaret, non minus curæ et operæ impendebat, quo Avares fluvii trajectione prohiberet. Bonum enim, domesticarum copiarum ducem, fluminis custodiæ præfecit. At vero Avarum legati, ubi nihil profecerunt eorum quæ ab imperatore petitum venerant, munera, ut consuetum erat, acceperunt, et ea quæ sibi opus erant, compararunt, arma etiam emerunt, et ita dimissi sunt. Verum imperator secreto mandavit Justino, ut, quacumque ratione et via posset, in reditu arma illis eriperet. Itaque dux quum legatos exciperet, imperatori mandata est exsecutus. Hinc cœperunt inter Romanos et Avares inimicitiæ multis antea ex causis accensæ : maxime, quod non statim legati eorum dimissi essent. Præceperat enim Bajanus, ut quamprimum redirent. Sed imperator, quum sciret quid cogitarent, varia identidem tentaverat, ut aliquamdiu eos in urbe detineret.

10.

Qui a principe injuriam passus est, is rem publicam plerumque odit.

Silzibulus (*aliis Exc. locis* : *Dizabulus*), Turcorum dux, audita Avarum fuga, in qua hi res Turcorum detrimentis affecerant, solita barbarorum superbia jactanter ait : neque aves eos esse, ut aerio volatu Turcorum gladios effugere possent; neque pisces, ut profundo pelago submersi undis occultarentur, sed supra terram eos vagari. « Quare, inquit,

τῆς γῆς· καὶ ἡνίκα μοι ὁ κατὰ τῶν Ἐφθαλιτῶν διανυσθήσεται πόλεμος, ἐπιθήσομαι καὶ Ἀβάροις καὶ τὰς ἐμὰς ἥκιστα φεύξουσι δυνάμεις. » Ταῦτα λέγεται ἐπικομπάσαντα τὸν Σιλζίβουλον ἔχεσθαι τῆς ἐπ' Ἐφθαλίτας ὁρμῆς.

Ὅτι ὁ Κάτουλφος κωλύων τὸν τῶν Ἐφθαλιτῶν ἡγεμόνα τῆς πρόσω πορείας, ἐφθέγγετο βαρβαρικὸν μέν τι καὶ παροιμιῶδες, ὅμως δ' ἐχόμενον πειθοῦς, ἕνα κύνα ἐν τοῖς οἰκείοις ὀθνείων δέκα ῥωμαλεώτερον εἶναι.

Ὅτι περ οὐδὲν οὕτω βέβαιον ὡς τὸ τῆς νίκης ἀβέβαιον.

Ὅτι ἐν τοῖς μεγίστοις κινδύνοις πολλάκις παραπέσῃ γε τῇ τόλμῃ τὸ ἐλπίζεσθαι (παρέπεται τῇ τόλμῃ τὸ λογίζεσθαι conj. Bekk.).

Οὐ γὰρ ἐμοί γε τἀληθῆ σιγητέον, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς χάριν ἂν εἴποιμι τῶν μέγα δυναμένων. Οἷς γὰρ οὐκ ἔνεστι τὸ εὐκλεές, τούτοις ἐγκώμια προσφέρων τις παρὰ τὴν πάντων δόξαν καταγέλαστον τίθησι τὸν ἐπαινούμενον, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐπισκιάζειν βουλόμενος κἂν τοῖς ὁμολογουμένοις ψεύδεσθαι δόξει.

Ὅτι ἀναπτερωτόν τι χρῆμα ἡ νίκη, καὶ διαδιδράσκειν οἵατε οὖσα ῥᾳδίως. Ταῦτά τοι καὶ Ὅμηρος αὐτὴν φησιν ἐπαμείβεσθαι τοὺς ἄνδρας.

Ὅτι ψυχὴ τυραννουμένη πρὸς φόβου τῶν δεόντων κατ' οὐδὲν ὁτιοῦν προμηθεύσεται.

Πᾶν γὰρ ἀγαθόν τε καὶ κακὸν τῇ ἀνθρωπίνῃ ταλαντεύεται γνώμῃ, καὶ τῷ βουλομένῳ προσδέχεται τὴν ῥοπήν.

11. (an. 562.)

Exc. De leg. Rom. p. 133-147: Ὅτι ἀνὰ τὴν ἕω τε καὶ Ἀρμενίαν τελεωτάτη τις εἶναι εἰρήνη ἐδόκει, κατὰ δὲ τὴν Λαζικὴν ἐχεχειρία ἦν Ῥωμαίοις τε καὶ Πέρσαις. Ἐπεὶ οὖν ὥσπερ ἡμιτελῆ τὰ τῆς εἰρήνης ὑπῆρχεν, ἐδέδοκτο δὲ Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν τοῖς βασιλεῦσι πληρεστάτην ἡσυχίαν ἄγειν, τούτου ἕνεκα Ἰουστινιανὸς στέλλει Πέτρον, ὃς τῶν κατὰ τὴν αὐλὴν ταγμάτων ἡγεῖτο, διαλεχθησόμενον Χοσρόῃ περὶ τῶν καθόλου σπονδῶν. Καὶ τοίνυν ἀφικομένου ἐν τοῖς ὁρίοις τοῦ Δάρας, κατάδηλόν τε ποιήσαντος τῷ τῶν ἑῴων βαρβάρων βασιλεῖ, ὡς πάρεστιν ἐπικηρυκευσόμενος ἀμφὶ τοῦ καταθέσθαι τὰ ὅπλα ἑκάστοτε, ἐκπέμπεται αὐτόθι καὶ Περσῶν πρεσβευτής, ᾧ ὄνομα ὑπῆρχε μὲν ἀξίωμα τὸ Ζίχ, μέγιστόν τι τοῦτο παρὰ τοῖς Πέρσαις γέρας, προσηγορία δὲ αὐτοῦ Ἰεσδεγουσνάρ. Οὗτος δὲ παρευναστὴρ τοῦ κατ' αὐτὸν βασιλέως ὑπῆρχε. Καὶ τοίνυν ἐν ταὐτῷ γενόμενοι οἱ πρέσβεις, καὶ τῶν κατ' αὐτῶν ἐπιχωρίων ἀρχόντων εἰς ἓν ξυναθροισθέντων, κατέστησαν ἐς ἐκκλησίαν. Καὶ Πέτρος ὁ τῶν Ῥωμαίων πρεσβευτής, ἀποχρώντως ἔχων τῆς τε ἄλλης παιδείας καὶ τῆς τῶν νόμων, ἔλεξεν ὧδε· « Πάρεσμεν, ὦ ἄνδρες Πέρσαι, πρὸς τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως σταλέντες. Ὁποῖος δὲ ὁ καθ' ἡμᾶς βασιλεύς, περιττὸν ἂν εἴη λέγειν, πραγμάτων τὸν ἄνδρα διηγουμένων ὑμῖν. Πάρειμι μὲν οὖν ἐφ' ᾧ τὰ τῆς ἤδη γεγενημένης ἐς τελεωτάτην εἰρήνην μετασκευάσαι. Ἀναδιδάξαι δὲ βούλομαι πρότερον πρὸς οἵαν ὑμῖν πολιτείαν καὶ ὅσην αἱ σπονδαὶ βεβαιωθήσονται. Ἀλλ' εἰ καί τις μεγαλορρήμων εἶναι δόξω, τὸ συνοῖσον ἀμφοτέραις ταῖς πολιτείαις θηρώμενοι μὴ ἀχθεσθῆτε τῇ περιττολογίᾳ. Οὐκ ἐς μακρὰν γὰρ ἐν δέοντι δόξει τὰ τοιαῦτα λελέχθαι, ἐπαινεθήσομαί τε πρὸς ὑμῶν, τῶν πραγμάτων ὑμᾶς ἀναδιδασκόντων τὴν

---

simulatque Ephthaliticum bellum absolvero, Avares aggrediar, qui meis profecto viribus non resistent. » Hæc aiunt jactantem Silzibulum adversus Ephthalitas esse profectum.

Catulphus ut averteret Ephthalitarum ducem, quominus agmen ulterius duceret, dixit barbaricum quidem proverbium, aptum tamen ad persuadendum, unum canem in propriis ædibus externis decem esse validiorem.

Nihil est adeo constans ut victoriæ inconstantia.

In maximis periculis sæpe audacia spem superat.

Neque a me veritas reticenda est, neque ad gratiam potentium loquendum. Etenim si hominibus, qui nihil commendabile habent, laudes contra omnium sententiam quisquam tribuat, tum is, qui laudatur, ridiculus evadit, tum qui veritati fucum facere nititur, in manifestis etiam rebus mentiri postea videbitur.

Volucris admodum victoria est, et facile aufugere solet; atque ob id mihi videtur ipsa ab Homero dici inter homines alternare.

Animus timore oppressus nullum officii respectum habebit.

Namque omne bonum malumque in humano libratur judicio, atque a voluntate inclinationem accipit.

11.

Per Orientem et Armeniam perfecta pax esse videbatur; et per Lazicam Romani inducias cum Persis pepigerant. Itaque quum ad perfectam pacis constitutionem non multum desideraretur, et utriusque populi reges quietem penitus restituere cuperent, Justinianus Petrum, magistrum officiorum, ad Chosroem mittit, qui de pace in universum ageret. Is ad fines circa Daras oppidum accedens significavit orientalium barbarorum regi, se illic adesse, ut de armis ab utraque parte ponendis fœdere conveniret. Illuc quoque missus a Persis legatus dignitate Zichus, quæ maximæ est apud Persas auctoritatis, nomine Iesdegusnaphi (*Isdagonnas* ap. Procop.), qui erat regis cubicularius, advenit. Legati igitur convenerunt, et una quoque cum illis ipsarum regionum viri primarii, ut de his rebus deliberarent, sunt congregati. Apud quos Petrus, Romanorum legatus, quum omnibus disciplinis valde excultus, tum præcipue in jure versatus, « Adsumus, o viri Persæ, inquit, a Romanorum imperatore missi. Quis vero et qualis sit noster imperator, supervacuum est dicere. Etenim ejus opera vobis virum demonstrant et indicant. Adsum igitur, ut jam initas et factas conventiones ad perfectam et absolutam pacem traducam. Ego vero primum quali et quam potenti cum populo amicitiam contracturi sitis, vobis ostendere volo. Quodsi multus in dicendo esse videbor, tamen quod Romanis et Persis conducat respicientes, quæso ne orationis longitudine offendamini. Nam brevi hæc opportune dicta esse apparebit et laudem a vobis consequar, quum res ipsæ

ἐκ τῶν λόγων ὠφέλειαν. Γενήσονται τοίνυν ὑμῖν αἱ ξυνθῆκαι πρὸς Ῥωμαίους. Ἀρκέσει δὲ Ῥωμαίους εἰπεῖν· δηλοῖ γὰρ ἡ προσηγορία τὰ λειπόμενα. Χρεὼν οὖν ὑμᾶς, ὡς πρὸς τοσαύτην πολιτείαν σπεισομένους καὶ οὐ περὶ βραχέων βουλευομένους, τὰ κάλλιστά τε καὶ συνοίσοντα μᾶλλον ἑλέσθαι, καὶ ἀντὶ τῶν ἀδήλων τοῦ πολέμου τὸ προδηλότατον πᾶσιν ἀνθρώποις, τὴν εἰρήνην, ἀγαθὸν ἀσπάζεσθαι. Καὶ μή τις ὑμᾶς ἀπατάτω λογισμὸς, ὡς νενικήκατε Ῥωμαίους, ἐπηρμένοι τῷ τὴν Ἀντιόχειαν ἁλῶναι πρὸς ὑμῶν καὶ ἄττα Ῥωμαϊκὰ χωρία. Τὸ γὰρ ὑπερβάλλον τῆς Ῥωμαϊκῆς εὐτυχίας ὁ θεὸς ἐκόλασεν ἐν τούτῳ, τῷ μὴ νομίζειν ἄνθρωπον ἀνθρώπου διαφέρειν πολύ. Καὶ εἰ μὲν τὸ φύσει δίκαιον ἐκράτει, οὔτε ῥητόρων οὔτε νόμων ἀκριβείας οὔτε μὴν ἐκκλησίας καὶ τῆς περὶ ταῦτα ποικιλίας τῶν λόγων ἔδει· αὐθαίρετα γὰρ τοῖς βιωφελέσι τῶν πραγμάτων προσετέθημεν. Ἐπειδὴ δὲ πάντες ἄνθρωποι δίκαια καθεστάναι νομίζομεν (τὰ κεχαρισμένα add. Nieb.), προσδεῖ καὶ τῆς ἐκ τῶν λόγων τερθρείας ἡμῖν. Τοιγαροῦν καὶ ἐς ἐκκλησίαν ξυνελήλύθαμεν, ὡς ἂν πείσοιμεν ἕκαστοι τοὺς (τοὺς ἄλλους Nieb., ἡμᾶς αὐτοὺς Bekk.) δεινότητι λόγων ἐπιεικεῖς εἶναι. Ὅτι μὲν οὖν ἀγαθὸν εἰρήνη καὶ τοὐναντίον πονηρὸν ὁ πόλεμος, οὐδεὶς ἀντερεῖ. Εἰ γὰρ καὶ παρὰ τὴν κοινὴν τῶν ἀνθρώπων δόξαν βέβαιον ἡγησόμεθα τὸ νικᾶν, οἶμαι τὸν νενικηκότα κάκιστα ζῆν ἐξ ὧν δακρύουσιν ἕτεροι. Οὕτω δήπου καὶ τὸ κρατεῖν λυπηρὸν, μή τί γε τὸ κρατεῖσθαι λυπηρότερον. Διὸ τοίνυν ὁ καθ' ἡμᾶς βασιλεὺς ἀπέσταλκε σπεισομένους ἡμᾶς καὶ προτέρους ἱκετεύσοντας καταθέσθαι τὸν πόλεμον, οὐχ ὡς δεδιὼς μὲν τὰ πολέμια, φοβούμενος δὲ, μὴ προφθάσοιτε διαλεγόμενοι πρότεροι περὶ τῆς εἰρήνης τῆς φιλτάτης ἡμῖν. Μὴ δῆτα οὖν, ὡς πρὸς τῆς τῶν θορύβων ἀπαλλαγῆς", τὰς κατ' ἀλλήλων ἐπεκτείνωμεν δυσμενείας. Πολιτείας γὰρ εὖ πολιτευομένης ἀλλότριον πέφυκέ πως τὸ μὴ στοχάζεσθαι τῶν συμβησομένων ἐκ τοῦ πολέμου. Διαγραφέτω τις ὑμῶν ἐν ταῖς ψυχικαῖς θεωρίαις ὥσπερ παρόντας τοὺς πεπτωκότας κατολοφυρομένους· ἀναλογιζέσθω καὶ τὰς καιρίας τῶν πληγῶν ἐπιδεικνύντας ἀποικτιζομένους τε καὶ ἐπεγκαλοῦντας ὡς τῇ κρατούντων ἀβουλίᾳ διέφθαρται τὸ ὑπήκοον· εἶτα τοὺς περιόντας εἰσπράττοντας ἡμᾶς τοὺς ἀπολωλότας τυχὸν μὲν γονεῖς, τυχὸν δὲ παῖδας, ξυμβὰν δὲ τοὺς φιλτάτους, ἢ τὸν ὀντινοῦν καὶ ἁπλῶς ἄνθρωπον. Ἐνθυμηθῶμεν χηρωθείσας τὰς οἰκίας ἀνδρῶν, καὶ τὴν νεωτάτην ἡλικίαν ὀρφανισθεῖσαν, καὶ πανταχοῦ μεριζόμενον τὸν θρῆνον, ἐφ' ἑκάστῳ συγγενείας ὀνόματι. Εἰ γὰρ καὶ δοίημεν τὸ πίπτειν ὑπὲρ πατρίδος εἶναι καλὸν, πάσης ἀφροσύνης ἐστὶν ἀνάπλεων δύνασθαι μὲν ἄνευ κινδύνων χάριν ἐκτίνειν τῇ θρεψαμένῃ, τῷ δὲ δοκεῖν μειονεκτεῖσθαι τῶν ἀντιπάλων μὴ βούλεσθαι. Οἶμαι καὶ τὴν Περσίδα γῆν καὶ τὴν Ῥώμην αὐτὴν, εἴπερ ἠδύναντο φωνὰς ἀφιέναι, ταῦτα δήπουθεν ἡμᾶς ἀντιβολεῖν. Μὴ οὖν αἰσχυνθῶμεν τοῦ πολέμου καταθέσθαι τὸ φορτίον. Τὸ γὰρ ἐπικαίρως ἅπαντα πράσσειν μᾶλλον ἡμῖν προσοίσει τῆς ἀνδρείας τὴν εὔκλειαν. Μηδέ τις ἡμῖν, ἐς προκάλυμμα τοῦ μὴ ἐθέλειν κατατιθέναι τὰ ὅπλα, τοῦτο δὴ τὸ κάλλιστον τὴν εἰρήνην δυσεύρετον εἶναί τι χρῆμα καὶ δυσπόριστον εἴποι. Οὐ γὰρ, ὡς οἴονται πολλοὶ, τὰ κάκιστα μὲν προ-

---

vos docuerint eam quam ex oratione mea capietis utilitatem. Vos igitur fœdus et amicitiam contrahetis cum Romanis; sufficit vero dicere Romanos. Etenim hac sola denominatione reliqua facile intelliguntur. Oportet igitur, quandoquidem vos cum tam potenti gente fœdus initis, neque de rebus parvi momenti consilium habetis, honestissima et utilissima quæque capessere et pro incertis belli certissimum omnibus mortalibus bonum, pacem, amplecti et servare. At ne qua blanda cogitatio vos deludat, tanquam Romanos viceritis, elati, quod Antiochiam et alia quædam ignobilia loca, quæ Romanorum erant, cepistis; in hoc deus felicitatem Romanorum, quæ nimia erat, punivit, neque hominem homini multum præstare debere indicavit. Quodsi quod natura justum est dominaretur, nihil opus esset neque rhetorum neque legum cultu et diligentia, nec concionibus aut orationum ubertate, quæ in his usurpatur. Sponte enim rerum utilitatem sequeremur. Sed quum omnes mortales, quæ sibi placent, justa esse velint: etiam orationis illecebris nobis opus est. Hanc ob causam convenimus, ut unusquisque nostrûm evincat orationis vi et gravitate, se justum esse. Pacem vero bonam esse, bellum autem rem malam, nemo dubitat. Etiamsi, contra id quod vulgo homines opinantur, certum exploratumque haberemus nos victoriam adepturos, opinor tamen, eum, qui vicit, infeliciter agere, quod alterum graviter afflictum videt. Sic igitur vincere quoque molestum est, etsi vinci est molestius. Itaque noster imperator misit nos, ut fœdera vobiscum iniremus, et priores deprecaremur ut bellum deponatis: non quod timeat adversam belli fortunam, sed ne eum præveniatis in pace, quæ nobis tam cara est, petenda. Itaque non amplius foveamus inimicitias nostras, ut tandem aliquando belli curis et molestiis liberemur. Alienum est enim ab omni re publica bene constituta, non providere casus qui in bello accidere possunt. Unusquisque vestrûm, quæso, ante oculos ponat, et apud animum suum contempletur, tanquam præsentes eos qui cum acerbo dolore cadunt; recordetur eorum qui letalia vulnera ostendentes lamentantur, et dominantes incusant, quasi pravo eorum consilio subditi pereant: deinde etiam superstites consideremus, qui a nobis repetunt eos quos in bello amiserunt, forte parentes, forte liberos, utplurimum certe amicissimos quosque aut alium quemvis hominem. Denique animo lustremus viduatas viris domos et infirmissimam ætatem, patribus et matribus orbatam, et passim diffusum per omne cognationis nomen luctum. Nam etsi dederimus, honestum esse mori pro patria, tamen summæ dementiæ est, quum possimus sine periculo terræ altrici gratiam referre, id recusare, quia nobis non idem cum adversariis consecuti esse videmur. Opinor Persidem terram et Romanam, si possint vocem emittere, hoc a nobis postulaturas fuisse. Quare neminem nostrûm pudeat deponere belli onus. Nam prudenter omnia instituendo melius famæ nostræ consulemus, quam bellica virtute. Ne vero quisquam hanc nobis belli non omittendi causam objiciat, quod pulcherrimum

χειρότατα καὶ αὐθαίρετα προσίπταται τοῖς ἀνθρώποις, τὰ δὲ αὖ βέλτιστα τῶν πράξεων διαδιδράσκει τε καὶ διολισθαίνει καὶ δυσάλωτα πέφυκέ πως. Πᾶν γὰρ ἀγαθὸν εἰρήνη δοκεῖ.... ἐγὼ δὲ κατεπλάγην ἂν ταῖς κομψολογίαις, εἰ μὴ Ῥωμαῖοι μὲν ὑμεῖς, ἡμεῖς δὲ Πέρσαι ἐτυγχάνομεν ὄντες. Μὴ οὖν οἴεσθε περιόδῳ ῥημάτων λήσειν ἡμᾶς, ὁποῖοί τινες καθεστῶτες ἥκετε τευξόμενοι τοῦ συνοίσοντος. Ἐπειδὴ δὲ προβάλλεσθε τὴν εἰρήνην ὥσπερ παραπέτασμα τῆς δειλίας, καὶ ταύτῃ τὸ φανερώτατον τῆς ἀτιμίας ἐπισκιάζειν οἴεσθε, βραχέα διαλεχθείην· οὐ γὰρ σύνηθες ἀνδρὶ Πέρσῃ περιττολογίᾳ διεξιέναι τῶν πραγμάτων τὰ καίρια. Χοσρόης ὁ πάντων ἀνθρώπων, εἴπερ βούλεται, βασιλεύς, οὔτε τὴν Ἀντιοχείας ἅλωσιν ἐγκαλλώπισμά τι καὶ ἐγκώμιον ἑαυτῷ περιτίθησιν. Εἰ γὰρ καὶ φοβερὸν ὑμῖν καὶ ἐργωδέστατον εἶναι δοκεῖ τὸ παρ' ἡμῶν πραχθέν, ὅμως ἡμεῖς πάρεργον ἡγούμεθα τὸν ὁντινασοῦν τῶν πολεμίων νικᾶν. Πεπαιδεύμεθα γὰρ ἀκριβῶς τὸ κρατεῖν, καθόσον τὰ λοιπὰ τῶν ἀνθρώπων γένη κρατεῖσθαι μεμαθήκασιν ὑφ' ἡμῶν. Οὔτε μὴν ἑτέρας Ῥωμαϊκῆς πόλεως καταστροφὴ πρὸς ὄγκον ἡμᾶς ἐξαίρει ποτέ· τὸ γὰρ προχειρότατον ἡμῖν οὐ θαυμαστόν. Καὶ ταῦτα μὲν ἀρκέσει πρὸς ἔλεγχον τῆς μάτην ἀπερριμμένης παρ' ὑμῶν ἀβολεσχίας. Ῥωμαῖοι δὲ τὸ σύνηθες πράττουσι, περὶ σπονδῶν πρότεροι διαλεγόμενοι Πέρσαις. Ἠσπάσθαι (ἠσπασθέντες? N.) πρὸς ἡμῶν νενικήκατε τῷ τάχει, προτερήσαντες τὴν εἰρήνην αἰτεῖν. Καὶ ταύτῃ τὴν ἐν τοῖς πολέμοις ἀδοξίαν ἐπικαλύπτετε, τῷ ὄπιθεν μὴ ἐφιέμενοι μάχης ἐπιεικεῖς εἶναι δοκεῖν. Ὅπερ ἂν ἡμεῖς, εἴπερ ἐμελλήσατε, καὶ κρατοῦντες ἐπράξαμεν. Ὅμως δεχόμεθα τοὺς λόγους, τὴν εἰρήνην περὶ πλείστου ποιούμεθα. Φρόνημα γὰρ εὐγενὲς τῷ πρέποντι ξυμμεταρυθμίζειν τὰ πράγματα. » Οὕτω δὲ καὶ τοῦ Ζίχου εἰπόντος, οἱ ἀμφοτέρων ἑρμηνεῖς διασαφηνίσαντες ἐφ' ἑκάτερα μέρη τὰ ῥήματα διδάσκαλοι τῶν νοημάτων ἐγίγνοντο, πλείστων καὶ ἑτέρων ἀπερριμμένων λόγων, νῦν μὲν αὐτοῦ τοῦ χρειώδους χάριν, νῦν δὲ καὶ κόμπου ἕνεκα καὶ τοῦ μὴ δοκεῖν ἧττον ἔχοντας τῆς εἰρήνης ἐφίεσθαι. Πέρσαι μὲν διηνεκεῖς ἠξίουν ἔσεσθαι τὰς σπονδάς, πρὸς δέ γε καὶ χρυσίον ῥητὸν ἐφ' ἑκάστῳ ἐνιαυτῷ ὑπὲρ τοῦ μὴ κεχρῆσθαι τοῖς ὅπλοις κομίζεσθαι ἀπὸ Ῥωμαίων· καὶ τεσσαράκοντα μὲν ἐτῶν, τὸ γοῦν ἐλάχιστον τριάκοντα, προειλημμένων ἐκτὸς συντελεσθησομένων (πᾶν τὸ συντελεσθησόμενον Nieb.) ἐν ἑνὶ ξυναθροισμῷ, οὕτω βούλεσθαι κατατιθέναι τὰ ὅπλα. Ῥωμαῖοι δὲ τοὐναντίον ὀλιγοχρονίους τὰς ξυνθήκας εἶναι ἐβούλοντο, πρὸς τῷ μήτε μὴν καταθέναι τι ὑπὲρ τῆς εἰρήνης. Ἀμίλλης δὲ περὶ τούτου ἐπὶ μέγα κινηθείσης καὶ λόγων προελθόντων ἥκιστα ὀλίγων, τέλος ἔδοξεν ὥστε ἐπὶ πεντήκοντα μὲν ἔτη ξυνεστάναι τὴν εἰρήνην, Ῥωμαίοις δὲ ἐπιδοθῆναι τὴν Λαζικήν· στερράς τε εἶναι καὶ ἐρρωμένας τὰς συνθήκας, καὶ κρατεῖν ἑκασταχόσε, τοῦτο μὲν κατὰ τὴν ἕω, τοῦτο δὲ καὶ (κατὰ τὴν) ἐν Ἀρμενίᾳ, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐν αὐτῇ ὁπόσου τῇ Λαζικῇ, οὕτω μέντοι ὡς τριάκοντα χιλιάδας ἐτησίας χρυσίου νομίσματος ἀποφέρεσθαι Πέρσας τῆς εἰρήνης ἕνεκα ἀπὸ Ῥωμαίων. Ἐβεβαιώθη δὲ τοῦτο, ὥστε Ῥωμαίους ἐν ὁμάδι δεκαετίας ποσότητα προπαρασχεῖν οὕτω, παραχρῆμα μὲν ἐνιαυτῶν ἑπτὰ, καὶ

illud pacis beneficium haud facile inveniri et comparari possit. Non enim, ut multi existimant, pessima quæque prompte et ultro in sinum hominum advolant, optima diffugiunt, et sese a nobis subtrahunt; tanquam natura ita comparata sint, ut vix apprehendi et teneri possint. Pax enim ex omni parte bonum censetur.... (*Deest initium orationis legati Persarum.*) Ego quidem vestris verborum præstigiis moverer, nisi vos Romani, et nos Persæ essemus. Itaque ne existimetis vestras orationis ambages nos celaturas, vos vestræ utilitatis causa huc venisse. Quemadmodum autem per pacem, quam proponitis, colorem timiditati vestræ quæratis, et ita vestrum dedecus, quod satis undique patet et manifestum est, tegi posse putetis, paucis ostendam. Etenim viro Persæ insolens est, superfluis verborum ambagibus extra propositum egredi et excurrere. Chosroes omnium hominum, si illi lubet, rex, quod Antiochiam ceperit, haud id sibi ornamento et laudi tribuit. Vos quidem, quod gessimus, magnum aliquid, et quod nostri terrorem pariat, existimatis, nos vero non item. Non enim rem operæ pretii ducimus, si qualemcunque hostem devicerimus. Etenim eximie vincere didicimus, quum reliquum hominum genus a nobis vinci didicerit. Neque alterius ex Romanis urbibus expugnatio nos unquam ad altiores spiritus tollet. Hoc enim in nobis minime mirum, quippe quod usitatum et in promptu est. Atque hoc sufficiat ad reprehensionem nugarum, quas frustra effudistis. Romani vero, quod consueverunt, faciunt, qui primi cum Persis de pace colloquium instituunt. Vos alioqui victi in eo vincitis, quod pacis pe- tendæ celeritate prævenitis, et acceptum ex bellis dedecus hac ratione tegitis, et in eo humanitatis laudem affectatis, quod a pugnando abhorretis. Id quidem et nos, si quando tardius mentionem pacis fecissetis, etiam vincentes fecissemus. Itaque et pacem magni æstimamus, et sermones pacis admittimus. Nam generosi animi est, honestatis leges in omnibus rebus sequi. » Hæc Zichus. Interpretes vero amborum legatorum ab utrisque prolata explicantes, ea quæ unaquæque pars sentiebat, exposuerunt, quum in multos quoque alios sermones erupissent, quum utilitatis, tum ornatus causa, et ne propterea quod inferiores essent, pacis desiderio teneri viderentur. Persæ autem pacem continuam esse et certam auri quantitatem, ne armis uterentur, singulis annis accipere volebant. Præterea quadraginta aut ad minus triginta annorum auri præstationem uno cumulo coacervatam sibi dari, ut ab armis discederent, postulabant. Romani contra ad breve tempus fœdera fieri æquum censebant, et quicquam pro pace solvere recusabant. Magno super hoc certamine exorto, quum pluribus verbis inter se disseruissent, tandem decreto sancitum est, ut per quinquaginta annos pax esset; ut Romanis Lazicam Persæ redderent; ut pacis conditiones valerent et ubique observarentur, et per Orientem et per Armeniam et per ipsam quoque Lazicam: sic tamen ut triginta aureorum millia singulis annis pro pace Romani Persis præstarent. De eo quoque convenerunt, ut decem annorum tributum una prius solveretur, ita ut septem annorum summa præsenti pecunia, trium reliquorum annorum, qui restabant ex decem, statim post per-

μετὰ τὴν τῶν ζ' ἐτῶν παραδρομήν, οὐκ ἐς ἀναβολήν, κατατιθέναι τῶν λοιπῶν τριῶν ἐτῶν τὴν συντέλειαν· εἶθ' οὕτω καθ' ἕκαστον ἔτος πορίζεσθαι Πέρσας τὸ ὡρισμένον ἐνιαυσιαῖον. Ἔδοξε δὲ καὶ περὶ τοῦ κατασκαφῆναι τὸν μοναστήριον οἶκον τὸν λεγόμενον Σεβανὸν καὶ ἱδρυμένον ἐν τοῖς μεθορίοις, καὶ ἀπολήψεσθαι Ῥωμαίους τὸν τόπον, Ῥωμαίων μὲν καθεστῶτα ἀπ' ἀρχῆς, Περσῶν δὲ παρασπονδησάντων καὶ ἐν κατοχῇ τούτου ἤδη γενομένων, τείχει τε κατησφαλισμένων τὸ ἱλαστήριον. Οἱ δὲ ἀλλὰ γὰρ οὔτε ἐς τέλεον κατέσκαψαν, οὔτε μὴν ἐνεχείρισαν Ῥωμαίοις. Ταῦτά τοι οὐδὲ ἐν ταῖς σπονδαῖς ἐμφέρεται. Ἐστέρχθη δὲ ὥστε τὰς λεγομένας τῇ Λατίνων διαλέκτῳ σάκρας ἐξ ἀμφοῖν τοῖν βασιλέοιν αὐτοῦ ἐπικομισθῆναι, ἐπιβεβαιούσας ἅπαντα, ὅσα πρὸς τῶν πρέσβεων ἐμπεδωθέντα ἐτύγχανε. Καὶ τοίνυν τὰ τοιάδε ἐστάλη αὐτόθι. Ξυνέβησαν δὲ καὶ ἐς τοῦτο, ὥστε κατὰ μίαν μοῖραν προελθεῖν τὴν καλουμένην σάκραν ἐκ τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως, ἐπιψηφιζομένην περὶ τῶν προδοθησομένων χρημάτων τῆς τριετίας μετὰ τὸν ἕβδομον ἐνιαυτὸν, ὡς καταθήσουσι ταῦτα Ῥωμαῖοι Πέρσαις. Ἐκυρώθη [δὲ] ὥστε καὶ ἐκ τοῦ βασιλέως Περσῶν ὁμολογίαν ἐν γράμμασι προελθεῖν, ὡς, ἡνίκα παρίσαιντο Πέρσαι τῶν τριῶν ἐτῶν τὸ ὀφειλόμενον χρυσίον, βασιλεῖ Ῥωμαίων τὸ περὶ τοῦ τοιοῦδε βεβαιωτικὸν ἀναδοθήσεται γράμμα. Ἡ μὲν τοῦ Ῥωμαίου αὐτοκράτορος περὶ τῆς εἰρήνης ὁμολογία, τὴν συνήθη φέρουσα προγραφὴν, γνώριμος ἡμῖν ἐς τὰ μάλιστα τυγχάνει· ἡ δὲ τοῦ Περσῶν βασιλέως γράμμασι μὲν ἐγράφη Περσικοῖς, τῇ δὲ Ἑλληνίδι φωνῇ κατὰ ταῦτα ὁήπουθεν ἰσχύει τὰ ῥήματα· « Θεῖος, ἀγαθὸς, εἰρηνοπάτριος, ἀρχαῖος Χοσρόης, βασιλεὺς βασιλέων, εὐτυχὴς, εὐσεβὴς, ἀγαθοποιὸς, ὥτινι οἱ θεοὶ μεγάλην τύχην καὶ μεγάλην βασιλείαν δεδώκασι, γίγας γιγάντων, ὃς ἐκ θεῶν χαρακτηρίζεται, Ἰουστινιανῷ Καίσαρι, ἀδελφῷ ἡμετέρῳ. » Ἡ μὲν οὖν προγραφὴ οὕτω πη ἐσήλου, ἅτὰρ ἡ δύναμις τῶν λεχθέντων τοιάδε ὑπῆρχεν. Εἴποιμι δὲ αὐτήν γε ὁήπου τῶν λόγων τὴν συνθήκην· ἀναγκαῖον γὰρ ἔγωγε ᾠήθην χρῆσθαι οὐκ ἄλλως, ὡς ἂν μὴ ὑποτοπήσοι τις ἑτέρᾳ φράσει παρατετράφθαι τι τῶν ἀληθῶς ... εἶχεν οὕτω· « Χάριν ἀπονέμομεν τῇ ἀδελφότητι τοῦ Καίσαρος περὶ τῆς χρείας τῆς εἰρήνης τῆς μεταξὺ τούτων τῶν δύο πολιτειῶν. Ἡμεῖς μὲν Ἰεσδεγουσνάφ, θείῳ κουβικουλαρίῳ, ἐκελεύσαμεν καὶ ἐξουσίαν δεδώκαμεν· ἡ ἀδελφότης τοῦ Καίσαρος Πέτρῳ μαγίστρῳ τῶν Ῥωμαίων καὶ Εὐσεβίῳ ἐκέλευσε καὶ ἐξουσίαν δέδωκε λαλῆσαι καὶ τρακταῖσαι. Καὶ ὁ Ζίχ καὶ ὁ λεγόμενος παρὰ Ῥωμαίοις μάγιστρος καὶ Εὐσέβιος τὰ περὶ τῆς εἰρήνης κοινῶς ἐλάλησαν καὶ ἐτρακταῖσαν, καὶ ἐτύπωσαν τὴν εἰρήνην πεντήκοντα ἐνιαυτῶν, καὶ ἔγγραφα πάντες ἐσφράγισαν. Ἡμεῖς οὖν [καὶ] ἃ ὁ Ζίχ καὶ ὁ μάγιστρος τῶν Ῥωμαίων καὶ Εὐσέβιος ἐποίησαν, βεβαίως ἔχομεν τὴν εἰρήνην, καὶ ἐμμένομεν αὐτοῖς. » Οὕτω μὲν ἐπὶ λέξεως εἶχεν. Ὁμοιοτρόπως δὲ καὶ ἡ τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως ἐτύγχανεν οὖσα ὁμολογία, ἄνευ τῆς προγραφῆς ἧς εἶχε τὸ βασίλειον γράμμα τὸ Περσικόν. Καὶ ἐν τοιοῖσδε ὁ ξύλλογος διελύθησαν. Ἐν δὲ ὃῃ ἑτέρᾳ ξυνελεύσει μεγαλαυχοῦντος τοῦ Ζίχ καὶ ἐπὶ Χοσρόῃ βασιλεῖ κομπολογίᾳ χρωμένου, φάσκοντός τε ὡς ἀμαχώτατός τέ ἐστι καὶ νίκας περιεβάλετο πολλὰς, καὶ ὡς ἐξ οὗ χρόνου τὴν κίδαριν ἀνεδήσατο,

actum septennium penderetur; deinde per reliquos singulos annos ex conventione solutio fieret. Actum quoque est de diruenda monastica domo, quæ Sebanus vocatur, ædificata in confinibus, cujus aream Romani acciperent. Etenim ab initio Romanorum fuerat: sed eam Persæ, quum pacem rupissent, occupaverant, et quum in ejus possessione diu fuissent, hanc ædem mœnibus sepserant. Non tamen illi eam funditus demoliti sunt, neque Romanis tradiderunt. Fœdera enim de ea re nihil quicquam continebant. Conventum etiam fuit, ut litteræ, quas sacras Latina lingua vocant, ab utrisque, et ab imperatore et a rege, afferrentur, quibus ratas haberent et confirmarent pacis conditiones, de quibus legati consenserant. Et hæ confestim illuc sunt missæ. Conditionibus quoque adscriptum erat, ut separatim sacra sanctio ab imperatore Romano emitteretur, qua pecunias pensionis trium reliquorum annorum, qui restabant ex decem, se statim exeunte septimo anno Persis numeraturum caveret. Pactum quoque est, ut Persarum rex cautionem interponeret, se, simulatque aurum, quod stipulatus erat, pro tribus annis recepisset, securitatis litteras imperatori Romano traditurum. Et Romani imperatoris pacis ratihabitio solitam præ se ferebat inscriptionem, quæ satis nota est. Persarum vero regis Persica lingua scriptæ verba Græce hæc sonant: « Divinus, bonus, pacificus, summus princeps, Chosroes, rex regum, felix, pius, beneficus, cui dii magnum imperium cum magnis opibus indulserunt, Gigas Gigantum, ad deorum exemplar compositus, Justiniano Cæsari, fratri nostro. » Atque inscriptio erat hujusmodi. Vis autem eorum, quæ comprehensa sunt litteris, talis fuit. Referam ego ipsam verborum structuram et dispositionem. Necessarium enim esse duxi non aliter facere, ne quis suspicaretur ex veritate aliquid a me immutatum. Hæc sic se habent: « Gratias agimus Cæsaris fraternitati pro pace inter ista duo regna constituta. Nos quidem Iesdegusnapho, divino cubiculario nostro, jussimus et potestatem dedimus, id negotii conficere. Fraternitas autem Cæsaris ejus procurationem Petro, Romanorum magistro, et Eusebio commisit, ut de pace colloquium haberent et tractarent. Et quidem Zichus, et qui a Romanis magister dicitur, et Eusebius, re inter se deliberata et perpensa, tractaverunt et in scripta redegerunt pacem in quinquaginta annos Persis et Romanis esse, et quæ scripta sunt, suis sigillis impressis approbaverunt. Itaque nos omnia quæ Zichus et magister Romanorum et Eusebius de pace convenerunt, rata firma valere volumus, et conditionibus dictis stamus. » Et ista quidem ad verbum ita scripta se habebant. Eodem sensu Romanorum imperatoris ratihabitio scripta fuit, sed sine inscriptione illa, quam litteræ regis Persarum habebant. Super his solutum est inter legatos colloquium. Quum denuo ad colloquium venissent et Zichus magnificis verbis jactaret et extolleret Chosroen, et diceret illum invictum esse et multas victorias retulisse, et ab eo tempore, quo cidari

ἀμφὶ τὰ δέκα ἔθνη καταγωνισάμενος κατέστησεν ἐς φόρου ἀπαγωγήν, καὶ ὅτι τὴν τῶν Ἐφθαλιτῶν κατεστρέψατο δύναμιν, καὶ μὲν οὖν βασιλεῖς ἐχειρώσατο πλείστους, καὶ ὡς ἄγανταί τε αὐτὸν καὶ τεθήπασιν οἱ ἐκείνῃ βάρβαροι, καὶ ὡς κατὰ τὸ προσῆκον καὶ οὐκ ἀπεικὸς αὐτῷ ἡ ἐπωνυμία κεκόμψευται τὸ βασιλέα προσαγορεύεσθαι βασιλέων, ταῦτα καὶ τὰ τοιάδε τοῦ Ζίχ περὶ Χοσρόου μεγαληγορίᾳ χρησαμένου ἐν διηγήματι, ἐξῆλθεν ὁ Πέτρος τοιάνδε ἱστορίαν τινά· ὡς ἐγένετό τις ἐν τοῖς πάλαι τε καὶ ἀνωτάτω χρόνοις βασιλεὺς Αἰγύπτιος, ὄνομα Σέσωστρις, καὶ οὗν γε συμπνεούσης αὐτῷ τῆς τύχης μεγάλα ἐφύσα καὶ ἔθνη μέγιστα καθεῖλεν, ὡς δουλαγωγῆσαι καὶ βασιλεῖς, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἀρθῆναι ἀλαζονείας, ὡς καὶ ὄχημα χρυσοκόλλητον συμπήξασθαι, καὶ ἀνθ' ὧν ἵππους δέον ἢ ἕτερα ἑλκυστήρια ζῷα, τοὺς ὁριαλώτους ἐκείνους βασιλεῖς ὑπαγαγεῖν τῷ ζυγῷ, οὕτω τε διῳρευόμενον διὰ τῶν λεωφόρων ἐπιφέρεσθαι (ἐπιφαίνεσθαι conj. B.) τοῖς ὑπηκόοις. Τοῦτο ἐπεὶ δσημέραι ἐπετέλει, τῶν τις βασιλέων τὸ ὄχημα ἑλκόντων κατὰ τὸ ἄκρον ἐζευγμένος, συνεχέστατά πως καὶ λελῃθότως (πεπηγότως conj. B.) εἰς τοὐπίσω τὸ βλέμμα ἐπιστρέφων, ἐθεᾶτο τὸν τροχὸν κυλινδούμενόν τε καὶ τῇ τῆς κινήσεως συνεχείᾳ ἐν ἑαυτῷ περιελιττόμενον. Ἐπογούμενος δὴ οὖν ὁ Σέσωστρις (ἐπέσκηψε γάρ), « Τί δῆτα, ἔφη, τοῦτο ποιεῖς, ὦ οὗτος; » Ὁ δὲ ἀμοιβαδὸν ἔφη· « Ὦ δέσποτα, ὁρῶν τὸν τροχὸν, ὡς θαμὰ περιδινούμενος οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς βάσεως μένει δός, ἀλλὰ γὰρ ἄνω κάτω φερόμενος τὴν ἁρματοτροχίαν ἐργάζεται. » Τοῦτο ἀκηκοὼς ὁ Αἰγύπτιος, καὶ μὲν οὖν τεκμηράμενος, ὡς ὑπαινίττεται τὸ ἀστάθμητόν τε καὶ παλίμβολον τῆς τύχης καὶ ὡς τροχῷ κυλιομένῳ ἔοικε τὰ ἀνθρώπεια, ξυνῆκε, μὴ ἄρα καὶ αὐτὸς χρόνῳ ποτὲ τοιούτῳ προσπταίσῃ δυστυχήματι, τοῦ λοιποῦ τε ἐπαύσατο κατὰ τὸν προλεχθέντα τρόπον ἁρματηλατεῖν· πρὸς τοῖς [τοὺς] δεδουλωμένους οἱ βασιλεῖς ἀφῆκε καὶ ταῖς σφῶν αὐτῶν ἡγεμονίαις ἐνεβίβασεν αὖθις. Ἐνταῦθα Πέτρῳ ἐπαύσατο τῆς ἱστορίας ὁ λόγος, ἐγχαλινώσαντι τὴν τοῦ Ζίχ περὶ Χοσρόου μεγαληγορίαν. Εἶτα διελέγοντο αὖθις περὶ τῶν πρακτέων. Ἅπαντα μὲν γὰρ, ὡς ἐνῆν, ἀμφίβολα ἐν τάξει καὶ κόσμῳ καθειστήκει. Τὰ οὖν περὶ Σουανίαν ἔτι ἐν μετεώρῳ ὑπῆρχε, καὶ ὑπελέλειπτό σφισι μόνα ἐπ' ἀμφιβόλῳ. Τῷ τοι ἔλεξεν ὧδε Πέτρος· « Πλείστων ἐπαίνων ἄξιός ἐστιν ἀνὴρ, ὃς τέλεια βουλευόμενος τέλειον ἐπιθήσοι ταῖς πράξεσι τὸ πέρας. Εἰ γὰρ ἐλλείπει τι τῶν δεόντων, ἐλλιπὲς οἶμαι καὶ τῷ βουλευομένῳ φρόνημα. Οὐκ εἰκῇ δὲ καὶ μάτην εἴρηται νῦν ἡμῖν ὁ λόγος· πρὸς σὲ δὲ φερόμενος, ὦ Ζίχ, Ῥωμαίοις τε καὶ Πέρσαις φανήσεται λυσιτελέστερος. Εἶποιμι δέ πως φανερώτερον. Σουανία Ῥωμαίοις ὑπῆρχε, καὶ Ῥωμαῖοι Σουάνοις ἐκέλευον. Ἀμέλει Τζαθίου Σουάνων ἐξηγουμένου Δείτατός (infra Ἐξίσατος) τις Ῥωμαῖος ἀνὴρ τῶν ἐκεῖσε Ῥωμαϊκῶν καταλόγων ἐτύγχανε προεστώς· ἀλλὰ καὶ ἕτεροί τινες Ῥωμαίων ἐν Σουάνοις ἐποιοῦντο τὰς διατριβάς. Δυσμενείας δέ τινος [γενομένης] μεταξὺ τοῦ Λαζῶν βασιλέως καὶ Μαρτίνου τοῦ Ῥωμαίου τηνικαῦτα ἐκεῖσε στρατηγοῦντος, τούτου ἕνεκα ὁ Κόλχος οὐκ ἀπέστειλε Σουάνοις τὸ σύνηθες σιτηρέσιον· ἔθος γὰρ πέμ-

---

redimitus fuisset, decem gentes, cum quibus dimicasset, tributum pendere coegisse, et Ephthalitarum potentiam evertisse, et multos reges subegisse, et omnes illarum terrarum barbaros ipsum colere et venerari, unde jure et merito regis regum appellationem sibi sumeret : quum hæc et hujusmodi Zichus de Chosroe prædicaret, et magnifice loqueretur, Petrus, paulum a proposito digrediens, hanc historiam recitavit. « Erat, inquit, olim priscis temporibus quidam Ægyptiorum rex, nomine Sesostris. Is, quum illi fortunæ aura afflaret, magnos spiritus sumpsit, et potentes gentes domuit, et earum reges captivos fecit, eoque devenit arrogantiæ, ut currum deauratum fabricaret, et equorum et aliorum animalium vecturæ aptorum loco reges illos captivos jugo aptaret. Et ita vectus per vias publicas sese subditis exhibebat. Quæ quum quotidie factitasset, accidit ut quodam die unus ex illis regibus, qui erat summo jugo aptatus, intente et defixe vultum retorquens, spectaret rotam se circumvolventem et continuatione motus in se ipsam revertentem. Quum id Sesostris, qui vehebatur, animadvertisset, eum increpans, « Quid rerum agis? » inquit. « Contemplor, respondit ille, domine, hanc rotam, quæ se alternis frequenter in orbem circumagit, quæ nunquam eodem loco manet, sed fertur modo superius, modo inferius, et ita currus agitationem facit et operatur. » Hæc quum audisset rex Ægyptius, et sentiret illum indicare fortunæ inconstantiam et volubilitatem, quæ semper volvitur, neque eodem loco permanet, et rotæ semper volventi res humanas similes esse : veritus ne ipse posthac in aliquam calamitatem incideret, abstinuit deinceps eo modo, quo diximus, vehi, et præterea reges apud se servitutem servientes in sua regna, ut illic, quemadmodum antea, regnarent, dimisit. » Hic finem accepit Petri sermo historiam recitantis, quo Zichi magniloquentiam repressit. Deinde disseruerunt de his quæ agenda restabant. Cetera enim omnia, quoad ejus fieri potuerat, quæ in controversia fuerant, composita transactaque erant, exceptis quæ ad Suaniam pertinebant, quæ sola in suspenso adhuc et incerta manebant. Itaque Petrus Zicho dixit : « Multis laudibus vir ille dignus est, qui perfecte utilia suadet, eademque perfecte ad exitum perducit. Etenim, si quid in his deest, imbecillitati opinor judicii ejus, qui negotium suscepit, attribuitur. Non immerito neque temere hæc a me habetur oratio, quæ ad te directa, o Zicho, tandem in magnam Romanorum et Persarum utilitatem est redundatura. Dicam ego paulo apertius. Suania ditionis Romanorum fuit, et Suanis Romani imperarunt. Quo tempore autem Tzathius eorum dux erat, Ditatus quidam, Romanus, præerat Romanis militibus, qui illic in præsidiis agebant : tum quoque multi Romani inter Suanos domicilium habebant et commorabantur. Orta quadam inter Lazorum regem et Martinum, Romanorum tunc temporis in his partibus ducem, discordia, Colchus mittere Suanis præstari solitum frumentum recusavit. Mos enim erat mitti a rege Colchorum frumentum. Suani graviter et iniquo animo tulerunt, se

πεσθαι σῖτον ἐκ τοῦ Κόλχων βασιλέως. Διὸ δυσανασχετοῦντες οἱ Σουάνοι τῷ τῶν νενομισμένων στερηθῆναι, καταδῆλον ἐποιήσαντο Πέρσαις, ὡς, εἰ γενήσοιντο αὐτοῦ, Σουανίαν ἐγχειρίσουσιν αὐτοῖς. Ἐν τοσούτῳ Ἐξισάτῳ καὶ τοῖς ἑτέροις ἡγεμόσιν τῶν Ῥωμαϊκῶν ταγμάτων ἔφησαν, ὅτι « Πολυπληθία Περσῶν ἀγγέλλεται χωροῦσα κατὰ Σουάνων, πρὸς ἣν ἀξιόμαχον οὐκ ἔχομεν δύναμιν. Ἀλλὰ τὸ συνοῖσον βουλεύσασθε, ξὺν τοῖς ἐνταῦθα Ῥωμαίων καταλόγοις ὑποχωροῦντες τῇ Μηδικῇ στρατιᾷ. » Τοσούτῳ χρησάμενοι Σουάνοι δόλῳ, καὶ δώροις ἀναπείσαντες τοὺς τῶν καταλόγων ἐπιστάτας, ἀπεβάλοντο παρὰ σφῶν τὴν Ῥωμαίων φυλακήν. Οἱ δὲ Πέρσαι ξὺν τάχει παραγενόμενοι Σουανίαν ἔλαβον. Ληπτέον οὖν ἐντεῦθεν, ὡς καὶ Ῥωμαίων ἀνέκαθεν ὑπῆρχεν, καὶ Ῥωμαίοις ἁρμόζει τήμερον. Εἰ γὰρ δικαιότατα Λαζικῆς κύριοι καθεστήκαμεν, καθὰ δήπουθεν ὑμεῖς ἐψηφίσασθε, Σουανίας τῆς ὑπὸ Λαζικὴν οὐκ ἀπὸ τρόπου δεσπόσομεν. » Ὁ δὲ Σουρήνας ἔφη· « Ἄχθεσθε μᾶλλον Ῥωμαῖοι, ὅτι ἔθνος αὐθαίρετα καὶ ἑκουσίως προσεπίλασεν ἡμῖν. » Ὁ Ζίχ ὑπολαβὼν ἔφη· « Αὐτόνομοι γεγόνασι Σουάνοι, καὶ οὐ πώποτε τῇ Κόλχων ὑπεκλίθησαν ἀρχῇ. » Αὖθις ὡς τὸν Ζίχ ἔλεξεν ὁ Πέτρος· « Εἴγε μὴ βούλει, ὦ Ζίχ, ἐν τοῖς τῆς εἰρήνης συμβουλαίοις ὄνομα τὸ Σουανίας ἐγγράξαι, σήμανον, ὡς ἀποδίδωμι Λαζικὴν ξὺν τοῖς ὑποτεταγμένοις ἔθνεσιν αὐτῇ. » Ὁ Ζίχ, « Εἰ τοῦτο, ἔφη, ποιήσω, ἄδειά σοι δοθήσεται καὶ περὶ Ἰβηρίας ἀμφισβητεῖν, κατ' ἐξουσίαν τε εἴποις ἂν, ὡς καὶ αὐτὴ κατήκοος ἐγεγόνει Λαζῶν. » « Ἐν δηλώσει δὲ, » ὁ Πέτρος, « γεγένησαι, ὦ Ζίχ, ὡς οὐ βούλει πᾶσαν ἡμῖν ἀποδοῦναι Λαζικήν, ἀλλά τινα μοῖραν αὐτῆς. » Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἕτερα Ῥωμαῖοί τε καὶ Πέρσαι εἰπόντες τε καὶ ἀκηκοότες Σουανίας πέρι, ὅμως οὐ ξυνέβησαν. Δοκεῖ τοιγαροῦν αὐτοῖς περὶ τοῦ τοιοῦδε τὸν βασιλέα ἐπισκοπῆσαι Περσῶν. Καὶ ὅρκῳ ἐπιστώσατο ὁ Ζίχ, ᾗ νενόμισται Πέρσαις ὀμνύειν, ξυνεπιλαβέσθαι Πέτρῳ ὡς Χοσρόην ἀφικνουμένῳ ἕνεκα Σουανίας. Εἶτα τοῦ Ζίχ τοὺς περὶ Ἄμβρου τοῦ Ἀλαμουνδάρου τοῦ τῶν Σαρακηνῶν ἡγουμένου κινήσαντος λόγους, φάσκοντός τε, ὅτι γε δήπου καὶ αὐτὸν, ὥσπερ καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ ἡγεμόνα τοῦ Σαρακηνικοῦ, κομίζεσθαι χρεὼν τὰς ἑκατὸν χρυσίου λίτρας, ἀντεῖπεν ὁ Πέτρος, ὥστε « τὸν πρὸ Ἄμβρου ἡγεμόνα δωρεᾷ τινι ἀγράφῳ, ὅσῳ ἂν ἠβούλετο χρυσίῳ καὶ ὁπηνίκα, ὁ καθ' ἡμᾶς ἐφιλοφρονεῖτο δεσπότης. Τοιγαροῦν ἐστέλλετο τῇ ταχυτῆτι τῶν δημοσίων ἵππων ὀχούμενος ἀνὴρ ἀγγελιαφόρος ὡς τὸν Σαρακηνὸν, ἀποκαταστήσων οἱ τὸ ὅπερ ἐτύγχανεν αὐτῷ πεμφθὲν πρὸς τοῦ Ῥωμαίου βασιλέως. Οὕτω τε ἐς τοὐμπαλιν ἐκ τοῦ Σαρακηνοῦ ὡς βασιλέα τὸν ἡμέτερον ἐπέμπετο δωροφορῶν πρεσβευτής. Εἶτα ἀντιδώρῳ αὖθις ἐφιλοφρονεῖτο τὸν Σαρακηνὸν ὁ καθ' ἡμᾶς αὐτοκράτωρ. « Εἰ βούλεται οὖν καὶ Ἄμβρος κατὰ ταῦτα ποιεῖν, εἰ δοκεῖ καὶ τῷ καθ' ἡμᾶς βασιλεῖ *· εἰ δέ γε οὐ βούλεται, κινεῖ τηνάλλως, πρός γε καὶ ἠλιθιώτατα φρονεῖ. Ἀποίσεται γὰρ οὐδὲν ὁτιοῦν. » Τούτων διαμφισβητηθέντων καὶ ἑτέρων, ἐγράφησαν αἱ πεντηκοντούτιδες σπονδαὶ Περσιστὶ καὶ Ἑλληνιστὶ, μετεβλήθη τε τὸ Ἑλληνικὸν εἰς Περσίδα φωνὴν καὶ τὸ Περσικὸν εἰς Ἑλληνίδα. Οἱ δὲ τὰς ξυνθήκας βε-

---

privatos esse his, quæ sibi ex conventione debebantur. Quamobrem significarunt Persis, se, si illuc accederent, eorum manibus Suaniam tradituros. Eodem tempore Exisato et reliquis Romanis ordinum ducibus dixerunt, magnam Persarum manum Suanis bellum inferre nuntiari. Quamobrem quum non idoneas ad resistendum haberent copias, petere ut ipsorum salutis causa cum Romanorum copiis exercitui Persarum obviam irent. Hoc dolo Suani usi, et donis demeriti legionum nostrarum duces, Romanorum præsidium ejecerunt. Persæ autem celeriter accedentes, Suaniam suæ potestatis fecerunt. Hinc facile est intelligere, olim Romanorum juris fuisse Suaniam, hodieque jure illis competere. Nam si optimo jure constituti sumus domini Lazicæ (sic enim et vos jampridem æquum censuistis), non absque ratione Suania, quæ infra Lazicam sita est, in nostrum jus dominiumque cedere debet. » Cui Surenas respondit : « Iniquiori animo et gravius ista fertis, o Romani, quod ea gens sua sponte et ultro sese nostræ potestati permisit. » Zichus ejus verba suscipiens : « Suani suis legibus sunt usi, inquit, neque unquam Colchorum imperio paruerunt. » Tum Petrus : « Si tu, o Ziche, Suaniæ nomen in conventione pacis omitti mavis, hoc tamen commemora, te mihi Lazicam reddere cum gentibus quæ huic regioni subjectæ sunt. » — « Si hoc facio, inquit Zichus, aditus tibi aperietur de Iberia quoque controversiam movere. Nam in tuo arbitrio erit dicere, ipsam quoque subjectam fuisse Lazis. » — « Manifestum est igitur, o Ziche, te nolle nobis integram Lazicam restituere, sed ejus partem. » — Multa etiam alia ultro citroque Persæ et Romani et dixerunt et audierunt de Suania, neque tamen convenire potuerunt. Sed totam rem ad regis Persarum arbitrium rejecerunt, apud quem Zichus se Petro neque studio neque gratia defuturum, quum primum ad Chosroem rediisset, jurejurando, quod apud Persas sacrosanctum habetur, fidem suam obstrinxit. Deinde Zichus sermonem movit de Ambro, Alamundari filio, Saracenorum duce, dixitque illi deberi centum auri libras, et æquum esse ut eas acciperet, sicut et is qui ante Saracenorum dux fuerat. Contra dixit Petrus : « Saracenorum ducem, qui ante Ambrum fuerat, imperator noster libero auri dono nullis litteris obstricto, quando ipsi placebat, ornare solebat. Mittebatur igitur ad Saracenum nuntius, qui, vectus celeritate equorum publicorum, redderet quod illi imperator donatum volebat. Invicem Saracenus per legatum, quem mittebat, imperatorem nostrum donis sibi conciliabat. Tunc iterum imperator vicissim aliqua liberalitate Saracenum sibi devincire studebat. Si Ambrus igitur ita facere decreverit, et imperatori nostro idem placuerit, bene est; sin minus, frustra contendit, et demens est, neque quicquam impetrabit. » Hæc et alia multa quum inter se agitassent, fœderum in quinquaginta annos conditiones sunt perscriptæ Græce et Persice. Deinde Græca in sermonem Persicum, et Persica in Græcum sunt translata. Fœderibus autem scribendis et faciendis affuerunt e Romanis Petrus, dux militum qui circa Im-

ὄντες Ῥωμαίων μὲν Πέτρος ὁ τῶν περὶ βασιλέα καταλόγων ἡγεμὼν καὶ Εὐσέβιος καὶ ἕτεροι, Περσῶν δὲ ὁ Ἰεσδεγουσνὰφ καὶ Σουρήνας καὶ ἕτεροι. Τῶν οὖν ἐξ ἑκατέρου μέρους ὁμολογιῶν ἐν συλλαβαῖς ἀναληφθεισῶν, ἀντιπαρεβλήθησαν ἀλλήλαις τῷ ἰσοδυνάμῳ τῶν ἐνθυμημάτων τε καὶ ῥημάτων. Ὅσα δὲ ἐσήμηνε τὰ τῆς εἰρήνης γραμματεῖα, λελέξεται. Καὶ δὴ ὄγμα ἐγράφη πρῶτον, ὡς διὰ τῆς στενοπορίας τῆς εἰσόδου τοῦ λεγομένου Χορουτζὸν καὶ τῶν Κασπίων πυλῶν μὴ ἐφεῖναι Πέρσας ἢ Οὔννους ἢ Ἀλανοὺς ἢ ἑτέρους βαρβάρους πάροδον ποιεῖσθαι κατὰ τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας· μήτε δὲ Ῥωμαίους ἐν αὐτῷ ὁπόπου τῷ χώρῳ, μήτε μὴν ἐν ἄλλοις Μηδικοῖς ὁρίοις στράτευμα στέλλειν κατὰ Περσῶν. Δεύτερον, ὡς ἂν οἱ σύμμαχοι Σαρακηνοὶ ἑκατέρας πολιτείας ἐμμένοιεν καὶ οἱ τοῖς βεβαιωθεῖσι, καὶ μήτε τοὺς Περσῶν κατὰ Ῥωμαίων, μήτε τοὺς Ῥωμαίων ὁπλίζεσθαι κατὰ Περσῶν. Κατὰ τρίτην τάξιν, ὥστε τοὺς ἐμπόρους Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν τῶν ὁποιωνοῦν φορτίων, τούτους δὲ καὶ τοὺς τοιούσδε πορίστας κατὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς κρατῆσαν ἔθος ἐμπορεύεσθαι διὰ τῶν εἰρημένων δεκατευτηρίων. Δ', ὡς ἂν οἱ πρέσβεις καὶ οἱ τῇ ταχυτῆτι χρώμενοι τῶν δημοσίων ἵππων πρὸς τὰς ἀπαγγελίας, ὁ μὲν ἐς τὰ Ῥωμαίων, ὁ δ' ἐς τὰ Περσῶν ἤθη ἀφικνούμενοι, κατὰ ταύτην τὴν ἀξίαν καὶ τὸ προσῆκον ἕκαστοι τιμηθεῖεν, καὶ τῆς δεούσης τεύξονται ἐπιμελείας· ἀπαλλάττεσθαί τε σφᾶς μὴ χρονοτριβοῦντας· ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰς ἐμπορίας, ἃς ἐπιφέρονται, ἀμοιβάζειν ἀκωλύτως τε καὶ ἄνευ συντελείας τινός. Ε' διετυπώθη, ὥστε τοὺς Σαρακηνοὺς καὶ τοὺς ὁποιουσοῦν βαρβάρους ἐμπόρους ἑκατέρας πολιτείας μὴ διὰ ξένων ἀτραπῶν ποιεῖσθαι τὰς πορείας, μᾶλλον μὲν οὖν διὰ τῆς Νισίβεως καὶ τοῦ Δάρας, μήτε μὴν ἄνευ κελεύσεως ἀρχικῆς ἰέναι κατὰ τὴν ἀλλοδαπήν. Εἰ μέντοι παρὰ τὸ δοκοῦν τολμήσωσί τι, ἤγουν, τὸ λεγόμενον, κλεπτοτελωνήσουσιν, ἀνιχνευομένους ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς ὁρίοις ἀρχόντων ξὺν τοῖς ὅσα ἐπιφέρονται, εἴτε Ἀσσύρια φορτία εἶεν εἴτε Ῥωμαῖα, παραδίδοσθαι εὐθύνας ὑφέξοντας. Ϛ', ὡς εἴ τινες, ἐν ᾧ χρόνῳ ὁ πόλεμος ξυνειστήκει, ἠὐτομόλησαν, τοῦτο μὲν ὡς Πέρσας ἀπὸ Ῥωμαίων, τοῦτο δὲ ἀπὸ Περσῶν ὡς Ῥωμαίους, εἴγε βούλοιντο οἱ προσκεχωρηκότες ἐς τὰ οἴκοι ἐπαναστρέφειν, μὴ γίνεσθαί σφισιν ἐμποδὼν μήτε μὴν κωλύμῃ χρήσασθαί τινι. Τοὺς μέντοι ἐν καιρῷ εἰρήνης αὐτομόλους ἤγουν καταφεύγοντας ἐξ ἑτέρων εἰς ἑτέρους μὴ ὑποδέχεσθαι, ἀλλ' ἐκ παντὸς τρόπου καὶ ἄκοντας ἐγχειρίζεσθαι τοῖς ἐξ ὧν καὶ ἀπέδρασαν. Ζ' μέρος τῶν σπονδῶν, ὥστε τοὺς ἐπεγκαλοῦντας περὶ τοῦ σίνεσθαί τι σφᾶς τοὺς ἀντιπολιτευομένους δίκῃ τέμνεσθαι τὸ φιλονεικούμενον, ἢ δι' ἑαυτῶν τῶν τὴν βλάβην πεπονθότων ἢ δι' οἰκείων ἀνθρώπων ἐν τοῖς μεθορίοις παρὰ τοῖς ἄρχουσιν ἑκατέρας πολιτείας ξυνιόντων· οὕτω δὲ τὸν ζημιώσαντα ἀκέσασθαι τὸ σκάζον. Η', ὥστε τοῦ λοιποῦ μὴ ἐγκαλεῖν Πέρσας Ῥωμαίοις ἕνεκα τοῦ ἐπικτίζεσθαι τὸ Δάρας, ἔδοξε καὶ ἀμφοτέραν πολιτείαν τοῦ λοιποῦ μηδαμῶς ἐπιτειχίζειν, ἤγουν περιοχῇ τινι κατασφαλίζειν τι τῶν ἐν τοῖς ὁρθεσίοις χωρίων, ἵνα μὴ πρόφασις ἐντεῦθεν ἔσοιτο ταραχῆς, καὶ ἐκ τούτου διαλυθήσονται αἱ σπονδαί. Θ', μὴ ἐπιέναι ἢ πολεμεῖν ὑπηκόῳ ἔθνει ἢ χώρᾳ τινὶ ἄλλῃ τοὺς ἑτέρας πολιτείας· μᾶλλον μὲν οὖν ἄνευ βλάβης καὶ κατ' οὐδὲν ὅτιοῦν πημαινομένους ἐν τῷ αὐτῷ μένειν, ὡς ἂν καὶ οἷόν ἀπολαύοιεν τῆς εἰρήνης.

---

peratorem militabant, Eusebius et alii, ex Persis Iesdegusnaph, Surenas et alii. Quum igitur conventiones ab utraque parte litteris mandatæ essent, utramque inter se comparārunt, ut verba et sententiæ idem valerent. Quæ autem pacis libelli continerent, dicentur. Primum decretum fuit: ne per angustias ejus introitus, qui Chorutson (*Tzur* ap. Procop.) appellatur, et portas Caspias Persæ aut Hunnos aut Alanos aut alios barbaros in Romanorum fines transire sinerent, neve Romani in ea loca aut in aliam quamcunque partem finium Medicorum exercitum contra Persas mitterent; secundo loco decretum est ut Saraceni, utriusque civitatis socii, eadem pacta servarent, neque hi qui Romanorum partium essent, contra Persas, neque qui Persarum, contra Romanos arma ferrent; tertio capite cavetur ut Romani et Persæ quarumcunque mercium mercatores et negotiatores secundum veterem morem neque in aliis locis, quam in quibus decimarum solutio est indicta, mercaturas faciant; quarto loco decretum, ut legati et reliqui, qui, quum quid nuntii perferant, equis publicis utantur, tum qui per Romanorum, tum qui per Persarum regiones iter habeant, pro cujusque gradu et dignitate honore afficiantur, et debita cura excipiantur, neque cunctentur, et merces si quas afferant, permutent sine ullo impedimento aut tributi exactione; quinto loco sancitum est, ne mercatores Saraceni aut alii quicumque barbari in amborum regum regionibus per incognitas et minime tritas vias incedant, sed Nisibim aut Daras petant, neque sine jussu principum alienam regionem adeant. Si quid tamen præter quod statutum est audeant, aut, ut dicitur, vectigalia fraudaverint, si deprehendantur ab his qui limitibus præsunt, una cum mercibus quas vehunt, sive sint merces Assyriæ sive Romanæ, pœnas et mulctas a legibus statutas luant; sexto loco decretum est ut his qui, dum bellum erat, sive a Romanis ad Persas, sive a Persis ad Romanos transierunt, si regredi et ad sua redire voluerint, nullum impedimentum aut molestia fiat; sed qui per pacem deinceps aufugient et migrabunt ex alterius ditionis terris, in alterius regionem minime admittantur, sed omni modo etiam inviti reddantur his a quorum dominatu effugerunt; septima pars fœderum fuit, ut, si qui quererentur sibi quid damni illatum esse a contrariæ partis civibus, judicio dirimatur controversia sive per eos ipsos qui injuriam passi sint, sive per certos homines, qui in confiniis apud utriusque partis præfectos conveniant, et ita, qui peccaverit, damno medeatur; octavo capite, ut in posterum Persæ Romanis non succenseant, quod Daras muniant, placuit utramque rem publicam a muniendis locis prope fines sitis porro abstinere, neque ea muris et propugnaculis circumdare, ne inde turbarum occasio nascatur, et fœdera dissolvantur; nono loco placuit neminem invadere aut bello lacessere gentem aut regionem, quæ sub alterutrius imperio sit, sed potius omnes nulla injuria

Γ', ὥστε μὴ πολυπληθίαν στρατοῦ ἐς τὸ Δάρας ἐνιζάνειν, πλὴν ὅση γε ἀρκέσει πρὸς φυλακὴν τοῦ ἄστεος· μήτε δὲ τὸν τῆς ἕω στρατηγὸν κατὰ ταύτην ἐνιδρῦσθαι, τοῦ μὴ ἐκ τοῦ τοιοῦδε ἐπιδρομὰς ἢ βλάβας γίνεσθαι κατὰ Περσῶν. Εἰ δέ γε ἄρα τι τοιοῦτον ξυνενεχθείη, ἐπαγιώθη τὸν ἄρχοντα τοῦ Δάρας διατιθέναι τὸ πλημμεληθέν. Μία πρὸς τῇ δεκάτῃ τῶν σπονδῶν βεβαίωσις, ὥστε, εἰ πόλις ἑτέραν ζημιώσει πόλιν ἢ ὁπωσοῦν διαφθείρει τι τῶν αὐτῆς, μὴ τῷ νόμῳ τοῦ πολέμου μήτε μὴν δυνάμει στρατιωτικῇ, ἄλλως δὲ δόλῳ τινὶ καὶ κλοπῇ — εἰσὶ γὰρ τοιοίδε τινὲς ἀνοσιουργοὶ οἱ ταῦτα πράσσοντες, ὡς ἂν πολέμου ἔσοιτο πρόφασις· ἐβεβαιώθη τοιγαροῦν τὰ τοιουτότροπα ἀναζητεῖν ἐς τὸ ἀκριβὲς, καὶ ἐπανορθοῦσθαι τοὺς δικαστὰς τοὺς ἐν τοῖς πέρασιν ἑκατέρας πολιτείας ἰδρυμένους. Εἰ δέ γε αὐτοὶ οὐκ ἔσονται ἱκανοὶ ἀναστέλλειν τὰς πρὸς ἀλλήλους τῶν ἀστυγειτόνων φθορὰς, ἐστέρχθη, ὥστε τὴν διαδικασίαν ἀναπέμπεσθαι ὡς τὸν τῆς ἕω στρατηγὸν, ὡς, εἴ γε εἴσω μηνῶν ἓξ μὴ τυγθείη τὰ τῆς ἀμίλλης καὶ ὁ ζημιωθεὶς μὴ λήψεται τὸ ἀπολωλὸς, τὸν ἀδικήσαντα λοιπὸν ἐπὶ ποινῇ ἐς τὸ διπλάσιον τῷ ἠδικημένῳ εἶναι ὑπεύθυνον. Ὡς, εἴ γε μηδὲ οὕτω πέρας ἔξοι, διετυπώθη τὸ πονοῦν μέρος πρεσβείαν στέλλειν ὡς τὸν βασιλέα τοῦ ἠδικηκότος. Εἶτα εἰ μηδὲ ὑπὸ τοῦ βασιλέως γενήσεταί οἱ τὸ ἀπογρῶν καὶ διπλοῦν τὸ ὀφληθὲν ἀναλήψεται κατὰ τὸ ὡρισμένον ἐντὸς ἐνιαυτοῦ, ὅσον ἐπ' ἐκείνῳ τῷ δόγματι διαλελύσθω τὰ τῶν σπονδῶν. Δευτέραν πρὸς τῇ δεκάτῃ μοῖραν τῶν σπονδῶν κατανοήσεις τὰς πρὸς θεὸν ἱκετείας, ἔτι τε καὶ τὰς ἀρὰς, οἷον τῷ μὲν στέργοντι τὴν εἰρήνην εἶναι τὸν θεὸν ἵλεών τε καὶ ξύμμαχον διὰ παντὸς, τῷ δὲ ἀπατηλῷ τῶν τε ἐμπεδωθέντων νεοχμῶσαί τι βουλομένῳ τὸν θεὸν ἔσεσθαι ἀντίπαλόν τε καὶ πολέμιον. Τρίτη πρὸς τῇ δεκάτῃ τῶν νομισθέντων ἰσχὺς, πεντηκοντούτιδας εἶναι τὰς σπονδὰς, ἐρρῶσθαί τε τὰ τῆς εἰρήνης ἐπὶ πεντήκοντα ἐνιαυτοὺς, ἀριθμουμένου τοῦ ἐνιαυτοῦ κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἔθος, ἑκάστου ἔτους τῇ τριακοσιοστῇ καὶ ἑξηκοστῇ καὶ πέμπτῃ ἡμέρᾳ περατουμένου. Ἰσχῦσαι δὲ καὶ τοῦτο, καθὰ ἔφην, ὥστε ἐξ ἀμφοῖν ἀποκομισθῆναι συλλαβὰς ἐκεῖσε, δηλούσας ὡς καὶ ἄμφω στέρξαι ταῦτα ἐφ' οἷς ἐβεβαίωσαν οἱ πρέσβεις. Πέρας τε δεξαμένων τῶν συνθηκῶν, ἀντεδόθησαν αἱ λεγόμεναι σάκραι. Τούτων δὲ δοξάντων καὶ ἰσχυροποιηθέντων ἐκτὸς ἐνομίσθη τὰ περὶ τῶν ἐν Περσίδι Χριστιανῶν, ὥστε καὶ νεὼς οἰκοδομεῖν καὶ ἐπιθειάζειν σφᾶς ἀδεῶς, καὶ τοὺς χαριστηρίους ὕμνους, καθὰ νενόμισται ἡμῖν, ἀκωλύτως ἐπιτελεῖν, ἀλλὰ γὰρ μήτε καταναγκάζεσθαι μαγικὴν μετιέναι θρησκείαν, μήτε μὴν θεοκλυτεῖν ἀκουσίως τοὺς παρὰ Μήδοις νενομισμένους θεούς. Καὶ οἱ Χριστιανοὶ δὲ, ὥστε ἥκιστα καὶ οἵδε τολμῶεν μετατιθέναι μάγους ἐς τὴν καθ' ἡμᾶς δόξαν. Ἐκράτησε δὲ ὥστε καὶ τοὺς θνήσκοντας τοῖς Χριστιανοῖς ἐπ' ἐξουσίας εἶναι θάπτειν ἐν τάφοις, ἧ νενόμισται παρ' ἡμῖν. Τούτων οὕτω προελθόντων καὶ ἐν κόσμῳ καὶ τάξει γενομένων, ἐπεὶ ἀνεδίξαντο οἵ γε ἐς τοῦτο τεταγμένοι τὰς συλλαβὰς τοῖν δυοῖν βιβλίοιν, καὶ ἀπηκρίβωσαν τῷ ἰσορρόπῳ τε καὶ ἰσοδυνάμῳ τῶν ῥημάτων τὰ ἐνθυμήματα, αὐτίκα οἵγε ἰσόγραφα ἕτερα ἐπετέλουν. Καὶ τὰ μὲν κυριώτερα ξυνειλημθέντα τε καὶ κατασφαλισθέντα ἐκμαγείοις τε κηρίνοις, ἑτέροις τε οἷς εἰώθασι Πέρσαι χρῆσθαι, καὶ ἐκτυπώμασι δακτυλίων ὑπὸ τῶν πρέσβεων, ἔτι μὴν καὶ ἑρμη-

---

lacessitos eodem statu manere, ut Illis quoque pace frui liceat; decimo loco cautum est ne magna militum manus Daras ultra quam custodiendo oppido satis sit, conveniat, neque dux Orientis circa ea loca commoretur, ne fiant inde excursiones in Persas et damna illis inferantur. Quodsi quid tale contigerit, statutum est ut præfectus Daras oppidi damnum rependat. Undecima fœderis conditio hæc est: Si una civitas alteri detrimento fuerit, et quocumque modo, non legitimo bello, neque exercitus vi, sed dolo et clandestina invasione damnum intulerit (sunt enim multi homines ad hujusmodi facinora perpetranda admodum proclives, quo belli inde occasio oriatur), statutum est ut in ejusmodi injurias diligenter inquiratur, et judices, qui in utriusque regni confiniis juri dicundo sunt præpositi, in eos animadvertant. Qui si coercendis finitimorum dissidiis non sufficiant, sancitur ut disceptatio ad præfectum Orientis transmittatur; qui si intra sex menses concertationes illas non resecuerit, et damno affectus non receperit quod perdidit, eum qui injuriam intulit, obnoxium fore alteri in duplum. Si ne sic quidem res finem acceperit, pars quæ oppressa fuerit legationem mittat ad regem ejus qui vim fecerit, a quo rege damnum si non rependatur, neque duplicem injuriæ restitutionem læsus intra præscriptum anni tempus accipiat, fœdus hoc quidem capite violatum erit. In duodecima fœderum parte videbis ad deum preces, et exsecrationes quoque, scilicet ut deus pacem colenti sit propitius et perpetuus adjutor: contra decipienti et aliquid in conditionibus novare cupienti hostis et inimicus. Tertio et decimo capite additur, quinquagenarias esse pactiones, et in quinquaginta annos durare pacem: annum numerandum esse, secundum morem antiquum, qui terminatur trecentesimo sexagesimo quinto die. Illud quoque obtinere, ut utrimque, sicuti dictum erat, afferrentur litteræ, quæ declararent, utrumque regem approbare ea quæ a legatis gesta transactaque essent. Constitutis igitur pacis conditionibus, mutuo sunt traditæ quæ vocantur sacræ. His ita decretis et confirmatis, separatim pacta sunt interposita de Christianis qui in Perside vivunt, ut illis liceret templa construere, et sine ullo timore sacra peragere, et gratiarum actiones per hymnos deo, sicut apud nos fieri solet, canere, neve cogerentur magicis ceremoniis interesse, aut invitos colere et venerari, qui apud Medos deorum numero habentur. Neque tamen ideo Christiani auderent conari magica sectantes in nostram religionem pertrahere. Obtinuit quoque ut Christianis potestas esset mortuos sepulcris condere, sicuti mos apud nos obtinet. Hæc quum ita rite et ordine gesta administrataque fuissent, litteras hi, quibus ejus rei cura demandata erat, duobus libellis exaratas susceperunt, et earum vim et sensum accurate inter se contulerunt, quarum statim altera exempla confecerunt. Et quidem eas tabulæ, quibus plenior fides haberetur, diligenter involutæ, et securitatis causa cera et aliis rebus quæ apud Persas

νέων δέκα πρὸς τοῖς δύο, ἓξ μὲν Ῥωμαίων, οὐχ ἧττον δὲ Περσῶν, ἀμοιβαίᾳ τῇ δόσει τὰ τῆς εἰρήνης βιβλία παρέσχοντο ἀλλήλοις. Τὸ μὲν τῇ Περσῶν φωνῇ γεγραμμένον ἐνεχείρισε Πέτρῳ ὁ Ζίχ, καὶ Πέτρος δὲ τῷ Ζίχ τὸ τῇ Ἑλληνίδι· καὶ αὖθις τοῦ Ζίχ τὸ ἰσορροποῦν τῇ Ἑλληνίδι βιβλίον γράμμασι Περσικοῖς διασεσημασμένον, ἄνευ τῆς τῶν ἐκτυπωμάτων ἀσφαλείας, εἰληφότος, [ἐς] τὸ σωθήσεσθαί οἱ τὰς μνήμας, καὶ Πέτρος οὐκ ἄλλως ἐπετέλεσεν ἀμοιβαίως. Εἶτα ἐπὶ τούτοις διελύθησαν, τῶν τε ὁρίων ἄπο ἐγένοντο, καὶ ὁ Ζίχ εἰς τὰ πάτρια ἤθη ἐπορεύετο. Ἀτὰρ ὁ Πέτρος ἔμεινεν αὐτοῦ, ἐπιθειάσων τῇ γενεθλίᾳ ἑορτῇ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ· ἤδη γὰρ προσεπέλαζε τῆς ἡμέρας τὸ σέβας. Ἔτι δὲ καὶ τῇ τοῦ θεοῦ ἐπιφανείᾳ τὰ νόμιμα ἁγιστεύσας, μετὰ ταῦτα ἐπέβη τῆς Περσῶν. Καὶ ἐν τοῖσδε πέρας εἴληφε τὰ τῶν ξυνθηκῶν. Πρὸ δὲ δὴ τῆς ἀναχωρήσεως τῶν πρέσβεων, παραγενομένων τινῶν Περσῶν εἰς τὸ Δάρας, οἷς τὸ τοιόνδε ἐν φροντίσιν ὑπῆρχεν, ἅμα ἑνίοις τῶν ἑρμηνέων καὶ τοῖς τῶν πλαστίγγων ἐπιστάταις, ἀπεκατέστη τοῖς περὶ τὸν Ζίχ τὰ ὀφειλόμενα χρήματα τῶν ζ' ἐνιαυτῶν, ἐφ' οἷς αἱ ξυνθῆκαι προῆλθον. Ὡς δὲ Πέτρος ἀφίκετο πρὸς βασιλέα Περσῶν ἐν τῷ προσαγορευομένῳ Βιθαρμαΐς, διαλεχθησόμενός οἱ περὶ Σουανίας, ἐς τὰ βασίλεια προελθὼν ἔλεξεν ὧδε· « Ἥκομεν, ὦ βασιλεῦ, παρὰ σέ, τὸ μὲν ἐν βεβαίῳ τὴν εἰρήνην ἔχειν εὐτυχήσαντες ἤδη, τὸ δὲ καὶ ὀψὲ γοῦν τευξόμενοι τῶν δικαιοτέρων παρὰ σοῦ μὴ ἀχθησόμενοι. Ὁ γὰρ τὸ παρὸν εὖ διαθεὶς καὶ σχεδιάσας, ὡς εἰπεῖν, τὸ συνοῖσον πῶς οὐχὶ τῶν μελλόντων προμηθεύσεται πολλῷ τῷ διαφόρῳ, καθόσον καὶ χρόνῳ τῷ πλείονι; μεγίστου τοίνυν πέφυκε βασιλέως τὸ δύνασθαι μὲν πλέον ἔχειν, μὴ βούλεσθαι δέ· τὸ γὰρ ὑπερβάλλον τῆς ἰσχύος ἐν σώφρονι κολάζεται λογισμῷ. Ἐπεὶ οὖν τὸ ζέον τοῦ πολέμου κατέσβεσται νῦν ἡμῖν καὶ ὥσπερ ἀνεπνεύσαμεν, εἷς δὲ μόνος ὑπολείπεται σπινθήρ (φημὶ δὲ σπινθῆρα κακῶν τὴν Σουανίαν, ἀπειλοῦσαν ἡμῖν μεγίστην ἔσεσθαι δυσμενείας ἐμπύρωσιν), γενοῦ κώλυμα τῶν δεινῶν, καὶ προκατάπαυσον ἡμῖν ἐλπίδα τῶν κακῶν. Ἐν σοὶ γὰρ τῶν ἀμηχάνων τὸ ἄπορον ἀνεθέμεθα, μηχανησαμένῳ τὰ δέοντα. Μία γάρ τίς ἐστι τελεωτάτη τοῦ πολέμου κατάλυσις, τὸ προστεθῆναι καὶ Σουανίαν ἡμῖν, εἴπερ Λαζικῆς κύριοι καθεστήκαμεν. Ὁ γὰρ δεσπόσας τοῦ ἡγεμονικοῦ πῶς οὐχ ἕξει τὸ ὑποβεβηκός; οὔτε γὰρ Λαζοὶ οὔτε μὴν αὐτοὶ Σουάνοι πρὸς ἀμφισβήτησιν ἴοιεν, ὡς οὐχ ὑπήκοος ἡ Σουανία Λαζῶν ἀνέκαθεν ἦν, καὶ ὅτι ψήφῳ τοῦ Λαζῶν βασιλέως ὁ Σουανίας ἄρξων τὸ κῦρος ἐδέχετο. » Ταῦτ' εἰπὼν Πέτρος ἐν γράμμασιν ἐπεδείκνυ Χοσρόῃ παλαιτέρους Λαζῶν βασιλεῖς, καὶ ἄλλους ὑπὸ ἄλλων χειροτονηθέντας Σουάνων βασιλέας. Εἶτα καὶ αὖθις ἔλεξε· « Τοῦ δικαίου τοίνυν ἡμῖν, ὦ βασιλεῦ, καὶ Σουανίαν παρέχοντος, οὐχὶ σὺ προτερήσας ἐν χέρσει σχήσεις ἀμφότερα, καὶ τὸ δόξαι μὴ ἀδικεῖν καὶ τὸ δοκεῖν δωρεῖσθαι τὸ προσῆκον πᾶσιν; οὕτω γὰρ ἂν καὶ ὁ καθ' ἡμᾶς βασιλεὺς [οὐκ] οἴοιτο ἀδικεῖσθαι, εἴγε τὸ οἰκεῖον ὥσπερ δῶρον λήψεται παρ' ὑμῶν, ἐπεὶ καὶ Λαζικὴν οἴεται οὐκ ἄλλως ἔχειν. Διαβεβαιουμένων γὰρ ἡμῶν καὶ ἐναργέστατα δεικνύντων ὡς Ῥωμαίων ἐκ πλείστου χρόνου κτῆμα, ἀντεῖπας αὐτὸς τῷ τοῦ πο-

---

sunt in usu, firmatæ sunt : tum legatorum sigilla annulis impressa, et duodecim interpretum, sex Romanorum et totidem Persarum. Sic mutua traditione inter se sibi pacis tabulas Zichus Petro Persarum lingua scriptas, et Græca Petrus Zicho tradiderunt. Rursus quum Zichus accepisset a Petro aliud illius pactionis exemplum Græca lingua, sed litteris Persicis exaratum, sine ulla sigillorum impressione, quod ad solam rei gestæ memoriam valeret, eadem itidem Petrus a Zicho pari forma accepit. His transactis seorsum alter ab altero procul a confiniis abierunt, et Zichus quidem ad sedes patrias remeavit; sed Petrus illic remansit, ut festum Nativitatis Christi dei (instabat enim veneranda dies) sancte et religiose coleret. Nec multo post illic adhuc Epiphaniæ festum solenni more celebravit; deinde ad Persas profectus est. Et sic quidem pacis transactio ad finem perducta est. Ante profectionem legatorum, quum ex Persis hi, quibus ea res curæ erat, ad Daras accessissent una cum interpretibus et iis qui trutinis præfecti sunt, repræsentatæ sunt quæ Zicho pro septem annorum pensionibus promissæ fuerant pecuniæ. Petrus vero ad regem Persarum accessit in loco qui Bitharmais appellatur, ut de Suania cum illo ageret, et in regiam introductus sic locutus est : « Venimus, o rex, ad te, quum magna ex parte pacis beneficium jam adepti simus, ut in reliquis quoque quanquam sero justitiam a te impetremus; nec nos deceptum iri speramus. Nam qui præsentem rerum statum recte composuit et instantia commoda respexit, quanto magis is futuris providebit, quia et diuturniora sunt? Magni regis est posse quidem plus habere, sed nolle. Quicquid enim potentiæ superat, cohibetur et comprimitur prudenti moderatione. Itaque quum fervens belli inter nos ardor jam deferbuerit et quodammodo respiremus, una scintilla relicta est : Suaniam dico scintillam malorum, quæ minatur nobis maximum inimicitiarum incendium. Sis igitur obstaculo et impedimento gravissimis qui impendent casibus, et restingue malorum imminentium exspectationem. Nos enim dubia et controversa, quæ secare non potuimus, ad te rejecimus, ut quæ convenirent statueres. Unica enim et sola belli prorsus finiendi ratio est, si quidem domini Lazicæ sumus, ut Suaniam quoque nobis restituas. Qui enim dominium assequitur ejus quod imperat, qui fieri potest ut non dominus sit ejus quoque quod alteri paret? Atqui Lazi, sed ne ipsi quidem Suani, minime in dubium revocaverint, Suaniam olim subjectam fuisse Lazicæ, et regi Lazorum jus fuisse arbitrio suo, qui Suaniam regeret, constituere. » Quæ quum diceret Petrus, ex tabulis Chosroem docuit de Lazorum regibus antiquioribus, a quibus reges Suanorum subinde essent creati; deinde sic dicere pergit : « Quum igitur ipsa justitia, o rex, Suaniam nobis attribuat, nonne tu magni facies, prius concedendo utrumque assequi, ut et nemini injuriam intulisse, et omnibus ea quæ debes, largitus esse videaris? Sic enim rex noster minime se læsum esse existimabit, si quod suum est, tanquam dono acceperit, quum et Lazicam non alio modo suam effectam putarit.

λέμου νόμῳ Λαζικὴν οἰκειώσασθαι, καὶ ὅμως, τῷ βούλεσθαι τὴν δίκην ἄτρωτον εἶναι, προυργιαίτερον ἔθου σώφρονα κεκτῆσθαι λογισμὸν ἢ χεῖρα δυνατήν. Τοιγαροῦν ἐποιήσω τὴν οὐκ ἀνάγκην ἀνάγκην, καὶ τῷ γενναίῳ τῆς μεγαλοφροσύνης ἐψηφίσω κατὰ σαυτοῦ, καὶ νικᾶν ἠξίωσας ἡττημένος τοῦ πρέποντος, καὶ ἁπλῶς ἀπεκατέστησας ἡμῖν Λαζικὴν ὥσπερ οἰκεῖόν τι κτῆμα μεταθεὶς καὶ τὴν ἐξουσίαν μεταγαγὼν ἐφ' ἡμᾶς. Οὐκ ἄλλως δὲ καὶ περὶ Σουανίας ἀντιβολοῦμεν, τὸ οἰκεῖον προῖκα λαβεῖν· καὶ χάριν δὲ ὁμολογήσειν ἡμᾶς ὑμῖν, τῷ μὴ ἐζημιῶσθαι τὸ οἰκεῖον· ὑμᾶς δὲ τῷ κρείττονι, τῷ δύνασθαι τοσοῦτον ὥστε δωρεῖσθαι δοκεῖν καὶ τὸ μὴ ὑμέτερον. » Καὶ ὁ βασιλεὺς ἔλεξεν ὧδε· « Οὕτω δῆτα ψυχὴν λόγων χρηεύουσαν καὶ τοῦ πείθειν ἔρημον εὑροῦσα ἡ τῆς σοφίας δύναμις, περιφρονοῦσα τὸ ἀσθενὲς καταγωνίζεται, ὥσπερ φάρμακον ἐν ἕλκει προσπλαττόμενον καταβιβρώσκει μὲν τὸ νοσοῦν, συναναζωπυρεῖ δὲ τὴν ὑγείαν τῷ κάμνοντι. Εἰ γὰρ τὸ δίκαιον οὐκ εἰπέ τισιν, εἴ πη (εἴποι N.) δὲ τὸ ἁρμόδιον, οὐδὲν ἧττον καὶ οὕτω νικήσει. Τοιγαροῦν ἡ σοφία τούτου ἕνεκα τῆς ἰσχύος τῶν ὅπλων κρατεῖ, ὅτι πολέμου μὲν δύναμις οὐχ οἵατε πέφυκε τοῦ πρακτέου γενέσθαι (περιγενέσθαι N.), εἰ μή πω καὶ ἑαυτὴν αὐτὴ διαχρήσεται, τὸ δὲ τῆς σοφίας ἀσώματον καὶ φρούριον καθέστηκεν ἑαυτῆς· πρός γε καὶ φρουρεῖ τὸν κεκτημένον αὐτήν. Ἐντεῦθεν οὖν οὐδὲ αὐτὸς [σὲ], ὦ Ῥωμαίων πρεσβευτά, ὥσπερ εἰκὸς ἐν τοσαύτῃ φιλοσοφίᾳ τεθραμμένον, ἦ περιεῖναι τοῖς ῥήμασι μεμάθηκας, μεμῶσθείην πρός τινος ἔγωγε μὴ πείθειν μαθών· πλὴν ὡς ἂν οἷόστε ὦ, κἂν εἰ μὴ τοῖς ῥήμασι τηλαυγῶς, ἀλλ' ὅμως τῷ βουλομένῳ τῆς γνώμης, ὡς ἔνεστιν, ἐν φανερῷ προθεὶην τὸ δίκαιον· δοίημεν, ὡς ἐδικαιολογήσω περὶ Σουανίας, τὴν ἀλήθειαν οὕτως ἔχειν. Λαζικὴν μὲν ἐχειρωσάμην, Σουάνοις δὲ οὐδὲ προσέβαλον, ἢ μόνῃ ἀκοῇ τῷ τὸν Μερμερόην ἡμῖν σημῆναι, ὡς οὐκ ἔστιν ἀξιόλογος οὐδὲ μὴν περιμάχητος ἡ χώρα, οὐδὲ βασιλικῆς ἔργον ἐκστρατείας, ἀλλ' ἐν ὑπάρχει τῶν ἐθνῶν τῶν περὶ τὸν Καύκασον, καὶ ὡς ἔχουσι βασιλίσκον, καὶ ὡς ὁ χῶρός ἐστι Σκυθῶν πάροδος. Ἀπεδίω Μερμερόης, εἶτα ὁ Ναχόεργαν ὑπῆλθε τῇ στρατηγίᾳ. Γέγραφε τοίνυν ἡμῖν καὶ αὐτὸς οὐκ ἄλλως περὶ αὐτῶν, ὅτι τοῦ Καυκάσου τὰς ἀκρωρείας οἰκοῦσι, καὶ ὅτι δῆτα κλῶπές τε καὶ λαῳραγωγοὶ καὶ χαλεπῶν ἔργων καὶ ἀνοσίων καθεστήκασιν ἐργάται. Ἠβουλόμην οὖν κατὰ σφῶν ἐλάσαι στρατείαν, οἱ δὲ κατορρωδήσαντες ἀντὶ Σουάνων ἐγένοντο Πέρσαι. Ὡς εἶναι δῆλον ἐντεῦθεν ἀνήκειν μοι τὴν χώραν, καὶ ἔχειν οὐκ ἀρνοῦμαι. Καὶ τοίνυν δηλοῦσιν ὑπακούοντες ἡμῖν ἀσμενέστατα τῷ καὶ τοῖς δούλοις ἄρχεσθαι τοῖς ἡμῶν. Ἀμέλει καὶ τοῦ Ζίχ ἐν γράμμασι δηλώσαντος, ὡς Ῥωμαῖοι Σουανίαν ἐπιζητοῦσι λαβεῖν, τοσοῦτον πόρρωθεν ᾠήθην ὑμᾶς τοῦ δικαίου φῆσαι, καθόσον οὐ πλησίον ἐγενόμην τοῦ πείθεσθαι τῷ παραλόγῳ τῆς ἀκοῆς. Πλὴν ἡττηθήσομαι τοῦ δυνατοῦ, καθόσον οἰηθείην περιέσεσθαι, μὴ οὐχὶ ταὐτὰ φρονεῖν τῷ καθ' ὑμᾶς βασιλεῖ. » Ταύτας δήπουθεν αὐτὰς ἀπεκύησε

Quum enim asseveranter contenderemus, quod etiam aperte ostendebamus, Lazicam a longo tempore a Romanis possessam fuisse, tu contra eam tibi belli jure propriam effectam dixisti; nihilominus illæsam justitiam esse voluisti, et temperatam habere cogitationem quam manum potentem potius duxisti. Quare, quæ nulla erat necessitas, eam sponte tibi necessitatem imposuisti, et generoso judicio contra te ipsum pronuntiasti: ab honestate te victum esse confessus, plane nobis Lazicam restituisti, et tanquam nostrum proprium patrimonium eam tradens ejus possidendæ potestatem in nos transtulisti; quod et idem de Suania supplices petimus, ut gratis quod nobis proprium est, reciplamus, et ut nos vobis gratias habeamus, quod eo, quod nostrum est, minime nos mulctaveritis: vos autem summo numini, quod tantum potestis, ut etiam quæ vestra non sunt, dono dare videamini. » Rex autem ita respondit: « Equidem sapientiæ vis si offenderit animum ratione destitutum et persuadendi facultate orbatum, quod infirmum et imbecillum est, prosternit et conterit, quemadmodum medicamentum ulceri adhibitum depascitur id quod dolorem facit, et sanitatem restituit ægrotanti. Quamvis enim minime justa sit ea quæ apud hujusmodi hominum genus habetur oratio, si tamen apte et concinne quis dicat, dicendo evincit. Ea de causa sapientia longe armorum vim superat, quod bellica virtus non possit aliquod egregium facinus edere, nisi se ipsam quoque consumat, prudentia autem et suum ipsius præsidium constitutum est, et eum, qui ipsam possidet, salvum et incolumem servat et præstat. Quamobrem nolim hoc mihi vituperio dari, o Romanorum legate, si ego, qui a nemine didici, tibi non persuadeam, qui philosophicis disciplinis adeo innutritus et imbutus fueris, ut oratione superiorem esse didiceris: tamen quantum in me erit, etsi non luculento verborum artificio, ex animi mei sententia quod justum est promam. Demus de Suania te vera dixisse, et ita se rem habere; at Lazicam bello subegi; Suanos nunquam bello appetii. Solo auditu a Mermeroe accepi, qui significavit, regionem non esse dignam nostra cura, neque pro qua certaremus, neque regem decere huic terræ bellum inferre. Sitam esse inter eas gentes, quæ circa Caucasum habitant, habere regulum, et esse transitum Scytharum. Decessit Mermeroes, administrationem exercitus suscepit Nachoergan (*Nachoragan*, *ap. Agathiam*). Scripsit ille nobis eadem: Suanos juga Caucasi habitare, esse latrones, prædarum abactores et quorumcunque gravium et immanium scelerum patratores. Constituimus adversus illos exercitum mittere, sed subito metu compulsi ex Suanis Persæ facti sunt: unde satis apertum est, hanc regionem in nostra potestate esse, et eam me tenere minime infitior. Nec obscurum est illos nobis lubenti animo parere et a nostris servis regi. Postremo Zichus nos per literas certiores fecit, Romanos repetere Suaniam, in quo tam longe vos ab eo, quod justum erat, discedere existimavi, quantum abfui a fide adhibenda his quæ ad me contra rationem deferebantur. Sed cedam, quantum fieri potest, rerum necessitati, quanquam me victurum esse speraveram, quominus a rege vestro dissentiam. » Has igitur cogitationes e mente sua effudit rex Persarum, et tum paullum quievit disceptatio de Suania. Mox autem, veluti me-

τῷ νῷ τὰς ἐννοίας ὁ Περσῶν βασιλεὺς, καὶ ἐν τούτοις ὁ λόγος ἐπέπαυτο πρὸς βραχὺ περὶ Σουανίας αὐτῷ. Καὶ αὖθις, ὥσπερ ἐν μεταξυλογίᾳ τινὶ, περὶ Ἄμβρου τοῦ Ἀλαμουνδάρου τοῦ Σαρακηνοῦ διελεγέσθην ἄμφω, τοῦ βασιλέως οὕτω πως ἀρξαμένου· « Ὁ καθ' ἡμᾶς Ἄμβρος ὁ Σαρακηνὸς οὐχ ἥκιστα ἐπιμέμφεται τῷ Ζίχῳ, καὶ καταβολὴν πεποίηται τἀνδρὸς οὐκ ἐλαχίστην, ἅτε οὐδέν τι ὀνήσαντός γε αὐτὸν, ἡνίκα ἐσπενδόμεθα ὑμᾶς. » Καὶ ὁ Πέτρος, « Ἐν οὐδενὶ χρόνῳ πώποτε, ἔφη, ῥητόν τι χρυσίον ἐκομίσαντο ἐκ Ῥωμαίων οἱ καθ' ὑμᾶς Σαρακηνοὶ, οὔτε μὴν ἀνάγκη τινὶ, οὔτε καθ' ὁμολογίαν τινά· ἀλλὰ ὕστερα ὁ πατὴρ Ἄμβρου Ἀλαμούνδαρος ἔστελλε δῶρα τῷ Ῥωμαίων αὐτοκράτορι, καὶ ὅ γε δεχόμενος ἀντεδωρεῖτό γε αὐτόν. Ὅπερ ἐφ' ἑκάστῳ ἐνιαυτῷ τὸ τοιόνδε ἐγίγνετο οὐδαμῶς, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ πέντε παρωχημένων ἐτῶν. Τοῦτο γοῦν διεσώθη τε καὶ διεφυλάχθη Ἀλαμουνδάρῳ τε καὶ ἡμῖν ἐπὶ χρόνον ἥκιστα ὀλίγον. Ἐξεπίσταται δὲ τὸ χρεῖττον, ὅτι οὐχὶ ὕστερα ἐρρωμένα φρονῶν ἐς Πέρσας τὰ τοιάδε ἔπρασσεν Ἀλαμούνδαρος. Τοιγαροῦν διεβεβαιοῦτο, ὡς, εἰ καὶ ὑμεῖς πόλεμον κινήσοιτε καθ' ἡμῶν, Ἀλαμουνδάρῳ γε ἄπρακτός τε καὶ ἀνενέργητος ἔσται ἡ μάχαιρα τῆς Ῥωμαίων ἕκατι πολιτείας. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπί τινα διέμεινε χρόνον· νῦν δὲ ὁ σὸς μὲν ἀδελφὸς, δεσπότης δὲ ἐμὸς, ἔθετο ἐν νῷ ἐμφρονέστατα οἶμαι, ὦ βασιλεῦ, ἔφη τε, ὡς, εἰ βεβαίως ἔχει τὰ πολιτεύματα τὴν εἰρήνην, τί δήποτε ἄρα λυσιτελήσει μοι τοῦ λοιποῦ ὑπηκόοις τε καὶ δούλοις προσφθέγγεσθαι Περσῶν, ὡς ἂν καταπρόοιντο τῶν κεκτημένων τὰ πράγματα, ἢ γοῦν πορίζειν τι αὐτοῖς ἢ πορίζεσθαι παρὰ σφῶν; » — « Εἰ πρὸ τῆς εἰρήνης, ἔλεξεν ὁ βασιλεὺς, ἑκατέρωθεν ἐστέλλοντο πρεσβεῖαι καὶ ἀμοιβαίοις ἐφιλοφρονεῖσθε ὥροις ἀλλήλους, χρῆναι οἶμαι ἄτρωτα εἶναι τὰ ὅσα ἐστέρχθη πρὸ τοῦ. » Ταύταις μὲν οὖν αὐταῖς καὶ περὶ Ἄμβρου ταῖς δικαιολογίαις ἐχρησάσθην, καὶ αὖθις ἀντελογίζοντο περὶ Σουανίας. Ὁ δὲ βασιλεὺς εἶπεν· « Ὁπηνίκα ἔγωγε παρεστησάμην Σκένδεις τε καὶ Σάραπα καὶ Λαζικὴν, ὑμεῖς οὔ φατε ὅτι τηνικαῦτα Σουανίαν ἐν ὑπηκόων εἴχετε μοίρᾳ. Εὔδηλον οὖν ἐντεῦθεν, ὡς οὐκ ἐτύγχανον ὄντες ὑπὸ Λαζούς. Ἦ γὰρ ἂν καὶ αὐτοὶ ξὺν τοῖς κρατοῦσιν ἡμῖν προσεχώρησαν. » Ὁ Πέτρος ἔφη ἀμοιβαδόν· « Τοῦτο οὐ γέγονεν, ἐπεὶ ὁ Σουάνος οὐκ ἀπέστη, καθὰ ὁπόθεν οὗ δοῦλος ἦν ὁ Λαζός. Φημὶ δὲ, ὡς τοῦ καθ' ἡμᾶς δούλου ὁ δοῦλος ἀφηνίασεν οὐδαμῶς. » — « Τήμερον, εἶπεν ὁ βασιλεὺς, δέκα ἤδη παρωχήκασιν ἐνιαυτοὶ, ἐξ οὗ Σουανίαν ἐν κατοχῇ ἐποιησάμην· πρέσβεις πολλάκις ἐδεξάμεθά τε καὶ ἐξεπέμψαμεν ὡς Ῥωμαίους· καὶ τί ὕστερα ἐξ ἐκείνου τὸν ὀντινοῦν οὐ κεκινήκατε λόγον ἕνεκα Σουανίας; » — « Ἐπειδὴ τηνικαῦτα, ἔλεξεν ὁ Πέτρος, καὶ Λαζικῆς κύριος ἐγεγόνεις. Καὶ εἶπερ ἔφην· ὡς δεῖ παραχωρῆσαί μοι Σουανίας, ἀντέλεξας ἄν· τίνος χάριν; καὶ εἶπερ αὖθις ἔφην· ἐπεὶ Λαζικῆς ἐστι κατήκοος, ἀπεκρίνω· τίνα γάρ σε γνωρίζομεν Λαζικῆς; καὶ λοιπὸν ἀντερεῖν εἴχομεν τὸ παράπαν οὐδέν. » — « Τοῦτο φῂς, εἶπεν ὁ βασιλεὺς, ὅτι Σουανία Λαζῶν ὑποχείριος ἦν. Εἶπερ ἐν γράμμασιν οἶόστε εἶ τεκμηριῶσαι τὸ τοιόνδε, ἥκιστα ἀποτεύξῃ τοῦ δέοντος. » Καὶ ὁ Πέτρος· « Οὔ τι μελλήσω, ἀναδιδάξω δέ σε τἀληθές. Ἀρχαῖον ἔθος, ὦ δέσποτα, τόδε ἐκράτησε παρὰ Λαζοῖς. Ὁ Σουανίας ἡγεμὼν

---

dio quodam colloquio, rursus de Ambro Saraceno inter eos exortus est sermo. Rex sic incepit : « Qui apud eos est Ambrus, Alamundari filius, Saracenus, non parum Zicho succenset, neque parvam querelam de eo instituit, quod illius rationibus consulere, quum inter nos pacem fecit, prætermisit. » Et Petrus, « Nullo unquam tempore, inquit, Saraceni qui apud vos sunt certam auri summam a Romanis abstulerunt. Nec enim id nostrarum rerum necessitas unquam postulavit, neque nobis cum his quicquam convenerat. Sed pater Ambri, Alamundarus, misit dona ad Romanorum imperatorem : is quum ea accepisset, vicissim eum donis est remuneratus, quod tamen unoquoque anno nequaquam factum est, sed aliquando interpositum est spatium quinquennii. Hoc igitur inter Alamundarum et nos usurpatum et observatum est non brevi tempore. Deus autem novit, Alamundarum hoc fecisse, quum rebus Persicis minime studeret. Conventum enim fuit, si bellum contra nos moveritis, ut Alamundari ensis adversus rem publicam Romanam quiesceret et ab omni bellico opere immunis esset. Hæc igitur aliquo tempore durarunt. Nunc vero frater tuus, meus dominus, o rex, prudenter, opinor, in animum induxit suum, et ait : Si pacem ista duo regna observent, quid mihi porro proderit, subditos et servos Persarum sollicitare, ut dominos suos prodant, et quicquam illis largiri aut ab illis accipere? » — « Si ante pacem, respondit rex, mutuo missæ sunt legationes, et vos invicem donis amice coluistis, existimo inviolata et illæsa permanere debere, quæ inter vos sunt prius constituta. » His igitur, quo suam quisque causam de Ambro tueretur, argumentis usi sunt : deinde rursus inter se de Suania contenderunt, et rex dixit : « Quum occupavi Scendes, Sarapa et Lazicam, vos non dixistis tum Suaniam in ditione habuisse. Ex quo apparet, eam non subjectam fuisse Lazis. Si enim ita se res habuisset, una cum Lazis, quippe qui imperium ejus tenerent, in nostram potestatem venisset. » Petrus contra respondit : « Hoc factum non est, quia Suani a nobis non defecerunt, quemadmodum Lazi, quibus subjecti erant. Hoc igitur affirmo, servos servorum nostrorum nunquam a nobis descivisse. » At rex : « Hodie præterierunt decem anni, ex quo Suaniam occupavimus. Legatos sæpius a vobis excepimus, et ad vos misimus. Cur tandem nullam unquam mentionem de Suania fecistis? » — « Quia, Petrus ait, Lazices dominium eras adeptus. Etenim si te adiissem ut mihi Suaniam cederes, causam, cur id faceres, interrogasses; quam si reddidissem : quia Lazis est subdita : An nescis me Laziæ dominum effectum esse? respondisses, neque nobis quicquam reliqui fuisset, quod ultra eloqui potuissemus. » — « Ain tu, inquit rex, Suaniam Lazis fuisse subjectam? Hoc si tu tabulis scriptis probare poteris, impetrabis quod justum est. » Et Petrus : « Haud cunctabor. Docebo te verum. Vetus mos, o domine, obtinuit, apud Lazos hicce : quum Suaniæ dux subesset Lazo, inter hos, qui illi tributa pendebant, adscriptus erat.

ὑπήκουε τῷ Λαζῷ, καὶ ἀναγραπτός οἱ ἐπεφύκει ἐς δασμοφορίαν. Καὶ τοίνυν ἐκομίζετο παρ' αὐτοῦ ὁ Λαζὸς καρπούς τε μελιττῶν καὶ δέρρεις καὶ ἕτερα ἄττα. Ὁπηνίκα δὲ οὖν ὁ Σουάνος ἄρχων ἀπεβίω, ἐχειροτόνει ὁ τοῖς Λαζοῖς ἐφεστὼς τὸν διαφυλάξοντα τοῦ ἀποιχομένου τὴν ἀρχήν. Ἐν τούτῳ γράμμασιν ἐχρῆτο ὡς τὸν Ῥωμαίων αὐτοκράτορα τῶν ξυμβεβηκότων πέρι· καὶ αὐτὸς ἀντιγράφῳ ἐπιστολῇ ἐνεκελεύετό οἱ ἐκπέμψαι τὰ σύμβολα τῆς τῶν Σουάνων ἡγεμονίας ὅτῳ μὲν βούλοιτο, Σουάνῳ δ' ὅμως ἀνδρί. Τοῦτο τὴν ἰσχὺν ἔλαβεν ἐκ τῶν Θεοδοσίου τοῦ καθ' ἡμᾶς βασιλέως χρόνων μέχρι Περόζου τοῦ ὑμετέρου πάππου καὶ Λέοντος τοῦ καθ' ἡμᾶς. » Εἶτα ἐκ τῆς χλαμύδος ὁ Πέτρος ἐν φανερῷ προκομίζει βιβλίδιόν τι, ἐν ᾧ στοιχηδόν τε καὶ διῃρημένως ἐξηλοῦντο Λαζῶν βασιλεῖς, οἳ Σουάνων ἐχειροτόνησαν ἡγεμόνας. Εἶχε δὲ οὕτω τοῦ γραμματείου ἡ δύναμις, εἰ καὶ μὴ οὕτω τὰ ῥήματα· « Οἵδε Λαζῶν βασιλεῖς, οἵ γε βασιλίσκους ἐπέστησαν Σουάνοις, ἐξ οὗ χρόνου Θεοδόσιος τὸ Ῥωμαίων διήνυσε κράτος καὶ Οὐαράνης τὸ Περσῶν ἄχρι Λέοντος αὐτοκράτορος καὶ Περόζου. » Καὶ διεξελθὼν ὁ Πέτρος ἔφη· « Ἄχρι τούτων ἴσμεν ἐν γράμμασι Λαζῶν τε βασιλεῖς καὶ τοὺς ὅσοι ὑπὸ Λαζοῖς ἄρχοντες ἐγένοντο Σουάνων. » Καὶ ὁ βασιλεύς· « Εἰ ξυγχωρήσομέν σοι τὸ παρὰ σοῦ προκομισθὲν γράμμα ξυναιρόμενον τῇ κατὰ σὲ πολιτείᾳ ἔχειν τὸ πιστὸν, ἆρα καὶ τὰ ἡμέτερα συμβόλαια πιστευθήσονται δικαιότατα; » — « Οἶμαι. » — « Πλὴν, » ἦ δὲ ὁ βασιλεύς, « ὅπερ ἔφης, ἕξεται πειθοῦς, ὅτι ὃῆτα οὗτοι οἱ βασιλεῖς οἱ μὲν οὕτως, οἱ δὲ ἄλλως ἐγένοντο. Ἐπειδὴ δὲ νῦν περὶ ἀμφηρίστου διαλεγόμεθα δούλου, εἰ μὲν ἐναργέστατά πως δυνηθείης ἀποφῆναι, ὡς πέφυκε σὸς, λήψῃ γε αὐτόν· εἰ δὲ τὸ τοιόνδε οὐχ οἷόστε εἰ πιστώσασθαι, καὶ ἄλλως βούλεται ὁ Σουάνος ὑποτετάχθαι τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ, ἥκιστα ἔσομαι ἐμποδών. Τούτου πειραιτέρω οὐδὲν ὁτιοῦν δυνήσομαι ποιεῖν. » Ὁ δὲ Πέτρος· « Οὐχὶ πεύσῃ, ὦ δέσποτα, πρὸς τοῦ Σουάνου, ὅποι βούλεται εἶναι; ἐξουσιάζει γὰρ αὐτὸς, ὅσον ἐπὶ ταύτῃ γε δήπου τῇ μοίρᾳ. » — « Ἄθρει δὲ, ὁ βασιλεὺς, ὡς οὐ βούλομαι περὶ Σουανίας τῆς χώρας τι πυθέσθαι πρὸς τῶν Σουάνων, ἐπεὶ οὐδὲ ὅσιον οὔτε μὴν ἄλλως δίκαιον (τὴν) περὶ τῆς γῆς αὐτῆς ἐν δούλου κινδυνεύεσθαι κρίσει. » Οἵδε μὲν οὖν οἱ λόγοι προῆλθον ἐξ ἀμφοῖν.

12

Exc. De sent. p. 355-357 : Ὅτι φησὶ Μένανδρος ὁ ἱστορικὸς περὶ Πέτρου τοῦ πρέσβεως καὶ Χοσρόου· « Οἵδε μὲν οὖν οἱ λόγοι προῆλθον ἐξ ἀμφοῖν, καὶ οὐχ ἕτερα νοήματα ἐλέχθη Σουανίας πέρι· οὐδὲ μὴν ἀνθ' ἑτέρων ἑτέραις λέξεσιν ἐχρησάμην, ἢ τὸ χθαμαλώτερόν πως ἔστιν ἢ τῶν λόγων, καθόσον οἷόντε μοι, μετέφρασα ἐς τὸ Ἀττικώτερον. Οὐ γὰρ ἐμοί γε θυμῆρες τὰ εἰρημένα κυρίως καὶ ἐς ἐμὲ ἥκοντα, ὡς οἶμαι, ἐς τὸ ἀκριβὲς, μεταφέρειν ἐς ἑτερολογίαν, καὶ τῷ γλαφυρῷ τῶν ῥημάτων οὐχὶ τὰ ὅσα ἐρρήθη, ἀλλὰ γὰρ τὴν τῆς ῥητορικῆς ἐπιδείκνυσθαι δύναμιν, μάλιστα καὶ περὶ σπονδῶν οὕτω μεγίστοιν δυοῖν βασιλείοιν καὶ πολιτείαιν ποιουμένῳ μοι τὴν ἀπαγγελίαν. Εἰ δέ γε ἄρα βούλεταί τις τὰ ὅσα Περσῶν βασιλεὺς καὶ Πέτρος τηνικαῦτα ἀκριβολογησαμένω ἦστην εἰδέναι, ἀναλεξάσθω ταῦτα ἐκ τῆς αὐτοῦ Πέτρου συναγωγῆς· ἅπαντα γὰρ αὐτῷ

Quamobrem Lazus accipiebat ab ipso fructus, mella, pelles et alia quædam. Quando autem Suaniæ princeps vita excedebat, suffragio ejus, qui Lazis præerat, eligebatur qui in locum defuncti regionis administrationem susciperet. Tunc Lazorum præfectus literis imperatorem certiorem faciebat de his quæ evenerant. Et imperator Laziæ præfecto per epistolam jubebat ipsum mittere insignia præfecturæ Suaniæ cui vellet, modo Suanus esset. Quod jam a tempore Theodosii, imp. nostri, usque ad Perosem, avum vestrum, et Leonem, qui apud nos imperavit, invaluit. » Deinde e chlamyde Petrus in medium protulit libellum, in quo numerabantur ordine et distincte Lazorum reges, qui Suanis duces elegerant. Hæc autem erat hujus tabulæ vis; verba enim non id expresse continebant : « Hi erant Lazorum reges, qui regulos Suanos constituerunt a tempore quo Theodosius Romanum rexit imperium, et Varanes Persarum, ad Leonem imperatorem et Perosem usque. » Hos postquam Petrus recitaverat, dixit : « Ad hos usque habemus in scriptis Lazorum reges, et omnes qui ab eis Suaniæ præfecti constituti fuerunt. » Et rex : « Si concesserimus, libellum a te exhibitum, qui vestræ rei publicæ causam tuetur, fidem facere, nonne nostris quoque fidem haberi æquissimum est? » — « Opinor. » — « Quare, sicut dicis, inquit rex, hæc res in fide posita est, reges illos, alios sic, alios aliter creatos esse. Sed quoniam de servo inter nos contentio est, qui cujus sit, dubium est : si claris et manifestis argumentis probare potes tuum esse, accipies : sin minus id potes, et Suanus tamen velit Romanorum imperio subesse, non intercedam. Nec est ultra id quicquam, quod facere possim. » Tum Petrus : « Non percontaberis e Suano, o domine, cujus velit esse? hac enim conditione delata se in libertatem assereret. » — « Noli hoc rogare, respondit rex; non enim in animo habeo, quantum ad regionem Suaniam, quicquam Suanorum voluntati credere. Etenim neque fas neque justum est, de terra ipsa servi judicii periculum subire. » Atque hi inter utrosque habiti sunt sermones.

12.

Menander historicus de Petro legato et de Chosroe sic loquitur : « Hi ergo utrimque habiti sunt sermones, neque aliis sententiis actum est de Suania. Neque enim ego alia aliis verba substitui; neque si quid humilius dictum fuit, id ego conatus sum pro meis viribus in Attici sermonis elegantiam transferre; neque mihi libuit, quæ proprie dicta sunt, quæque ad me incorrupta, ut arbitror, devenerunt, ea deinde in alia verba convertere : ita ut splendore vocabulorum non singula, quæ reapse dicta fuerunt, sed rhetoricam potius vim repræsentarem; præsertim quum fœdera narrem tantorum duorum regum atque imperiorum. Quodsi quem scire etiam delectat quidquid diserte inter Persarum regem Petrumque actitatum sit, is adeat Petri ipsius commentarios, in quibus cuncta diligenter scripsit, quæ-

ἀναγέγραπται ἐς τὸ ἀκριβὲς ὁπόσα Χοσρόης καὶ πρέσβεις Ῥωμαίων καὶ Περσῶν εἶλεξάν τε καὶ ἤκουσαν, αὐτοῖς τοῖς λόγοις τῶν φθεγξαμένων εἰρημένα, εἴτε κατὰ θωπείαν τινὰ ἑξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν τυγχάνουσι λεγόμενα, εἴτ' οὖν κατασοβαρευόμενοι σφῶν εἶλεξαν ἅττα ἢ εἰρωνευόμενοι ἢ καὶ ἐπιτωθάζοντες ἢ καὶ ἀποφλαυρίζοντες· καὶ ἁπλῶς ὅσα ἐνῆν καὶ ὅπως περὶ τόσου πράγματος διαλεγομένους τοὺς ἀμφοτέρας πολιτείας ἄνδρας εἰπεῖν, ἐνθένδε ἀναλεκτέον. Τεῦχος γὰρ μέγιστον ἐσότι τῶν τοιῶνδε πεπλήρωται, οἶμαι, ξὺν ἀληθείᾳ λόγων, εἰ μὴ Πέτρῳ κεκόμψευταί τι τῆς αὐτοῦ χάριν εὐκλείας, ὡς ἂν τοῖς μετέπειτα ὀειγθείη ὡς μάλα ἐμβριθὴς καὶ ἀνάλωτος ἐν τῷ ῥητορεύειν τῷ καταμαλάξαι φρονήματα βαρβαρικὰ σκληρά τε καὶ ὀγκώδη. Ἅπαντα δὴ οὖν ἐν τῇ τούτου βίβλῳ (τ') ἀναλεγόμενος ὁστισοῦν εὑρήσει· οὐ γὰρ ἐμοί γε ὑπῆρχεν ἀναγκαῖον οὐδὲ ἄλλως ἁρμόδιον ἐν ξυγγραφῇ περιττολογίᾳ χρῆσθαι τὸ (τῷ vel τοῦ Bekk.) ἐφ' ἑνὶ κεφαλαίῳ ἐμφιλοχωρεῖν· ὡς, εἴ γε ἅπαντα ἀνεγραψάμην τὰ ὅσα κατ' ἐκείνην γε ὁπόθεν φέρεται τὴν ὁιῳθέραν, ἀπέχρησέ μοι ἂν ἡ τῶν σπονδῶν ῥαψῳδία ἐς μεγίστης ἱστορίας ὑπόθεσιν. Ἐγὼ δὲ ἐκεῖθεν ἀρυσάμενος ὅ τι χρειῶδες ἐν ὀλίγῳ εἶλξα. »

13.

Exc. De leg. Rom. p. 147 : Ὅτι οὐδὲν προέβη περὶ τῆς Σουανίας, ἀλλ' ὁ Πέτρος ἄπρακτος ἀνεχώρησε τῶν Μηδικῶν ὁρίων. Ὅμως δ' οὖν ἐσπείσατο Πέρσαις, καὶ κατέθεντο τὸν πόλεμον ἀμφότεραι πολιτεῖαι. Καὶ οἱ μὲν Μῆδοι ἐκ τῆς τῶν Κόλχων γῆς ἐπ' οἶκον ἀνεχώρησαν· αὐτὰρ ἐς τὸ Βυζάντιον ἀφικόμενος ὁ Πέτρος οὐ πολλῷ ὕστερον κατέλυσε τὸν βίον.

14. (565. Justini an. 1.)

Exc. De leg. gent. p. 101-103 : Ὅτι ἐπὶ Ἰουστίνου τοῦ νέου οἱ τῶν Ἀβάρων πρέσβεις παρεγένοντο ἐν Βυζαντίῳ, τὰ συνήθη δῶρα λῃψόμενοι, ἅπερ τῷ κατ' αὐτοὺς ἔθνει Ἰουστινιανὸς ὁ πρὸ τοῦ βασιλεὺς ἰδίου· ἦσαν δὲ καλώδιά τε χρυσῷ διαπεποικιλμένα, ἐς τὸ εἴργειν τι τῶν ἀποδιδρασκόντων ἐπινενοημένα, καὶ κλῖναι ὁμοίως καὶ ἄλλα τινὰ ἐς τὸ ἁβρότερον ἀνειμένα. Τότε δὴ οὖν οἱ πρέσβεις τῶν Ἀβάρων ἐς πεῖραν ἴέναι τοῦ βασιλέως ἐβούλοντο, εἴγε οὐκ ἄλλως [εἴη] δῶρα λαμβάνειν αὐτοῖς, καὶ τῇ Ῥωμαίων ῥᾳθυμίᾳ ἐπεντρυφᾶν, καὶ τὸ ἀμελὲς αὐτῶν οἰκεῖον τίθεσθαι κέρδος. Καὶ δὴ παρὰ βασιλέα φοιτᾶν ἠξίουν. Καὶ οὖν τοῦτο ἐφειμένον αὐτοῖς, ἔτι γε μὴν καὶ διὰ τῶν ἑρμηνέων ὅ τι βούλονται λέγειν, τοιοῖσδε ἐχρήσαντο λόγοις· « Χρεών, ὦ βασιλεῦ, κληρονομοῦντά σε τῆς πατρῴας ἀρχῆς καὶ τοὺς πατρῴους φίλους οὐκ ἄλλως, ἢπερ ὁ πατήρ ὁ σός, εὖ ποιεῖν, καὶ ταύτῃ φαίνεσθαι μᾶλλον διάδοχον εἶναι τετελευτηκότος τῷ μηδὲν ἐναλλάττειν ὧν ἐκεῖνος ἔπραττε περιών. Οὕτω γὰρ καὶ ἡμεῖς τῆς αὐτῆς ἀνθέξομεθα γνώμης, καὶ οὐχ ἧττον τὸ τῆς εὐεργεσίας ὄνομα μεταθήσομεν, εἰ σὲ καὶ μετ' ἐκεῖνον εὐεργέτην ἀποκαλέσοιμεν· πρός γε καὶ αἰσχυνθησόμεθα τῷ πεπονθέναι καλῶς μὴ τοῖς ὁμοίοις ἀμείβεσθαι τὸν δεδρακότα. Καὶ γὰρ πατέρα τὸν σὸν ὥροις ἡμᾶς φιλοφρονούμενον ἀντεωρούμεθα τῷ καὶ δυνάμενοι μὴ κατατρέχειν τὴν

---

cumque Chosroes legatique tum Romanorum tum Persarum locuti sunt vel audierunt, conceptis ipsis loquentium verbis : sive hæc adsentatione quadam utrimque dicta fuerunt, sive serio, sive ironice, sive etiam irridenter et contemtim; atque omnino quæ de re tanta et quomodo dicenda habuerint utriusque imperii viri, ea indidem repetere oportet : est enim volumen maximum, plenum veridicorum, ut puto, sermonum; nisi forte Petrus aliquantulum ostentat se, famæ suæ gratificans, ut nimirum posteritati demonstret, se fuisse prævalidum atque invictum in arte rhetorica ad emoliendos duros atque elatos barbarorum spiritus. Lector igitur omnia eo in libro inveniet. Neque enim mihi necessarium, immo neque concinnum est, scribenti historiam longis sermonibus uti, atque in uno rerum capite tamdiu versari. Nam si omnia referrem, quæ membranis illis continentur, sufficeret fœderis illius tractatus ad copiosissimæ historiæ argumentum. Ego igitur illinc haustis, quæ utiliora esse videntur, breviter rem expedivi. »

13.

Nihil quicquam Petrus de Suania obtinuit, sed infecto negotio a finibus Medorum recessit; pacem tamen cum Persis composuit, et utraque regna bellum deposuerunt, et Medi quidem a Colchorum finibus domum reverterunt. Nec multo post Petrus, quum Byzantium rediisset, mortuus est.

14.

Justino Juniore imperante Avarum legati Byzantium venerunt, ut consueta munera acciperent, quæ Justinianus, qui ante eum imperium tenuerat, conferre erat solitus; erant autem catellæ auro variegatæ, quasi ad vinciendos fugientes comparatæ, lecti et alia quædam ad delicatiorem cultum spectantia. Tunc Avares voluntatis imperatoris periculum facere statuerunt, an forte ab hoc quoque munera capere et, inertia Romanorum decepta, sua sibi commoda inde comparare possent. Itaque imperatoris adeundi sibi potestatem fieri petierunt; quod illis est permissum, quin et per interpretem, quicquid libitum esset, proponere. Hac vero usi sunt oratione : « Oportet, o imperator, te, qui imperium paternum hereditate suscepisti, paternos quoque amicos æque, ac ille, beneficiis augere, teque in eo maxime patris successorem præbere, si nihil eorum, quæ vivus statuit, eo mortuo immutes. Ita fiet ut nos eandem erga te voluntatem conservemus, neque minus in te beneficentiæ nomen transferamus, te post ipsum auctorem nostrarum fortunarum nuncupantes. Et sane erubesceremus, si a te commodis ornati non eadem tibi retribueremus. Sic enim patrem tuum, qui in nos liberalis et munificus fuerat, remunerati sumus. Etenim quum ejus regiones vastare possemus, non modo abstinuimus, verum etiam, quo nos propensiores erga ipsum ostenderemus, vicinos barbaros

Ῥωμαϊκὴν, ἀλλὰ πλέον ἐνδείκνυσθαί τι. Τοὺς γὰρ ἐκ γειτόνων ὑμῖν βαρβάρους, τὴν Θρᾴκην ἀεὶ περικόπτοντας, ἠφανίσαμεν ἀθρόον, καὶ οὐδεὶς ὁστισοῦν αὐτῶν τεριλέλειπται τὰ Θρᾳκῶν ὁρίσματα καταδραμούμενος· δεδίασι γὰρ τῶν Ἀβάρων τὴν δύναμιν φιλίως ἔχουσαν πρὸς τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν. Πεπείσμεθα δὴ οὖν, ὡς ἐν τούτῳ μόνῳ καινοτομήσεις ἡμᾶς τῷ πλέον παρέχειν ἡμῖν, ἢ ὁ σὸς ἐδίδου πατήρ· ἀνθ' ὧν καὶ ἡμεῖς ἥπερ ἐκείνῳ γεντσόμεθα σοὶ κατὰ τὸ πλέον ὑπεύθυνοι, καὶ μείζονας ἐποφλήσομέν σοι τὰς χάριτας. Ἠάρεσμεν οὖν λῃψόμενοι τὰ κατὰ τὸ εἰωθός. Γνῶθι γὰρ ὡς ἄλλως οὐκ ἔστι δυνατὸν τὸν καθ' ἡμᾶς ἡγεμόνα σοί τε καὶ τῇ Ῥωμαίων εὐνούστατον ἔσεσθαι πολιτείᾳ, εἴ γε μὴ ἐγχειρισθείη πρότερον αὐτῷ τὰ ἐφ' οἷς οὐ κινεῖν ὅπλα κατὰ Ῥωμαίων ἔγνω. » Οἱ μὲν τῶν Ἀβάρων πρέσβεις τοιαῦτα διεξῆλθον, ἐπαμφοτερίζοντες τῇ γνώμῃ· τοῦτο μὲν γὰρ ἐδόκουν ἱκετεύειν, τοῦτο δὲ ἀπειλεῖν. Ὅρων γὰρ ὡς ταύτῃ διδίζονταί τε καὶ ἐκφοβήσουσι τὸν βασιλέα, καὶ ὡς ἐκ τούτου ἀναγκασθήσονται Ῥωμαῖοι ὥσπερ ὑπόφοροι εἶναι Ἀβάρων. Ὁ δὲ βασιλεὺς οὐδὲν ἕτερον ἢ ψόφον ἡγησάμενος τῶν Ἀβάρων ῥήματα, ἀντέλεξεν οὕτω· « Προβαλλομένων ὑμῶν σὺν ἱκετείᾳ τὴν μεγαληγορίαν, οἰομένων τε τῇ συγκράσει ταύτῃ τῶν λόγων τὸ σπουδαζόμενον ὑμῖν ἀνύσειν, ἀμφοτέρας, ὡς εἰπεῖν, ἐκπεπτώκατε τῆς ἐλπίδος· οὐδὲ γὰρ ὑποθωπεύοντες ἡμᾶς ἀπατήσετε, οὐδὲ μὴν ἀπειλοῦντες ἐκφοβήσετε. Πλείονα δὲ ὑμῖν ἐγὼ παρέξω τοῦ ἡμετέρου πατρὸς τὸ πέρα τοῦ δέοντος ἐπηρμένους ὑμᾶς τῷ πρέποντι σωφρονίζειν· ὁ γὰρ μεταρρυθμίζων τοὺς ἀτάκτους τῶν λογισμῶν, καὶ ὥσπερ παιδεύων τε καὶ ἀνακόπτων τῆς ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν αὐθαδιζομένων ὁρμῆς, ὀρθήσεται κατὰ τὸ μᾶλλον εὐεργέτης ἥπερ ὁ χορηγὸς τῆς τρυφῆς, ὃς φιλεῖν μὲν δοκεῖ, προφάσεως δὲ μικρᾶς ἐπιλαβόμενος τὸν δῆθεν εὐεργετούμενον ἠφάνισεν εὐθέως. Ἄπιτε τοιγαροῦν πλεῖστον πριάμενοι παρ' ἡμῶν κἂν γοῦν ἐν ζῶσι τελεῖν, καὶ ἀντὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν χρημάτων τὸν καθ' ἡμᾶς φόβον εἰς σωτηρίαν εἰληφότες. Οὔτε γὰρ δεηθείην ποτὲ τῆς καθ' ὑμᾶς συμμαχίας, οὔτε τι λήψεσθε παρ' ἡμῶν ἢ καθόσον ἡμῖν δοκεῖ, ὥσπερ δουλείας ἔρανον, καὶ οὐχ, ὡς οἴεσθε, φορολογίαν τινά. » Τοιοῦτον ἐπισείσαντος φόβον τοῦ βασιλέως τοῖς πρέσβεσι τῶν Ἀβάρων, κατεγνωκότες ἐκ τῶν εἰρημένων οἱ βάρβαροι, ὡς οὐκ ἀνέξεται σφῶν τῆς πλεονεξίας, καὶ ὡς οὐδὲν αὐτοῖς ἔτι ὀνήσεται ὧν ἐκομίζοντο πρὸ τοῦ, καὶ ὡς τὸ λοιπὸν ἀσεῶς οὐκ ἐπιδραμοῦνται τὴν Ῥωμαϊκὴν, ἐν δυσθυμίᾳ τε ἐτύγχανον πολλῇ, καὶ ἀναλογιζόμενοι ἦσαν ὅποι τὰ παρόντα ἐκβήσεται καὶ ὅποι τύχης αὐτοῖς χωρήσοι τὰ πράγματα· οὐδὲ γὰρ μένειν ἐν Βυζαντίῳ ἀνόνητα ἤθελον, οὔτε μὴν ἄπρακτοι ἀπιέναι ἐβούλοντο. Ὅμως δ' οὖν τῶν κακῶν αὐτοῖς αἱρετώτερον ὑπῆρχεν ἀπονοστῆσαι ὡς τοὺς ὁμοφύλους. Καὶ τούτοις ἐνοῳδέντες ἐς τὴν τῶν Φράγγων χώραν ἀφίκοντο, τοῦ βασιλέως τὴν ἀπολογίαν θαυμάσαντες.

Καλώδια] « Iis autem fasciis seu prandeis Abares comam vinciebant, ut docet historia Miscella lib. 16, unde Corippus in lib. 1 dicit :

colubrimodis Abarum gens nexa capillis.

Porro hæc legatio Avarum introducta est die 7 post inaugurationem Justini Junioris, teste Corippo in lib. 3 :

Septima lux aderat;

et mox,

Thraciam invadentes uno impetu delevimus, neque quisquam eorum postea est inventus, qui Thraciæ fines populationibus vexaret. Metuebant enim Avarum potentiam, qui amicitiam colebant cum Romanis. Persuasum igitur habemus, te nulla alia in re ab iis, quæ a patre statuta sunt, discessurum, nisi in eo, quod nobis majora largiturus sis, quam pater largitus est. Pro quibus et nos multo tibi, quam patri, devinctiores erimus, et tibi multo quoque majores gratias retribuemus. Adsumus igitur, qui consueta munera accipiamus. Nam scito, non aliter fieri posse ut noster dux tibi et Romanorum rei publicæ sit amicus, quam si ea acceperit, quibus receptis contra Romanos arma non movere constituit. » Hæc Avarum legati disseruerunt, et modo se in hanc, modo in aliam partem vertebant : modo precibus agebant, modo minas ingerebant. Existimabant enim se imperatorem perterrefacturos, et ex eo coactum iri Romanos illis quasi tributarios esse. Verum imperator quum nihil aliud quam vanos clamores Avarum orationem esse existimaret, sic respondit : « Vos quidem humiles preces magna cum arrogantia in medium profertis et in spem adducimini, hac sermonis commistione facilius quod cupitis consequi. Sed ex utraque spe, ut verum aperte dicam, excidistis. Nam neque blandimentis me decipietis, neque minis terrebitis. Atque ego multo plura vobis tribuam, quam pater meus : etenim vos ad majores, quam par est, spiritus sublatos ad æquitatem et saniora consilia reducam. Qui enim hominum in exitium voluntarium ruentium turbatos affectus cohibet et obedientes rationi facit, beneficentior est eo, qui sumptus in delicias præbet, et amare videtur, sed minima captata occasione, eum quem beneficio affecit, statim perdit et tollit. Abite igitur, qui magni pretii rem a nobis obtinetis, quod vobis salvis licet vitam peragere, et pecuniarum loco, quas a Romanis accipere vultis, nostri timorem ad salutem vestram reportate. Neque enim nos unquam vestro egebimus auxilio, neque quicquam a nobis accipietis, nisi quantum nobis visum fuerit, idque tanquam mercedem servitutis, non pro tributo, ut vos falso existimatis. » Postquam imperator tantum sui terrorem legatis Avarum incussit, et cognoverunt ex his quæ dixerat, minime eum superbiam ipsorum toleraturum, neque quicquam eorum, quæ prius accipere consueverant, daturum, nec vero ipsos impune posthac incursiones in fines Romanos facturos, in magnam animi anxietatem inciderunt, et secum cogitarunt, quo tandem res casuræ essent et quis futurus esset earum exitus. Nec enim Byzantii, quandoquidem nihil proficere poterant, manendum diutius statuebant, neque re infecta discedere volebant. Tutius tamen visum illis est a Romanis discedere et ad suos se recipere. Sic illi imperatoris responsum admirati conjuncti cum suis in Francorum regionem abierunt.

Legatos Avarum jussos intrare Magister
ante fores sacras divinæ nuntiat Aulæ,
orantes sese vestigia sacra videre
clementis domini: quos voce et mente benigna
imperat acciri.

Reliqua Corippi narratio cum Menandri historia prorsus congruit. »

Ἐς τὴν τῶν Φράγγων χώραν] « Abares post mortem Clotharii in Thuringiam irruperunt, et cum Sigisberto bellum gessere, ut scribit Paulus in Hist. Longobardorum lib. 2, cap. 10, et Gregorius Turonensis lib. 4, quod notandum est contigisse anno primo Justini Junioris. Male ergo Hermannus Contractus anno 561 id refert quinquennio ante Justiniani mortem. » Valesius.

15. (565. Justini an. 1.)

Exc. De leg. Rom. p. 147—151 : Ὅτι Ἰουστῖνος ὁ ἀνεψιὸς Ἰουστινιανοῦ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ Ἰωάννην τὸν Κομεντίολον ἐς τὰ Περσῶν ἤθη ἔστειλε πρεσβευσόμενον. Παρενεγγύησε δέ οἱ ἐκ μὲν τοῦ ἐμφανοῦς ἀναχήρυξιν ποιήσασθαι τῆς αὐτοῦ ἐπὶ τὴν βασιλείαν ἀναγορεύσεως κατὰ τὸ εἰωθὸς Ῥωμαίοις τε καὶ Πέρσαις, ἐν ταὐτῷ δὲ, εἴγε καλέσοι καιρὸς, καὶ ἀμφὶ Σουανίας κινῆσαι λόγους. Ταύτην γὰρ οὔπω Χοσρόης ἀπεκατέστησε Ῥωμαίοις, καίτοι τῆς Λαζικῆς παραχωρήσας, ἧς ὑπήκοος οὖσα ἡ Σουανία ἐτύγχανεν. Ἀλλ' αἱ μὲν πεντηκοντούτιδες σπονδαὶ ἦσαν, ἃς ἔθετο Πέτρος ὁ τῶν περὶ βασιλέα καταλόγων ἡγεμών· τὰ δὲ περὶ Σουανίας ἐπ' ἀμφιβόλῳ ἦν. Ἰουστῖνος δὲ ὁ βασιλεὺς ἐνεκελεύσατο Ἰωάννην, ὡς, εἴγε βούλοιντο Πέρσαι καὶ ὧνιον ἀποδίδοσθαι τὴν χώραν, ἑτοιμότατα φῆσαι ἔχειν. Ἡ γὰρ Σουανία ἀξιόλογος μὲν οὐδαμῶς, ὅμως δὲ ἐπιτηδείως ἔχουσα θέσεως ἐς τὰ μάλιστα ὀνίνησι τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν τῷ μὴ δι' αὐτῆς ἐπιτιθεμένους Πέρσας τὰ τῶν Κόλχων ὅρια λυμαίνεσθαι. Ἰωάννης οὖν ἐκ Βυζαντίου ἄρας, καὶ ὡς τάχιστα τὴν πορείαν ἀνύσας, ἐν ταῖς κατὰ τὴν πάροδον πόλεσι τῶν ἀναγκαίων φροντίδα θέμενος πολλὴν, τοῦτο προειρημένον αὐτῷ ἐκ βασιλέως, ἀφίκετο εἰς τὸ Δάρας. Ἐνταῦθα τὸν κατὰ πόλιν ὀλκὸν τοῦ ὕδατος ἐπεσκεύασε καὶ ὑδροχοεῖα ἐπενόησε, καὶ μὲν οὖν ἄλλα ἄττα τῶν ἐν ἄστει ἀναγκαίων εἰργάσατο. Διήγαγε δὲ αὐτοῦ ἡμέρας δέκα τῷ τὴν (τοὺς conj. N.) ἐν τῇ Νισίβει τῇ πόλει πανηγυρίζειν τε καὶ ἄγειν ἑορτὴν, κἀκ τούτου τὴν πρεσβείαν μὴ ὑποδέξασθαι. Ὁ δὲ Ἰωάννης δεχθεὶς μετὰ τὴν ἑορτὴν τὴν Φουρδίγαν προσαγορευομένην, ὅ ἐστιν Ἑλληνιστὶ νεκυία, ἐκ τῶν ἐν τῇ Νισίβει ἀρχόντων ἐξεπέμφθη σὺν τῇ νομιζομένῃ τιμῇ πρεσβεύειν ἐς τὰ βασίλεια Περσῶν· καὶ ἅπαντα, ὧν ἕνεκα ἔσταλτο, ἐν δέοντι καταστησάμενος, ἐν τούτοις ὑπῆρχεν. Ὁ δὲ Χοσρόης ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν τῶν Σαρακηνῶν πέρι αὐτῷ ἐκίνησε λόγους. Τὰ γὰρ Σαρακηνικὰ φῦλα μυριάδες ταῦτα, καὶ τὸ πλεῖστον αὐτῶν ἐρημονόμοι εἰσὶ καὶ ἀδέσποτοι· καὶ [τὰ] μὲν οὖν τῆς Ῥωμαίων, ἔστιν ἃ καὶ τῆς Περσῶν ὑπήκοα πολιτείας. Οὕτω δὲ διακεχριμένων αὐτῶν, Ἰουστινιανὸς, μεγαλόφρων ἀνὴρ καὶ βασιλικώτατος, τοὺς μηδίζοντας Σαρακηνῶν δώροις ἐδεξιοῦτο κρατούσης εἰρήνης. Ὁ δὲ Ἰουστῖνος, ἐμβριθής τε ὢν καὶ βαρβάρων φρονήματι ἥκιστα ὑποχαλῶν, ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἐποιήσατο τοὺς ὅσοι ἐμήδιζον τῶν Σαρακηνῶν. Οἱ δὲ (πλεονεκτικώτατον γὰρ τὸ φῦλον) ἀποκοπὴν τοῦτο ἡγησάμενοι τῷ βασιλεῖ ἐνέκειντο Περσῶν μὴ περιιδεῖν αὐτοὺς αὐτῷ ἀναχειμένους. Τῷ τοι ἄρα καὶ Πέτρου ἐκεῖσε πρεσβευσα-

15.

Justinus minor, Justiniani nepos, illo tempore misit Joannem Comentiolum in Persiam, ut legatione fungeretur. Mandavit ei, ut ad speciem quidem pro more inter Romanos et Persas recepto nuntiaret, Justino imperium delatum: simul autem, si se offerret occasio, in sermonem de Suania incideret. Nondum enim eam juri Romanorum Chosroes cesserat, quamvis Suania ditioni Lazicæ subjecta esset, quæ ipsa Romanis tradita erat. Fœdera quidem, quæ in quinquagesimum annum Petrus, magister officiorum, pepigerat, observabantur: sed quoad Suaniam res adhuc in suspenso remanserant. Justinus vero imperator Joanni in mandatis dederat, si Persæ illam regionem vendere vellent, ut se paratum esse diceret. Erat Suania non ipsa quidem magni momenti aut pretii, sed situ valde commodo et apto, ut magnum adjumentum afferret ad arcendos Persas ab invadendis Colchorum finibus. Itaque Joannes Byzantio profectus, quum rebus urbium, per quas iter illi erat, ut ab imperatore præscriptum fuerat, multa cura et diligentia subvenisset, ad Daras pervenit. Illic aquæ ductum reficiendum curavit, et aquæ receptacula condidit, et alia quædam opera necessaria exstruxit. Ibi per decem dies est commoratus, tantisper dum Nisibi festum celebraretur et perageretur. Hæc causa erat, cur legatio admitti non poterat. Festo peracto, quod apud eos Furdigan dicitur, feralia diceres (*Menandrum errare suspicor. Certe Fardschane Persis Ptochodocheum significat.* Nieb.), exceptus Joannes a primoribus Nisibis cum solenni honore ad exsequendam legationem in regiam Persarum est dimissus. Is eo accessit, et omnibus, quorum causa missus fuit, rite peractis, responsum manebat. Chosroes autem quadam die sermonem movit de Saracenis. Gentes enim Saracenicæ innumeræ sunt, quarum maxima pars per deserta pascentes et sine domino vagantur, aliæ Romanorum, aliæ Persarum imperio parent. Ita divisæ quum essent, Justinianus, magni judicii vir, et qui magnum usum regiæ administrationis habebat, Saracenos, qui in Medorum partibus erant, per pacem donis prosecutus fuerat. Sed Justinus, vir gravis et constans neque quidquam barbarorum superbiæ cedens, Saracenos, qui Persis favebant, contemptui habuit, et nihili fecit. At illi (est enim gens avidissima) quum tanquam quod suum esset, sibi eripi existimarent, Persarum regem, ne se ad sua genua prostratos contemneret, supplices orarunt. Itaque Chosroes, quum Petrus apud eum legatum ageret, Romanos Saracenis debitum solvere æquum censebat. Deinde quum Joannes ad eum accessisset, iisdem verbis est usus. Saraceni enim asseverabant, se ob eam causam, ut quietem agerent, neque Romanorum terris infesti essent, eas pecu-

μένου, ὥσπερ τοῖς Σαρακηνοῖς ὑπευθύνους ὄντας Ῥωμαίους ἔλεγε δεῖν ὁ Χοσρόης ἀποδίδοσθαί σφισι τὸ χρέος. Εἶτα καὶ Ἰωάννου αὐτόσε ἀφικομένου τοῖς αὐτοῖς ἐχρήσατο ῥήμασι. Διισχυρίζοντο γάρ πως οἱ Σαρακηνοί, ὡς ὑπὲρ τοῦ εἰρήνην ἄγειν καὶ μὴ καταθέειν τὴν Ῥωμαίων τὰ τοιαῦτα ἐκομίζοντο χρήματα, ἐντεῦθέν τε ἐβιάζοντο τὴν τοῦ πράγματος φύσιν. Ὁ δὲ Ἰωάννης, ὡς ἑώρα σφᾶς οὐ κατὰ τὸ δέον τὸ ἐπίκλημα ποιουμένους, εἶπεν· « Εἰ μὲν ἕτερός τις, καὶ οὐχὶ Χοσρόης ὁ πάνυ, ξυνεπελαμβάνετο τοῖς ἀδίκως ἐπεγκαλοῦσι Σαρακηνοῖς, ἧττον ἂν ὑπῆρχε δεινόν. Τοσοῦτον δὲ βασιλέα Περσῶν, περὶ πλείστου ποιούμενον τὰ μὴ ἐναντία τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως, προσθήσω δὲ καὶ τὰ Ῥωμαίων ἀσπαζόμενον, συνηγοροῦντα τοῖς ἐθέλουσιν ἀδικεῖν θαυμάσαιμι λίαν καὶ ὑπερεκπλαγείην. Ὅμως δὲ βαθυμίᾳ τὸν νοῦν οὐκ ἐπιτρέψω, Ῥωμαῖος πεφυκώς, ἀναδιδάξω δὲ τὸ πᾶν, καίτοι τοῦ βασιλέως οὐ δεομένου διδασκαλίας, ἀλλ' ἐν εἰδόσι τῆς διηγήσεως προϊούσης. Ὁ γὰρ προεγνωκὼς ἤδη τὰ ὅσα τῷ δικαίῳ ξυνάδει, ταῦτα πάλιν ἀναδιδαχθεὶς ἐπιρρώσει τῷ ἀδεκάστῳ τὸ συνειδός. Πέτρος μὲν γὰρ ὁ πρὸ ἡμῶν πρεσβευτὴς, ὃς ἐναγχος παραγενόμενος ἐβεβαίωσε τὰ τῆς εἰρήνης, ἐμπειρίᾳ λόγων καὶ δεινότητι πειθοῦς καὶ τὰ περὶ τῶν νῦν ἐπιγκαλούντων Σαρακηνῶν, καὶ ἕτερα ὅσα διημφισβητήθη, οἷος ἐγένετο παραχρούσασθαι. Ἐγὼ δὲ ῥητορεύειν τε καὶ πείθειν ἠσκημένος οὐδαμῶς, ὅμως τῷ (πρὸς τῷ Nieb.) περιεῖναι τῇ δίκῃ τῶν Σαρακηνῶν ἔξω πρὸς ὑμῶν, τῷ (τὸ Nieb.) μὴ στέργειν ὑμᾶς ἀντὶ Ῥωμαίων Σαρακηνοὺς, καὶ ταῦτα τοὺς ἀδικωτάτους, καὶ ἀντὶ τοῦ συνοίσοντος τοῖς καθ' ἡμᾶς (ὑμᾶς Bekk.) πολιτεύμασι τὸ ἀξύμφορον. Οἱ καθ' ὑμᾶς γὰρ Σαρακηνοὶ (ὅταν δὲ λέγω Σαρακηνοὺς, ἀναλογίζεσθε, ὦ Μῆδοι, τὸ ἀλλόκοτόν τε καὶ παλίμβολον τοῦ ἔθνους), οὗτοι ὅῆτα οὖν πρὸς βασιλέως Ἰουστινιανοῦ δῶρα μὲν λαμβάνειν εἰώθεισαν, τὸ δὲ ἔθος τούτοις τῷ τοῦ παρέχοντος ἐβεβαιοῦτο βουλήματι. Ὑπερηδόμενος γὰρ τῇ εἰρήνῃ, καὶ οἷς οὐκ ἐχρῆν τὸ μεγαλόδωρον ἐπεδείκνυτο. Καὶ μᾶλλον ἐκαίνιζεν ἑκουσίως φιλανθρωπίας ὑπερβολῇ πρὸς τὸ μὴ ἀναγκαῖον τὰ πράγματα, ἥπερ ἀκουσίως, εἰ θέμις εἰπεῖν, ἐποιεῖτο τῶν ἀναγκαίων τὴν σύστασιν. Μαρτύριον δέ μοι σαφέστατον τοῦ δῶρα τοὺς Σαρακηνοὺς, καὶ οὐχ ὡς ὑπὲρ σπονδῶν, ὥς φασι, κομίζεσθαι τὰ τοιαῦτα χρήματα, καὶ αὐτοὺς ἀντιδωροφορεῖν τὸν καθ' ἡμᾶς βασιλέα. Καὶ πρὸς ταῦτα μὲν οἶμαι μηδ' ὁντινοῦν ἀντερεῖν. Εἰ δὲ καὶ δοίημεν, ὡς Ἰουστινιανὸς αὐτοὺς κατὰ ξυνθήκας ἐφιλοφρονεῖτο τοῖς χρήμασι, συνεμετρήθη τῷ βίῳ τοῦ δωρουμένου βασιλέως καὶ συνανεπαύσατο τούτου τῇ τελευτῇ τὸ δωρούμενον. Οὐ γὰρ ἑνὸς ἀνδρὸς ἔθει (φημὶ δὲ τὸ πλέον) καὶ νόμῳ μὴ λυσιτελοῦντι, καὶ εἰ πέφυκε βασιλεὺς ὁ τὸ ἔθος ἰσχυροποιήσας ἤγουν νομοθετήσας, πολιτεία καταδικασθήσεταί ποτε. Ἡμεῖς δὲ τοσοῦτον ἀπέχομεν τοῦ διδόναι τι τὸ λοιπὸν Σαρακηνοῖς, καθόσον Ἰουστινιανὸς μὲν καὶ πρὸς τοὺς βαρβάρους ἡπιώτατος, ὁ δὲ νῦν Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ πρὸς πάντας εἶναι βούλεται φοβερώτατος. Οὐ χρεὼν οὖν ταῦτα τοὺς Σαρακηνοὺς ὀνειροπολεῖν· οὐ γάρ τι τοιοῦτον ὁ καθ' ἡμᾶς βασιλεὺς ἕλοιτο ποιεῖν. Εὔκτὸν δὲ ὑμῖν γενήσεται τὸ τὴν εἰρήνην αὐτὸν ἐθέλειν ἐρρῶσθαι, καὶ μὴ οἴεσθαί γε αὐτὸν ἔλαττον ἔχειν Ῥωμαίους ἐν ταῖς ἤδη γεγενημέναις σπονδαῖς. Ταύτῃ γὰρ ἀνέξεται μὴ ὅπλα κινεῖν. » Οὔ-

---

nias accipere, et hac ratione in causa defendenda maxime nitebantur. Itaque Joannes, ut vidit Saracenos, præterquam quod fas erat, criminari et accusare Romanos, dixit: « Si quis alius quam Chosroes Saracenorum causam, qui Romanos injuste criminantur, tueretur, minus id quidem grave et molestum esset. Persarum vero tantum regem, qui quæ rerum naturæ consentanea sunt, plurimi facit, addam etiam, qui bene de Romanis rebus sentit, consentire his qui volunt injusta facere, simul et admirarer et quererer: sed animum non socordiæ dabo: Romanus enim sum: et docebo omnia; tametsi regem doceri minime necesse est, sed ad haud inscios narratio mea convertitur. Qui enim semel ea, quæ justitiæ et æquitati sunt consentanea, cognovit, si eadem iterum docetur, immutata veritate perspecta, conscientiam suam firmabit. Petro quidem, qui ante me legatus fuit et pacem stabilivit, facile fuit, quum eloquentia et persuadendi vi polleret, ea quæ nunc objiciuntur de Saracenis, et reliqua, quæcumque adhuc controversa erant, diluere et refutare. Ego vero, qui nunquam eloquentiæ et persuadendi arti operam dedi, tamen et causæ nostræ æquitate Saracenos vincam, et hoc saltem a vobis impetrabo, ut ne Romanis Saracenos, omnium mortalium injustissimos, neque vestræ utilitati manifesta incommoda præferatis. Qui enim apud vos sunt Saraceni (quum Saracenos dico, animo perpendite, o Medi, gentis perfidiam et inconstantiam), dona quidem ab imp. Justiniano accipere consueverant, sed hæc consuetudo liberalitate ejus, qui dabat, invaluit. Quum enim pace magnopere lætaretur, se liberalem erga eos quoque, quos non oportebat, exhibebat, et eo tempore liberalitatis modum sponte sua, quum minime opus erat, excedere maluit, quam ut invitus, si dicere fas est, necessitati rerum cederet. Sed manifestissimum argumentum ejus rei, quod pecunias non ex conventione, ut dicunt, sed dono acceperunt, illud est, quod illi vicissim imperatorem nostrum muneribus coluerunt. Neque quemquam istis contradicturum puto. Quodsi concederemus, imperatorem Justinianum ex conventione illis pecunias largitum, hæc conventio spatio vitæ ejus, qui pecunias solveret, esset terminata et circumscripta, et morte ejus donatio finem accepisset. Neque unius hominis consuetudine aut lege minime utili (dico autem ut plurimum), licet rex ipse sit, qui hanc consuetudinem aut legem constituerit, tota gens aut res publica teneri debet. Nos vero eo magis abest ut quicquam dono dare Saracenis velimus, quod quantum imperator Justinianus erga barbaros benignus et beneficus fuit, is, qui nunc Romanis imperat, tanto magis constituit se cunctis præbere formidandum. Itaque non oportet Saracenos hæc sibi somnia fingere. Nunquam enim imperator hæc facere sustinebit. Vobis autem optandum est ut pacem servare in animum suum inducat, neque existimet fœderum conventiones in aliqua re Romanorum majestatem lædere et minuere. Si enim id existima-

τις μὲν οὖν οὕτως ἔλεξε. Καὶ περὶ μὲν τῶν Σαρακηνῶν τὸ λοιπὸν οὐδεμία τις ἐφέρετο μνήμη. Ἐπιτηρήσας δὲ τῷ δοκεῖν οὐκ ἐργωδῶς ἀμφὶ Σουανίας ἀπέρριψε λόγους, ὡς δέον ὑπὸ Ῥωμαίους αὐτὴν καθεστάναι, εἴ γε καὶ Λαζικῆς ἐπελάβοντο ἐννομώτατα αὐτοί. Ὁ δὲ Περσῶν βασιλεὺς τοὺς περὶ Σουανίας μὲν λόγους ἔδοξε παραδέχεσθαι, χρῆναι δὲ αὐτὸν ἔφη περὶ ταύτης ἅμα τοῖς ἐν τέλει τῶν Μήδων βουλεύσασθαι. Μετὰ ταῦτα ὁ Ἰωάννης λόγους προσήγαγε τῷ Ζίχῳ τῷ καὶ Ἰεσδεγουσνάφ, καὶ μὲν οὖν ἑτέροις τισὶ τῶν παρὰ Πέρσαις ἡγεμόνων. Οἱ δὲ ἔλεξαν, ὡς ἑτοιμότατα ἔχοιεν Σουανίας παραχωρῆσαι Ῥωμαίοις, οὕτω μέντοι ἐφ' ᾧ χρήματα λήψεσθαι καὶ ὤνιον θέσθαι τὴν ἀπαλλαγήν. Καὶ πρός γε συνθήκας ἄλλας τινὰς δεῖν ἔφασκον γενέσθαι, αἰσχράς τε καὶ ἀναξίας τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, καὶ βεβαιούσας οὐδαμῶς τὴν περὶ βασιλέως Ἰουστίνου κρατήσασαν δόξαν, ὡς ἐστι μάλα ἐμβριθής τε καὶ κατηκριβωμένος. Ἰωάννης δὲ τὰ τοιάδε ἀκηκοὼς, καὶ οὐ σφόδρα τῆς τοῦ αὐτοκράτορος στοχαζόμενος γνώμης, ἀβουλότατα διεπράξατο· ἔστειλε γὰρ παρὰ Σουάνους, τὸν σφῶν βασιλέα βουλόμενος δεξιώσασθαι, δελεάσαντος οὖν αὐτὸν ἐς τοῦτο ἀτοπίας ἐλθεῖν αὐτοῦ Χοσρόου, ἐσκήπτετο δὲ τὸ τοιόνδε καὶ ἐμηχανᾶτο, ὅπως ἔσοιτό γε αὐτῷ ἐς δικαιολογίαν τινὰ, ὡς αὐτοὶ Σουάνοι, καίτοι προτραπέντες, οὐκ ἀνάσχετα ποιοῦνται Ῥωμαίοις ὑπακούειν. Ἐξηπίστατο γὰρ ὅτι οὖν ὤνησαν οἱ πρὸς Ἰωάννου σταλέντες. Μετὰ ταῦτα ἐπηγγείλατο Χοσρόης στέλλειν πρεσβευτὴν ὡς βασιλέα Ῥωμαίων, τὸν ταῦτα ἅπαντα ἐν δέοντι καταστησόμενον· καὶ ἀνέζευξεν Ἰωάννης ἐς τὸ Βυζάντιον.

16.

Ibidem p. 151 : Ὅτι Ἰουστῖνος ὁ βασιλεὺς ἐπεὶ ἐπύθετο, ὡς ἐν Σουανίᾳ εἴη πέμψας, καὶ ὅτι τοῖς Ῥωμαίων οὐ προσέθεντο Σουάνοι, ἐχαλέπαινεν, οἷα εἰκός. Καὶ παραπρεσβείας ἐκρίνετο Ἰωάννης, ἅτε οὐ πρὸς τὸ συνοῖσον τῇ πολιτείᾳ διαπραξάμενος. Οὐδὲ γὰρ χρῆναι αὐτὸν ἔφασκε στεῖλαι, εἴγε μὴ τοῦτο ἐνεκελεύσατο ὁ βασιλεὺς, κἀκ τούτου δοῦναι πρόφασιν Πέρσαις τὸ ἀδίκημα ξυσκιάζειν, καὶ προφέρειν λόγους, ὡς αὐτοὶ Σουάνοι ἀπηνήναντο τὰ Ῥωμαίων· ἀλλ' οὐδὲ ἐν ἀρχῇ τὴν τοιαύτην προσδέξασθαι πρόκλησιν, ἢ Σουάνους προτρέψασθαι εἶναι ὑπὸ Ῥωμαίους, ἢ τούτου γε ἕνεκα πρεσβευτὴν ἐν Βυζαντίῳ γενέσθαι. Οὐδέτερον γὰρ ἐξ ἀμφοῖν εὐπρεπὲς εἶναι τῇ πολιτείᾳ ἡγήσατο. Ἰωάννην οὖν περιφρονήσας ὁ αὐτοκράτωρ ἐν τῇ τῶν ἀνεπιτηδείων ἔταξε μοίρᾳ, ἐγνωμάτευσε δὲ ὅπως τὰ ἡμαρτημένα εὖ διαθείη.

17. (an. 566; Justini 2.)

Exc. De leg. gent. p. 103 — 106 : Ὅτι ἠγγέλθη Ἰουστίνῳ, ὡς ἐκ τῆς Περσῶν ἐπικρατείας ἐξώρμησεν ὁ Ζίχ, πρεσβευσόμενός τε καὶ διαλεχθησόμενος περὶ Σουάνων, ἐν ταὐτῷ καὶ φιλοφροσύνης ῥήματα ἀποκομίσων βασιλεῖ, ἔτι τε καὶ τὰ ἐφ' οἷς Ῥωμαῖοι προσεγκαλοῦσιν εὖ διαθησόμενος. Ὁ δὲ Ἰουστῖνος ἐν βουλῇ ἐποιεῖτο ἢ μὴ προσδέξασθαι τὴν πρεσβείαν, ἢ προσδεχόμενον εἰδέναι τὸν Ζίχ, ὡς τὰ κατὰ νοῦν αὐτῷ ἀνυσθήσεται οὐδαμῶς. Καὶ δὴ ξυγκροτηθείσης αὐτῷ ἐκκλησίας, δοκεῖ κατάδηλον γενέσθαι ἔτι δοσιποροῦντι

ret, ab armis inferendis non abstineret. » Atque hic ad hunc modum est locutus, neque deinceps ulla mentio de Saracenis est facta. Observato deinde tempore, ne de industria agere videretur, Suaniæ mentionem injecit; nimirum quum Lazica optimo jure restituta esset, oportere quoque ipsam Suaniam Romanorum potestati permitti. Visus est autem Persarum rex sermones de Suania excipere, et sibi amplius de ea re cum principibus Medorum deliberandum dixit. Nec multo post Joannes colloquium habuit cum Zicho, qui etiam Iesdegusnaph nominabatur, et reliquis Persarum primoribus. Illi quidem dixerunt, paratos se esse Romanis cedere Suaniam hac conditione, ut pretium ejus acciperent et ejus cessionem venderent, multasque alias conventiones in medium proponebant turpes et indignas Romani imperii majestate, et quæ minime existimationi, quam Justinus adeptus erat, consentiebant. Gravis enim et elati animi vir, et qui omnia diligenter perpenderet, habebatur. Quæ quum Joannes audiisset, neque satis ad ea, quæ imperator illi præceperat, advertisset, imprudenter fecit, et ad Suanos misit, qui regem eorum salutarent ejusque gratiam conciliarent. Eo absurditatis eum pellexerat Chosroes, qui callide hoc commentus ita instituit, ut haberet quod quasi jure suo diceret, Suanos ipsos quamvis rogatos Romanis parere recusasse. Noverat enim, quantum qui a Joanne missi fuerant, efficerent. Nec multo post Chosroes pollicitus est, se legatum ad Romanorum imperatorem missurum esse, qui hæc omnia componeret, et reversus est Joannes Byzantium.

16.

Justinus imperator ubi accepit, Joannem legatos in Suaniam misisse, Suanos autem se non imperio Romanorum subjecisse, graviter molesteque tulit, et Joannem legationis non ex utilitate rei publicæ gestæ condemnavit. Nec enim se inscio, aut non jubente, debuisse mittere et ex hoc occasionem Persis præbere, qua suam injustitiam tegerent, et palam prædicarent, Suanos ipsos Romanorum imperium detrectasse. Nec enim hanc ab imperio suscepisse provinciam, ut aut Suanis suaderet ut se Romanis subderent, aut hujus rei gratia Byzantium legatus veniret. Neutrum enim imperio Romano dignum esse existimabat. Itaque Joannem imperator a se abalienatum dimisit et eorum numero habuit, qui minime commodi suis rebus essent: tum excogitavit, qua ratione inconsulte facta in melius corrigeret.

17.

Justino nuntiatum est a Persarum imperio Zichum legatum ad se missum esse, qui de Suanis ageret, Persarumque erga imperatorem benevolentiam testificaretur, et ea, de quibus Romani quererentur, amice componeret. Justinus vero aut minime legationem admittere, aut, si admitteret, Zicho significare constituit, nequaquam rem optatum exitum habituram. Et accedente senatus auctoritate censuit, ut Joannes per litteras Zicho adhuc iter peragenti palam faceret, imperatorem in nullo eorum, quæ speraret, assensurum. Quo facto, Timotheo, ex numero eorum, qui jam

τῷ Ζίχ διὰ συλλαβῶν Ἰωάννου, ὡς τὸ παράπαν οὐδὲν τῶν ὀκνηθέντων προσεδέξατο ὁ βασιλεύς. Τούτου γενομένου, τὸ γράμμα ἐνεχειρίσθη Τιμοθέῳ τῶν ἅμα Ἰωάννῃ γενομένων ἑνὶ κατὰ δὴ τὴν Περσῶν πρὸ τοῦ. Καὶ οὖν Τιμοθέῳ ἐνεκελεύσατο βασιλεὺς ῥήματα μὲν δῆθεν τῆς ἐς Ῥωμαίους φιλίας ἀποκομίσαι βασιλεῖ τῶν Περσῶν, ὑπαντιάζοντι δὲ, ὥσπερ εἰκὸς, τῷ πρεσβευτῇ ἐπιδεῖξαι τὴν Ἰωάννου ἐπιστολήν, ὡς ἂν ἔσοιτο ἐξεπιστάμενος ὁ Ζίχ καὶ σαφέστατα προγινώσκων τὴν βασιλέως βουλήν. Τιμόθεος οὖν, τοῦτο ἐπιτετραμμένον αὐτῷ, παρεγένετο ἐν τοῖς ὁρίοις. Γνοὺς δὲ, ὡς οὔπω πάρεστιν ὁ Περσῶν πρεσβευτὴς, ἐπορεύετο ὅ γε αὐτίκα πρὸς Χοσρόην. Ξυμβὰν δὲ οὕτω, τοῦ Ζίχ δι' ἑτέρας ἀτραποῦ ἐς τὴν Νίσιβιν ἀφικομένου, ἐκεῖ τε διατρίψαντος τῷ διατεθῆναι τὸ σῶμα ἀῤῥώστως, ἐν τοσούτῳ Τιμόθεος πρὸς τοῦ Περσῶν βασιλέως ἀφεθεὶς, ἐπεὶ κατέλαβε τὸν Ζίχ ἐπανερχόμενος κατὰ δὴ τὴν Νίσιβιν ἔτι νοσώδη, τά τε γραφέντα οἱ πρὸς Ἰωάννου ἐνεχείρισεν *. Ὁ δὲ καταμαθὼν ὡς ἐς τοὐναντίον αὐτῷ τῶν ἐλπισθέντων ἡ ὁδὸς γίνεται καὶ ὡς οὐκ αἰσίως οἱ προβήσεται τὰ τῆς πρεσβείας, δυσθυμίᾳ περιπεσὼν καὶ τῇ νόσῳ κάτοχος ὢν κατέστρεψε τὸν βίον. Καὶ μὲν δὴ καὶ Ἰωάννην αὐτίκα συνέβη τεθνάναι. Μετὰ ταῦτα ἀγγέλλεται ἐν Βυζαντίῳ, ὡς ἕτερος ἥξει πρεσβευτὴς ὁ προσαγορευόμενος Μεβώδης. Οὗτος ἐς τὴν βασιλίδα ἐπορεύετο ἐξογκούμενος καὶ μάλα βρενθυόμενος, καὶ ἐλπίδα ἔχων, ὡς περὶ Σουανίας αὐτῷ κινηθήσονται λόγοι καὶ ὅτι Πέρσας ἀρέσκουσαι γενήσονται ξυνθῆκαι. Τοιαύτῃ διανοίᾳ ἐπηρμένος ἐν Βυζαντίῳ ἦει, αὐθαδέστερον ἢ κατὰ πρεσβευτὴν θέμενος τοῖς κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν. Παραγενομένου δέ (βασιλεὺς γὰρ ἤδη ἐπέπυστο Μεβώδου τῆς ἀλαζονείας πέρι, καὶ ὁποῖα ἄττα ἐλπίζων τὴν ἄφιξιν ἐποιήσατο), τὰς μὲν ἐκ βασιλέως Περσῶν ἔδοξε δέχεσθαι προσρήσεις κατὰ τὸν εἰωθότα θεσμὸν, περιεῤῥόνησε δὲ ὅμως τὸν Μεβώδη καὶ ἀπεφλαύριζε μηδὲ τὴν οἱανοῦν συνουσίαν ὡς αὐτὸν ποιούμενος. Ὡς δὲ ἐς τοὐναντίον ἦπερ ἐβούλετο τὰ τῆς πρεσβείας οἱ ἐχώρει, καὶ τὸ παράπαν οὐδὲν αὐτῷ ἔλεξε περὶ Σουανίας ὁ βασιλεὺς, ἔπειτα ἐξελιπάρει ὁ Μεβώδης τοὺς ἅμα οἱ Σαρακηνοὺς ἐς λόγους ἰέναι τῷ αὐτοκράτορι. Εἵποντο γὰρ ἀμφὶ τοὺς τεσσαράκοντα οἰκείῳ τινὶ πρεσβευτῇ τεταγμένοι. Ὁ γὰρ τῶν Σαρακηνῶν φύλαρχος Ἄμβρος ἐκπέμψας ὑπῆρχε καὶ ὅ γε ξὺν τῷ Μεβώδῃ πρεσβείαν διαλεχθησομένους περὶ ὧν χρημάτων πρὸς Ἰουστινιανοῦ ἐκομίζοντο. Μεβώδης οὖν τοῦ σκοποῦ τοῦ περὶ Σουανίας ἁμαρτὼν, ὡς ἂν μὴ πάντῃ ἄπρακτος ἀναχωρήσοι, ἐπιμελέστατά πως ἠντιβόλει τῆς ὡς βασιλία τυχεῖν εἰσόδου τοὺς Σαρακηνούς. Καὶ τοίνυν ὑπολαβὼν ὁ αὐτοκράτωρ, « Τί γὰρ δῆτα, » ἔφη, « βούλονται οἱ καθ' ὑμᾶς Σαρακηνοί; » Ὡς δὲ ἐγκείμενον ἑώρα, κατένευσε μόνῳ εἰσιέναι τῷ ἐκείνων πρεσβευτῇ. Ἠπίστατο γὰρ, ὡς ἀπαυθαδιαζόμενος οὐκ ἂν ἕλοιτο ἄνευ τῶν ἑπομένων ὡς βασιλέα φοιτῆσαι, ἀλλ' ὥσπερ ἡνίκα παρὰ Ἰουστινιανὸν ξὺν ἅπασι τοῖς ἅμα αὐτοῖς τῶν Σαρακηνῶν οἱ πρέσβεις ἐγίνοντο, καὶ τὸν οὕτω βούλεσθαι τὸ σύνηθες διασώζοντα ποιήσειν. Ἐντεῦθέν τε εὐπρόσωπον ᾤετο ἕξειν αἰτίαν, ὡς αὐτὸς μὲν τὰ ἁρμόδια βασιλεῖ διεπράξατο, ὁ δὲ Σαρακηνὸς ἥκιστα ἔγνω τὰ δέοντα· εἶτα κατὰ δὴ τοῦ βαρβάρου ἀντιστραφήσεται τὸ ἐπίκλημα. Καὶ οὐκ (ἂν) ἄλλως

---

antea cum Joanne in Perside fuerant, literæ traditæ sunt. Jusserat imperator Timotheo, ut regi Persarum ob significationem in se benevolentiæ gratias ageret, literas vero Joannis legato, quem obvium in itinere, sicut itineris ratio ferebat, habiturus esset, traderet, ut Zichus exploratam perspectamque imperatoris voluntatem haberet. Hæc ubi Timotheo sunt imperata, ad limites contendit. Illic quum cognovisset nondum advenisse Persarum legatum, confestim ad Chosroem est profectus. Forte enim contigerat ut Zichus alia via Nisibim diverteret, ibique valetudinis causa detineretur. Interea Timotheus a Persarum rege dimissus rediens Nisibi Zichum adhuc ægrotantem assecutus, ei Joannis literas tradidit. Is quum intellexisset, iter suum haud prospere cedere, neque ex voto legationem peractum iri, animo cecidit, et ex morbo, quo detinebatur, vitam morte commutavit. Nec multo post Joannes quoque mortuus est. Post hæc Byzantium nuntiatur, advenire alium legatum, Mebodem nomine. Is vana confidentia inflatus in regiam pervenit magnam spem habens, sermonem motum iri de Suania, seque fœdus ex Persarum sententia facturum. Hac cogitatione elatus, dum Byzantium iter habet, arrogantius, quam legatum decebat, erga omnes, quibuscum convenit, se gessit. Ut venit, imperator, qui hominis arrogantiam et importunitatem, et quorum obtinendorum spe iter instituisset, jam didicerat, gratulationes a Persarum rege benigne, ut mos erat, excepit. Sed Mebodem imperator contemptui habuit, neque illi ullum familiaritatis signum exhibuit. Sic illi præter spem legatio cessit, neque ullum omnino verbum imperator de Suania fecit. Deinde Mebodes magnopere petiit, ut Saracenis, qui cum eo erant, imperatorem adeundi potestas esset. Erant enim in ejus comitatu circiter quadraginta proprio legato parentes. Miserat scilicet cum Mebode Ambrus, Saracenorum phylarchus, et ipse legatos, qui de pecuniis, quas a Justiniano impetraverant, agerent. Itaque quum Mebodes, quantum ad Suaniam attinebat, spe sua excidisset, ne nulla re obtenta discederet, cura omni contendit, ut Saracenorum legati aditum ad imperatorem nanciscerentur. De ea re quum Mebodis orationem imperator excepisset, « Quid nobis volunt, inquit, Saraceni? » ut instantem vidit, concessit eorum legato, ut solus ad se accederet. Neque enim legatum, qui superbior erat, toleraturum existimabat, ut remotis comitibus in imperatoris conspectum veniret; sed quemadmodum quondam imperatorem Justinianum eorum legati cum omnibus comitibus suis adiissent, hunc quoque pertinacius in eo perstiturum esse, ut mos solitus observaretur. Qua in re imperator se optimi juris speciem præ se laturum esse speravit, quod ipse quæ imperatorem decerent, fecisset, Saracenus autem minime, quæ fieri oportuissent, intellexisset: se igitur omnem culpam in barbarum conjecturum. Neque aliter res cecidit quam suspicatus fuerat imperator. Etenim Saracenus haud decorum sibi esse existimans, so-

ἀπέβη, ἢ βασιλεὺς ἐστοχάσατο. Ὁ γὰρ δὴ Σαρακηνὸς ἀπρεπὲς εἶναι τὸ παρεῖναί οἱ μόνῳ ὡς βασιλέα ὑποτοπήσας, καὶ τὸ κρατῆσαν ὅπῃθεν καταλύειν οὐχ αἱρετέον αὐτῷ, ἀπηνήνατο τὴν ἐς βασιλέα πάροδον. Τότε ὁ βασιλεὺς τὸν μὲν Σαρακηνὸν τελεώτατα περιεφρόνησεν, ὁ δὲ ἐς τὸν Μεβώδη παρήγαγε τὰς αἰτίας. Ὁ δὲ τῶν Περσῶν πρεσβευτὴς, « Ὦ δέσποτα, » ἔλεξεν, « οὐ πάρειμι συνεπαμύνων, εἴγε ὁ Σαρακηνὸς ἐπλημμέλησέ τι, ἄλλως δὲ ἀκουσόμενος, ὅπως, εἰ μὲν ἁρμόδια τῷ δικαίῳ λέγοι, μὴ περιόψομαι, εἰ δέ γε ἐς τοὐναντίον ὀφθήσεται ἀδίκως ἐπεγκαλῶν, αὐτὸς ἐγὼ καταδιαιτήσω τοῦ Σαρακηνοῦ. » Ὁ βασιλεὺς ἐπιτωθάζων· « Ἦκεις, ὡς ἔοικεν, οὐχὶ πρεσβευσόμενος, ἀλλὰ δικάσων. » Ὁ Μεβώδης αὐτίκα ὅ γε τῷ πληκτικῷ τοῦ λόγου συγχέας τὸ πρόσωπον ἐφοινίττετο. Τοιγαροῦν παραχρῆμα τὸν αὐτοκράτορα προσειπὼν ἥπερ θέμις, οὕτως ἀνεχώρησεν. Ὀλίγαις δὲ ὕστερον ἡμέραις αὖθις ἐς τὰ βασίλεια παρελθὼν παρητεῖτο λιπαρῶς περὶ τῆς τῶν Σαρακηνῶν εἰσόδου. Τοῦ δὲ βασιλέως ἀνανεύοντος, οὐχ ὅσιον ἔφασκεν εἶναι μὴ τὰ ὅσα ἐπετέλει πρὸ τοῦ παρὰ Ῥωμαίους πρεσβευόμενος ὁ Ζίχ, καὶ ἐμὲ αὖθις ἐπιτελεῖν. « Οἱ γὰρ καθ' ἡμᾶς Σαρακηνοὶ ἅμα αὐτῷ παρὰ βασιλέα ἐγίνοντο. Δεῖ οὖν καὶ ἐμὲ τῶν ἴσων ἐκείνῳ ἀπολαύειν, ὡς ἂν μὴ ὥσπερ λελωβημέναι ὦσιν αἱ μεταξὺ Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν συνθῆκαι. » Ὁ βασιλεὺς πρὸς ταῦτα ὀργίλως ἔχων· « Τί οὖν, εἰ καὶ πεφώραται ὁ Ζίχ ἐπὶ μοιχείᾳ καὶ ἑτέρῳ ὅτῳ πλημμελήματι τῶν ἀνηκέστων ἁλούς, καὶ σοὶ κατ' ἴχνος ἐκείνῳ ἰτέα; ἢ οὐ ξυναισθάνῃ βασιλεῖ Ῥωμαίων καὶ Ἰουστίνῳ διαλεγόμενος; » Τότε κατορρωδήσας ὁ Μεβώδης, περιδεής τε γενόμενος, πρηνὴς ἔκειτο ἐπ' ἐδάφους, πρός ἄρνησίν τε καταφεύγων καὶ ἀναινόμενος εἰρῆσθαί οἱ τὰ τοιάδε. Τοιαύτῃ ἀπολογίᾳ χρωμένου, ὁ αὐτοκράτωρ ἔδοξεν ὑπάγεσθαι τῇ πειθοῖ, ἔλεξέ τε· « Ἔοικεν οὖν ὁ ἑρμηνεὺς ἡμῖν ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων φράσαι. Εἰ τοίνυν οὐδὲν λέλεκταί σοι παρὰ τὸ προσῆκον, ἴσθι τὸ ἐπίκλημα ἀπονιψάμενος. » Οὕτως ὁ βασιλεὺς ἑκόντι ἀποπροσποιησάμενος τὰ λεχθέντα πρὸς αὐτοῦ εἰδέναι, τῶν εἰρημένων τὴν ἄγνοιαν ὑπεκρίνετο, καὶ ἐς τὸ ἠπιώτερον μετηνέχθη, ὡς ἂν μὴ θρασύτερός τε καὶ κατὰ τὸ μᾶλλον ὑψαγόρας ἔσοιτο ὁ Μεβώδης τῷ ἐς ἔννοιαν ἔχειν συνειδέναι τὸν αὐτοκράτορα τῇ τῶν ῥημάτων τραχύτητι. Οὕτω δὴ οὖν τοῦ βασιλέως παραχρουσαμένου τὴν ὑπόνοιαν, « Οἰμωζέτω, » ἦ δὲ ὁ Μεβώδης, » καὶ τὰ Σαρακηνικὰ φῦλα ἅπαντα καὶ Ἄμβρος αὐτὸς καὶ ἡ πρεσβεία ἡ κατ' αὐτούς· ἐμοὶ γὰρ σιγὴ ἔσοιτο ἑκατί τε αὐτῶν, οὐδ' εἰποιμί τι λοιπόν. » Τούτων οὕτω κεκινημένων, πλεῖστα μὲν καὶ ἄλλα ὁ βασιλεὺς τὸν Σαρακηνὸν εἶπε κακῶς, καὶ ὡς μεταβολεύς τε καὶ παλιγκάπηλος ἥκοι. Πρὸς τοῖς δ' ἔφασκεν, ὡς οὐχ οἷός τε πέφυκε λήσειν, ὅτου ἕνεκα βασιλεῖ ἐντευξόμενος ἀφίκετο. « Φησὶ γάρ, ὡς ἐθέλοι τὰ συνήθη χρήματα κομίσασθαι πρὸς ἡμῶν, ἀνθ' ὧν οἶμαι κομιεῖται ξυμφορὰς ὁ κατάρατός τε καὶ ἀπολούμενος. Γελοιῶδες γὰρ, εἰ Σαρακηνῶν ἔθνει, καὶ ταῦτα νομάδων, Ῥωμαῖοί γε ὄντες τεταξόμεθα ἐς φόρων ἀπαγωγήν. » Ὁ Μεβώδης, « Εἶεν, » ἔφη, » ὦ δέσποτα· εἰ καὶ ἄπρακτον, ὅμως ἀπόπεμψον αὐτόν. » Ὁ βασιλεύς· » Καὶ εἰ μὴ παρεγένετο, ὅσον τό γε ἐφ' ἡμῖν, ἀλλ' οὖν ἀπίτω. » « Καὶ ἐμὲ ξὺν αὐτῷ κέλευσον, » ἦ δὲ ὁ Μεβώδης. Εἰς τέλος ἐλθούσης

---

lum sine ullo comitatu ad imperatorem accedere, neque a more, qui jamdudum obtinuerat, sibi recedendum esse ratus, imperatoris aditum renuit. Tunc imperator valde despexit Saracenum; de qua re quum apud Mebodem questus esset, Persarum legatus imperatori dixit: « Ego quidem, domine, adsum, haud defensionem suscepturus Saraceni, si in aliquo deliquerit, sed rem cogniturus, ut, si verum ad me detulerit, causam ejus non deseram; sin injuria accusasse apparebit, ego ipsum condemnem. » Cui imperator mordens: « Venisti igitur non legationis munus obiturus, sed judicis officio functurus. » At Mebodes acerba et mordaci imperatoris responsione confusus erubuit vultu, atque confestim imperatore, sicut fas erat, salutato, recessit. Paucis post diebus iterum Mebodes imperatorem adiit, et suppliciter postulavit, Saracenum ad eum introduci, et imperatore abnuente, minime justum esse, dixit Mebodes, sibi non eadem perficere licere, quæ Zichus ante se legatus perfecisset. « Nam nostra memoria, inquit, Saraceni ad imperatorem una cum ipso accesserunt. Itaque oportet me iisdem frui, quibus illo, ne in aliquo inter Romanos et Persas induciæ sint quodammodo violatæ. » Ad quæ imperator iracundia percitus: « Si igitur Zichus in adulterio aut aliquo alio gravi crimine deprehensus esset, tu illius vestigiis tibi insistendum putares? Annon sentis, te cum Romanorum imperatore et Justino sermonem habere?» Tum consternatus Mebodes præ pavore pronus in terram se ad ejus pedes prostravit et ad mendacia confugiens negavit, a se talia prolata fuisse. Qua excusatione quum uteretur, imperator fidem habere videbatur, et dixit: « Videtur igitur interpres nobis alia pro aliis suggessisse. Itaque si nihil a te dictum est ab officio et decoro alienum, scito te crimen purgasse. » Ad hunc modum imperator sponte ea quæ dicta fuerant, quum eorum ignorationem simularet, dissimulatione transegit, et ad animi æquitatem est delapsus, ne forte Mebodes in posterum fieret audacior aut verbis elatior, quum recordaretur, imperatorem sermonis ejus impudentiam animadvertisse. Itaque quum sic imperator quod sensit, repressisset, Mebodes exclamavit: « Abeant in malam rem et Saracenicæ gentes omnes et Ambrus ipse et legatio eorum: mihi vero de ipsis silentium sit neque quidquam in posterum dicam. » Quæ quum dixisset, imperator quoque maledicta in Saracenum conjecit, eumque institorem et cauponem appellavit. Ad hæc dixit, se silentio præterire non posse, qua de causa imperatoris congressum tantopere concupisset. « Scilicet dicit se a nobis solitas pecunias accipere velle, pro quibus calamitates, opinor, scelestus et improbus feret. Ridiculum enim esset, si nos Romani tributum Saracenicis gentibus iisque nomadibus penderemus. » Tum Mebodes, « Esto, inquit, o domine; at tu illum, licet re infecta, dimitte. » Et imperator, « Quamvis melius non venisset, quantum in me est, abeat tamen. » « Et me quoque jube, inquit Mebodes, cum

τῆς πρεσβείας ἐν τούτοις, τόν τε Περσῶν πρεσβευτὴν καὶ τοὺς Σαρακηνοὺς ὁ βασιλεὺς ἅμα ἀφῆκεν ἐς τὰ πάτρια ἤθη ἀπονοστήσοντας. Οὕτω δὲ ἀπεσιγήθη ἅπαντα τῇ τοῦ αὐτοκράτορος νουνεχείᾳ τὰ ὅσα Ἰωάννης ἐπὶ τῇ πρεσβείᾳ διεπράξατο οὐ κατὰ τὸ προσῆκον. Ὡς δὲ οἱ Σαρακηνοὶ ἔνδον τῆς ἑαυτῶν ἐγένοντο, ἀπήγγειλάν τε τῷ Ἄμβρῳ τὴν τοῦ βασιλέως βουλὴν περὶ τοὺς μηδίζοντας τῶν Σαρακηνῶν, τότε ὁ Ἄμβρος Καμβώσῃ (Καβώσῃ mgo) τῷ ἀδελφῷ, ὃς Ἀλαμουνδάρῳ τῷ τῶν ὑπὸ Ῥωμαίους Σαρακηνῶν ἡγουμένῳ ἀντικαθιστάμενος ἦν, σημαίνει καταδραμεῖν τὴν Ἀλαμουνδάρου γῆν. Ἥδε δὲ ἡ γῆ ὑπὸ Ἀραβίαν τελεῖ.

18. (568. Justini an. 4.)

Ibidem p. 106 — 108 : Ὅτι ἀρχομένου τοῦ τετάρτου ἔτους τῆς Ἰουστίνου βασιλείας πρεσβεία τῶν Τούρκων ἀφίκετο ἐν Βυζαντίῳ. Ὡς γὰρ τὰ τῶν Τούρκων ἐπὶ μέγα ἦρθη, οἱ Σογδαῖται οἱ πρὸ τοῦ μὲν Ἐφθαλιτῶν, τηνικαῦτα δὲ Τούρκων κατήκοοι, τοῦ σφῶν βασιλέως ἐδέοντο πρεσβείαν στεῖλαι ὡς Πέρσας, ὡς ἂν ἐκεῖσε ἀπιόντες οἱ Σογδαῖται ὤνιον παράσχοιντο τὴν μέταξαν τοῖς Μήδοις. Καὶ οὖν πείθεται ὁ Διζάβουλος, ἀφίησί τε πρεσβευσομένους Σογδαίτας. Ἐξηγεῖται δὲ τῆς πρεσβείας Μανιάχ. Ἀφικόμενοι δὴ οὖν παρὰ βασιλέα Περσῶν ἐδέοντο τῆς μετάξης πέρι, ὅπως ἄνευ τινὸς κωλύμης αὐτοῖς προέλθοι ἐπ' αὐτῇ τὰ τῆς ἐμπορίας. Ὁ δὲ Περσῶν βασιλεὺς (οὐδαμῶς γὰρ αὐτῷ ἤρεσκε τὰ τοιάδε, ὡς ἂν μὴ ἐνθένδε ἄδεια ἔσοιτο Τούρκοις τοῖς Περσῶν ἐμβατεύειν ὁρίοις) ἀνεβάλετο ἐς τὸ αὔριον. Καὶ μὲν οὖν αὖθις ἀναβολῇ ἐχρῆτο πάλιν ἑτέρᾳ. Ὡς δὲ ἄλλοτε ἄλλως τὸ παρὸν ἀπεκρούετο, τῶν Σογδαϊτῶν ἐκλιπαρούντων τε καὶ ἐγκειμένων, τότε Χοσρόης ἐκκλησιάσας ἀνελογίζετο. Καὶ οὖν ὁ Κάτουλφος ἐκεῖνος ὁ Ἐφθαλίτης, ὃς διὰ τὴν ἐκ τοῦ κατ' αὐτὸν βασιλέως γεγενημένην βιαίαν μίξιν τῇ γυναικὶ προῦδωκε τὸ ὁμόφυλον τοῖς Τούρκοις, οὗτος γοῦν (μετανάστης γὰρ ἐν τῷ μεταξὺ ἐγεγόνει τοῦ χρόνου καὶ ἐμηδίζεν ἤδη) παρῄνεσε βασιλεῖ τῶν Περσῶν τὴν μέταξαν οὐδαμῶς ἀποπέμψασθαι, ἀλλὰ γὰρ καὶ ὠνήσασθαι καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτῆς μὲν καταθέσθαι τιμήματα, θεωμένων δὲ αὐτῶν τῶν πρέσβεων ταύτην ἀφανίσαι πυρί, ὡς ἂν μήτε ἀδικεῖν δόξῃ, μήτε μὴν βούλεσθαι χρῆσθαι τῇ ἐκ Τούρκων μετάξῃ. Καὶ ἡ μὲν μέταξα ἐπυρπολήθη· αὐτοὶ δὲ ἐς τὰ πάτρια ἤθη ἀνεχώρησαν, τῷ γεγενημένῳ ἥκιστα χαίροντες. Ἐπειδὴ δὲ τῷ Διζαβούλῳ τὰ ξυγκυρήσαντα ἔφρασαν, αὐτίκα ὅ γε καὶ ἑτέρᾳ πρεσβείᾳ ἐχρῆτο ὡς Πέρσας, φιλοποιήσασθαι τὴν κατὰ σφᾶς πολιτείαν βουλόμενος. Ἐπεὶ δὲ ἡ Τούρκων πρεσβεία αὖθις ἀφῖκτο, ὁ βασιλεὺς ἅμα τοῖς ἐν τέλει Περσῶν καὶ τῷ Κατούλφῳ ἐγνωμάτευε, πάντῃ ἀξύμφορον εἶναι Πέρσαις φιλίαν θέσθαι ὡς Τούρκους· τὸ γὰρ Σκυθικὸν εἶναι παλίμβολον. Ταύτῃ τοι καὶ παρενεγύησε δηλητηρίῳ φαρμάκῳ ἑνίους διαφθαρῆναι τῶν πρέσβεων, ὅπως ἀπείποιεν τῆς ἐκεῖσε μετέπειτα παρουσίας. Καὶ δὴ οἱ πλεῖστοι τῶν πρεσβευσαμένων Τούρκων τῇ περὶ τὴν ἐδωδὴν μίξει τῶν ἀναιρετικῶν φαρμάκων αὐτοῦ που τὸν βίον κατέλυσαν, πλὴν τριῶν ἢ τεσσάρων. Θροῦς δὲ ἐφοίτησε Πέρσαις, ὡς διώλοντο τῷ πνιγηρῷ τῶν Περσῶν αὐχμῷ τῶν Τούρκων οἱ πρέσβεις, ἅτε τῆς αὐτῶν χώρας θαμὰ νιφετῷ παλυνομένης, καὶ ἀδύνατον ὂν αὐτοῖς ἄνευ κρυμώδους καταστήματος βιοτεύειν. Ταύτῃ τοι καὶ ἄλλως ὑποτοπήσαντες, οἵ γε τὴν ἐπιβουλὴν διέφυγον, οὕτω ξυμβὰν εἰς τὴν πατρῴαν ἐπανελθόντες τὰ ἄπερ οἱ Πέρσαι καὶ οἱ διεψιθύρισαν ταῦτα.

---

ipso abire.» In his finivit legatio. Itaque Persarum legatum et Saracenos ad sua redituros imperator dimisit. Atque ita imperatoris prudentia pacata sunt et emendata omnia, quæ Joannes in sua legatione perperam egerat. Ut vero Saraceni domum reverterunt, consilium imperatoris de Saracenis, qui Medorum partibus adhærebant, Ambro retulerunt. Tunc Ambrus Camboso fratri, qui Alamanduro, Saracenorum partes Romanas foventium duci, erat oppositus, mandavit, ut Alamanduri terram, quæ Arabiæ contermina erat, excursionibus vexaret.

18.

Initio quarti anni imperii Justini legatio Turcorum Byzantium accessit. Ut enim Turci opibus et potentia creverunt, Sogdaitæ, qui prius quidem Ephthalitarum, tunc vero Turcorum subditi erant, a rege suo precibus contenderunt, ut legationem ad Persas mitteret, quo Sogdaitis eo proficiscentibus sericum venum exponere apud Medos liceret. Dizabulus eorum precibus obtemperans permisit Sogdaitis legationem mittere, cujus princeps fuit Maniach. Profecti igitur ad Persarum regem precati sunt, ut liberum illis esset sine ullo impedimento apud ipsos serici commercium. At Persarum rex, cui minime hoc gratum erat, ne impune illis esset Persarum fines ingredi, responsum distulit in crastinum, deinde alia atque alia dilatione iterum usus est. Quum diem ex die traxisset, et obnixe Sogdaitæ peterent et urgerent, Chosroes, consilio convocato, deliberavit. Catulfus autem ille Ephthalites, qui propter stuprum a rege uxori suæ per vim illatum gentem Turcis prodiderat et deinde ad Medorum partes transierat, hortatus est Persarum regem, sericum minime prætermitteret, sed empto eo, pretium traderet; tum autem ante oculos legatorum illud in ignem injiceret, ne injuste agere, neve Turcorum serico uti velle videretur. Et sericum quidem igni crematum est, legati vero haud læti ad proprias sedes remearunt. Deinde quum Dizabulo, quæ decreta fuerant, renuntiassent, is confestim alia legatione ad Persas usus est, qua rei publicæ suæ eos conciliare studebat. Ubi vero iterum legatio a Turcis advenit, Persarum rex una cum primoribus Persarum et Catulfo censuit, minime e re Persarum esse, amicitiam jungere cum Turcis. Omne enim Scythicum genus perfidum et mutabile. Quin etiam jussit, veneficio tolli nonnullos legatorum, ut in posterum aversarentur ad suas regiones accessum. Sic evenit ut fere omnes legati, exceptis tribus aut quattuor, mixto cibis letali veneno, sint peremti. Rumor ex eo inter Persas dissipatus est, Turcorum legatos nimis calido et sicco terræ Persidis situ periisse, quia, quum Turcorum regio crebris nivibus contecta sit, non nisi in frigida aeris temperie vivere possent. Quin

Ὅμως ὁ Διζάβουλος (ἀγχίνους γάρ τις καὶ δεινός) οὐκ ἠγνόησε τὸ πραχθὲν, ᾠήθη δὲ, ὅπερ καὶ ἦν, ὡς ἐδολοφονήθησαν οἱ πρέσβεις. Ἔνθεν τοιγαροῦν ἡ δυσμένεια ἤρξατο Περσῶν τε καὶ Τούρκων. Καὶ λαβόμενος ὁ Μανιάχ, ὃς τῶν Σογδαϊτῶν προεστήκει, τοιοῦδε καιροῦ ξυμβουλεύει τῷ Διζαβούλῳ, ἄμεινον εἶναι Τούρκοις ἀσπάσασθαι τὰ Ῥωμαίων, καὶ παρ' αὐτοὺς ὠνιον ἀποκομίζειν τὴν μέταξαν, ὥς γε καὶ κατὰ τὸ πλέον τῶν ἄλλων ἀνθρώπων χρωμένους. Ἑτοιμότατα δὲ ἔχειν ἔφη ὁ Μανιάχ καὶ αὐτὸς συναπαίρειν τοῖς πρέσβεσι τῶν Τούρκων· καὶ ὡς ταύτῃ φίλοι ἔσονται Ῥωμαῖοί τε καὶ Τοῦρκοι. Τούτοις δήπου κατανεύσας τοῖς ῥήμασιν ὁ Διζάβουλος ἐκπέμπει αὐτόν τε καὶ ἑτέρους τινὰς ὡς βασιλέα Ῥωμαίων πρεσβευσομένους, προσρήσεις τε ἀποκομιοῦντας καὶ δῶρα μετάξης, οὐκ ὀλίγον τι χρῆμα, καὶ συλλαβάς τινας. Τοιάσδε τινὰς ἐπιστολὰς ἐπιφερόμενος ὁ Μανιάχ ἀπήρξατο τῆς ὁδοιπορίας. Καὶ δὴ ἐς τὰ μάλιστα πολλὴν διανύσας ἀτραπὸν, χώρους τε διελθὼν ἐσάτι πλείστους, ὄρη τε μέγιστα καὶ ἀγχινεφῆ καὶ πεδία καὶ νάπας, λίμνας τε καὶ ποταμοὺς, εἶτα τὸν Καύκασον αὐτὸν τὸ ὄρος ὑπερελθὼν, τὸ τελευταῖον ἀφίκετο ἐς Βυζάντιον. Καὶ τοίνυν εἰς τὰ βασίλεια παρελθὼν καὶ παρὰ βασιλέα γενόμενος ἅπαντα ἔπραξε τὰ ὅσα ἕπεται τῷ τῆς φιλίας θεσμῷ, τό τε γράμμα καὶ τὰ δῶρα ἐνεχείρισε τοῖς ἐς τοῦτο ἀνειμένοις, καὶ ἐδεῖτο μὴ ἀνονήτους αὐτῷ γενέσθαι τοὺς τῆς ὁδοιπορίας ἱδρῶτας. Ἀτὰρ ὁ βασιλεὺς ἀναλεξάμενος διὰ τῶν ἑρμηνέων τὸ γράμμα τὸ Σκυθικὸν ἀσμενέστατα προσήκατο τὴν πρεσβείαν. Τοιγαροῦν ἤρετο τοὺς πρέσβεις περὶ τῆς τῶν Τούρκων ἡγεμονίας τε καὶ χώρας. Οἱ δέ γε ἔφασαν τέτταρας αὐτοῖς εἶναι ἡγεμονίας· τὸ δέ γε κράτος τοῦ ξύμπαντος ἔθνους ἀνεῖσθαι μόνῳ τῷ Διζαβούλῳ. Πρός γε ἔλεξαν, ὡς παρεστήσαντο καὶ Ἐφθαλίτας μέχρι καὶ ἐς φόρου ἀπαγωγήν. « Πᾶσαν οὖν, » ἔφη ὁ αὐτοκράτωρ, « τὴν τῶν Ἐφθαλιτῶν ἐκποιήσασθαι (ἰδιοποιήσασθε vel ὠκειώσασθε Bekk.) δύναμιν. » « Πάνυ μὲν οὖν, » ἔλεξαν οἱ πρέσβεις. Αὖθις ὁ βασιλεύς· « Κατὰ πόλεις ἤ που ἄρα κατὰ κώμας ᾤκουν οἱ Ἐφθαλῖται; » Οἱ πρέσβεις· « Ἀστικοί, ὦ δέσποτα, τὸ φῦλον. » « Εὔδηλον οὖν, ἦ δὲ ὁ βασιλεὺς, ὡς ἐκείνων δήπου τῶν πόλεων κύριοι καθεστήκατε. » « Καὶ μάλα, » ἔφασαν. Ὁ βασιλεύς· « Ἆρα ἡμᾶς ἀναδιδάξατε ὅση τῶν Ἀβάρων πληθὺς τῆς τῶν Τούρκων ἀφῄνιασεν ἐπικρατείας, καὶ εἴ τινες ἔτι παρ' ὑμῖν; » « Εἰσὶ μὲν, ὦ βασιλεῦ, οἵ γε τὰ ἡμέτερα στέργουσιν ἔτι· τοὺς δὲ δήπουθεν ἀποδράσαντας οἶμαι ἀμφὶ τὰς εἴκοσιν εἶναι χιλιάδας. » Εἶτα ἀπαριθμησάμενοι οἱ πρέσβεις ἔθνη κατήκοα Τούρκων, τὸ λοιπὸν ἠντιβόλουν αὐτοκράτορα εἰρήνην τε ξυνεστάναι καὶ ὁμαιχμίαν Ῥωμαίοις τε καὶ Τούρκοις. Προσετίθεσαν δὲ, ὡς καὶ ἑτοιμότατα ἔχουσι καταπολεμῆσαι τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας τὸ δυσμενὲς, ὁπόσον ἐς τὴν κατ' αὐτοὺς ἀγελάζονται ἤπειρον. Ἐπὶ τούτοις ἅμα τῷ λέξαι τὼ χεῖρε ὑψοῦ ἀνατείνας ὁ Μανιάχ οἵ τε ξὺν αὐτῷ ὅρκῳ ἐπιστώσαντο μεγίστῳ, ἢ μὴν ὀρθογνώμονι διανοίᾳ ταῦτα εἰρῆσθαι. Πρός γε καὶ κατέχεον ἀρὰς σφίσιν αὐτοῖς, ἔτι γε μὴν καὶ τῷ Διζαβούλῳ, ἀλλὰ γὰρ καὶ παντὶ τῷ ἔθνει, εἴ γε οὐχὶ τὰ ἐπηγγελμένα ἀληθῆ τε εἴη καὶ πρακτέα. Οὕτω μὲν οὖν τὸ φῦλον οἱ Τοῦρκοι φίλοι ἐγένοντο Ῥωμαίοις, καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς οὐχὶ ἄλλως ἐφοίτησαν πολιτείᾳ.

---

et illi qui insidias evaserant, quamvis aliter suspicarentur, eandem, quæ per Persidem percrebuerat, famam quoque apud suos divulgarunt. Sed Dizabulus, homo callidus et versutus, quæ patrata erant, non ignorabat. Credebat enim, sicut erat, legatos dolo necatos esse. Hinc inimicitiæ Turcorum et Persarum originem ceperunt. Et hanc occasionem Maniach, qui Sogdaitis præerat, arripiens, Dizabulo persuasit, utilius esse Turcis Romanos colere, et eorum amicitiam amplecti, et ad illos serici commercium transferre, qui illud in frequentiori usu haberent quam reliqui homines, seque paratissimum esse dicebat Maniach una cum legatis Turcorum ad eam legationem proficisci, ut Romani et Turci hac conditione fierent amici. His verbis Dizabulus accensus mittit ipsum et quosdam alios, qui legationem obirent apud imperatorem Romanum, eique gratulationes et dona serici non parvi pretii una cum literis deferrent. Hanc epistolam ferens Maniach in viam se dedit. Quum longum itineris spatium confecisset multasque regiones peragrasset, montes præruptos et undique nivibus coopertos, loca plana et silvosa, paludes et flumina, deinde Caucasum superasset, Byzantium pervenit, et in regiam introductus ad imperatorem accessit. Hic omnia exsecutus est, quæ inter socias gentes observari solent, et literas et dona in manus tradidit eorum, quorum hoc officium erat, et precatus est, ne sibi irriti fierent tam longi itineris sudores. Imperator autem, ubi legit per interpretem literas Scythite scriptas, legationem lubenti animo admisit. Itaque legatos percunctatus est de Turcorum principatu et regione : illi vero responderunt, quattuor apud eos præfecturas, sed summum totius gentis imperium penes solum Dizabulum esse. Ad hæc dixerunt subegisse Ephthalitas eosque tributum pendere coegisse. « Omnis igitur, inquit imperator, a vobis est eversa Ephthalitarum potentia? » Annuentibus legatis, imperator rogavit : « Utrum in urbibus, an vicatim habitabant Ephthalitæ? » « Gens, o domine, urbes colit. » « Ergo, subjecit imperator, manifestum est, vos omnium urbium, quæ illorum fuerunt, factos esse dominos. » « Sic est, imperator, » dixerunt. « Sed nos docete, quanta sit Avarum multitudo, quæ vestri imperii frenum excussit, et num pars etiamnum vobis subjecta sit. » « Sunt qui nostro imperio adhuc pareant. Qui vero a nobis defecerunt, arbitror esse circiter viginti millia. » Postremo imperatori dinumerarunt gentes Turcis subditas. Deinde ab eo, ut pax et armorum societas Romanis et Turcis esset, petierunt. Addiderunt, se paratissimos esse, pugnare contra omnes qui Romanæ dominationi infesti, eos prope ipsorum fines bello appeterent. Hæc simulatque pronuntiarunt, Maniach, manibus in cœlum sublatis, et qui cum ipso erant, jurejurando maximo, sese ex animi sui sententia bona fide hæc omnia dicere et promittere affirmarunt; nisi ea vera es-

19. (an. 568.)

Exc. De leg. Rom. p. 151. 152 : Ὅτι τῶν Τούρκων, τῶν Σακῶν καλουμένων τὸ πάλαι, πρεσβείας ποιησαμένων πρὸς Ἰουστῖνον περὶ εἰρήνης, ἐν βουλῇ ἐποιήσατο ὁ βασιλεὺς ἐκπέμψαι πρεσβείαν ὡς Τούρκους. Καὶ δὴ Ζημάρχῳ τῷ Κίλικι ἔλεγε παρασκευάζεσθαι ἐπὶ τούτῳ, ὃς τῶν πρὸς ἕω πόλεων τηνικαῦτα ὑπῆρχε στρατηγός. Ἐπεὶ οὖν ἅπαντα αὐτῷ τὰ δσα πρὸς μακρὰν ὁδὸν ἐξηρτυμένα ἦν, ἡνίκα πρὸς τὸ πέρας ἠνύετο τῆς Ἰουστίνου βασιλείας τὸ τέταρτον ἔτος, τῷ δευτέρῳ ἐνιαυτῷ τῆς πεντεκαιδεκαετηρίδος περιφορᾶς, περὶ τὰ προοίμια τοῦ παρὰ Λατίνοις Αὐγούστου μηνός, ὁ μὲν Ζήμαρχος ἀπῆρεν ἐκ Βυζαντίου ξὺν αὐτῷ Μανιάχῳ καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτόν.

20. (an. 568.)

Ibid. p. 152-154 : Ὅτι πολλῶν ἡμερῶν ὁδὸν διανύσαντες οἱ περὶ Ζήμαρχον, ἐπειδὴ παρῆσαν ἐν τοῖς τῶν Σογδαΐτων τόποις, ὁπηνίκα τῶν ἵππων ἀπέδησαν, τῶν Τούρκων ἔνιοι (ὡς ἔοικεν, ἐς τοῦτο ἀνειμένοι) ὤνιόν σφισι προίσχοντο σίδηρον, οἶμαι τῷ ποιήσασθαι ἔνδειξίν τινα ὡς μέταλλα αὐτοῖς ὑπάρχει σιδήρου. Λέγεται γὰρ ὡς παρ' αὐτοῖς οὐκ εὐπόριστόν τι χρῆμα ὁ σίδηρος· ταύτῃ ἔνεστι τεκμηριῶσαι, ὡς ὑπαινιττόμενοι ἔχειν γῆν σιδηροφόρον τῷ τοιῷδε ἐχρήσαντο κόμπῳ. Ἕτεροι δέ τινες τοῦ φύλου τὸ κατὰ σφᾶς αὐτοὺς ἀναφανέντες, οὓς εἶναι ἔλεγον τῶν ἀπαισίων ἐλατῆρας, ἀγχοῦ ἦλθον τῶν περὶ Ζήμαρχον. Καὶ τοίνυν ἅπαντα ὅσα [ἐπεφέροντο (*) φορτία ἀράμενοι, ἔθεσαν ἐν μέσῳ. Εἶτα τοῖς τοῦ λιβάνου κλάδοις πῦρ ἀνάψαντες, τῇ Σκυθικῇ φωνῇ βάρβαρα] ἄττα ῥήματα ὑπεψιθύριζον, ἐπιπαταγοῦντες δὲ κώδωνί τινι καὶ τυμπάνῳ ὑπερθεν τοῦ φόρτου περιέφερον τὸ φυλλῶδες τοῦ λιβάνου τῇ φλογὶ λακιζόμενον, καὶ ἅμα γινόμενοι μανιώδεις καὶ ἐμβριμούμενοι τὰ πονηρὰ ἀπελαύνειν ἐδόκουν· οὕτω γὰρ ἀποτρόπαιοί τινες εἶναι καὶ ἀλεξίκακοι ἐδόκουν. Ἀποδιοπομπησάμενοι δὴ οὖν, ὡς ᾤοντο, τὰ δυσχερῆ, Ζήμαρχόν τε αὐτὸν δι' αὐτῆς παρήγαγον τῆς φλογός· ὧδέ τε ἔδοξαν καὶ σφᾶς ἁγνίζειν. Τούτων δὲ ταύτῃ γεγενημένων, ἔπειτα ἐπορεύοντο ξὺν τοῖς ἐς τὸ τοιόνδε τεταγμένοις, ἵνα ὁ Χαγάνος αὐτὸς ἦν, ἐν ὄρει τινὶ λεγομένῳ Ἐκτάγ, ὡς ἂν εἴποι χρυσοῦν ὄρος Ἕλλην ἀνήρ. Καὶ τοίνυν αὐτοῦ ἀφικόμενοι, ὅπη τηνικαῦτα τῷ Διζαβούλῳ ἦσαν αἱ διατριβαί, κατὰ δὴ κοιλάδα τινὰ τοῦ προσαγορευομένου χρυσοῦ ὄρους· ἐπεὶ οὖν οἱ περὶ Ζήμαρχον ἐκεῖσε ἐφοίτησαν, μετάκλητοι γενόμενοι παραχρῆμα τοῦ Διζαβούλου ἦλθον ἐς ὄψιν. Ἦν δὲ ἄρα ἔνδον σκηνῆς, καθῆστο δὲ ἐπὶ δίτροχου καθέδρας χρυσῆς, ἑλκομένης, ὁπηνίκα ἔδει, ὑφ' ἵππου ἑνός. Προσειπόντες δὲ τὸν βάρβαρον, ὡς ἔθος αὐτοῖς, τὰ δῶρα προίσχοντο. Καὶ τοίνυν οἵ γε τοῦτο ἐν φροντίσιν ἦν ὑπεδέξαντο. Ἀτὰρ ὁ Ζήμαρχος, « Σοὶ δῆτα, ἔφη, ὦ τοσούτων ἐθνῶν ἡγεμών, ὁ καθ' ἡμᾶς βασιλεὺς ὁ μέγας, ἀγγελοφόρῳ χρησάμενος ἐμοί, ἐσήμηνεν εἶναι ἐσαεὶ τὴν τύχην αἰσίαν τε καὶ ἀγαθήν, ἐν ἡδονῇ ποιουμένῳ σοι τὰ Ῥωμαίων, καὶ πρός γε φιλοφρονουμένῳ ἡμᾶς. Ἔστω δέ σοι κρατεῖν ἀεὶ τῶν δυσμενῶν καὶ λαφυραγωγεῖν τὸ πολέμιον. Ἀπέστω δὲ βασκανία τις ὡς πορρωτάτω ἡμῶν, εἵνατε οὖσα διαρρηγνύναι τοὺς τῆς φιλίας θεσμούς. Ἐπιτήδεια ἔμοιγε τῶν Τούρκων τὰ φῦλα, καὶ ὅσα κατήκοα Τούρκων· ἕξετε δὲ τὴν (τὰ Nieb.) καθ'

(*) Inclusa ex Suida v. φορτία supplevit Toup. I, p. 552.

sent, aut si scientes fallerent, neque ea observarent, sibi ipsis et ipsi Dizabulo totique genti diras sunt imprecati. Ad hunc modum gens Turcica Romanis amica est facta.

19

Justinus, quum Turci, qui Sacæ antiquitus vocabantur, legatos ad eum de pace misissent, consilium cepit legationem quoque ad eos mittere. Itaque Zemarcho Cilici, qui tunc temporis erat præfectus urbium Orientis, jussit ut ad eam se præpararet. Is quum necessaria ad tam longum iter comparasset, circa finem quarti anni imperii Justini, exacto secundo quindecennalis periodi anno, initio mensis qui Latinis vocatur Augustus, profectus Byzantio, viam ingressus est una cum Maniacho et suis comitibus.

20.

Multorum dierum itinere peragrato, Zemarchus et qui cum eo erant, quum in regionem Sogdaitarum pervenissent, ut ex equis descenderunt, obvios habuerunt ex Turcis nonnullos, ad id missos, qui ferrum vendendum offerrent, opinor, ut indicarent, apud eos reperiri ferri fodinas. Ferebatur enim ferrum apud eos esse rem minime paratu facilem. Ea de causa hoc commento usi sunt, ut ostenderent, in sua regione ferri fodinas esse. Alii quoque homines ex eadem gente se ipsos sponte exhibuerunt, quos dicebant esse averruncos. Hi quum ad Zemarchum accessissent, sarcinis depositis, thuris folia incenderunt, Scythicaque lingua nescio quæ verba susurrarunt, et tintinnabulis atque tympanis resonantes, ramum thuris igne cum strepitu laceratum circumferebant, et furore perciti fremebundi, dæmones depellere videri volebant. Adversa igitur, ut existimabant, alio aversuri, Zemarchum ipsum per flammam duxerunt, quo ritu se ipsos quoque lustrasse sibi videbantur. His ita confectis, deducentibus quibus hoc munus incumbebat, ad locum ubi erat Chaganus, in monte qui vocatur apud ipsos Ectag, montem aureum diceres, profecti sunt. In hujus convalle tum temporis erat Dizabuli domicilium. Illuc quum venissent, vocati statim ad Chaganum accesserunt. Is vero intra tentorium suum sedebat in sella duabus rotis suffulta, quæ, si opus esset, uno equo trahebatur. Quem quum salutassent, munera, ut mos est, protulerunt, quæ hi, quibus hoc mandatum erat, susceperunt. Tum Zemarchus : « Tibi, inquit, o tot gentium dux, quia Romanos diligis, et eorum te secundæ res delectant, noster magnus imperator, me internuntio, precatur, ut in perpetuum felix sis, faustaque fortuna utaris. Detur tibi inimicos semper superare, et prædas agere ex hostibus. Invidia autem quam longissime a nobis absit, quæ amicitias dissolvere potest. Equidem Turcos et gentes illis subditas necessariorum loco habeo : et vos eodem erga nos animo

15.

ἡμᾶς καὶ ὑμεῖς οὐκ ἄλλως. » Τοιαῦτα ἅττα ἔλεξεν ὁ Ζήμαρχος· ὁ δὲ δὴ Διζάβουλος καὶ αὐτὸς προσῃσεσιν ἐχρήσατο ὁμοίαις. Εἶτα τὸ λοιπὸν ἐτράπησαν ἐς θοίνην, καὶ πανημερία (πανημέριοι Bekk.) εὐωχούμενοι διετέλουν ἐν αὐτῇ δήπου τῇ σκηνῇ. Κατεσκεύαστο δὲ αὐτῷ ἐξ ὑφασμάτων σηρικῶν τε καὶ διαπεποικιλμένων τοῖς χρώμασιν εὐτέχνως. Οἶνῳ μὲν οὖν ἐχρήσαντο, οὐχ ὁμοίῳ δὲ τῷ παρ' ἡμῖν ἐκθλιβομένῳ ἐκ τῆς ἀμπέλου· οὐ γὰρ δὴ ἀμπελοφόρος αὐτοῖς ἡ γῆ, οὐδὲ μὴν ἐγχωριάζει παρ' αὐτοῖς τὸ τοιόνδε γένος· ἑτέρου δέ τινος βαρβαρικοῦ ἐνεφορήθησαν γλεύκους. Καὶ ἀνεχώρησαν, ὅποι αὐτοῖς ἡ κατάλυσις ἦν. Εἶτα ἐς τὸ αὔριον ἐν ἑτέρᾳ τινὶ καλύβῃ ξυνῆλθον, ἠμφιεσμένῃ δὲ καὶ καταπεποικιλμένῃ οὐκ ἄλλως ἐξ ἱματίων σηρικῶν· ἔνθα καὶ ἀγάλματα διάφορα τῇ μορφῇ εἱστήκει. Ὁ δὲ Διζάβουλος ἐνίζανεν ἐπὶ κλίνης τινός, ὅλης ἐκ χρυσοῦ. Κατὰ δὲ δὴ τὸ μέσον τοῦ ἐνδιαιτήματος κάλπεις τε χρυσαῖ καὶ περιραντήρια, ἔτι τε πίθοι χρυσοῖ. Θοινησάμενοι δ' οὖν καὶ αὖθις, καὶ τὰ δσα ἐχρῆν ἐν πότῳ εἰπόντες τε καὶ ἀκηκοότες, ἀνεχώρησαν. Τῇ ἑξῆς ἐν ἑτέρᾳ ἐγένοντο διαίτῃ, ἔνθα ξύλινοι κίονες ἦσάν τινες, ἐνδεδυμένοι χρυσῷ, χρυσήλατός τε κλίνη ὁμοίως, ἥντινά γε δήπου καὶ τάωνες χρυσοῖ τέτταρες ἠώρουν. Κατὰ δὲ δὴ τὸ ἐμπρόσθιον τῆς διαίτης ἐπὶ πολὺ παρετέταντο ἅμαξαι, ἐν αἷς πολύ τι χρῆμα ἀργύρου ἐπῆν, δίσκοι τε καὶ κανᾶ· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τετραπόδων ἐνδάλματα πλεῖστα, καὶ αὐτά γε δήπουθεν ἀργυροποίητα, οὐδέν τι ἀποδέοντα τῶν παρ' ἡμῖν. Τοῦτο μὲν οὖν τῷ τῶν Τούρκων ἡγεμόνι ἔνεστι γλιδῆς. Τῶν δὲ περὶ Ζήμαρχον ἔτι ἐκεῖσε ἐνδιατριβόντων, ἔδοξε τῷ Διζαβούλῳ, ὥστε αὐτὸν μὲν Ζήμαρχον ἅμα εἴκοσι θεραπευταῖς τε καὶ ὀπαδοῖς ἕπεσθαί οἱ ἐκστρατευομένῳ κατὰ Περσῶν, τοὺς δὲ ἄλλους Ῥωμαίους ἐπαναστρέφοντας κατὰ δὴ τὴν χώραν τῶν Χολιατῶν ἀναμένειν τὴν Ζημάρχου ἐπάνοδον. Καὶ δὴ ὃς (τῷ) προὔβη, δώροις τε φιλοφρονησάμενος αὐτοὺς ἀφῆκε· τὸν δὲ Ζήμαρχον καὶ θεραπαίνῃ ἐτίμησε δοριαλώτῳ, ἡ δὲ ἦν ἐκ τῶν λεγομένων Χερχίς. Καὶ ὁ Ζήμαρχος σὺν τῷ Διζαβούλῳ ἐπορεύετο μαχησομένῳ Πέρσαις. Ἐν ταύτῃ δήπου τῇ πορείᾳ γενόμενοι, ἐν χώρῳ τινὶ καταλυσάντων αὐτῶν ἐπικαλουμένῳ Τάλας ὑπαντιάζει τῷ Διζαβούλῳ Περσῶν πρεσβευτής. Καὶ τοίνυν ξυνεκάλεσε παρ' αὐτῷ ἑστιασομένους τούς τε Ῥωμαίων καὶ Περσῶν πρέσβεις. Καὶ δὴ παραγενομένων αὐτῶν, τοὺς Ῥωμαίους ὁ Διζάβουλος ἐν τιμῇ πλείονι ἐποιήσατο, ὡς καὶ κατὰ τὴν ἐπικυδεστέραν ἀνακλῖναι στιβάδα. Πρός γε καὶ πλεῖστα ἐπιμεμφόμενος ἦν τοὺς Πέρσας, ἅτε δὴ πρὸς αὐτῶν ἄδικα πεπονθώς, καὶ ὡς τούτου ἕνεκα ἔρχεται πολεμήσων. Ὁ δὲ Περσῶν πρεσβευτής, τοῦ Διζαβούλου συντονώτερον ἐπεγκαλοῦντος, περιφρονήσας τὸν νόμον τῆς σιωπῆς τὸν ἰσχύοντα παρ' αὐτοῖς ἐν ταῖς ἑστιάσεσιν, ἐπιτροχάδην ἤρξατο διαλέγεσθαι, τοῦ Διζαβούλου γενναίως τὰ ἐπικλήματα ἀπωθούμενος, ὡς καὶ θαυμάσαι τοὺς παρόντας τὸ ὑπερβάλλον τῆς αὐτοῦ ὀργῆς, ὡς παρ' οὐδὲν θέμενος τὸν νόμον πολλοῖς τε καὶ ἀκολάστοις ἐχρήσατο. Ἐν τούτοις ἀπαλλαγέντων, ὁ μὲν Διζάβουλος παρεσκευάζετο τὴν ἐπὶ Πέρσας. Τῷ τοι ἄρα τοὺς ἀμφὶ Ζήμαρχον μεταλαβόντι, καὶ ὡς ἐνῆν, πρὸς τοὺς Ῥωμαίους φιλίαν ἐμπεδώσας, ἀφῆκεν αὖθις ἀπονοστήσοντας, ἕτερον πρεσβευτὴν αὐτοῖς συναποστείλας τῷ τὸν πρότερον λεγόμενον Μανιάχ τεθνάναι. Ἦν δὲ ἐπίκλησις τῷ μετ' ἐκεῖνον πρεσβευτῇ Ταγμά

---

critis. » Quum Zemarchus hujusmodi orationem habuisset, Dizabulus ad eandem sententiam respondit. Inde se ad convivium converterunt, et quod reliquum fuit diei in eodem tentorio genio indulgentes transegerunt. Erat autem illud tentorium instructum sericis tapetibus, affabre per colores variegatis. Vinum præbitum quidem illis est, non autem id genus quod ex uvis exprimitur : neque enim eorum regio vitium ferax est, neque hujus generis potu uti assueti sunt; sed alio barbaricæ potionis genere, ad musti similitudinem factæ satiati, ad hospitium, quo diverterant, redierunt. Postridie etiam in alio tugurio convenerunt, quod erat simili tapetum sericorum genere adornatum, et in quo effigies varia forma cernebantur. Sedebat autem ipse Dizabulus in lecto, qui totus erat ex auro confectus, et in medio conclavis erant urnæ, aquiminaria et dolia aurea. Postquam iterum convivati erant, et inter potandum quæ convivio conveniebant dixerant et audierant, discesserunt. Postridie in alio tentorio convenerunt, in quo erant columnæ ligneæ, auro involutæ; auratum etiam cubile, quattuor pavonibus aureis fultum. Ad vestibulum ejus loci, ubi commorabatur, disposita erant plaustra, quibus inerat multa argentea supellex, disci et lances, et plurimæ statuæ animalium argento elaboratæ, quæ venustate et elegantia non concedebant nostris. Eo usque opulentia ducis Turcorum processit. Quum Zemarchus et qui cum eo erant illic moram traherent, placuit Dizabulo ut se proficiscentem contra Persas Zemarchus sequeretur cum viginti ex suis, qui illi ministrarent; interea reliqui Romanorum ejus reditum in Choliatarum regione opperirentur. Atque is eos in discessu muneribus donatos a se dimisit. Zemarchum quoque honoravit captiva concubina, ex his quæ Cherchis dicuntur. Ita Zemarchus cum Dizabulo bellum cum Persis gesturo profectus est. Iter emensi, in loco qui dicitur Talas consederunt. Hic obviam venit Dizabulo Persarum legatus, quem una cum Romanorum legato ad cœnam invitavit. Ad eam quum accessissent, multo plus honoris detulit Dizabulus Romanis quam Persicis legatis, et Romanorum legatum honoratiore loco accumbere jussit. Quin etiam multum de Persis est questus, tanquam ab his multa injusta passus esset, quæ ut bello et armis vindicaret, venerat. Quum Dizabulus acerbius inveheretur, Persarum legatus legem silentii apud ipsos in conviviis observari solitam transgressus, summatim cœpit disserere et magno animo Dizabuli criminationes refutavit, ut qui aderant mirarentur eum in tam violentam iram exardescere, ut, nulla habita legis ratione, multis intemperantibus verbis uteretur. Post hæc quum discessissent, Dizabulus in Persas contendit. Et Zemarcho et ejus comitibus ad se vocatis, ubi amicitiam cum Romanis confirmarat, eos, ut ad sua redirent, missos fecit. Cum his quoque alium a se ad Ro-

αὐτῷ, ἀξίωμα δὲ Ταρχάν. Οὗτος δὴ οὖν ἐσταλη ὑπὸ Διζαβούλου ὡς Ῥωμαίους πρεσβευσόμενος. Καὶ μὲν οὖν σὺν αὐτῷ ὁ τοῦ ἤδη ἀποιχομένου παῖς, φημὶ δὴ τοῦ Μανιάχ, κομιδῇ μειράκιον, ὅμως δὲ τὸ πατρῷον διαδεξάμενος γέρας, ἔτι μὴν καὶ τὴν μετὰ τὸν Ταγμὰ Ταρχὰν κληρωσάμενος ἀξίαν· οἶμαι δὲ τῷ ἐπιτηδειότατόν τε καὶ εὐνούστατον γενέσθαι τῷ Διζαβούλῳ τὸν Μανιάχ τοῦ πατρώου τὸν παῖδα τυχεῖν ἀξιώματος. Ἐπεὶ οὖν ὁ Διζάβουλος διαφῆκε τοὺς περὶ Ζήμαρχον, ἐπικαταλαμβάνουσι τοὺς πρότερον ἀφεθέντας Ῥωμαίων, οὗ ἦν ξυντεθειμένον αὐτοῖς, καὶ τοίνυν ἐν τῷ αὐτῷ γενόμενοι τῆς ἐς τὰ οἰκεῖα ὁδοιπορίας ἀπήρξαντο. Καὶ δὴ καταλελοιπότες τὴν πρωτεύουσαν πόλιν τῶν Χολιατῶν, διὰ φρουρίων ἐπορεύοντο.

21. (568.)

Exc. De leg. gent. p. 108. 109 : Ὅτι διαθρυλληθὲν κατὰ τὴν Τουρκίαν, ὅσοι ἀγχίθυροι ἦσαν, ὡς Ῥωμαίων ἐνδημοῦσι πρέσβεις καὶ ὡς πορεύονται τὴν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ἅμα πρεσβείᾳ Τούρκων, ὁ τῶν ἐκείνῃ ἐθνῶν ἡγεμὼν ἐδήλωσε τῷ Διζαβούλῳ ξὺν ἱκετείᾳ, ὡς ἂν καὶ αὐτὸς ἐκ τοῦ σφετέρου τινὰς ἀποστεῖλαι ἔθνους ἐπὶ θέαν τῆς Ῥωμαϊκῆς πολιτείας. Καὶ τοίνυν ὁ Διζάβουλος ἐφίετο. Καὶ ἕτεροι δὲ προεστῶτες ἐθνῶν ταὐτὰ ἐζήτουν· ὁ δὲ οὐδενὶ ξυνεχώρησε τῶν πάντων, ἢ μόνον τῷ τῶν Χλιατῶν ἡγεμόνι. Καὶ οὖν καὶ τοῦτον παρειληφότες οἱ Ῥωμαῖοι διὰ τοῦ λεγομένου ποταμοῦ Ὠήχ*, καὶ ἀτραπὸν διανύσαντες οὐδαμῶς ὀλίγην, ἐγίνοντο κατὰ δὴ τὴν λίμνην τὴν ἄπλετον ἐκείνην καὶ εὐρεῖαν. Ἐνταῦθα ὁ Ζήμαρχος ἐνδιατρίψας ἡμέρας τρεῖς στέλλει Γεώργιον, ὃς ἀνεῖτο ἐς τὴν τῶν ἐπιτομωτέρων συλλαδῶν ἀπαγγελίαν, προδηλώσοντα τῷ βασιλεῖ τὴν σφῶν αὐτῶν ἐκ Τούρκων ἐπάνοδον. Καὶ οὖν ὁ Γεώργιος ἅμα Τούρκοις δέκα πρὸς τοῖς δύο ἀπήρξατο τῆς ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ὁδοῦ, ἀνύδρου τε μάλα οὔσης καὶ πάντῃ ἐρήμου, ὅμως ὅ' οὖν ἐπιτομωτέρας. Ὁ δὲ Ζήμαρχος κατὰ δὴ τὸ ψαμαθῶδες τῆς λίμνης παροδεύων ἐπὶ ἡμέρας δέκα καὶ δύο, δυσβάτους τέ τινας χώρους παραμειψάμενος, ἐγίνετο κατὰ τὰ ῥεῖθρα τοῦ Ἰχ, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν Δαΐχ, καὶ διὰ λιμνῶν ἑτέρων αὖθις ἐς τὸν Ἀττίλαν· πάλιν ὡς Οὐγούρους, οἳ δὴ καί σφισιν ἀπήγγειλαν, ὡς εἰς τὰ περὶ τὸν Κωφῆνα ποταμὸν ἐς τὰ λάσια τέσσαρες χιλιάδες Περσῶν ἐπιτηροῦσι προλελοχισμένοι, ὡς ἂν χειρώσονται παριόντας αὐτούς. Ταύτῃ τοι ὁ τῶν Οὐγούρων ἡγούμενος, ὃς διέσωζεν ἐκεῖσε τοῦ Διζαβούλου τὸ κράτος, πληρώσας ὕδατος ἀσκοὺς παρέσχετο τοῖς περὶ Ζήμαρχον, ὡς ἂν ἔχοιεν ὅθεν ὑδρεύσοιντο διὰ τῆς ἀνύδρου ἰόντες. Εὗρον δὲ καὶ λίμνην, καὶ παραμειψάμενοι τὸ μέγα τοῦτο ὑδροστάσιον ἀφίκοντο ἐς ἐκείνας τὰς λίμνας, ἐν αἷς ἐπιμιγνύμενος ἀπόλλυται ὁ Κωφὴν ποταμός. Ἐξ ἐκείνου δὴ τοῦ χώρου πέμπουσι διοπτῆρας προδιασκεψομένους, εἴγε ὡς ἀληθῶς οἱ Πέρσαι ἐνεδρεύουσιν· οἱ δὴ ἀνιχνεύσαντες ἀπήγγειλαν μηδένα ἰδεῖν. Ὅμως ξὺν μεγίστῳ φόβῳ ἀφίκοντο ἐς Ἀλανίαν, κατὰ τὸ μᾶλλον δεδιότες τὸ φῦλον τῶν Ὀρομουσχῶν.

22.

Ibidem p. 109. 110 : Ὅτι γενόμενοι ἐν Ἀλανίᾳ παρὰ Σαρώδιον τὸν ἐκείνων ἡγεμόνα, καὶ ἅμα τοῖς ἑπομένοις Τούρκοις ἐσφοιτῆσαι βουλόμενοι, ὁ Σαρώδιος τὸν μὲν Ζήμαρχον καὶ τοὺς ἑπομένους ἐδέξατο

---

manos legatum misit, quia Maniach, de quo supra diximus, vita excesserat. Huic legato nomen erat Tagma, dignitas vero Tarchan. Hic igitur ut legationem apud Romanos obiret, a Dizabulo missus est, et una cum eo Maniach ejus, qui nuper mortuus erat, filius admodum adolescens. Is patri in magistratu successerat, et dignitate proxime ad Tagma Tarchan accessit. Ideo, puto, hic honor puero obtigit, quia pater ejus Dizabulo carissimus et fidelissimus fuerat. Dimissus a Dizabulo Zemarchus, assumptis his ex Romanis, quos certo loco consistere jusserat quum primum conjuncti erant, viæ se commiserunt, et Choliatarum primaria urbe relicta, per castella iter direxerunt.

21.

Postquam fama ad finitimas Turciæ gentes pervenerat, legatos Romanorum advenisse, eosque una cum Turcorum legatis Byzantium redire, ejus regionis dux Dizabulum supplex oravit, ut reipublicæ Romanæ visendæ gratia sibi quoque legatos mittere liceret. Quod Dizabulus non recusavit. Sed quum aliarum quoque gentium duces idem peterent, nulli alii quam soli Chliatarum (*Choliatarum fr. 20*) duci concessit. Itaque hunc etiam Romani assumentes, trajecto flumine Oich (*Iaxarte*), haud breve viæ spatium emensi, ad illam ingentem et latam paludem (*Aral*) pervenerunt. Hic Zemarchus tres dies commoratus, mittit Georgium, cui munus breviores epistolas perferendi delatum erat, ut imperatori legatorum a Turcis reditum significaret. Georgius igitur cum duodecim Turcis desertam quidem et inaquosam, sed breviorem viam Byzantium versus ingressus est. Zemarchus autem per arenosa paludis iter faciens per duodecim dies, loca prærupta prætergressus, attigit ripas non solum fluminis Ichi (*Iembæ*), sed etiam Daichi (*Iaik*) et rursus per alias paludes ad Atilam (*Volgam. Ethel*) pervenit, inde ad Uguros, qui Romanos monuerunt, in densis et arboribus consitis locis circa Cophenem (*Cuphan*) flumen latere in insidiis collocata Persarum quattuor millia, qui prætereuntes eos captivos facerent. Ugurorum dux, qui illic ex auctoritate Dizabuli imperium habebat, utres aqua implevit et præbuit Zemarcho et ejus comitibus, ut, quum per deserta irent, haberent unde aquarentur. Invenerunt et paludem, et magnum illud stagnum prætergressi, pervenerunt ad eas paludes, in quas immixtus Cophen amnis sese effundit. Ex eo loco mittunt qui explorarent, an verum esset, Persas in insidiis esse. Hi iisdem totam regionem perscrutati renuntiarunt, se neminem vidisse. Nihilo secius in Alaniam magna cum trepidatione, propterea quod metuebant gentem Oromuschorum, properarunt.

22.

Quum in Alaniam pervenissent, et Sarodium, Alanorum ducem, una cum Turcis adire vellent, Sarodius quidem Zemarchum et qui cum eo erant benigne et comiter exce-

ἀσμένως, τοὺς δὲ δὴ πρέσβεις τῶν Τούρκων ἔφασκε μὴ πρότερον τῆς ὡς αὐτὸν εἰσόδου τυχεῖν, ἢ καταθεμένους τὰ ὅπλα. Τοιγάρτοι καὶ ἄμιλλα αὐτοῖς ἐγένετο περὶ τούτου ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς, καὶ Ζήμαρχος ἦν τῶν φιλονεικουμένων διαιτητής. Τέλος ἀποθέμενοι τὰ ὅπλα οἱ Τοῦρκοι, ὡς Σαρωδίῳ ἐδόκει, ὡς αὐτὸν ἐσεφοίτησαν. Ὁ δὲ δὴ Σαρώδιος παρενεγύησε τοῖς περὶ Ζήμαρχον διὰ τῆς τῶν Μινδιμιανῶν ἀτραποῦ ἥκιστα εἶναι, τῷ κατὰ τὴν Σουανίαν τοὺς Πέρσας ἐνεδρεύειν· ἄμεινον δὲ εἶναι διὰ τῆς λεγομένης Δαρεινῆς ἀτραποῦ οἴκοι ἀποχωρεῖν. Ταῦτα ἐπεὶ ἔγνω ὁ Ζήμαρχος, διὰ τῆς Μινδιμιανῆς ἔστειλεν ἀγθοφόρους δέκα μέταξαν ἐπιφερομένους, ἀπατήσοντας Πέρσας τῷ προεκπεμφθῆναι τὴν μέταξαν καὶ προτερῆσαι τῇ ὁδῷ, ἐκ τούτου τε ὑποτοπῆσαι ὡς ἐς τὸ αὔριον παρέσται καὶ Ζήμαρχος. Καὶ οἱ μὲν ἀχθοφόροι ᾤχοντο ἀπιόντες, ὁ Ζήμαρχος δὲ διὰ τῆς Δαρεινῆς παρεγένετο ἐς Ἀψιλίαν, τῇ Μινδιμιανῇ χαίρειν εἰπών, ἐς τὰ εὐώνυμά τε ἐάσας αὐτὴν, ἢ ἐπίδοξοι ἦσαν ἐπιθήσεσθαι οἱ Πέρσαι. Καὶ ἦλθεν ἐς τὸ Ῥογατόριον, (εἶτα) κατὰ δὴ τὸν Εὔξεινον Πόντον, εἶτα ναυτιλίᾳ χρησάμενος ἐς Φᾶσιν ποταμόν· πάλιν ἐς Τραπεζοῦντα· οὕτω τε ὁημοσίῳ ἵππῳ ἐς Βυζάντιον παρὰ βασιλέα εἰσελθὼν ἔρρασε τὸ πᾶν. Ζημάρχῳ μὲν οὖν ἐν τοιοῖσδε ἐληξεν ἡ πορεία καὶ ἀποπορεία ἐπὶ Τούρκους.

23.

Ibidem p. 110 : Ὅτι Ἀβάρων καὶ Φράγκων σπεισαμένων πρὸς ἀλλήλους, καὶ τῆς εἰρήνης ἐμπεδώτατα ἐχούσης, ἐσήμηνεν ὁ Βαϊανὸς Σιγισβέρτῳ τῷ τῶν Φράγκων ἡγεμόνι εἴτε λιμῷ πιεζομένης αὐτῷ τῆς στρατιᾶς, καὶ ὡς χρεὼν εἴη βασιλέα καθεστῶτα, καὶ πρὸς γε αὐτόχθονα, μὴ περιιδεῖν στράτευμα ἔνσπονδον. Ἔφασκε δὲ, ὡς, εἴγε ἐπιρρώσει τῶν Ἀβάρων τὸ στράτευμα τοῖς ἀναγκαίοις, οὐ πλέον ἢ τρεῖς ἡμέρας αὐτοῦ ἐνδιατρίψει, εἶτα ἀπαλλαγήσεται. Ταῦτα ἐπειδὴ ἀπήγγελτο τῷ Σιγισβέρτῳ, παραχρῆμα δ γε ἄλευρά τε ἔστειλε τοῖς Ἀβάροις καὶ ὄσπρια καὶ ὄις καὶ βόας.

De fœdere Francorum Avarumque v. Gregor. Tur. IV, 23.

24.

Ibid. : Ὅτι Ἀλβούιος ὁ τῶν Λογγιβάρδων μόναρχος (οὐ γὰρ αὐτῷ ἀπέλιγεν ἡ πρὸς Κονιμοῦνδον ἀπέχθεια, ἀλλ' ἐκ παντὸς τρόπου ὤετο δεῖν καταστρέψασθαι τὴν τῶν Γηπαίδων ἐπικράτειαν) ταύτῃ τοι πρέσβεις ἐξέπεμψεν ὡς τὸν Βαϊανὸν, ἐς ὁμαιχμίαν παρακαλῶν. Παραγενομένων δὲ τῶν πρέσβεων, ἠντιβόλουν μὴ περιιδεῖν αφᾶς ὑπὸ Γηπαίδων τὰ ἀνήκεστα πεπονθότας, μάλιστα καὶ Ῥωμαίων τῶν ἄγαν ἐχθίστων Ἀβάροις συμμαχούντων τοῖς Γήπαισιν. Ἐδίδασκον δὲ, ὡς οὐ κατὰ τοσοῦτον πρὸς Γήπαιδας τὸν πόλεμον ἀναρρίψωσι, καθόσον Ἰουστίνῳ μαχήσονται, βασιλεῖ τῷ τῶν Ἀβάρων ἔθνει ἐς τὰ μάλιστα δυσμενεστάτῳ γε ὄντι, ὃς παρωσάμενος τὰς Ἰουστινιανοῦ τοῦ μητραδέλφου σπονδὰς πρὸς Ἀβάρους ἐκ πολλοῦ γεγεννημένας τῶν εἰωθότων ἐστέρησε. Προσετίθησαν δὲ, ὡς, εἴ γε ἔσοιντο ἅμα Λογγιβάρδοις, ἀκαταμάχητοι γενήσονταί πως, καὶ ὡς καταστρεφόμενοι Γήπαιδας τοῦ τε πλούτου σφῶν, ἔτι γε μὴν καὶ τῆς ἐκείνων κοινῇ κρατήσουσι χώρας, καὶ ὡς ἡ Σκυθία τὸ λοιπὸν αὐτοῖς εὐημεροῦσί γε ἐς ἀεὶ, καὶ μὲν οὖν ἡ Θράκη αὐτὴ ἔσται εὐεπίβατος, καὶ ἁπλῶς ξὺν οὐδενὶ πόνῳ ἐκ γειτόνων ὁρμώμενοι τὴν Ῥωμαίων καταδρομοῦνται, καὶ ὡς ἄχρις αὐτοῦ γε δή που τοῦ Βυζαντίου

---

pit, sed Turcorum legatos prius, quam arma deposuissent, in suum conspectum venire noluit. Maximo igitur inter ipsos super hac re orto et continuato per tres dies certamine, dissidentium arbiter fuit Zemarchus. Tandem, armis depositis, ut Sarodio placueral, eum adierunt. Sarodius autem monuit Zemarchum, ne per Mindimianos (*Misimianos* sec. Agath.) iter faceret, propterea quod Persæ circa Suaniam in insidiis essent : consultius faceret, si per Darinen iret. His cognitis, Zemarchus per Mindimianam decem equos misit, serico onustos, qui Persas fallerent, quasi sericum præmissum esset, et ipsi præirent, unde conjicerent, Zemarchum crastino die secuturum. Et hi quidem profecti sunt. Zemarchus vero per Darinen in Apsiliam venit, Mindimiana ad lævam relicta (hac enim parte suspicio erat Persas insidias struere), et Rogatorium accessit, ad Pontum Euxinum, deinde navibus usus usque ad Phasin, tum Trapezuntem pervenit, unde equo publico Byzantium ad imperatorem delatus, illi omnia narravit. Hic igitur profectio et reditus Zemarchi finem accepit.

23.

Quum Avares et Franci fœdera invicem sanxissent et pax firma inter eos esset, Baianus, Avarum dux, significavit Sigisberto, Francorum duci, suum exercitum commeatus inopia laborare : decere eum, qui rex esset et inter suos, minime negligere exercitum sibi fœdere conjunctum. Promittebat autem, si exercitum Avarum necessariis rebus recreasset, se tertio die castra moturum, neque diutius in his locis commoraturum. Hæc ubi Sigisberto sunt nuntiata, statim farinam, legumina, oves et boves ad Avares misit.

24.

Alboinus, Longobardorum rex, inimicitias, quas cum Cunimundo, Gepidarum rege, exercebat, minime deponebat, sed quacumque ratione Gepidarum opes sibi evertendas ducebat. Itaque legatos ad Baianum misit, quibus eum ad armorum societatem adhortaretur. Legati quum advenissent, precibus cum Baiano agebant, ne se contemneret, qui nefanda omnia a Gepidis passi essent, præsertim quum etiam Romani, Avarum genti quam infestissimi, Gepidas bello juvassent. Neque tam in Gepidas bello ferri dicebant, quam contra Justinum pugnare cuperent, regem Avarum genti inimicissimum, qui fœdera cum Justiniano, ejus avunculo, jam pridem transacta pro nihilo habens Avares consuetis muneribus privaret. Adjecit, si cum Longobardis se conjungerent, fore ut invicti essent, et, Gepidis exterminatis, eorum opibus et regione communiter potirentur. Tum pacatis et conjunctis ipsis facile fore Scythiam et ipsam Thraciam occupare, et ex vicinis locis moventes minimo negotio Romanorum regiones armis percurrere et Byzan

ἐλάσουσιν. Ἔφασκον δὲ οἱ τῶν Λογγιβάρδων πρέσβεις, ὡς καὶ συνοίσει τοῖς Ἀβάροις τὴν πρὸς Ῥωμαίους ἀσπάσασθαι μάχην· ἢ γὰρ ἂν ἐκεῖνοι προτερήσουσι, καὶ ἐκ παντὸς τρόπου καθελοῦσι τὴν Ἀβάρων δύναμιν, ὅπου καὶ γῆς τυγχάνουσιν ὄντες.

Τῶν Ῥωμαίων συμμαχούντων τοῖς Γήπαισιν] «Quum Gepidæ a Longobardis gravissima clade affecti fuissent, ad Justinum imp. confugerant, qui Baduarium generum iis auxilio misit, ut scribit Theophylactus VI, 10. De hoc Baduario loquitur Corippus in lib. III :

dispositorque novus sacræ Baduarius aulæ
successor soceri, factus mox Curopalates.

Idem postea prœlio victus a Longobardis, obiit in Italia, anno decimo Justini, ut scribit Abbas Biclariensis in Chronico. » Valesius.

25.

Ibidem p. 111 : Ὅτι ὁ Βαϊανὸς τοὺς τῶν Λογγιβάρδων πρέσβεις δεξάμενος ἐδόκει τούτους περιφρονεῖν, τῷ βούλεσθαί γε αὐτὸς κερδαλεώτερον θέσθαι ὡς αὐτοὺς τὴν συμμαχίαν, καὶ πῇ μὲν τὸ μὴ δύνασθαι, πῇ δὲ τὸ δύνασθαι μὲν προίσχετο, μὴ βούλεσθαι δέ. Ξυνελόντα δὲ εἰπεῖν, ἅπαντα τρόπον ἀπάτης τοῖς δεομένοις ἐπισείσας ἔδοξε μὲν πείθεσθαι μόλις, οὐκ ἄλλως δὲ ἢ [εἰ] τὸ δεκατημόριον τῶν τετραπόδων ἁπάντων, ὅσα παρὰ Λογγιβάρδοις ὑπῆρχεν, αὐτίκα κομίσαιντο, καὶ ὡς, εἰ γένοιντο καθυπέρτεροι, ἥμισυ μὲν τῆς λείας ἕξουσιν αὐτοί, τὴν δὲ τῶν Γήπαίδων χώραν εἰς τέλεον. Ἃ δὴ καὶ ἐγένετο. Καὶ ἐχώρουν Γήπαισι πολεμήσοντες. Ἐπειδὴ δὲ ἐπύθετο Κονιμοῦνδος, λέγεται δείσας, ὡς καὶ αὖθις παρὰ βασιλέα Ἰουστῖνον ἔπεμψε πρέσβεις, καὶ ὡς οὐδὲν ἧττον, ἢ πρότερον, ξυνεπιλαβέσθαι οἱ τοῦ κινδύνου ἱκέτευε, καὶ πάλιν τὸ Σίρμιον καὶ τὴν εἴσω Δράου ποταμοῦ χώραν ἐπηγγέλλετο δώσειν, αἰδώς τε αὐτὸν οὐκ εἶχεν ἤδη περὶ τῶν αὐτῶν ὁμωμοκότα ἅπαξ καὶ τοῖς ὅρκοις οὐχὶ ἐγκαρτερήσαντα. Διὸ δὴ καὶ βασιλεὺς Ἰουστῖνος εὖ εἰδώς τε καὶ τεκμαιρόμενος τοῖς φθάσασιν, ὡς Κονιμούνδῳ ἔνεστι πίστεως οὐδὲν ὁτιοῦν, ἀνῆνασθαι μὲν οὔ τι ᾤετο χρῆναι τὴν ξυμμαχίαν, ἀναβολῇ δὲ ὅμως παρεκρούσατο τοῦ βαρβάρου τὴν αἴτησιν· ἔφη γάρ, ὡς διεσκεδασμένα τὰ Ῥωμαϊκὰ ὑπάρχει στρατεύματα, ξὺν σπουδῇ δὲ ὡς οἷόν τέ ἐστιν ἀθροίσας αὐτίκα ἐκπέμψοι. Ἀκήκοα δὲ περὶ Κονιμούνδου καὶ τοιάδε, ἐμοὶ δὲ οὐ πιστά· λίαν γὰρ ἀναιδὲς ὑπῆρχε τὸν παρασπονδήσαντα περὶ τῶν αὐτῶν δεῖσθαι καὶ πάλιν. Λέγεται δὲ ὡς καὶ Λογγίβαρδοι τηνικαῦτα ἐπρεσβεύσαντο παρὰ Ἰουστῖνον, καὶ ὅτι Γήπαιδας τῆς ὡς Ῥωμαίους ἀγνωμοσύνης πλεῖστα ὅσα κακηγορήσαντες, τὴν ἐκ Ῥωμαίων μὲν θηρώμενοι συμμαχίαν ἥνυσαν οὐδέν, κατεπράξαντο δὲ ὅμως πρὸς τοῦ βασιλέως μηδὲ ἑτέρους τῆς Ῥωμαίων ἀπολαῦσαι ἐπικουρίας.

26. (an. 568.)

Ibidem p. 111 : Ὅτι Βαϊανὸς ὁ τῶν Ἀβάρων ἡγούμενος, ἐν ᾧ χρόνῳ τὸ Σίρμιον ἠβούλετο πολιορκήσειν, Βιταλιανόν τε τὸν ἑρμηνέα καὶ Κομιτᾶν εἶχεν ἐν δεσμοῖς. Ἄμφω γὰρ τὼ ἄνδρε τούτω Ἰουστῖνος ὁ βασιλεὺς ἤδη στείλας ὑπῆρχεν ὡς αὐτὸν, αἰτήσοντας αὐτοῦ, ὡς ἂν ἅττα διαλεχθείη (ἅττα ἐγκαλοίη διαλ. conj. N.) γε αὐτοῖς. Ὁ δὲ παρὰ τὸν κοινὸν τῶν πρέσβεων θεσμὸν εἶχεν ἐν δεσμοῖς.

27. (an. 568.)

Ibidem p. 111-114 : Ὅτι ὁ Βαϊανὸς μετὰ τὴν

---

tium usque ferri. Dixerunt quoque Longobardorum legati, Avaribus expedire Romanos ultro bello petere : alioquin enim illos præventuros, et quoquo terrarum Avares constiterint, eos persecuturos et quacumque ratione deleturos.

25.

Baianus legatos quidem Longobardorum excepit, sed eos parvi facere decrevit, ut ea ratione conditionibus, quæ suis rationibus utiles essent, ad armorum societatem secum contrahendam pelliceret. Et modo se non posse, modo posse, jactabat, sed nolle. Quumque se precantes omni fraudis genere, ut breviter dicam, concussisset, tandem eorum petitioni assentiri videbatur, sed non alia conditione, quam si decimam partem quadrupedum, quæ tunc temporis apud Longobardos essent, confestim acciperet, si superiores evaderent, dimidium manubiarum et tota Gepidarum regio ejus juri cederet. Atque hæc quum ita conventa essent, bellum inferre Gepidis deinceps instituerunt. Quæ ubi Conimundus intellexit, dicitur timore perculsus legatos iterum misisse ad Justinum imperatorem, et eum esse obtestatus, ut non minus, quam antea, in partem periculi veniret. Tum rursus, se illi Sirmium et omnem regionem quæ intra Dravum fluvium est, concessurum esse pollicitus est. Neque pudore afficiebatur, quod idem jam semel jurasset, neque juramento stetisset. Ex quo quum imperator perspiceret et conjiceret ex his quæ evenerant, nihil inesse Conimundo fidei, minime quidem illi denegandum auxilium, sed dilatione et procrastinatione petitionem ejus ducendam existimavit. Respondit enim, per varias provincias dispersos esse Romanorum exercitus : cum celeritate et studio illos coacturum et quam citissime suppetias missurum. Hæc quoque mihi de Conimundo audita; sed minime verisimilia videntur. Mihi enim satis impudens videtur is qui, quum fœdera ruperit, eadem rursus petit. Dicitur vero, non solum tunc temporis Longobardos legatos ad Justinum misisse, sed quavis ratione eos Gepidas apud Romanos ingrati erga illos animi insimulatos esse, quo magis ipsi auxilio digni viderentur; sed nihil profecerunt. Hoc tamen ab imperatore consecuti sunt, ut neutra gens a Romanis auxiliis juvaretur.

26.

Baianus, quo tempore de obsidendo Sirmio cogitabat, Vitalianum interpretem et Comitam in vincula conjecit. Hos autem duos viros Justinus imperator dudum ad illum miserat, ut aditum ad colloquendum cum illo de quibusdam rebus peterent. Is autem contra fas et commune jus gentium eos in vinculis habuit.

27.

Baianus post murorum oppugnationem misit qui de pace agerent. Nonnulli ex his qui Sirmii erant, ad sum-

τειχομαχίαν στέλλει τινὰς ἀμφὶ τῆς εἰρήνης διαλεχθησομένους. Ἔνιοι δὲ τῶν ἐν Σιρμίῳ ἀνὰ τὸ ἡλίβατον τοῦ βαλανείου, ὃ ὄῆτα τῷ ὄήμῳ ἐτύγχανεν ἀνειμένον, ἐπὶ κατασκοπῇ τῶν πολεμίων κατὰ τὸ σύνηθες ἀνιζάνοντες, καὶ ἐν ἀπόπτῳ καραδοκοῦντές τε καὶ θεώμενοι εἴ που ἐπήλυσις ἔσται βαρβαρικὴ, ὡς κατενόησαν τοὺς τῶν Ἀβάρων ἀγγελιαφόρους ἤδη προσιόντας, τῷ μήκει τῆς ἀτραποῦ ἀποπλανηθέντες καὶ οὔπω κατεγνωκότες τὸ ἀκριβὲς ὑπετόπησαν εἶναι πληθὺν Ἀβαρικὴν, ἐδήλωσάν τε αὐτίκα, καὶ τὸ σημεῖον καθεῖλον. Ὁ δὲ Βῶνος πρὸς τοῦτο δυσχεράνας σαφέστερον ἔσπευσε καταμαθεῖν τἀληθές. Γνοὺς δὲ ὀλίγους εἶναι τοὺς Ἀβάρους καὶ βούλεσθαί οἱ ἐπικηρυκεύσασθαι, ἐξέπεμψε καὶ αὐτὸς τοὺς ποιησομένους τὰς καταλλαγὰς ἐς τὰ ἔξω τοῦ τείχους. Ἔτι γὰρ ἐκ τοῦ ἕλκους περιώδυνος ἦν, καὶ ὁ Θεόδωρος ὁ ἰατρὸς οὐκ εἴα τὸν στρατίαρχον ἐν φανερῷ γίνεσθαι τοῖς ἐναντίοις. Εἶκὸς γὰρ μηδὲ [εἰδέναι] ἔφασκε τοὺς πολεμίους ὡς ἐδλήθη. Εἰ δὲ τοῦτο κατάδηλον ἔσται αὐτοῖς, τότε ἀνάγκη μὴ ὑποκρύπτειν, ὡς ἂν μὴ ὑπόνοια γένηταί σφισι τοῦ ἀποδεδιωχέναι αὐτόν. Οἱ δὲ, ἐπεὶ ἕτεροι περὶ τῆς εἰρήνης ἦλθον διαλεχθησόμενοι καὶ οὐχὶ αὐτὸς, ὑπενόησαν ὡς διώλετο ὁ στρατηγὸς, καὶ αὐτῷ ἐθέλειν ἔφασκον ἐν συνουσίᾳ γενέσθαι. Τότε ὁ Θεόδωρος, τοῦ συνοίσοντος εὖ μάλιστα στοχασάμενος, ἔλεξεν ὡς τὸ λοιπὸν οὐ χρεὼν ἀποκρύπτεσθαι τὸν στρατηγὸν, μᾶλλον μὲν οὖν ἐς τὰ ἔξω ἰέναι τῆς πόλεως καὶ ἐς ὄψιν γίνεσθαι τῶν βαρβάρων. Καὶ φαρμάκῳ τινὶ τὸ ἕλκος περιστείλας ἀφῆσιν αὐτόν. Καὶ δὴ προελθὼν ὁ Βῶνος, ἀγχοῦ τε τῶν βαρβάρων γενόμενος, ἐφάνη σφίσι. Τότε οἱ πρέσβεις τοιάδε ἀμοιβαίῳ τῷ λόγῳ ἔφασαν· « Ταῦτα ἡμῖν, ὦ Ῥωμαῖοι, διαλεχθῆναι πρὸς ὑμᾶς ὁ τῶν Ἀβάρων ἐκέλευσε δεσπότης· μή μοι μέμψιν τινὰ ποιήσασθαι πόλεμον ἀραμένῳ· ὑμεῖς γὰρ πρῶτοι τὴν αἰτίαν τοῦ πολέμου δεδώκατε. Πολλοῖς γὰρ πόνοις ὁμιλήσας, καὶ ἀποδημίας οὐχ ἥκιστα ποιησάμενος, μόλις ἐχειρωσάμην ταύτην τὴν χώραν, καὶ ὑμεῖς ἀφελέσθέ μοι βιαίως αὐτήν. Πρὸς τοῖς καὶ τὸν Οὐσδήβαδον τῷ τῶν δορυαλώτων ἀνήκοντά μοι νόμῳ ἔχετε λαβόντες. Ἀλλὰ γὰρ ὕβρεις ἐς τὰ μάλιστα πικρὰς ὁ καθ' ὑμᾶς κατέχειέ μοι βασιλεὺς, οὐ μόνον ἅπαξ ἢ δὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις· τῶν δεόντων τε οὐδὲν ἠβουλήθη διαπράξασθαι. Εἰ τοίνυν τοιαῦτα πρὸς ὑμῶν ἠδικημένος τοῖς ὅπλοις ἐχρησάμην, οὐδαμῶς ὑπάρχω μεμπτέος. Καὶ νῦν οὖν εἴ γε βούλεσθε περὶ σπονδῶν τε καὶ εἰρήνης ἡμῖν θέσθαι λόγους, ἑτοιμότατα ἔχομεν· ἐν ὑμῖν τε κεῖσθω προτιμῆσαι τὸ συνοῖσον καὶ τὰ εἰρηναῖα πρὸ τοῦ πολέμου ἑλέσθαι. » Πρὸς ταῦτα ἀπεκρίνατο ὁ Βῶνος· « Πρότερον μὲν ἡμεῖς οὐκ ἠρξάμεθα πολέμου· οὐδὲ γὰρ καθ' ὑμῶν ἠλάσαμεν. Ἐς τοὐναντίον μὲν οὖν σὺ κατὰ τῆς Ῥωμαίων ἤλασας, λοιπὸν δὲ, ὅτι καὶ ὁ βασιλεὺς ἐν βουλῇ ἐποιήσατο χρήματά σοι ἐπιδοῦναι· τοιγαροῦν καὶ παρέσχε τοῖς κατὰ σὲ πρέσβεσιν. Ἐπεὶ δὲ κατενόησεν αὐθαδιαζόμενον καὶ ὑπὲρ αὐτὴν δή που τὴν βαρβαρικὴν ἀλαζονείαν ἐξογκούμενον, ῥήματά τε ὑπερήφανα σημαίνοντα καὶ τῆς σῆς δυνάμεως καθυπέρτερα, τηνικαῦτα καὶ αὐτὸς ἅτε ἀγχίνους ἐπετέλεσε τὰ οἰκεῖα. Καὶ τὸ νῦν δὲ ἔχον, ἡμέτερόν ἐστιν ὡς βασιλέα στεῖλαι οὓς ἂν σὺ βουληθείης πρέσβεις τοὺς βεβαιώσοντας τὰ περὶ τῆς εἰρήνης. Μηδὲ γὰρ ἐν ἡμῖν εἶναι νόμιζε κἂν γοῦν φθέγξασθαί τι, μήτι γε καὶ

---

mum fastigium balnei, quod populi usui erat destinatum, ad speculandos hostes, ut moris est, ascenderunt. Hi ex specula circumspicientes, si qua barbari eruptionem facerent, adverterunt Avarum nuntios, qui jam se in viam dederant. Hos quum, ob longinquitatem itineris, errantes certo dignoscere non possent, suspicati sunt, esse ex hostium exercitu. Itaque illico signo dato adventum eorum nuntiaverunt. At Bonus, quum illi in dubio hæreret animus, re diligentius explorata, cognovit barbaros esse parvo numero, et pacis conditiones esse laturos. Itaque et ipse misit qui extra muros cum illis colloquia sererent. Decumbebat enim ex vulnere, neque illi per Theodorum medicum licebat hostibus obviam ire. Neque enim hostes eum vulneratum esse scire suspicabatur. Quodsi vero id rescissent, tum non amplius illi latendum esse dixit, ne suspicionem injiceret, ducem e vivis excessisse. Sed hostes ubi viderunt alios, qui de pace disceptarent, venire, suspicati sunt ducem periisse. Itaque colloquium coram eo fieri velle dixerunt. Tunc Theodorus, qui quod utile foret, præcipue spectabat, dixit non jam tempus postulare, ut dux domi in occulto se contineret, sed potius, ut extra civitatem prodiret, et in conspectum barbarorum veniret. Itaque vulnere unguento illito, Bonus a medico dimissus cum barbaris convenit. Tunc legati mutuo sermone hujusmodi verbis sunt usi : « Avarum dominus, o Romani, apud vos hæc proponere jussit. Ne illi succenseretis, si contra vos bellum suscepit. Etenim priores bello causam dedistis. Multis exhaustis laboribus et non minoribus itinerum fatigationibus toleratis vix istam, inquit, regionem ceperam, quum mihi illam vi eripuistis. Præterea Usdebadum, qui jure captivorum dominio meo cesserat, mihi ereptum retinetis. Multas quoque alias acerbas contumelias in me effudit imperator vester, neque id semel atque iterum, sed sæpius, neque quicquam eorum, quæ justa erant et æquitati consentanea, voluit. Itaque si tot tantisque injuriis et damnis a vobis affectus et lacessitus, armis sum usus, in nullo sum reprehendendus. Quodsi vultis nunc etiam de fœdere et pace nobiscum verba facere, prompto animo id faciemus. Vestri igitur arbitrii est, quod expedit, præoptare, et pacem bello præponere. » Ad quæ Bonus respondit : « Priores quidem nos minime bellum occepimus, aut in vos grassati sumus : e contrario tu prior in Romanos irruisti. Quin etiam imperator dona tibi mittere animum induxit, idque legatis ad te missis mandavit. Sed quum te audaciorem factum cerneret, et ultra barbaricam insolentiam vana gloria elatum et tumentem, ita ut illi verba arrogantiora, longe tuas vires excedentia, denuntiares : nimirum prudens et cautus rebus suis prospexit. Et ut nunc sunt res, nostrum est ad imperatorem legatos, quos tibi videbitur, mittere, qui de pace conveniant. Nec enim existimes velim, in nostra potestate esse quicquam aliter, quam imperator præscripserit, dicere aut facere. » Hæc ubi Bonus dixit, recta qui-

ἕτερως [ἢ] καθὰ βασιλεῖ τῷ ἡμετέρῳ δοκεῖ διαπράξασθαι. » Ταῦτα Βώνου εἰρηκότος, εὖ ἔχειν ἔδοξε τῷ Βαϊανῷ τὰ ῥήματα. Ἐσήμανε δὲ αὖθις· « Ἐπειδὴ τὰ ἐς δμαιχμίαν ἑπόμενά μοι ἔθνη αἰσχύνομαι, αἰδώς τέ με ἔχει, εἴ γε πάντῃ ἄπρακτος ἐνθένδε ἀναχωρήσω, μηδέν τι ὀνήσας ἐμαυτόν· ὡς ἂν μὴ οὖν δόξω μάτην πεποιηκέναι καὶ ἀχερδῆ τὴν ἐπιχείρησιν, βραχέα μοί τινα πέμψατε δῶρα. Καὶ γὰρ ἐν τῇ Σκυθίᾳ περαιωθεὶς οὐδὲν ὁτιοῦν ἐκομισάμην, καὶ τῶν ἀδυνάτων ἐστὶ κἀντεῦθεν ἥκιστα ὠφεληθέντα με ἀπελεύσεσθαι. » Βώνῳ δὲ τῷ στρατηγῷ καὶ τοῖς ὅσοι γε ἀμφ' αὐτόν (ἦν δὲ ὁ τῆς πόλεως μέγιστος ἱερεύς) ἔδοξεν εὔλογον μὲν εἶναι τὸ προτεινόμενον· οὐδὲ γὰρ πλεῖστα ἐβούλετο κομίσασθαι, ἀλλ' ἄχρι δίσκου ἑνὸς ἀργυροποιήτου καὶ ὀλίγου χρυσίου, ἔτι γε μὴν καὶ ἀμπεχονίου Σκυθίου (σηρικοῦ conj. Bekk.)· πλὴν ἐδεδίεσαν οἱ περὶ Βῶνον ἰδιοβουλῆσαι καὶ οὐχὶ γνώμῃ τοῦ αὐτοκράτορος ἅπαντα διαπράξασθαι. Ἀντεστήμαναν τοιγαροῦν αὐτῷ, ὡς « νῦν ἔχομεν βασιλέα φοβερόν τε καὶ ἐμβριθέστατον, καὶ οὐκ ἀνεξόμεθα οὐδὲ ὅσα οἵόντε ἐστὶ διαλαθεῖν αὐτὸν ἐπιτελέσαι αὐθαιρέτως, ἄλλως τε καὶ ἡμεῖς, ἅτε ἐν στρατεύματι τυγχάνοντες, οὐκ ἐπιφερόμεθα χρημάτων περιουσίαν ἢ μόνον στρατιωτικὴν ἐφεστρίδα, ἥν γε δή που καὶ περιβεβλήμεθα, ἔτι τε τὰ ὅπλα. Δωροφορῆσαι δὴ οὖν τῷ τῶν Ἀβάρων ἡγουμένῳ ἐξ ὧν ἐνταῦθα ἥκομεν ἔχοντες εὐτελῶν, ἄθρει, ὦ Χάγανε, μὴ καὶ ὕβρις πέφυκέ τις. Ἀξιότιμον δὲ, καθὰ ἔφην, ὡδὶ οὐκ ἔχομεν· τὰ γὰρ τιμαλφέστερα τῶν ἐφοδίων ἡμῖν ἐν ἑτέροις ὑπάρχουσι τόποις καὶ ὡς πορρωτάτω ἡμῶν. Εἰ οὖν ὁ καθ' ἡμᾶς αὐτοκράτωρ φιλοφρονήσεταί σοι δώροις, οὐκ ὀκνήσομεν δή που καὶ ἡμεῖς γιγνῆσθαί τε καὶ τῷ βασιλεῖ ἑπόμενοι ταῦτα διαπράξασθαι, καθόσον οἷοίτε ἐσμὲν, ὥσπερ φίλῳ προσφερόμενοι καὶ ὁμοδούλῳ. » Πρὸς ταῦτα ἀγαναχτήσας ὁ Βαϊανὸς σὺν ὅρκῳ ἠπείλησεν, ἢ μὴν στράτευμα ἐκπέμψειν τὴν Ῥωμαίων ἐπιδραμούμενον. Καὶ δὴ τοῦ στρατηγοῦ κατάδηλον αὐτῷ πεποιηκότος, ὡς ἐξέσται μέν οἱ ποιεῖν ὅσα ἂν δυνήσοιτο, εἰδέναι δὲ, ὡς οὐ πάντως ἐπ' ἀγαθῷ τῶν στελλομένων ἔσται ἡ ἐπιδρομὴ, αὐτὸς ἔφη ὅτι « Τοιούτους ἐπαφήσω τῇ Ῥωμαϊκῇ, ὡς, εἰ καὶ συμβαίη γέ σφισι θανάτῳ ἁλῶναι, ἀλλ' ἐμοί γε μὴ γενέσθαι συναίσθησιν. » Καὶ δὴ παρεκελεύσατο δέκα χιλιάδας τῶν Κοντριγούρων λεγομένων Οὔννων διαβῆναι τὸν Σάον ποταμὸν καὶ δῃῶσαι τὰ ἐπὶ Δαλματίαν, αὐτὸς δὲ ξὺν πάσῃ τῇ κατ' αὐτὸν πληθύϊ διελθὼν τὸν Ἴστρον ἐς τὰ τῶν Γηπαίδων διέτριβεν ὅρια.

28. (an. 568.)

Exc. De leg. Rom. p. 154—156: Ὅτι ὁ Βαϊανὸς ὁ τῶν Ἀβάρων ἡγεμὼν ἐν βουλῇ ἐποιήσατο πρεσβεύσασθαι καὶ περὶ σπονδῶν λόγους προσαγαγεῖν. Τὸν δὲ Βιταλιανὸν ἐζήτει χρυσίον οἱ παρασχεῖν, ὡς ἂν μὴ λειλασίᾳ χρήσοιτο κατὰ δὴ τὸν τῆς ἐκεχειρίας χαιρόν. Ὁ δὲ Ἰοβουλήδας, καὶ εἰλῆφὼς ἐκ τοῦ τῆς Ἰλλυρίδος ὑπάρχου νομίσματα οὐ μεῖον ἢ ὀκτακόσια, παρέσχετο τῷ Βαϊανῷ. Ταύτῃ τοι καὶ ἔστειλε τὸν Ταργίτιον ὁ τῶν Ἀβάρων ἡγούμενος, ξὺν τῷ καὶ Βιταλιανὸν τὸν ἑρμηνέα, τῷ βασιλεῖ λέξοντας ὥστε τὸ Σίρμιόν οἱ ἐνδοθῆναι, καὶ τὰ συνήθη χρήματα, ἃ Κουτρίγουροι καὶ Οὐτίγουροι πρὸς Ἰουστινιανοῦ ἐκομίζοντο βασιλέως,

---

dem eum et justa dixisse Baianus censuit; sed hæc subjecit: « Sane ego propter gentes, quæ me ad bellum secutæ sunt, verecundia ducor, si nulla re effecta recedere, neque quicquam operæ pretii fecisse videar. Ne igitur videar frustra tantum laboris pertulisse et sine ullo emolumento expeditionem suscepisse, parva munuscula ad me mittite. Etenim e Scythia huc transmittens, nihil quicquam mecum extuli neque mihi, si nihil rei, quod me juvet, percepero, hinc excedere licet. » Bono quidem duci et ceteris, qui eo erant, inter quos erat supremus urbis sacerdos, visum est, Baianum justa et rationi consentanea proponere. Nec enim immoderata munera Baianus sibi dari petebat, solum unam pateram ex argento factam, nec multum auri, præter hæc togulam Scythicam. Verum Bonus et qui ei adstabant aliquid proprio consilio inconsulto imperatore facere timebant. Itaque Baiano contra respondit: « Habemus nunc imperatorem, qui facile ad iracundiam adducitur; quare ne ea quidem, quæ fortasse eum laterent, nostra sponte et proprio animi judicio facere sustinebimus. Præterea quum in castris degamus, pecunias in numerato minime habemus, neque quicquam nobiscum ferimus nisi castrensem supellectilem, et ea quibus induimur, atque arma. Denique Avarum duci ex iis, quibus modice instructi huc venimus, dona offerre vide, o Chagane, ne injuria et ignominia aliqua sit: nam nihil tanto honore digni habemus. Pretiosiora enim viaticorum nostrorum sunt in aliis locis et longe a nobis remotis posita. Quodsi vos imperator noster muneribus demereri voluerit, non cunctabimur, tibi et nobis gratulantes, et imperatoris jussa facere, et omne, quoad ejus fieri poterit, quod tibi conducet, exsequi, tanquam amici et ejus, qui una nobiscum uni domino paret, utilitatibus inservientes. » Ob hæc indignatus Baianus jurans minatus est, se immissurum exercitum in Romanorum ditionis regiones, qui populationes faceret. Ad quæ quum dux palam prædicaret, illi quidem licere omnia, quæ posset, aggredi et tentare, sed persuasum habere, fore ut istæ excursiones his, qui in eas mitterentur, non bene verterent, respondit, se tales missurum, qui si perierint, damnum nullum ex eorum exitio ad ejus sensum esset perventurum. Itaque jussit dena millia Hunnorum, qui Contriguri (*Cutrigurir fr.* 28. *Cotriguri* Agath.) dicebantur, trajicere Saum et vastare Dalmatiam. Ipse vero cum omni suo exercitu, transmisso Istro, in finibus Gepidarum substitit.

28.

Baianum, Avarum ducem, voluntas coegit legatos ad Romanos mittere, qui de fœderibus verba facerent. A Vitaliano etiam sibi aurum dari petiit, ut a prædis agendis per inducias abstineret. Iobulidas, acceptis a præfecto Illyrici nummis non minus octingentis, ea Baiano tradidit. Quamobrem Avarum dux misit Targitium, qui una cum Vitaliano interprete imperatori denuntiarent, ut Sirmium et pecunias, quas Cotriguri et Utiguri a Justiniano accipere

εἶτα δὴ αὐτοῦ ἅμφω τὼ φύλω τούτω καθελόντος· πρὸς τοῖς καὶ Οὐσδίβαδον τὸν Γήπαιδα. Ἔφασκε γὰρ τοὺς Γήπαιδας ἅπαντας αὐτῷ ἀνήκειν, ἅτε δὴ καὶ αὐτοὺς πρὸς αὐτοῦ καταπολεμηθέντας. Ἀφικομένων δὴ οὖν τῶν πρέσβεων κατὰ δὴ τὴν βασιλίδα πόλιν, παρελθόντων τε ὡς τὸν αὐτοκράτορα, ἔφη ὁ Ταργίτης· « Ὦ βασιλεῦ, πάρειμι σταλεὶς ὑπὸ τοῦ σοῦ παιδός· πατὴρ γὰρ αὐτὸς ἀληθῶς Βαϊανοῦ τοῦ καθ' ἡμᾶς δεσπότου. Πέποιθα δὴ οὖν, ὡς ἐπιδείξασθαι προθυμηθείης τὴν περὶ τὸν παῖδα στοργὴν τῷ διδόναι τὰ τοῦ παιδός. Οὕτω τοίνυν ἐχόντων ἡμῶν, τάχα δὲ σοῦ καὶ ἡμῶν, ἆρα οὐχὶ παραχωρήσεις αὐτῷ τῶν γερῶν; οὐ γὰρ ἐς ἀλλότριον οὔτε μὴν πολέμιόν τινα τὰ διδόμενα μεταθήσοις σχεδόν· οὐδὲ μεταθήσεται τῶν παρεχομένων ἡ κυριότης, ἢ πάλιν εἰς σὲ ἀναδραμεῖται διὰ τοῦ παιδὸς, εἴγε παράσχοις αὐτῷ τὰ ἐφ' οἷς ἥκω, τήν τε πολιν τὸ Σίρμιον καὶ τὰ χρήματα κατ' ἔτος, ὅσα βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς τοῖς Κουτριγούροις καὶ Οὐτιγούροις ἐδίδου (οἱ), Βαϊανοῦ τήμερον δεσπόζοντος τούτων γε ὁήπου τῶν ἐθνῶν· ἔτι καὶ Οὐσδίβαδον τὸν Γήπαιδα καὶ τοὺς περὶ αὐτόν· οὐδὲ γὰρ περὶ τούτων ἀντερεῖ τις, ὡς οὐχὶ πεφύκασιν ἀνδράποδα Βαϊανοῦ. » Ταῦτα ὁ Ταργίτης ἔλεξεν. Ἀτὰρ ὁ βασιλεύς· « Οὐ πρεσβευσόμενος ἥκεις, ὡς ἔοικεν, ὦ Ταργῖτα· μᾶλλον μὲν οὖν πρὸς ἀγνοοῦντας ἡμᾶς τεκμηριώσασθαι βουλόμενος τῶν Ἀβάρων τοὺς τρόπους. Εἰ γὰρ, ὥς φατε, δοίημεν ὑμῖν τὰ ὅσα τοῖς πρώην Οὔννοις, οἴκτῳ μᾶλλον καὶ οὐ φόβῳ, τῷ μὴ ἐθέλειν αἷμα ἔχειν, Ἰουστινιανὸς ἐδίδου, γελοῖόν γε ἂν εἴη, * καὶ οἷς τὸ φιλάνθρωπον ἀπονέμειν δεῖ, καὶ οἷς ἀντιτάττεσθαι φανῶμεν οἱ αὐτοί· ὁπότε οἱ δεῖλαιοι Κουτρίγουροί τε καὶ Οὐτίγουροι, οὓς διαβεβαιοῦσθε πρὸς ἡμῶν κομίζεσθαι χρήματα, τοῦτο μὲν φυγόντες ἡμᾶς, τοῦτο δὲ πεπτωκότες ὑφ' ἡμῶν τυγχάνουσιν ἄρδην ἠφανισμένοι. Τί οὖν παράσχοιμεν ὑμῖν τὰ τῶν ἠσσωμένων; ἀλλ' οὐ τῇ φύσει ξυνάδει τῶν πραγμάτων καὶ κρατεῖν ἅμα, καὶ ὑπὲρ τῶν κεκρατημένων ἑτέροις χρήματα καταθεῖναι. Οὐ γὰρ ἀποχρῶν, εἰ φανείημεν ἅπαξ τοῦ τὰ δέοντα φρονεῖν ἐστερημένοι, ἀλλὰ γὰρ καὶ εἰς συνήθειαν ἕλκειν τὴν ἀφροσύνην οἴεσθε δεῖν; τί οὖν ποιοῦμεν τὸν Οὐσδίβαδον; ὑμῖν ἀποδοίημεν; οὐχ οὕτω πεφύκαμεν ἠλίθιοι, ὥστε τὰ ἡμέτερα καταπροέσθαι, καὶ ταῦτα βαρβάροις καὶ λυμαινομένοις τῇ καθ' ἡμᾶς πολιτείᾳ. Ὁ γὰρ πρὸ ἡμῶν τὸ βασίλειον ἀναδιδεγμένος κράτος Γήπαιδας ἐπήλυδας ὄντας εἰσεποιήσατο, καὶ χώραν αὐτοῖς ἀπένειμε τὴν περὶ τὸ Σίρμιον, εἶτα καὶ πολέμου κινηθέντος αὐτοῖς ὡς Λογγοβάρδους, ὥσπερ εἰκὸς, ξυνεπιλαβόμεθα τοῦ κινδύνου τοῖς οἰκείοις. Καὶ ἂν ἐκράτουν οἱ Γήπαιδες τῇ Ῥωμαίων χειρὶ, εἴγε μὴ ἀνδραποδώδεις ὤφθησαν καὶ τῷ τῆς γνώμης ὀλερῷ τοὺς εὐεργέτας ἐλύπησαν. Ἀνθ' ὧν ἐπιβουλεύσαντας ἡμῖν ἀσύγγνωστα οὐ Ῥωμαίοις ἔδοξε μετελθεῖν τοὺς ἀγνωμονήσαντας, οἷς ἔνεστι μὴ ἀντιτιθέναι τὰς τιμωρίας ἰσορρόπους τοῖς πλημμελήμασι, μᾶλλον μὲν οὖν περιιδεῖν, ὡς ἂν ὑφ' ἑτέρων ἐς τὸ παντελὲς διαφθαρήσοιντο. Εἰ τοίνυν ἄλλως οὐκ ἔχει ταῦτα, ἐπείπερ ἡμεῖς ἐπεγκαλεῖν ἄξιοι καθεστήκαμεν, ὅτι τοὺς ἡμῖν ἀνήκοντας ἔχετε Γήπαιδας, ἀντέστραπται καθ' ἡμῶν τὰ τῶν ἐγκλημάτων. Ὑμεῖς μὲν γὰρ τὸν

---

soliti erant, quia utramque gentem subegerat, illi traderet, et præterea Usdibadum etiam Gepidam. Dicebat enim, omnes Gepidas in suum jus dominiumque venisse, quia eos devicerat. Itaque legati ubi in regiam urbem ad imperatorem venerunt, Targites sic eum est affatus: « O imperator, adsum a tuo filio missus. Tu enim vere pater es Baiani, ejus qui apud nos dominatur. Confido igitur, te affectum paternum exhibiturum esse filio in eo, quod reddes ea quæ filii sunt. Quum igitur nos hoc animo simus, et fortasse tu æque ac nos, nonne tu illi sua præmia præbebis? Quod si feceris, ea non in extraneum, neque in hostem contuleris, neque earum rerum mutabitur dominium. Etenim rursus ad te redibit per filium, si ea indulseris, quæ a te petitum venio. Scilicet Sirmium et pecunias, quotannis quas dabat imperator Justinianus Utiguris et Cotriguris, quum Baianus hodie dominium sit adeptus harum omnium gentium; deinde Usdibadum et ejus comites sibi tradi poscit. Nec enim Usdibadum quisquam negarit factum esse Baiani mancipium. » Hæc Targites; cui imperator: « Tu quidem, ut videtur, minime, ut legationem faceres, venisti; sed magis, ut mores Avarum, antea nobis penitus ignotos, cognitos perspectosque efficeres. Si enim, ut dicitis, concesserimus vobis ea, quæ nuper Justinianus, commiseratione potius quam terrore adductus, quia ab effundendo sanguine abstinere volebat, Hunnis largitus est, ridicula res sane erit, * si etiam liberalitatem et humanitatem in eos exercere oporteat, contra quos in acie stare, nemo est qui nos non viderit, quando miseri Cotriguri et Utiguri, quos affirmatis a nobis accepisse pecunias, modo fugientes, modo cæsi, a nostro exercitu sunt ad internecionem usque deleti. Cur igitur vobis largiemur bona eorum, quos vicimus? Hoc enim abhorret a communi sensu, simul et vincere, et eorum, quos viceris, bona aliis tribuere. Nonne satis est, si semel visi sumus prudentia destituti? An censetis imprudentiam nobis etiam ad consuetudinem trahendam esse? Quid igitur de Usdibado faciemus? vobisne eum reddemus? non sumus adeo dementes et stolidi, ut nostra profundamus, maxime in barbaros et eos, qui nostræ rei publicæ gravia damna intulerunt. Qui enim imperatoriam majestatem ante nos administravit, Gepidas vagantes excepit, et illis regionem circa Sirmium, quam incolerent, distribuit. Deinde exorto inter ipsos et Longobardos bello, sociis nostris, ut par erat, opem tulimus, et Romanorum auxilio Gepidæ vicissent, nisi servilem animum prodidissent. Nam mala mente benefactoribus suis infesti fuerunt, et pro beneficiis in eos collatis insidias, in quo nulla venia digni sunt, nobis struxerunt; Romanis tamen minime visum est homines ingratos persequi, qui nunquam dignas pœnas pro peccatis dare possunt; sed potius pati, ut ab aliis funditus everterentur. Quum igitur non aliter se res habeant, si nobis jure de vobis conqueri licet, quod eos, qui nostri optimo jure fuerunt, possideatis, nunc a vobis eadem in nos retorquentur. Vos enim Usdibadum, nos Gepidas, qui reliqui sunt, a vobis repetimus. Etenim nos Romani ab initio et ab omni bo-

Οὐσδίβαδον, ἡμεῖς δὲ καὶ τοὺς Γήπαιδας ὑμᾶς τοὺς λοιποὺς εἰσπράξοιμεν. Ῥωμαῖοι γὰρ ἄνωθέν τε καὶ ἐξ ἀρχῆς σωφρονίζειν ἐτάχθημεν τὸ ἀνόητον, οὐ μὴν ἀνόητοί τινες εἶναι νομίζεσθαι. Ἀλλὰ τὸ Σίρμιον ἐγχειρίσωμεν βαρβάροις; οὐκ ἀρκέσει γὰρ ὑμῖν τὸ περιεῖναι μέχρις ὅπλα κινεῖν οὐ βούλοιντο Ῥωμαῖοι. Ἀλλ' ἐρεῖς, ὦ Ταργῖτα, ὅτι διαβήσεται Ἴστρον ὁ Χαγάνος, ἔτι γε μὴν καὶ τὸν Ἕβρον· καὶ ὅτι τὰς ἐπὶ Θράκης αὐτοβοεὶ παραστήσεται πόλεις. Ἀλλὰ προφθάσουσιν αἱ Ῥωμαϊκαὶ δυνάμεις, καὶ τῆς ἐλπίδος αὐτὸν ἀφαιρήσονται, καὶ μᾶλλον αὐτοὶ σκευαγωγήσουσι τὰ Ἀβάρων. Καὶ οὐ παυσόμεθα καταβάλλοντές τε καὶ χειρούμενοι, ἕως ἂν ἐφυβρίσῃ τὸ βάρβαρον. Λυσιτελήσει δὲ Ῥωμαίοις ἀντὶ τῆς εἰρήνης ὁ πόλεμος. Ἀβάρων γὰρ τῶν νομάδων τε καὶ ἐπηλύδων καθεστάναι φίλους τῆς ὡς αὐτοὺς δυσμενείας βαρύτερον, ἄλλως τε καὶ φιλίας ὑπούλου καθεστώσης. Κρεῖσσον ἐν τοῖς σώμασι καὶ οὐχὶ ταῖς ψυχαῖς φέρειν τὰ τραύματα. Πρὸς ταῦτα, ὦ Ταργῖτα, καὶ τόξα καὶ ἵπποι καὶ μυρίαι δυνάμεις ὁπλιτῶν ἑστῶσαν ἐν παρασκευῇ· οὐ γὰρ ἡσυχία τοῦ συνοίσοντος αἱρετώτερον.» Τοσαῦτα εἰπὼν ὁ αὐτοκράτωρ, μεγαληγορίᾳ τε χρησάμενος πολλῇ, τῶν Ἀβάρων ἀφῆκε τοὺς πρέσβεις, πρότερον Βώνῳ τῷ στρατηγῷ ἐν γράμμασι πλεῖστα ἐπιμεμψάμενος, ὅτι γε ὅλως ὡς αὐτὸν τοιάδε προϊσχομένους ἔστειλεν ἐς Βυζάντιον· πρός γε καὶ σημήνας ἔργου ἔχεσθαι καὶ πάντα τὰ πολεμιστήρια ὄργανα ἐπισκευάζειν, σαφῶς ἐπιστάμενον, ὡς ξυγχροτηθήσεται ὁ πρὸς Ἀβάρους πόλεμος καὶ μάλα αὐτίκα. Καὶ δὴ ὁ Βῶνος, ἐπεὶ τὸ βασίλειον ἀνελέξατο γράμμα, τὰ πρὸς τὸν πολεμον ἐξηρτύετο.

29. (an. 568 s. 569.)

Exc. De leg. gent. p. 114: Ὅτι αὖθις ἦλθε Ταργίτιος βουλόμενος πρεσβεύσασθαι ὡς βασιλέα, ἐκεῖνά τε ἔφη τῷ βασιλεῖ καὶ ἤκουσε πρὸς αὐτοῦ ἅπερ καὶ ἄλλοτε. Τήν τε γὰρ πόλιν τὸ Σίρμιον ἐβούλετο πρὸς Ῥωμαίων κομίσασθαι, ἅτε οἰκεῖον ὂν αὐτῷ κτῆμα ἐξότε τὰ τῶν Γηπαίδων ὑπ' αὐτοῦ διέφθαρτο πράγματα· ἔτι τε καὶ χρήματα, ἅπερ Ἰουστῖνος (l. Ἰουστινιανὸς) τοῖς Οὔννοις ἐφ' ἑκάστῳ ἐνιαυτῷ ἐδίδου· καὶ, οἷα μηδὲν εἰληφότων αὐτῶν ἐκ τῶν παροιχομένων ἐτῶν, ἅπαντα ὁμοῦ Ταργίτιος εἰσπράττειν ἠξίου, οὕτω τε λοιπὸν τὰς ἐνιαυσιαίας συντάξεις ἐρρωμένας κατατιθέναι Ῥωμαίοις. Πρός γε καὶ τὸν Οὐσδήβαδον ἐξήτει οἷα προσήκοντα τῷ τῶν δορυλήπτων αὐτῷ θεσμῷ. Καὶ ἕτερα δέ τινα προεβάλλετο ὁ Ταργίτιος ὑπερηφανίας ἀνάπλεα, ὧν οὐδένα λόγον ἐποιεῖτο ὁ βασιλεύς, ἀλλὰ γὰρ τά τε λεγόμενα πρὸς αὐτοῦ ἀπεφλαύριζε, καὶ μὲν οὖν βασιλικῶς ἐχρῆτο τοῖς ῥήμασιν. Ἐπὶ τούτοις οὖν διάφοροι πρεσβεῖαι φοιτήσασαι, ὡς δι᾽ηνύσθη πλέον οὐδέν, διαφῆκε τὸν Ταργίτιον ὁ βασιλεύς, εἰρηκὼς αὐτῷ στέλλειν ἐκεῖσε Τιβέριον αὐτοκράτορα στρατηγὸν, περὶ τοῦ παντὸς διαλεχθησόμενον καὶ βεβαιώσοντα τὰ ἕκαστα.

30.

Exc. De sent. p. 357. 358: Ὅτι ἐν ταῖς εὐπραγίαις τῶν δυσμενῶν διπλασιάζεσθαι πέφυκε τὸ ἔχθος.

Ὅτι τὸ εὐτυχεῖν οὓς οὐκ ἐχρῆν ὑπόθεσις γίνεται τοῦ μὴ τὰ δέοντα φρονεῖν τοῖς μὴ λογισμῷ βεβηκότι χρωμένοις τῇ τύχῃ.

---

minum memoria imprudentes coercere officium nostrum duximus, non ipsi imprudentes habebamur. Nosne Sirmium barbaris trademus? Non igitur satis vobis superesse videtur, quousque Romanis nondum arma ferre placuit? Sed ais, o Targita, Chaganum Istrum trajecturum et Hebrum quoque, et Thraciæ urbes primo impetu occupaturum. At prævenient et occurrent Romanorum copiæ, et eum spe depellent sua, imo agent et rapient quæ Avarum sunt. Neque grassari et prædas agere cessabimus, dum barbari superbient; et certe longe Romanis utilius bellum quam pax. Etenim cum Avaribus et Nomadibus et advenis amicitiam tenere gravius et acerbius est, quam eos hostium numero habere. Nam subdola est eorum amicitia, et præstat vulnera corpore, quam animo, gerere. Quamobrem, o Targita, et arcus et equi et infinitæ copiæ armatorum in apparatu erunt. Nec enim quies utilitate potior.» Hæc quum imperator alto spiritu dixisset, Avarum legatos dimisit. Prius tamen Bonum ducem per literas magnopere increpavit, quod ad se illos legatos, qui talia proponerent, Byzantium misisset. Ad hæc illum monuit, quia certus erat, quamprimum bellum contra Avares erupturum esse, ut omni opera et studio bellicas machinas præpararet. Et Bonus, lectis imperatoris literis, omnia, quæ ad bellum pertinebant, diligenter curavit.

29.

Venit denuo Targitius, ut legatione fungeretur apud imperatorem. Eadem vero dixit imperatori, et audivit ab imperatore, quæ et antea. Petebat enim a Romanis sibi tradi Sirmium oppidum, tanquam esset sua privata et domestica possessio, quia ab ipso Gepidarum res essent eversæ; tum etiam pecunias, quas Justinus (*Justinianus*) Hunnis quotannis pendebat, postulabat, et quasi superioribus annis nihil accepissent, omnes simul Targitius sibi persolvi volebat, et ita in posterum annua cum Romanis fœdera se rata habiturum dixit. Usdibadum quoque poscebat, tanquam qui suus raptivitatis jure et lege esset. Plurima alia etiam in medium proferebat Targitius, insolentiæ et superbiæ plena, quorum omnium imperator nullam rationem habuit, sed elusit et contempsit, et verbis imperatoriam majestatem decentibus est usus. Denique quum per diversas et multas legationes super his commeantes nihil quicquam effectum esset, Targitium dimisit imperator, et illi dixit, se illuc missurum Tiberium, qui summum in exercitu habebat imperium, qui de omnibus rebus ageret, et singula pacaret et firmaret.

30.

Sicubi res prospere eveniunt, tuno malevolorum odium duplicari solet.

Indignorum hominum felicitas in causa est, quominus illi congruos spiritus mente agitent, qui non satis firmo animo fortunam suam ferunt.

Ὅτι φιλοτάραχον χρῆμα ὁ δῆμος, καὶ φύσις αὐτῷ ἡ προπέτεια.

Ὅτι χαλεπὸν ἀμελούμενον τὸ χρῆμα (ἀμελούμενος παραχρῆμα conj. Bekk.) καὶ δυσκαταγώνιστον ἐμφύλιος πόλεμος.

Ὅτι ἀνδρείας ἐπίδειξις προερχομένη κατὰ τῶν φύσει δυσμενῶν καὶ οὐ κατὰ τῶν ὁμοδιαίτων ἐνδοξότερον τίθησι τὸν ἐπιδεικνύμενον.

Ὅτι οἱ Γότθοι παντελῶς ὑπὸ Ῥωμαίων ἡττήθησαν. Καὶ ἐγώ γε τὰ τοιάδε ἄγαμαι οὐδαμῶς· χρόνῳ γὰρ συμμορφοῦσθαι πέφυκε τὰ ἀνθρώπεια, εὖρός τε σχεδὸν ἅπασαν (ἂν πᾶσαν Bekk.) ἱστορίαν τῶν τοιῶνδε χαλεπῶν ἀνάπλεων, γένη τε μέγιστα καὶ πόλεις νῦν μὲν ἐς ἄγαν εὐημερήσαντα, νῦν δὲ ἐς τὸ μὴ εἶναι κατολισθήσαντα παντελῶς. Ταῦτα μὲν οὖν καὶ τοιάδε ἡ περιφορὰ νεοχμοῦσα τοῦ χρόνου καὶ πρὸ τοῦ ἐπεδείξατο, καὶ μὴν ἐπιδείξεται αὖθις, καὶ ἐπιδεικνυμένη οὐ παύσεται, ἔστ' ἂν ἄνθρωποί τε ὦσι καὶ μάχαι.

Ὅτι μέχρι τοσούτου δέον πονεῖν, ἄχρι τῆς ἐκ τῶν πόνων ὠφελίας ἐν ἀπολαύσει καθεστάναι δύναιτό τις· ὁ γὰρ μὴ οὕτω βιοτεύων, εἰ καὶ πλέον ἔσχε τῶν ἄλλων, ἧττον ἔχει τῶν ἀγαθῶν.

Ὅτι ὁ ξὺν τῇ δυνάμει τῶν πέλας νικήσας οὐδὲν ἧττον ὥσπερ νενικηκόσι τοῖς ἡσσημένοις παραχωρήσει μεγαλαυχεῖν τῷ πρὸς ὀλιγίστην αὐτοὺς ἀγωνίζεσθαι δύναμιν.

Ὅτι κινδύνων ἐλπὶς ἄνευ κινδύνων τίθησι τὸν ἐλπίζοντα τῷ προπεσφαλίσθαι τῶν δυσχερῶν τῇ δοκήσει τὰ πράγματα. Πολλάκις γὰρ καὶ τό γ' ἀληθὲς ἐν ὑπονοίᾳ γενόμενον ἀσφαλές.

Ὅτι καὶ αὖθις ὁ τῶν Ἀβάρων ἡγούμενος ταῖς πρώην ἐχρήσατο ἀπειλαῖς. Καὶ ἐπειδὴ κομπάζων καὶ μεγαλορήμων ἐσότι ὑπάρχων οἷόστε οὐκ ἐγένετο ἐκδειματῶσαι τοὺς Ῥωμαίους· οὗτοι γὰρ δὴ πρὸς οἷς οὐκ ὀρρωδίᾳ τις αὐτοῖς ἐνέσκηψε, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἀπεφλαύριζον καὶ περιεφρόνουν τὸν βάρβαρον, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κομπωδεστέραις ἐχρῶντο ταῖς ἀντιλογίαις.

Ὅτι μεμίσηται τυραννὶς, καὶ ἀντίπαλος εἴη [αἰεὶ Bekk.] ὁ τυραννούμενος.

31.

Suidas: Ἐπιδουπῆσαι, ἐπικτυπῆσαι.... Μένανδρος· « Οἱ δὲ Ἄβαροι κατὰ τὴν τοῦ πολέμου κίνησιν ἐβούλοντο ἦχον ἐγεῖραι ξυμμιγῆ τε καὶ ἄγριον, ἔτι δὲ (οὖν) ξὺν τῷ ἀλαλάγματι ἐπιδουπῆσαι τοῖς τυμπάνοις, ὅπως ἂν ἐς τοσοῦτον αὐτοῖς ὁ κτύπος ἐξαρθείη, ὡς καταπλῆξαί τε καὶ δεδίξασθαι τὸ Ῥωμαϊκόν· ταῦτα ἐπεὶ προέγνω ὁ Βῶνος, προαφηγήσατο τοῖς στρατιώταις, ὥστε αὐτοὺς τῷ ἀθρόῳ μὴ καταπλαγῆναι, ἀλλὰ προανατυποῦντας ὅπερ ἔμελλεν ἔσεσθαι ἐθίζεσθαι τῇ δοκήσει καὶ τῷ μήπω παρόντι πρὸς τὸ ἐσόμενον· καὶ ὅταν αἴσθοιντο τὸν πάταγον τῶν τυμπάνων, ἀντιπαταγεῖν καὶ αὐτοὺς ταῖς ἀσπίσι, καὶ ἐπαλαλάζειν τὸ ἐνυάλιον, καὶ παιανίζειν, καὶ τοῖς ὑδροχόοις ἀγγείοις ξυλίνοις οὖσιν ἐπικτυπεῖν. » Partem horum repetit v. Δεδίξασθαι.

Suidas: Ἀνάρροπον. Μένανδρος· « Κατιόντων τῶν Ἀβάρων κατ' ὀλίγους, οἱ στρατηγοὶ γνώμῃ ἐχρῶντο παραχρῆμα ἐπιθέσθαι σφίσι, κἀκ τούτου ἀνάρροπον τιθέναι τὴν τῶν Ἀβάρων κατάβασιν. »

32. (an. 570. Justini an. 6.)

Exc. De leg. gent. p. 114: Ὅτι ἄλλα τε πολλὰ αἴτια ἐγένοντο τοῦ πολέμου Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν, τὸ δὲ μᾶλλον ἀναπτερῶσαν Ἰουστῖνον ὁ κινῆσαι (καὶ

Populus tumultuandi amans est et natura sua temerarius.

Incuria difficile et vix superabile bellum civile.

Ea demum fortitudo facit hominem inclytum, quæ adversus naturales hostes, non quæ contra cives exseritur.

Gothi a Romanis penitus domiti fuerunt. Neque ego id miror: nam æque, ut tempus, res humanæ mutabiles sunt. Cunctam vero propemodum historiam gravium hujusmodi casuum plenam invenies, et quidem maximas gentes urbesque modo felicissimas, modo ad nihilum redactas. Hæc et similia, inquam, temporis circumactio ac perpetua novitas tum ante nos demonstravit, tum et deinceps, donec hominum genus erit et bellandi usus, spectanda exhibebit.

Eatenus laborandum est, quatenus laborum utilitate frui quis potest: nisi enim ita vivit, is etiamsi ceteros superaverit, ubertate tamen verorum bonorum inferior est.

Qui finitimorum viribus adjutus vicit, is occasionem præbebit victis, ac si essent victores, gloriandi, quasi ipsi contra vires duplo suis majores pugnaverint.

Periculorum exspectatio extra periculum exspectantem collocat; propterea quod suspicione malorum rebus suis cavet: sæpe enim id etiam, quod reapse impendet, si suspicione præoccupetur, tuto cavemus.

Avarum dux prædictas denuo minas intentavit: neque tamen jactantia tumidisque verbis Romanos territare potuit. Porro hi, nullo timore correpti, non solum barbarum contemnebant ac flocci faciebant, sed ultro etiam jactantioribus responsis non temperabant.

Tyrannis invisa est, semperque inimicus, qui tyrannidem patitur.

31.

condition pacem servandam, nisi liberum sit Persarmeniis et Iberis, qui suam patriam reliquerint, ad Romanorum partes transire. Etenim Tiberius Cæsar maximi merito faciebat ea sacramenta quæ ab imperatore Justino præstita erant Persarmeniis et Iberis, qui ad Romanos defecerant. Juraverat enim imperator omni ope se annisurum, ut terram quæ ipsos aluerat, suæ ditionis efficeret. Quodsi rem illam exsequi et bello finem imponere non posset, auctores tamen defectionis eorumque propinquos, et generaliter eos qui Romanæ reipublicæ participes esse vellent, se nunquam Persis dediturum. Grata et jucunda res Persarum regi contigit, Romanos Armenia et Iberia cedere, modo harum regionum incolis, quo vellent ire habitatum, potestatem faceret. Nec sine ratione, meo quidem judicio. Satis enim noverat, paucis exceptis ex principibus, qui defectionis ad Romanos auctores fuerant, fore ut reliqui amore et desiderio terræ altricis capti (hoc enim natura omnibus innatum est) minime ad exteros demigrarent. In spem etiam adducebatur, bello posito in commodiorem statum res Persarmeniæ et Iberiæ redactum iri. Nam hæ regiones erant fœcundæ et omnium, quæ ad vitam necessaria sunt, feraces, unde ampla tributa et vectigalia colligi poterant. Itaque Persarum regi placuit his conditionibus a bello discedere. Ad hæc, ne qua in posterum restaret belli causa, Cæsari venit in mentem cogitare, ut pro Persarmenia et Iberia oppidum Daras a Persis vicissim acciperet : non quod in eo oppido quæstum faceret; nam nihil aliud utilitatis hoc oppidum præbet, quam quod munitissimum est propugnaculi loco Orientali Romani imperii parti : sed hoc adversis Romanorum rebus solatio esse voluit, quod sua recuperarent, simul et nullam belli scintillam relinquere cupiebat. Ea de causa Daras recipere aut pecuniis aut alio quovis modo studebat. Pacem igitur facere æquis conditionibus, antequam bello in Armenia decertaretur, lubebat, et assentiebantur Persæ. Sed quum Persæ jam in eo essent ut Romanis oppidum Daras cederent, aut nulla aut quantulacumque accepta pecuniæ summa, simulac constaret Romanos Armenia et Iberia excessisse : dum hæc legati inter se disceptant, pugnatum est in Armenia, in qua pugna multum sua spe excidentes Romani in cladem delapsi sunt. Itaque quum Persæ ex secundis suis rebus spiritus sumpsissent, rex eorum dixit, se nunquam passurum, ullam mentionem de oppido Daras Romanis dedendo fieri, quod vi et virtute ex communi belli lege cepisset et obtinuisset. Romanos vero contra fœdera Persarmeniam et Iberiam ad defectionem excitasse, et earum regionum incolas, qui a Persis deficiebant, tueri et suscipere. Itaque barbarum secundæ res, quæ illi evenerant, superbiorem et ferociorem reddebant. Minabatur etiam, antequam tres anni elaberentur, quibus induciæ tunc temporis durabant, intra quos pacem fieri per Orientem placuerat, fore ut arma moveret, imo et bellum in Occidentales regiones

ὁ ἰατρὸς καὶ τόδε ἐμπεδώσας ὑπῆρχεν. Ἔφασκε δὲ τὰ χρήματα ἀποδώσειν κατὰ τοσοῦτον, καθόσον ἐνέλιπε τῇ τριετίᾳ· εἶτα οὕτως πολέμου ἀπάρξεσθαι αὖθις. Ταύτην οὖν Μεβώδου οἷα δὴ ἐκ βασιλέως Περσῶν ἀπαγγείλαντος τὴν γνώμην, οἱ τῶν Ῥωμαίων ἄρχοντες παραδήσεσθαι μὲν οἷδε τὰς ξυνθήκας ἥκιστα ἔλεγον· οὐδὲ γὰρ ξυντετάχθαι ἐν ταῖς ἐξεῖναι θατέρῳ βουλομένῳ τῶν μερῶν ἢ τοῦ χρυσίου παντὸς ἤγουν μοίρας τινὸς ὡς τὴν παρασχόμενον ἀναδραμούσης διαρρηγνύναι τὰς σπονδάς. Ὅμως δ' οὖν περὶ τούτων αὖθις ἐν ἀπορρήτῳ ἀλλήλοις Μεβώδης τε καὶ Ζαχαρίας ἐν τῷ αὐτῷ ξυνεργομένῳ διελεγέσθην, ἐκοινολογοῦντό τε, καὶ προὐτίθεσαν τὰ ὅσα ἄμφω τὼ ἀνδρε ᾤοντο χρῆναι εἰρῆσθαι· ἐπειρῶντό τε ἕτερος ἑτέρου, ὅπως ξυνέλθοιεν ἐς καταλλαγὰς αἱ πολιτεῖαι. Καὶ Μεβώδης μὲν ἰσχυρότατά πως ἀπομνύμενος ἦν, ὡς βούλεται τῷ Καίσαρι χρησιμώτατα ἐξειπεῖν * αἰτήσασθαι, καὶ μὲν δὴ ἐπιτηδειότατος εἶναί οἱ· Ζαχαρίας δὲ [ἤρετο], εἰ οἷόντε εἴη λαθραιότατα καὶ ἥκιστα ἐξεπισταμένου τινὸς ὑπὲρ τῆς πόλεως τοῦ Δάρας ῥητόν τι παρασχέσθαι χρυσίον. Ζαχαρίας δὲ ἔφασκε τὰ τοιάδε, ἐπιτετραμμένον αὐτῷ πρὸς τοῦ Καίσαρος, οὐκ ἐς τὸ ἐμφανὲς, οὐδὲ μὴν ἑτέρου ἐξεπισταμένου τινὸς, ἢ Μαυρικίου τοῦ Παύλου, τὰ μάλιστα εὐνούστατα ὡς τὸν Καίσαρα ἔχοντος, ὃς ἐν τῷ τότε τὸν βασίλειον ἰθύνειν ἐκληρώσατο λόγον· ὥστε ἀμέλει μηδὲ πρὸς τῶν βασιλείων γραφέων τὰ περὶ τοῦ τοιοῦδε γεγράφθαι, τῷ μάλα ἐν παραβύστῳ εἶναι τὰ βεβουλευμένα τῷ Καίσαρι. Γράφει δ' οὖν Ζαχαρίας, ὡς εἴποις σὺ (Ζαχαρία, ὡς, εἰ λέγοι σοι Nieb.) Μεβώδης λύτρα δεῖθεν τοῦ Δάρας τὸν βασιλέα κομίσασθαι Περσῶν, αὐτῷ πεισθήσεται ὁ Καῖσαρ τὰ χρήματα καταθήσειν, καὶ δὴ οὐκ ἐς ἀναβολήν. Ταῦτα τοίνυν Ζαχαρίου, εἰ καὶ μὴ ἀναφανδὸν, ὑπαινιττομένου δὲ ὅμως τῷ Μεβώδῃ, οὐδὲν ὅγε ἔφασκε περὶ τούτου ἐπιτετράφθαι πρὸς τοῦ βασιλέως Περσῶν, οὐδὲ μὴν ἀνέξεσθαι ὅλως ἐπὶ χρήμασι μεταθεῖναι τὸ Δάρας. Διεβεβαιοῦτο [δὲ] ἔμπης, καὶ ὅρκοις τισὶν ἐπετίθει τὸ πιστὸν, ὡς νῦν εἰ προέλθοιεν αἱ ξυνθῆκαι, ὕστερον αἰτοῦντι τῷ Καίσαρι δώσειν ὥσπερ ἐξαίρετόν τι δῶρον τὸν βασιλέα Περσῶν τὴν πόλιν. Πρόδηλος οὖν ἦν ἐντεῦθεν μὴ ἐρρωμένα φρονῶν τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ, ἀλλὰ πόρρω τῆς ἀληθείας φθεγγόμενος, βουλόμενός τε Ῥωμαίους μὲν ἀμαχητὶ ὑπαναχωρῆσαι τῆς Περσαρμενίας καὶ Ἰβηρίας, τελευταῖον δὲ ἀμφὶ τοῦ Δάρας αἰτεῖν καὶ τῶν ἐπηγγελμένων ἥκιστα τυγχάνειν, εἶτα τὴν ἐν ὑστέρῳ βουλὴν, καθὰ δήπου τὸ περιφερόμενον ἐκεῖνό φησι, μὴ ἔχειν ἰσχὺν, ὥσπερ καὶ Σουανίας πέρι ἐν τῷ πρώτῳ ἠπατήθη Πέτρος ὑπὸ τοῦ Ζίχ. Ὁμοίως οὖν καὶ ὁ Μεβώδης ἠβούλετο δράσειν. Ἐπεὶ δὲ ἑώρα Ζαχαρίαν ἐσότι ἐμφρονέστατον καὶ οὐχ οἷόντε ὂν αὐτῷ παρακρούσασθαι τὸν ἄνδρα, ὁ δὲ τὴν ἑτέραν ἐτράπετο, ὡς ἂν τρόπῳ τῇ (τῳ B.) ἀπάτῃ περιέλθοι τοὺς Ῥωμαίους. Ἐπὶ χρόνον γάρ τινα ξυνῆκε ἐς ταὐτὸ τοῖς ἀμφὶ Ζαχαρίαν, ἐλπίσι (ἐλπίδα B.) ὑποστρωννὺς, ὡς ἔσοιτο εἰρήνη καὶ ὡς ἐπινεύσοι ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἐνδοῦναι Ῥωμαίοις τὸ Δάρας, ταύτῃ οἰόμενος ἐκλύσειν τὴν εἰς τὸν πόλεμον προθυμίαν τοῦ Καίσαρος. Καὶ οὖν ἐν τοιοῖσδε τριβομένου τοῦ χρόνου, καὶ τῶν ἐξ ἑκατέρας πολιτείας πρέσβεων περὶ ταῦτα ἐνησχολημένων, οὕτω τε φερομένου τοῦ ἑῴου πολέμου ἐπ' ἀδήλοις, κατὰ δὲ τὸ τέταρτον ἔτος Τιβερίου Κωνσταντίνου Καίσαρος βασιλείας ἐν τῇ Θράκῃ ξυνηνέχθη τὸ Σκλαβηνῶν

---

inferret: sed prius aurum, quod Romani pro induciis impetrandis, quas Zacharias pepigerat, pependerant, ad rationem ejus temporis, quod de triennio superesset, restituturum, et ita se bellum renovaturum. Hanc quum regis Persarum sententiam esse Mebodes renuntiaret, Romanorum principes, se quidem minime inducias et foedera transgressuros esse dixerunt: nec pactum esse, ut liceret alteri partium, restituto omni auro aut aliqua ejus parte, foedera rumpere. De hac re tamen secreto Mebodes et Zacharias ibidem convenientes collocuti disseruerunt. Deinde hi duo viri, communicato consilio, inter se proposuerunt, quæ ad eam rem pertinere existimaverunt. Tum etiam alter alterum percunctatus est, quibus conditionibus inter utramque gentem pax et concordia esset. Et Mebodes asseveranter affirmavit, sibi in animo esse, quæ maxime Cæsari expedirent proponere, et illi quam maxime morem gerere. Zacharias autem rogavit, an fieri posset, ut aurum, si quod esset conventum pro civitate Daras, clam omnibus et nemine id resciente solveretur. Zacharias dixit hoc, quia a Cæsare hoc mandatum occultissime sibi creditum erat, neque ullo alio conscio, quam Mauricio, Pauli filio, qui Cæsari bene ex animo cupiebat, et tunc temporis principis rationes curabat, ut ne ullus quidem imperatoris scribarum quicquam de ea re scriptum haberet, quo Cæsaris consilia secretiora essent. Itaque scripsit ad Zachariam, si ipsi Mebodes polliceretur, regem Persarum accepturum pecunias pro redemptione urbis Daras, Cæsarem nulla mora interposita pecuniam numeraturum esse. Hæc quum non aperte quidem, sed obscurioribus verbis Zacharias Meboli indicaret, respondit Mebodes, nihil sibi a rege Persarum de ea re mandatum, neque omnino regem Daras pro pecuniis restitui passurum esse. Nihilominus tamen conventa res est et quibusdam juramentis fides præstita: si conventiones, ut tunc se habebant, manerent, regem deinceps Cæsari petenti Daras tanquam peculiare donum traditurum. Qua in re satis apparebat, eum minime salutaria Romano imperio sentire, et quæ a vero abhorrebant, dicere. Nam eo tendebat, ut Romani sine ulla pugna Persarmenia et Iberia excederent: deinde sibi Daras tradi peterent, quod minime obtinerent, nimirum quia quæ in posteriori colloquio constituta essent, tritissima illa excusandi formula, nullam vim haberent: sicut et prius de Suania Petrus deceptus fuerat a Zicho. Idem quoque Mebodes volebat facere. Ubi vero vidit Zachariam cautiorem esse, neque se posse hominem quo volebat pertrahere, alia aggressus est via, ut aliquo modo fraude Romanos circumveniret. Itaque paullo post Zachariam convenit et spem ei subdidit, pacem futuram, et regem Persarum consensurum Daras reddere, eo consilio, ut Cæsaris alacritas et belli cupiditas languesceret. Dum in istis sermonibus legati utriusque gentis occupati tempus terunt,

ἔθνος μέχρι που χιλιάδων ἑκατὸν Θρᾴκην καὶ ἄλλα πολλὰ λῃσασθαι.

48. (5, 8.)

Exc. De leg. Rom. p. 164. 165: Ὅτι κεραΐζομένης τῆς Ἑλλάδος ὑπὸ Σκλαβηνῶν καὶ ἁπανταχόσε ἀλλεπαλλήλων αὐτῇ ἐπῃρτημένων τῶν κινδύνων, ὁ Τιβέριος οὐδαμῶς δύναμιν ἀξιόμαχον ἔχων οὐδὲ πρὸς μίαν μοῖραν τῶν ἀντιπάλων, μή τί γε καὶ πρὸς πᾶσαν (πάντας B.), οὔτε μὴν οἷόστε ὢν πολέμοις σφισὶν ὑπαντιάζειν τῷ ἀνὰ τοὺς ἑῴους πολέμους τὰς Ῥωμαίων τετράφθαι δυνάμεις, πρεσβεύεται ὡς Βαϊανὸν τὸν ἡγεμόνα τῶν Ἀβάρων, τηνικαῦτα οὐ δυσμενῶς ἔχοντα πρὸς Ῥωμαίους, ἄλλως δὲ τῇ καθ' ἡμᾶς πολιτείᾳ χαίρειν ἐθέλοντα ὅθεν εὐθὺς ἐκ προοιμίων τῆς αὐτοῦ Τιβερίου βασιλείας. Ταύτῃ τοι καὶ πείθει γε αὐτὸν κατὰ Σκλαβηνῶν ἄρασθαι πόλεμον, ὡς ἂν ὁπόσοι τὴν Ῥωμαίων δηοῦσι, τοῖς οἰκείοις ἀνθελκόμενοι κακοῖς, ἐπαρκέσαι τε βουλόμενοι τῇ πατρῴᾳ κατὰ τὸ μᾶλλον, παύσαιντο μὲν τοῦ τὴν Ῥωμαϊκὴν λεηλατεῖν, οἱ δὲ περὶ τῆς οἰκείας τὸν κίνδυνον ἀναδέξονται. Τοῦ Καίσαρος τοίνυν τὴν τοιάνδε ὡς αὐτὸν στείλαντος πρεσβείαν, οὔτι ἠπείθησεν ὁ Βαϊανός. Ἐκπέμπεται δ' οὖν ἐπὶ τούτῳ Ἰωάννης, ὃς δὴ τῶν νήσων διήνυε τὴν ἀρχὴν τηνικαῦτα καὶ τὰς Ἰλλυρίδας ἰθύνειν ἔλαχε πόλεις. Οὗτος παραγενόμενος ἐν Παιονίᾳ τῇ χώρᾳ, μετήγαγεν ἐς τὴν Ῥωμαίων αὐτόν τε τὸν Βαϊανὸν καὶ τὰς τῶν Ἀβάρων δυνάμεις, ἐν ταῖς δὴ λεγομέναις ὁλκάσι μακραῖς τὰ βαρβαρικὰ διαβιβάσας πλήθη. Καὶ λέγεται ἀμφὶ τὰς ξ' χιλιάδας ἱππέων θωρακοφόρων ἐς τὴν Ῥωμαίων διαπορθμευθῆναι. Ἐνθένδεν αὖθις διὰ τῆς Ἰλλυριῶν διαγαγὼν, εἶτα ἐς τὴν Σκυθῶν ἀφικόμενος, ἔμπαλιν διελθεῖν παρεσκεύασε τὸν Ἴστρον ἐν ταῖς καλουμέναις ἀμφιπρύμνοις τῶν νεῶν. Ἐπειδὴ δὲ ἐπεραιώθη ἐς τὸ καταντικρὺ τοῦ ῥείθρου, παραχρῆμα τάς τε κώμας ἐνεπίμπρα τῶν Σκλαβηνῶν καὶ ἐσίνετο τοὺς ἀγρούς, ἦγέ τε καὶ ἔφερεν ἅπαντα, οὐδενός πω τῶν ἐκεῖσε βαρβάρων θαρρήσαντος οἱ ἐς χεῖρας ἐλθεῖν, ἐς τὰ λάσια δὲ καὶ κατηρεφῆ τῆς ὕλης καταπεφευγότων. Ἡ δὲ τῶν Ἀβάρων κίνησις κατὰ Σκλαβηνῶν [ἐγίνετο] οὔτι γε μόνον τῆς τοῦ Καίσαρος ἕνεκα πρεσβείας καὶ τῷ βούλεσθαι τὸν Βαϊανὸν Ῥωμαίοις ἐκτῖσαι χάριν ἀνθ' ὧν ἐς τὰ μάλιστα ἐφιλοφρονεῖτό γε αὐτὸν ὁ Καίσαρ, ἀλλ' ὅτι γε αὐτῷ καὶ ἔχθιστοι ὑπῆρχον ἰδίας ἕκατι δυσμενείας. Ἔστειλε γὰρ ὡς αὐτὸν Δαυρέντιον καὶ τοὺς ὅσοι ἐν τέλει τοῦ ἔθνους ὁ τῶν Ἀβάρων ἡγούμενος, σφᾶς τε ὑπακούειν κελεύων Ἀβάροις, καὶ ἐς φόρου ἀπαγωγὴν ἔσεσθαι ἀναγράπτους. Δαυρίτας δὲ καὶ οἵ γε ξὺν αὐτῷ ἡγεμόνες, « Καὶ τίς ἄρα, ἔφασαν, οὗτος πέφυκεν ἀνθρώπων, καὶ ταῖς τοῦ ἡλίου θέρεται ἀκτῖσιν, ὃς τὴν καθ' ἡμᾶς ὑπήκοον ποιήσεται δύναμιν; κρατεῖν γὰρ ἡμεῖς τῆς ἀλλοτρίας εἰώθαμεν, καὶ οὐχ ἕτεροι τῆς ἡμεδαπῆς. Καὶ ταῦτα ἡμῖν ἐν βεβαίῳ, μέχρι πολεμοί τε ὦσι καὶ ξίφη. » Οὕτως ἀπαυθαδισαμένων τῶν Σκλαβηνῶν, οὐκ ἄλλως καὶ οἱ Ἄβαροι διετέλουν χρώμενοι μεγαληγορίαις. Εἶτα ἐκ τούτου προπηλακισμοὶ καὶ ὕβρεις. Καὶ ἅτε βάρβαροι, τῷ σκληρά τε καὶ ὀγκώδη φρονήματα ἔχειν, τὴν ὡς ἀλλήλους ἀνεσόβησαν ἔριν. Καὶ οἱ Σκλαβηνοὶ τὸ σφῶν αὐτῶν ὀργίλον οὐχ οἷοίτε ὄντες ἐγχαλινῶσαι τοὺς ἐκεῖσε ἀφιγμένους πρέσβεις ἀναιροῦσιν, ὡς ἑτέρωθεν ἀμείλει ἔκπυστα γενέσθαι ταῦτα Βαϊανῷ. Τοῦτο τοιγαροῦν κατὰ Σκλαβηνῶν ἐπίκλημα ποιούμενος ἐκ πολλοῦ ὁ Βαϊανὸς, καὶ ὑποκρύφιον ἔχων

---

intereaque bellum in Oriente in suspenso fuit, circa quartum imperii Cæsaris Tiberii Constantini annum centum fere millia Sclavorum in Thraciam irruperunt atque hanc multasque alias regiones prædati sunt.

48.

Quum a Sclavinis Græcia vastaretur, et undique alia ex aliis pericula imminerent, neque Tiberius satis copiarum haberet, quibus ne unam quidem partem hostium, nedum conjunctas eorum vires sustineret, neque ullo modo hostibus obviam ire posset, propterea quod Romanorum vires ad Orientis bellum conversæ erant, legatum misit ad Baianum, Avarum ducem. Is tunc temporis non erat erga Romanos male animatus, imo quo tempore primum Tiberius imperium suscepit, jure rei publicæ nostræ frui cupiebat. Huic igitur persuasit, ut cum Sclavinis bellum susciperet, quo illi, qui Romanorum terras invaserant, ad sua defendenda propriis malis revocarentur, et quum patriæ suæ opitulari potius ducerent, rapinas agere ex Romanæ ditionis terris desinerent. Hac igitur legatione ad Baianum a Cæsare decreta, ei nequaquam non obtemperavit. Ad ea procuranda Joannes mittitur. Huic tunc insularum, quæ in eo tractu erant, præfectura et Illyricarum urbium administratio erat demandata. Is quum Pæoniam accessisset, Baianum et Avarum copias, longis navigiis flumine trajecto, in Romanorum fines traduxit. Sexaginta fere equitum armatorum millia transisse dicuntur: quæ ubi huc perduxerat, ea rursus per Illyricum Scythiam versus iter facere, et iterum Istrum navigiis, quæ utrinque puppim habebant, transvehi jussit. Baianus, in ulteriorem fluminis ripam transgressus, confestim vicos et pagos Sclavinorum igni ferroque vastavit, et quum nemo barbarorum auderet cum illo manus conserere (etenim in silvas et cavernas aufugerant), omnia, quæ potuit, rapuit. Atque huic Avarum in Sclavinos eruptioni non solum Cæsaris legatio causam dedit, aut quod Baianus Romanis gratiam referre vellet, quod eum Cæsar liberalitate prosecutus fuerat, sed etiam eum privatæ inimicitiæ movebant, quia Baianus Sclavinis vehementer erat infensus. Miserat enim Avarum dux ad Daurentium, Sclavinorum ducem, et eos qui apud gentem auctoritatem habebant, ut Avaribus dicto audientes essent, et eorum numero se adscribi sinerent, qui tributa illis pendebant. At Dauritas et gentis principes: « Quis hominum, inquiunt, est? num quis solis radiis tepescit, qui nostram potentiam possit sibi subigere et domare? Aliorum enim regionis dominatum acquirere solemus, non alii nostræ; hoc nobis certum manet, donec erunt bella et enses. » Ad hunc modum superbe et arroganter loquentibus Sclavinis, non minori superbia et arrogantia erga eos Avares sunt usi. Hinc in probra et convicia itum, et ut barbarorum est ferox et impotens ingenium, in rixas et contentiones inter se præcipi-

ὡς αὐτοὺς τὸ ἔγθος, καὶ ἄλλως ἀσχάλλων, ὅτι αὐτῷ ὑπήκοοι οὐκ ἐγένοντο, μή τί γε πρὸς αὐτῶν καὶ τὰ ἀνήκεστα πεπονθέναι, καὶ ἅμα μὲν χάριν εἰδέναι βουλόμενος τῷ Καίσαρι, ἅμα καὶ πολυχρήματον τὴν χώραν εὑρήσειν οἰόμενος, ἅτε ἐκ πολλοῦ τῆς Ῥωμαίων ὑπὸ Σκλαβηνῶν.... [πεπορθημένης], τῆς δὲ κατ' αὐτοὺς γῆς πρὸς ἑτέρου τινὸς πάντων ἐθνῶν οὐδαμῶς.

49. (578.)

Exc. De leg gent. p. 124 : Ὅτι ὁ Καῖσαρ ἔστειλε κατὰ τὴν Ἰταλίαν χρυσίον συχνὸν, ἄχρι κεντηναρίων τριάκοντα, ἅτινά γε δήπου Παμφρόνιος ὄνομα, ἀξίωμα βασιλέως πατὴρ, ἐκομίσατο ἐκ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, κατὰ δὴ τὴν βασιλίδα τηνικαῦτα ἀφιγμένος ἐπὶ τούτῳ, ἐφ' ᾧ δεήσεις τῷ Καίσαρι προσαγαγεῖν τῇ Ἰταλίᾳ ἐκτετρυχωμένῃ ταῖς τῶν Λογγιβάρδων ἐπιδρομαῖς ἐπαμῦναι. Ὁ δὲ Καῖσαρ, ἐπεὶ αὐτῷ ὁ πόλεμος ὁ Περσικὸς ἅπαντα ἦν καὶ ἐνέκειτό γε ὅλος, ἐκεῖσε στρατιὰν οὐχ οἷός τε ἦν ἐκπέμπειν. Οὐδὲ μὴν ἅμα τῇ ἑῳ καὶ κατὰ τὴν ἑσπέραν πολεμητέα γε αὐτῷ εἶναι ἐδόκει. Χρήματα δὲ ἄλλως ἐπέδωκε Παμφρονίῳ, ἐφ' ᾧ τινας τῶν ἡγεμόνων τοῦ Λογγιβάρδων ἔθνους, εἴ πως γε ἔσται αὐτῷ δυνατὰ, πείσοι τοῦ κέρδους ἱμείροντας μεταβαλέσθαι ὡς Ῥωμαίους ξὺν τῇ κατ' αὐτοὺς δυνάμει, καὶ τοῦτο μὲν τῇ Ἰταλίᾳ μὴ ἐνοχλεῖν, τοῦτο δὲ καὶ κατὰ τὴν ἑῳ πολεμησείοντας καὶ τῇ Ῥωμαίων ἐπικρατείᾳ ἐπικουρῆσαι. Ἀπειθούντων δὲ τῶν Λογγιβάρδων, οἷα εἰκὸς, τὴν ἑτέραν ἴέναι, καί τινας τῶν Φραγγικῶν ἡγεμόνων διὰ τῆς τῶν χρημάτων ἐπιδόσεως ἑταιρίσασθαι, καὶ ταύτῃ γε λεῆναί τε καὶ ἐκτρίψαι τῶν Λογγιβάρδων τὴν δύναμιν.

50. (578.)

Exc. De leg. Rom. p. 165. 166 : Ὅτι ἡνίκα Τραϊανὸς καὶ Ζαχαρίας ὁ βασίλειος ἰατρὸς τὰς σπονδὰς ἐτίθεντο, παρ' ἕκαστον τηνικαῦτα τῶν ὁπωσοῦν προϊόντων λόγων ἢ καὶ γραφομένων ἐν ταῖς ξυνθήκαις, εἴγε Τραϊανὸς ἢ Ζαχαρίας, ἐφ' οἷς οἱ Πέρσαι ἔπρασσον, οἵγε οὐκ ἠβούλοντο ξυνομολογεῖν, Μεβώδου τηνικαῦτα ἢ σιωπᾶν καὶ μόνον τὸ προστατ τόμενον δέχεσθαι κελεύοντος, ἢ τουτονὶ τὸν ἄνδρα ἀπειλοῦντος αὐτοῖς ἐπαφήσειν, καὶ ἅμα τῷ λόγῳ ἐπιδεικνύντος τὸν Ταναχοσρὼ (l. Ταγχοσδρὼ) τηνικαῦτα τοῖς ὁρίοις ἐφεστηκότα τῆς ἑῴας, καὶ δὴ τέλος ἐπαφέντος, καὶ πλείστας ὅσας κώμας τε καὶ ἀγροὺς ἐμπρήσαντος, ἕως οἵ γε ἀμφὶ Τραϊανὸν αὐτοὶ τὸ χρυσίον ἦχον κομίζοντες τῶν σπονδῶν. Καὶ τοσαύτῃ δήπου χρησαμένου κατὰ Ῥωμαίων ὕβρει Μεβώδου, ὡς μηδὲ ἀξιῶσαι τὰ εἰρηναῖα χρήματα ἐν τοῖς μεθορίοις κομίσασθαι, ἐγκελεύσασθαι δὲ Ῥωμαίοις ἐς τὴν Νίσιβιν ἀποσῶσαι, ἕτερά τε οὐκ ἀνεκτὰ περὶ τὴν τοῦ χρυσίου παράληψιν καταυθαδισαμένου τε καὶ ἐπεντρυφήσαντος αὐτοῖς· ὕστερον δὲ ἐς τοῦτο αὐτὸ περιελθεῖν καὶ δεηθήσεσθαι Ῥωμαίους Χοσρόης ἐλπίσας, εἴγε καταπροτερήσοι τὸν τῆς ἐφόδου καιρὸν τῶν σπονδῶν ἀφροντιστήσας, ἢ καὶ δράσειν ἴσως τι μέγα, καὶ καταπλαγέντα τὸν Καίσαρα τελέως τῆς Περσῶν Ἀρμενίας τε καὶ Ἰβηρίας καὶ τῶν ἐκείνῃ χωρίων ἀποστήσεσθαι, παρὰ πολὺ τὴν τῆς ἑῴ δήωσιν τῆς Περσαρμε-

---

tes ferri. Sclavini quum iræ moderari nequirent, legatos, qui ad se venerant, occiderunt, quod ipsum per alios Baianus resciit. Quum igitur a multo inde tempore hoc haberet quod illis objiceret, reconditum odium in pectore gerebat, atque adeo, quia imperata facere noluerant, moleste ferebat, præterquam quod summam injuriam ab illis acceperat; tum quoque Cæsari gratificari volebat. Accedebat quod multum auri se in eorum regione reperturum sperabat, quia Sclavini vicinas Romanorum terras sæpe vastaverant, ipsorum autem fines a nulla alia gente unquam infestati erant.

49.

Cæsar misit in Italiam magnam auri vim ad triginta centenaria, quæ Pamphronius nomine, dignitate patricius, a vetere Roma ad imperatorem attulerat. Is tunc ad regiam venerat, ut precibus a Cæsare impetraret, ut Italiam a Longobardorum excursionibus oppressam in libertatem vindicaret. Cæsar vero, cui omnia præ bello Persico nullius momenti erant, quippe qui totus in illud incumberet, exercitum mittere non potuit, neque bellum in Oriente et in Occidente simul sibi gerendum statuit. Sed pecunias dedit Pamphronio, quibus, si qua posset, aliquos Longobardorum commoveret, ut ad Romanos transirent una cum eorum exercitu, et Italiam minime turbarent. Quod efficerent, si in Orientem arma vertere vellent et Romanis auxilium ferre. Si Longobardi renuerent, ut verisimile erat, aliam viam eum ingredi jussit, et Francorum ducum aliquos mercede sibi socios adjungere, et hac ratione Longobardorum potentiam labefactare et infringere.

50.

Trajanus et Zacharias, imperatoris medicus, quum de induciis componendis agerent, neque ullam conditionum earum, quæ tum a Persis verbis aut scripto paciscendi causa proponebantur, sive Trajanus sive Zacharias probarent, Mebobes tandem aut silere eos et præscripta accipere jussit, aut se hunc hominem (demonstrabat autem Tanchosdrum) immissurum minatus est, qui tum prope fines Orientis, qua Romanis parebat, constitutus erat. Postremo immissus Tanchosdrus, plurimos vicos incendit; et agros populatus est, donec Trajanus ipse cum comitibus advenit, qui aurum pro fœderibus afferrent. Et Mebodes tanta erga Romanos usus est contumelia, ut non dignaretur pecunias pro fœderibus conventas in limitibus accipere, sed juberet Romanos ipsorum periculo Nisibim deportare, multaque alia non toleranda in exactione pecuniæ erga Romanos superbe et contumeliose se gerens commisit. Chosroes enim in spem adducebatur, si, neglecto fœdere, opportune incursionem facere auderet, fore ut eodem quoque postea res recideret, et Romani supplicarent, aut si forte aliquod egregium facinus ederet, Cæsarem perterrefaceret, qui tandem Persarmenia et Iberia et locis finitimis cederet, et pluris vastationem Orientis Persarmeniorum et Iberorum cessione faceret. Certior etiam Chosroes factus erat, Cæsarem quam maximum præparare exercitum, et jam navigia

νίων τε καὶ Ἰβήρων προσχωρήσεως ἡγούμενον· ἅμα δὲ καὶ ἐπέπυστο Χοσρόης παρασκευάζειν στρατιὰν ἐς τὰ μάλιστα πολλὴν τὸν Καίσαρα, καὶ ἤδη στέλλειν κατὰ τὴν ἑῴαν ἱππαγωγοὺς ὀλκάδας· ὀλίγῳ πρότερον ἢ αἱ τριετηρίδες σπονδαὶ τελευτήσεσθαι ἔμελλον, πρὸ ἡμερῶν ὁήπου τεσσαράκοντα ἐπαφίησι κατὰ τῆς Ῥωμαίων γῆς τῆς ἐκ τῶν ὁρίων τοῦ Δάρας ἐς τὴν μέσην τῶν ποταμῶν στρατιὰν ἱππικὴν, ἀμφὶ τὰς εἴκοσι χιλιάδας, ἧς περὶ τὰς δώδεκα μὲν ἦσαν Πέρσαι, θυρεοφόροι τε καὶ ἱπποτοξόται, Σαρακηνοὶ δὲ καὶ Σαβεῖροι.... [ὧν ξυμπάντων ἦρχον οἱ suppl. Nieb.] σὺν τοῖς Ῥωμαίων ἄρχουσι περὶ τοῦ πῶς δεῖ προελθεῖν τὴν ἐν γένει ὁρεινὴν [εἰρήνην? Nieb.] διασκεπτόμενοι. Ὅ δὴ καὶ μάλιστα ἀλαζονείας τε καὶ ἀναισχυντίας οὐ μικρὰν προσῆψε τῷ Χοσρόῃ δόξαν, τάς τε ξυνθήκας οὕτω πως ἀναιδὴν οὐκ ὀκνήσαντι ξυγχέαι, καὶ ταῦτα ὀλίγης πρὸς τὸ πέρας αὐτῷ ἐνδαψιλευομένης παραδρομῆς ἡμερῶν· καὶ ὅτι γε τὸν αὐτὸν, ἅτε δὴ ἐπεγγελῶν Ῥωμαίοις, ἅμα τε καὶ περὶ εἰρήνης διαλεχθησόμενον ἐν τοῖς ὁρίοις ἐχειροτόνησεν καὶ ἅμα ἐν τοῖς αὐτοῖς χωρίοις, ἐν αὐταῖς ὡς εἰπεῖν ταῖς ἡμέραις πολέμου τε καὶ ταραχῆς καὶ σπονδῶν συγχύσεως αἴτιον. Τοῦτον δὴ οὖν τὸν Μεβώδη βουλευμάτων τε ἡγούμενον καὶ τοῦ παντὸς ἔχοντα κῦρος ὁπλίσας ἐξέπεμψε· πρός γε καὶ Σαπώην τὸν Μειρανίου (Μειράνου fr. 52), ἀνδρὸς οὐκ ἀγεννοῦς ἀπενεγκάμενον δόξαν.

51. (578.)

Exc. De leg. gent. p. 125 : Ὅτι οἱ Μῆδοι δεδιότες τὴν τῶν Ῥωμαίων εἰσβολὴν κατὰ τῆς Περσῶν ὅσον οὔπω ἐσομένην, καὶ ἐπανιόντες τὸ λεγόμενον Θαυνάριος φρούριον, χηρεῦον Ῥωμαϊκῆς ἐπικουρίας, ἐν κατοχῇ ἐποιήσαντο· καὶ ἐπ' οἴκου ἀνεχώρησαν, μηδὲν τὸ παράπαν τῆς ἀναισχύντου τῶν σπονδῶν ξυγχύσεως ἄξιόν τι πορισάμενοι, μήτε μὴν μέγα τι Ῥωμαίους βλάψαντες, ὡς ὑπωπτεύθησαν τὴν ἀρχήν.

52. (578.)

Ibidem p. 125 : Ὅτι Ταχοσδρὼ (l. Ταγχοσδρὼ) σαφῶς ἐξεπιστάμενος καὶ αὐτὸς τὴν Χοσρόου βουλὴν, ὡς Μεβώδης ἀναπτερώσας αὐτὸν εἴη μὴ μεῖναι τὸ πέρας τῶν τριετηρίδων σπονδῶν, αἵ γε ἀμφὶ τῆς ἕω ἐμπεδωθεῖσαι ἐτύγχανον, καὶ ὅτι οὕτω δοκοῦν αὐτῷ ἀναμφιβόλως ἐμβαλεῖν αὐτόν τε Μεβώδην καὶ Σαπώην τὸν Μαιράνου κατὰ τῆς πρὸς τὴν ἕω τῶν Ῥωμαίων ἐπικρατείας, εἴτε προστεταγμένον οἱ τοιάδε ἐκ Χοσρόου, εἴτε καὶ αὐτομάτως τοῦτο σκοπῶν ἐφ' ἑαυτοῦ, ὥσπερ ἀμέλει δευτέραν ἀφεὶς ἄγκυραν, ἐκτραπεὶς ἀπὸ τοῦ Κιθαρίζων ὥρμησε καὶ αὐτὸς κατὰ τῆς Ῥωμαίων ἐν ἀνατολῇ χώρας ἀπὸ τῶν Ἀρμενίας ἐμβολῶν, διπλῆν ἐκεῖσε τὴν ταραχὴν ποιησόμενος.

53. (578.)

Suidas v. Ἐμβριθῆ νοῦν : Μένανδρος· « Ὁ δὲ Ταγχοσδρὼ, ὁ τοῦ Χοσρόου στρατηγὸς, οὐχὶ ἐλέφαντάς τε καὶ ἀγροίκων ὄμιλον καὶ ἕτερα ἄττα φόβητρα, κόμπου μὲν ἁρμόδια, ἐνεργὰ δὲ καὶ ἐμβριθῆ οὐδαμῶς, ἀλλὰ τοὺς μαχιμωτάτους τε καὶ εὐοπλοτάτους ἀγείρας, πλήθους τε ἀγεννοῦς ἀντάλλαγμα τοὺς τὰ πολέμια δεινοὺς ἀποκρίνας. » Καὶ αὖθις· « Ἑστάναι τε ἐμβριθέστατα καὶ ἐπαμύνειν τῇ πόλει. »

Eadem repetuntur v. Ταγχοσδρὼ, ubi glossam delevit Bernhardyus. Ceterum num ad hunc potissimum Historiæ locum hæc pertineant, nescio.

54. (579. Tiberii an. 2.)

Exc. De leg. Rom. p. 166–168 : Ὅτι ὁ Τιβέριος

---

ad equites transvehendos in Orientem mittere. Itaque paullo antequam triennales induciæ finituræ essent, quadraginta fere dies, Chosroes ex finitimis locis Daras immittit in mediam regionem fluviorum viginti millia equitum, quorum duodecim millia erant Persæ scutiferi et sagittarii; Saraceni autem et Sabiri... cum ducibus Romanorum.... dispicientes. Hoc autem non parvam attulit Chosroi vanæ gloriæ et impudentiæ apud omnes opinionem, quod inducias, tametsi pauci admodum dies usque ad exitum restabant, impudenter violare non est cunctatus. Accedebat quod, quasi Romanos irridens, eundem delegerat, qui in confiniis cum iis de pace ageret, quique in iisdem locis eodem tempore et belli et tumultus et violandarum induciarum auctor esset. Is erat Mebodes, dux et auctor omnium eorum consiliorum. Hunc, qui summam omnium rerum haberet auctoritatem, cum exercitu misit, et una cum ipso Sapoem, Meærani filium qui magnam virtutis laudem reportaverat.

51.

Persæ, veriti ne Romani in fines suos irrumperent, Thaumarium castellum, nudatum præsidio Romanorum, invadentes, occuparunt et domum reverterunt, quum nihil dignum tam turpi fœderis violatione fecissent, et minime tanta damna, quanta initio sibi proposuerunt, Romanis intulissent.

52.

Quum Tanchosdro quoque Chosrois consilia rescivisset, Mebodem Chosroem in eam mentem impulisse, ut non exspectaret diem qua finiebant triennales induciæ quæ in Oriente conventæ fuerant, et illum imperasse Mebodi et Sapoæ, Mærani filio, invadere Romanorum ditionem in Oriente, ipse, sive hoc mandatum fuerat a Chosroe, sive sua sponte apud se eandem rem animo volvisset, tanquam scilicet secundam anconam jaciens, a Citharizón castello egressus, in Romanorum ditionis regiones, quæ ad Orientem erant, impetum fecit, circa Armeniæ aditus duplicem tumultum et terrorem oblaturus.

53.

« Tanchosdro autem, Chosrois copiarum dux, non elephantas turbamque rusticorum, et hujus generis terriculamenta, ad ostentationem quidem apta, vim autem et efficaciam nullam habentia collegit, sed viros bellicosos et egregie armatos, selectis his, qui in re bellica excellerent imbellis multitudinis loco. » — Et alibi : « Gradu stare firmissimo et urbem fortiter defendere. »

54.

Tiberius addidit decreto aliud deo maxime gratum. Multos enim Persas Romanorum captivos, præcipue ex pri-

καὶ ἕτερόν τι προστίθησι τῷ δεδογμένῳ, καὶ ἐς τὰ μάλιστα θεῷ κεχαρισμένον. Πολλοὺς γὰρ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις δορυκτήτων Περσῶν, μάλιστα τοὺς ἐν τέλει, ὧν ἔνιοι καὶ τῷ βασιλείῳ γένει ξυνηιμένοι ἦσαν, ἔστειλε Χοσρόῃ δωροφορήσας. Εἶτα πρέσβεις ἐπὶ τῷ τοιῷδε ἐξέπεμψε Ζαχαρίαν τε αὖθις, τὸν βασίλειον ἰατρὸν, ἅτε πολλάκις χρησιμώτατά τε καὶ εὐνούστατα ἐξυπηρετησάμενον ταῖς κατὰ τὸν πόλεμον τοῦτον πρεσβείαις. Τοῦτον δὴ οὖν τὸν ἄνδρα τῇ λεγομένῃ ἀπὸ ἐπάρχων ἀξίᾳ διακοσμήσας ἐχειροτόνησε καὶ πάλιν, καὶ ὃν πρεσβευσόμενον ἀφῆκεν, οἷα δὴ καὶ αὐτοῦ Ζαχαρίου τὴν πρεσβείαν ταύτην γενέσθαι ξυνωθήσαντος· σὺν τῷ καὶ Θεόδωρόν τινα, ἕνα τῶν βασιλείων μαχαιροφόρων, ἀξίωμα καὶ αὐτῷ στρατηγοῦ περιθείς. Τούτω τὼ ἄνδρε πρεσβευσομένω ἀπονείμας Χοσρόῃ ἐξέπεμψεν, ἔγραψέ τε ἐπιεικείας ἀνάπλεα ῥήματα. Ὁ δὲ νοῦς τῆς ἐπιστολῆς· « Ἐγὼ καὶ βούλομαι τὴν εἰρήνην καὶ διὰ τὸ θεόσδοτον οὖσαν ἀσπάζομαι· καὶ ὥσπερ φύσει τινὶ προσιζάνει μοι τὰ τῆς φιλίας ὑμῶν. Τοιγαροῦν ἕτοιμος ἔχω τῆς Περσαρμενίας τε πάσης ἀφίστασθαι καὶ Ἰβηρίας, οὐ μὴν τῶν βουλομένων ἡμῖν ὑπακούειν Περσῶν Ἀρμενίας τε καὶ Ἰβήρων. Ἀναδίδωμι δὲ καὶ τὸ Ἀφουμῶν φρούριον, καὶ τῆς Ἀρζαννηνῆς ὑμῖν παραχωρήσω, τὸ Δάρας μόνον ἀντὶ τοσούτων ἀναχομιζόμενος πρὸς ὑμῶν. » Ταῦτα Τιβέριος ὁ αὐτοκράτωρ Χοσρόῃ σημήνας, ἐφῆκε Ζαχαρίᾳ τε καὶ Θεοδώρῳ καὶ μεγίστων πρέσβεων ἔχειν ἰσχὺν καὶ τὴν εἰρήνην ὡς ἂν οἷοίτε ἔσοιντο διατιθέναι. Μετὰ ταῦτα τῆς ὁδοιπορίας ἔτι σχομένω, σταλέντε ἄνδρε οὕτω παρασχὸν, καὶ Χοσρόης ὁ Περσῶν βασιλεὺς καταπλαγεὶς τοῖς ξυμβεβηκόσι, προφθάσας ἐκπέμπει ὡς τὸν Ῥωμαίων αὐτοκράτορα πρεσβευτὴν, καὶ ἀφικνεῖται χειμῶνος ἀρχομένου ἤδη ὃς ἐπὶ τῇ πρεσβείᾳ ἐχειροτονήθη Πέρσης ἀνὴρ, τοὔνομα Φερογδάθης, οὐχ ἧττον καὶ αὐτὸς φιλανθρωποτάτους ἐν ἐπιστολῇ διακομίζων λόγους πρὸς τοῦ Περσῶν βασιλέως, ἐν ᾗ ἐγέγραπτο ὧδε· « Εἰ μὲν τὸ δίκαιον ποιῆσαι βουληθείης, ὦ Ῥωμαίων βασιλεῦ, καλῶς ἂν πράξοις τούς τε τὴν ἀποστασίαν τῆς Περσαρμενίας βουλεύσαντας γενεάρχας ἐκδιδοὺς ἡμῖν ὑφέξοντας ποινὰς, ἐν τοῖς ὁρίοις τε τῆς Περσῶν τε καὶ Ῥωμαίων ἀναρτηθησομένους· διδοὺς δὲ καὶ τὴν ἐντεῦθεν συμβᾶσαν ζημίαν Πέρσαις. Εἰ δὲ πρὸς ταῦτα ἐναντίως ἔχεις, πρᾶξαι τὸ φίλοις πρέπον· τοῦτο δέ ἐστι ξυνοράμειν ἐν τοῖς ὁρίοις αὖθις τοὺς ἑκατέρας ἄρχοντας πολιτείας, τὰ τῆς εἰρήνης, ὡς ἂν δύναιντο, μεταξὺ (τῶν) ἀλλήλων διαθησομένους· ἐφ' ᾧ δὲ τὰ τοιαῦτα προελθεῖν, ἀνακωχὴν γενέσθαι τινά. » Ὧδε μὲν οὖν καὶ ἡ Χοσρόου ἐδήλου ἐπιστολή· πλείστων δὲ ἡμερῶν κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν διαγενομένων ἐν ταῖς ἐν μέσῳ συνουσίαις Τιβερίου τοῦ βασιλέως καὶ Φερογδάθου τοῦ Περσῶν πρεσβευτοῦ, γράφεται μὲν ἀπιοῦσιν ἐπὶ τὴν πρεσβείαν Ζαχαρίᾳ τε καὶ Θεοδώρῳ τοῖς πρέσβεσιν ἐνδιατρίψαι κατὰ τὴν ἕω, καὶ οὔ τι μάλα ἐν σπουδῇ θέσθαι δηλῶσαι σφῶν αὐτῶν τὴν παρουσίαν βασιλεῖ τῶν Περσῶν, πρὶν ἢ ἐκ τῆς βασιλίδος ἀφεθείη Φερογδάθης ὁ Περσῶν πρεσβευτής. Προελθόντων δὲ καὶ κεκινημένων ἐσάτι πλείστων λόγων, ἐκπέμπει τὸν Φερογδάθην ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τούτοις, οἷς δὴ καὶ πρὸ τοῦ ἐγεγράφει διὰ τῶν Ῥωμαίων πρέσβεων. Ἐχεχειρίαν δὲ οὕτι ᾤετο δεῖν ἐπὶ μήκιστον χρόνον ἐνδιδόναι Πέρσαις· ἀποχρῆν γὰρ ἔφασκε τῷ βουλομένῳ τὴν εἰρήνην καὶ μὴ διὰ τῆς τοῦ χρόνου πλείονος ἀπάτης προμηθευο-

---

marius viris, quorum numero erant nonnulli ex regio genere orti, dono dedit Chosroi. Deinde legatos ad hæc misit, inter eos Zachariam iterum, regium medicum. Hic plures et admodum Romanorum rebus utiles legationes in hoc bello fecerat. Itaque eum ad hanc legationem imperator elegit, et dignitate exconsulis ornatum ad illam obeundam dimisit, quod et ipse Zacharias legatos mittendos esse inprimis admonuerat, una quoque Theodorum quendam ex imperatoris satellitibus, quem ad ducis dignitatem extulit. Hos igitur duos viros, quibus hanc legationem attribuit, ad Chosroem misit, ad quem literas quoque humanitatis plenas scripsit. Sententia hujus epistolæ hæc fere erat: « Ego pacem opto, et a deo datam colo, et tamquam naturali quodam instinctu ad vestram amicitiam feror. Itaque paratus sum, omnem Persarmeniam et Iberiam vobis concedere, præter eos Persarmenios sive Iberos, qui nobis parere malint. Restituo et Afumum castellum, et Arzanene vobis cedo, modo oppidum Daras pro his omnibus a vobis obtineam. » Hæc Tiberius imperator per Zachariam et Theodorum, quibus maximorum legatorum potestatem dedit, Chosroi literis significavit. His etiam pacem pro arbitrio, ut res ferrent, facere permisit. Et illis quidem, dum adhuc iter faciebant, accidit ut Chosroes quoque, Persarum rex, iis quæ illi contra sententiam evenerant, perculsus, propere ad Romanorum imperatorem legatum mitteret, qui jam hieme ineunte profectus erat. Is erat vir Persa, qui ad hanc legationem fuit delectus, nomine Pherogdates, et a Persarum rege ad imperatorem literas non minus humanas et officiosas detulit. Hæ sic se habebant: « Siquidem rem justam facere velles, imperator Romanorum, recte quidem te gereres, si Persarmenios genearchas defectionis auctores nobis traderes, ut meritas pœnas mihi darent, et in finibus Persarum et Romanorum suspenderentur; et si damna Persis illata rependeres. Si ista improbas, amicis officia debita ne deneges. Hoc feceris, si dederis operam ut utriusque rei publicæ primarii viri in confiniis conveniant, et pacem, si fieri possit, inter utramque gentem statuant et stabiliant. Quæ ut ad exitum perducantur, oportet belli intermissionem fieri. » Atque hæc epistola Chosrois continebantur. Dum Pherogdates, Persarum regis legatus, in regia urbe cum Tiberio imperatore plures dies transigit, Zachariæ et Theodoro, qui in legationem profecti erant, per literas significatur, ut in Oriente subsistant, neque suum adventum Persarum regi indicare festinent, priusquam a regia urbe Pherogdates sit dimissus. Tandem imperator Pherogdaten dimittit, quum multos cum illo habuisset sermones de his quæ prius ad Romanorum legatos scripserat. Inducias in longissimum tempus Persis concedendas esse non putabat. Sufficere enim duorum aut trium mensium spatium ei qui bona fide pacem tueri instituisset, neque per fraudem

μένῳ παρασκευῆς ἀφορμὴν, καὶ δύο μηνῶν ἢ τριῶν παραδρομήν. Καὶ οὕν ἀπῆρεν ἐπὶ τοῖς τοιοῖσδε ὁ Φερογδάθης ἐκ τοῦ Βυζαντίου.

55. (579.)

Ibidem p. 168—171 : Ὅτι Ῥωμαῖοι καὶ Πέρσαι ξυνιστήσαντο ἂν τὴν εἰρήνην, εἰ μὴ Χοσρόης ὤχετο ἐξ ἀνθρώπων καὶ Ὁρμίσδας ὁ Χοσρόου, ἀνοσιουργὸς ὄντως ἀνὴρ, τὴν κίδαριν ἀνεδήσατο. Οἶμαι μὲν οὖν ἔγωγε οὐκ ἄλλως, πλὴν ἀλλὰ καὶ ὡς ἐκυρώθη, ἅτε Χοσρόου ἔτι περιόντος, Ζαχαρίαν τε καὶ Θεόδωρον ἐσφοιτῆσαι ἐς τὴν Περσῶν πρεσβευσομένους. Οὕπω γὰρ τὴν τῶν Σύρων παραμειψάμενοι ἦσαν, καὶ οὐδέν ὅ τι τῆς Ῥωμαίων ἐνηλλάγη πρεσβείας. Διὸ καὶ ἐκ βασιλέως αὐτοῖς γράμματα ἐστάλη ἔχεσθαι τῆς ὁδοιπορίας ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς· γνῶναι μὲν γὰρ ἐν μέσῳ τὴν Χοσρόου τελευτὴν, ὅμως δὲ καὶ πρὸς τὸν ἐκείνου παῖδα οὐκ ἄλλως φρονεῖν, ἑτοίμως δὲ ἔχειν τὸν πόλεμον ἐπὶ τοῖς ἤδη Χοσρόῃ γραφεῖσι καταλῦσαι· ἔτι γε μὴν καὶ τοὺς ἀφεθέντας αἰχμαλώτους ὡς ἂν ἐγχειρίσωσι τῷ Περσῶν βασιλεῖ. Προσμήναντες τοίνυν οἱ Ῥωμαίων πρέσβεις σὺν πολλῇ τε τιμῇ καὶ εὐφημίᾳ κατὰ τὴν Νίσιβιν ἐγένοντο· ἐν θαύματί τε μεγίστῳ ἐποιοῦντο Πέρσαι τὴν Ῥωμαίων ἀμφὶ τοὺς δορυαλώτους φιλανθρωπίαν. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Τιβέριος ὁ αὐτοκράτωρ στέλλει αὖθις, τοῦ ἦρος ἀρχομένου, Μαυρίκιον κατὰ τὴν πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἀποκαραδοκήσοντα τὸ ἐσόμενον, ἐγκελευσάμενός οἱ, πρὸς ὅπερ ἂν ὁ Περσῶν βασιλεὺς τραπῇ, ὑπαντιάζειν τε καὶ παρασκευάζεσθαι πρὸς ἑκατέραν τῶν πραγμάτων ῥοπήν. Καὶ ὁ μὲν, καθὰ βασιλεῖ ἐδόκει, ἀνὰ τὴν ἕω ἤμενε, τὸ πρακτέον ἐπιτηρῶν· προϊόντων δὲ τῶν πρέσβεων ἐς τὰ ἤθη Περσῶν, ἐπειγομένων τε θεάσασθαι τὸν ἄρτι τῷ βασιλείῳ θρόνῳ ἐπιβεβηκότα, οἰομένων τε ἐς τὰ μάλιστα τεύξεσθαι τιμῆς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν σπουδαζομένων οὔτε (οὐδενὸς Nieb.) ἀποτεύξεσθαι (οἷα μετὰ τοσαύτην νίκην πράους τε καὶ πάσης αὐθαδείας ἀπηλλαγμένους τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως ἐπικομιζόμενοι λόγους· καὶ ὡς οὐ μόνον ἄχρι ῥημάτων αὐτῷ τὸ φιλάνθρωπον, μᾶλλον μὲν οὖν ἔργοις ἐπιδεικνυμένου, τῷ τοσούτους δορυαλώτους τοῖς Πέρσαις αὐτοὺς ἐπαναγαγεῖν), τούτων ἐλπιζόντων γε αὐτῶν κυρῆσαι ἀναμφιβόλως, ἐς τοὐναντίον ξυνέβη ἅπαν. Πρῶτον μὲν γὰρ κατὰ μέσον τῆς ὁδοιπορίας τῶν τις παρὰ Πέρσαις τοῖς βασιλικοῖς τε καὶ δημοσίοις πράγμασιν ἐξυπηρετουμένων (οὓς, εἴ τις τῇ Λατίνων χρήσοιτο φωνῇ, ἀσηκρῆτις προσαγορεύσειεν) ὑπαντιάσας ἤρετο σφᾶς ὅ τι βούλοιντό τε καὶ ὅ τι ἥκοιεν, καὶ ὁποίαν ἀποκομίζοιεν ἀγγελίαν. Ἀλλὰ τούτῳ μὲν οἵγε ἀμφὶ Ζαχαρίαν τε καὶ Θεόδωρον ὧδε ἀπεκρίναντο, ὡς τὰ τοιάδε τῷ παρὰ Πέρσαις μαγίστρῳ (καθὰ τοῦτον καλοῦσι Ῥωμαῖοι) ῥητέον, καὶ οὐχὶ αὐτῷ. Ταῦτα εἰπόντες εἶχοντο τῆς ὁδοῦ. Ἐξ ἐκείνου ἦκεν ἕτερός τις ἐκ Περσῶν, ὃς ἔτριβε τὴν ὁδοιπορίαν αὐτοῖς καὶ διαμέλλειν ἐποίει, βραδυτῆτος χρώμενος ἐπινοίαις, ἰέναι τε ἐς τὰ πρόσω μὴ συγχωρῶν. Σταθμοῖς τε γὰρ πλησιαιτέροις καὶ παρασάγγαις ὀλίγοις ἐχρῆτο, ἄλλοτε ἄλλους χώρους περιφέρων τε καὶ ἀποπλανῶν, κἀκ τούτου τὰ κάκιστά σφισι προεδήλου, καὶ ἐδείκνυ τῇ περὶ τὴν ὁδοιπορίαν πλάνῃ οὐδέν τι φιλοφροσύνης ἐχόμενον ἢ τῆς προσηκούσης αἰδοῦς πρέσβεσιν. Ἦν δὲ τὸ πραττόμε-

longioris temporis apparatus faciendi occasionem quæreret. His ita confectis discessit a Byzantio Pherogdates.

55.

Romani et Persæ sane pacem fecissent, nisi Chosroes ex hominum numero sublatus, et Hormisdas, ejus filius, ferocis ingenii vir, cidari redimitus fuisset. Ceterum non aliter, quam ut decretum erat, tanquam adhuc superstite Chosroe, Zachariam et Theodorum puto Persiam intrasse, legationem obituros. Etenim tunc temporis nondum Syriam transgressi erant, neque quicquam ideo ex eorum legatione mutatum est. Itaque literæ ab imperatore illis redditæ sunt, ut continuarent iter : sibi quidem nuntiatum esse, inter id temporis Chosroem mortem obiisse; verumtamen, se esse eodem in filium animo, et paratum, secundum ea quæ a Chosroe scripta erant, a bello discedere; neque propterea omitterent Persas captivos, libertate donatos, in manus regis Persarum tradere. Itaque Romanorum legati, nuntiis præmissis, cum honore et faustis acclamationibus Nisibim pervenerunt. Et Persæ quidem Romanorum erga captivos humanitatem magnopere sunt admirati. Interea Tiberius imperator, vere ineunte, rursus misit Mauricium in orientalem imperii partem, qui, quod eveniret, exspectaret, et illi imperavit, ut regi Persarum, quocumque se verteret, occurreret : et in quamcunque partem res caderent, ad omnes casus se præpararet. Et ille quidem, ut rex præcperat, in Oriente substitit, et observabat quid facto opus esset. Quum igitur legati in Persidem venissent, Persarum regem, qui recenter in regium solium ascenderat, salutare magnopere cupiebant, et spem habebant, sibi non solum multum honoris et humanitatis impertitum iri, sed etiam, quæ peterent, sese impetraturos. Etenim post tam insignem victoriam sermones afferebant ab imperatore Romano comitate et humanitate plenos et ab omni insolentia remotos. Neque vero solum se verbis comem et benignum præbebat imperator, verum etiam re ipsa, quum tot captivos Persis restitueret. Et ex eo putabant fore ut, quæ sperabant, sine controversia consequerentur. Sed universa res in contrarium vertit. Primum enim unus ex his qui regi in negotiis et regiis et publicis ministerium præbent, quos Latini a secretis vocant, obvium se media via legatis tulit, et eos est percunctatus, quid vellent, qua de causa venirent, et quid nuntii afferrent. Huic Zacharias et Theodorus responderunt, id non illi, sed magistro (ut loquuntur Romani) dicendum. Hæc ubi dixerant, viam perrexerunt. Post hunc alius quoque ex Persis venit, qui peregrinationem illis impediebat : tardius enim de industria incedebat, et eos cunctari faciebat, neque ulterius progredi sinebat; propiores stationes eligebat et paucas parasangas conficiebat, et ex aliis locis in alia loca huc illuc errantes et palantes traducebat : et in eo se illis male cupere satis indicabat. Etenim eos nulla humanitate colebat, et nulla habita ratione obser-

νον ἐξ ἐπιβουλῆς τε καὶ μελέτης, ὥστε ἐπισχεῖν σφᾶς ὅσον ἂν χρόνον οἷοίτε ὦσιν, ἐν τούτῳ τὴν κατὰ δύναμιν ποιησομένους τοῦ πολέμου παρασκευήν, τά ἐπιτήδειά τε συναθροίσοντας ἀποτεθησόμενα κατὰ δὴ τὸ ὅσον οὔπω ἀναγκαῖον ἐς Νίσιβίν τε καὶ τὸ Δάρας τὰς πόλεις, ἔτι γε μὴν καὶ τὰ πέραν τοῦ Τίγριδος ποταμοῦ καὶ τὰ τῇδε φρούρια ἀνάπλεα θέσθαι τῶν ἐδωδίμων ὡς ἀκρίδος οὕτω ξυμβὰν καταδηλησαμένης τοὺς ἐκείνῃ καρποὺς, καὶ ἅμα ἐρημωθέντων κατὰ τὴν προλαβοῦσαν Ῥωμαίων ἐπιδρομὴν ἁπάντων τῶν κατὰ ταῦτα χωρίων, λιμοῦ τε σφοδροτάτου τοῖς ἐκεῖσε ἐνσκήψαντος, πρὸς δέ γε ἐφ' ᾧ καὶ στρατολογῆσαι, ἅτε πολεμησείοντος ἐς τὸ ἐμβριθὲς τοῦ βασιλέως Περσῶν. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα αὐτοῖς ἐβεβούλευτο, μόλις μετὰ πλείστας ὅσας ἡμέρας ἐδόθη τοῖς πρέσβεσιν ἐς τὰ βασίλεια ἐσφοιτῆσαι. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα, καθὰ τῇ συνηθείᾳ ἐδόκει, θοινησάμενοι καὶ τὸ ἐκ βασιλέως γράμμα ἐγχειρίσαντες, πρός γε καὶ τοὺς δοριαλώτους ἀποδεδωκότες, ἐνθένδε ἀνεχώρησαν, φιλοφροσύνης μηδὲν ὁτιοῦν εὑρηκότες. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ὁ παρὰ Πέρσαις τῆς αὐλῆς ἡγεμὼν καὶ Μεβώδης ἐπυνθανέσθην τὴν δύναμιν τῆς πρεσβείας. Τῶν δὲ εἰπόντων, ὅτι δὴ περὶ εἰρήνης ἥκοιεν πρεσβευσόμενοι, αὐτίκα οἵγε οὐ δὴ προσίεντο τοὺς περὶ τούτων αὐτῶν λόγους, φάσκοντες οὐκ ἐπιτετράφθαι τι τοιοῦτον, ἀλλὰ συλλαβὰς ἀποδόντας ἀντιλαβεῖν χρῆναι, καὶ ὡς θᾶττόν γε δήπου τῆς Περσῶν ἀπαλλαγῆναι. Ἐν φανερῷ τοίνυν ποιησαμένων τὴν ἐφιεῖσαν αὐτοῖς τοῦτο κέλευσιν, ἔγνωσαν ἐν βραχεῖ, ὅ τι δύναται ἡ ἐπιστολὴ τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος, καὶ τὴν ἄφιξιν τῆς πρεσβείας ἅπασαν, ὡς ἕτοιμος εἴη κατασβεννύναι τὰ ἐκ τοῦ πολέμου χαλεπά, καὶ τὴν περιμάχητον αὐτοῖς Ἀρμενίαν ἅπασαν ἀμαχητὶ ἐνδοῦναι, παραχωρῆσαι δέ σφισι καὶ Ἀρζανηνῆς, ἀντιχαριζόμενος τοῦ Δάρας τὸ Ἀφουμῶν φρούριον. Ἐδέξατο μὲν οὖν καὶ αὖθις αὐτοὺς βασιλεὺς ὁ Περσῶν, τραχύτητι δὲ χρώμενος πρὸς ἕκαστα τῶν φιλανθρώπως γεγραμμένων οὔτε ἀποστήσεσθαι ἔφη πώποτε τοῦ Δάρας, οὐ μᾶλλόν γε ἢ τῆς Νισίβιος ἢ Σηγάρων, ἅπερ καὶ αὐτὰ ἐκ Ῥωμαίων ἀπισχυρίζετο ἔχειν Πέρσας, οὔτε μὴν ἐλαττώσειν τι τῶν πατρώων κτημάτων, ἀλλ' εἰ μὲν οἷόντε ἐστὶν, ἐς αὔξησιν αὐτὰ ἐνεγκεῖν, εἰ δὲ μή, ἀλλὰ γὰρ καταλελειμμένα φυλάξειν. Χοσρόην μὲν γὰρ τὸν πατέρα ἔφη, ὡς, εἴγε περιῆν, ἴσως τὸ τοιόνδε ἔπραξεν ἂν καὶ τὸ Δάρας ἀφῆκε Ῥωμαίοις. Τῷ γὰρ προσκτησαμένῳ τι καὶ τοῦτο ἀποβεβληκότι οὐχ οὕτως αἰσχρόν· αἰσχύνη δὲ ὁμοίως ἅπασιν ἀνθρώποις καταπροίσθαι τὰ πατρῷα. Ταῦτα εἰρηκὼς, διὰ Μεβώδου πάλιν αὐτοῖς ἐποίησε κατάδηλον ὡς « ἐπί τίνι μέγα φρονοῦντες ἀξιοῦσι πρὸς ἡμῶν ἀνακομίζεσθαι τὸ Δάρας; ποίων νενικηκότες πόλεμον; ποίοις ἐγκαλλωπιζόμενοι τροπαίοις; ποῖ δῆτα καθυπέρτεροι γενόμενοι Περσῶν; ἀλλ' ὅτι ἀπειρίας δραξάμενοι τοῦ Ταχοσδρὼ (Ταγχ.), καὶ περιαγαγόντες αὐτὸν ἐς ἄλλοτε ἄλλους χώρους, ἐπειδὴ περιπλανωμένου ἐξ Ἀρμενίας ἐκείνου εἰς Ἀρζανηνὴν καὶ ἀπὸ Ἀρζανηνῆς ἐς Ἀρμενίαν ἅδειαν ἔσχον οἱ Ῥωμαῖοι καταδραμεῖν τὴν ἑῴαν Περσῶν· τῷ τοι ἄρα βρενθύονται ἴσως καὶ μεγαλαυχοῦσιν, ὑποτοποῦντες ἐν ἐλάττονι μοίρᾳ τὰ ἡμέτερα κεῖσθαι. Ἴστωσαν οὖν, ἔφη, Ῥωμαῖοι, ὡς οὐδὲ ἄλλως ἀνέξομαι τῆς εἰρήνης, εἰ μή πω κατατιθέναι μέλλοιεν καὶ τὰ ὅσα πρὸς βασιλέως Ἰουστινιανοῦ ἐκομιζόμεθα χρήματα ἀν' ἕτος. »

---

vantiæ, quæ legatis debetur, viarum erroribus fatigabat. Et id quidem Persæ data opera et præmeditato consilio faciebant, quo legatos morarentur et quam diutissime detinerent, ut maximum interea belli apparatum facerent, et copias frumenti ad quamvis necessitatis occasionem paratas in urbibus Nisibi et Daras congererent, atque etiam ultra Tigrim amnem castella necessariis copiis implerent; quia locustæ in illis regionibus omnes agrorum fruges consumpserant, et proximis Romanorum incursionibus agri desolati permanserant. Itaque acerbissima fames instabat, præsertim quum rex Persarum ad grave bellum suscipiendum exercitus pararet. Quum Persæ hoc consilii cepissent, vix post multos dies permissum est legatis, in regiam pedem inferre. Et primum quidem, ut moris est, sunt convivio excepti; quo facto, postquam literas ab imperatore tradidissent et captivos reddidissent, quum eos Persæ nullo liberali et benigno sermone dignati essent, discesserunt. Postridie aulæ apud Persas præfectus et Mebodes eos interrogaverunt, quæ esset ipsorum legationis potestas. Quum legati respondissent, se, ut de pace agerent, venisse, nullos de ea re sermones Persæ admiserunt, nihil ejusmodi sibi demandatum esse, dicentes. Itaque literas eos proferre, et vicissim accipere, et quam primum a Persarum finibus excedere jusserunt. Et quum legati mandata sua exhibuissent, Persæ omnia, quorum causa legatio decreta esset, cognoverunt: ut imperator paratus esset, mala ex bello orta sopire et Armeniam, de qua tot certamina fuissent, sine prœlio eorum juris et potestatis facere; quin et Arzanene cedere, et pro Daras oppido Afumorum castellum illis tradere. Denuo Persarum rex legatos excepit, et ad ea quæ imperator ad illum perhumane scripserat, acerbe admodum et arroganter respondit, se nunquam urbe Daras cessurum non magis, quam Nisibi aut Singaris, quas urbes a Romanis per vim captas haberent Persæ, neque quicquam ex possessionibus, quas illi pater reliquerit, se diminuturum, sed potius, si non auctiores faciat, saltem quantum in se esset, intacta conservaturum. « Pater Chosroes, inquit, si vixisset, fortasse eo descendisset, et Daras Romanis restituisset. Ei enim, qui ipse imperii fines protendit, parta rursus amittere, non tam turpe est. Pudori autem est omnibus hominibus paterna profligare. » Hæc ubi dixerat, rursus per Mebodem alia fere hujusmodi suggessit: Quanam de causa elati Romani Daras ab ipsis recipere poscant, qua victoria potiti, quibus tropæis se jactantes? ubi denique superiores Persis evaserunt? Imperitia quidem et imprudentia Tanchosdri res bene gesserunt; dum ipsum ex una regione in aliam circumagunt, et modo ex Armenia in Arzanenen, modo ex Arzanene in Armeniam excurrere cogitur, regionem Persarum, quæ est ad Orientem, depopulati sunt. Hoc est fortasse, quod magnos spiritus gerunt, quo superbiunt, existimantes deteriore conditione res nostras prostratas jacere. « Sciant Romani, inquit, me non

Τοσαύτη μεγαληγορίᾳ χρησαμένου Ὁρμίσδα, μόλις ἀφείθησαν Ζαχαρίας τε καὶ Θεόδωρος, ἄχρι τριῶν ἤδη πρὸς ἐνιαυτῶν μηνῶν ἐκεῖσε ἐνδιατρίψαντες, πάντων δὲ τῶν δυσχερῶν ἐς πεῖραν ἐλθόντες· καὶ γὰρ οὐδὲ ὅσον ἀέρα καθαρὸν ἀναπνεῦσαι, οὐ μὴν προκύψαι ἐκ τοῦ τέγους, ἵνα ἐνδιαιτώμενοι ἦσαν, ξυνεχώρουν οἷς ἡ φυλακὴ τῶν πρίσβεων ἀνειμένη ἐτύγχανε· τό τε δωμάτιον αὐτὸ ζοφῶδές τε ἦν καὶ διάπνευτον (ἀδιάπνευστον Nieb.) καὶ ὥρᾳ θέρους ἐς τὰ μάλιστα ἀναρμόδιον, ὡς δοκεῖν εἶναι τὸ χρῆμα εἱρκτήν. Τοῖς τοιοῖσδε τοίνυν δεινοῖς ἐκτετριμμένους διαφῆκαν, πολλῷ δυσκολώτερον αὖθις πρὸς τὴν ἐπάνοδον αὐτοῖς χρησάμενοι, ὡς μήτε τῶν ἀναγκαίων ἐς τὸ ἀποχρῶν σφισι μεταδιδόναι, τρίβειν τε τὸν χρόνον καὶ μακροτέραν αὐτοῖς τὴν πορείαν ἐργάζεσθαι. Μιᾶς γὰρ ἡμέρας ὁδὸν σφᾶς ἀγαγόντες ἐπὶ τὰ πρόσω, τῇ ἑφεξῆς δι' ἑτέρας ἀτραποῦ ἐς τοὔμπαλιν ἐπανῆγον, ἕως πολλῶν ἀνιαρῶν αὐτοὺς ἀναπλήσαντες, ὡς καὶ ἑκάτερον ἀμέλει νόσῳ βαρυτάτῃ περιπεσεῖν, ἐξώθησαν (ἐξώσθησαν? Hœsch.) τῆς Περσῶν. Ἀφικομένης δὲ ταύτης τῆς ἀγγελίας παρὰ βασιλέα Ῥωμαίων καὶ παρὰ τὴν πάντων ἐλπίδα προσπεσούσης (οὐ γὰρ ᾠήθη πώποτε Πέρσας ἐπὶ σμικροῖς οὕτω καὶ λίαν συμμέτροις τὴν εἰρήνην μὴ προσδέξασθαι), Μαυρικίῳ μὲν εἰκότως ἐσήμαινεν ἔχεσθαι τοῦ πολέμου κατὰ τὸν προχωροῦντα τρόπον, καὶ τὰ ἄλλα περιεσκόπει, ὡς ἂν ἀμηχέπη οἱόστε ἔσοιτο βοηθῆσαι τοῖς πράγμασιν. Οἱ (Τῷ Bekk.) δὲ τὰ μὲν ἄλλα οὐκ εἶχε κακῶς τὸ στράτευμα· καὶ γὰρ τὴν διανομὴν τῶν χρημάτων ἐπεποίητο.

56. (579.)

Suidas v. Μαυρίκιος: Οὗτος δὲ προεχειρίζετα στρατηγὸς τῆς ἑῴας ὑπὸ Τιβερίου Καίσαρος. Ὁ Μαυρίκιος ἐν πολέμοις μὲν καὶ ἀγῶσιν οὐκ ἦν ἐντεθραμμένος, ἔμφρων δὲ ἄλλως καὶ ἐμβριθὴς καὶ κατηκριβωμένος, ξυγκεράσας τε ἐν ἑαυτῷ ἄμφω τὰ ἐναντίως ἔχοντα ἀλλήλοις, ὄγκον φρονήματος καὶ πραότητα, πάσης ὑπεροψίας τε καὶ ὀφρύος ἐλευθέραν. Τοιοῦτον δή τινα τὸν Μαυρίκιον ὄντα ἡ τῶν πραγμάτων ἡγεμονία παραλαβοῦσα, ἀνέδειξέ πως εὐκλεέστερον τῇ πείρᾳ.

Nonnulla horum repetuntur v. Ὄγκος. Menandri locum esse conjecit Valesius.

57. (580. Tiberii. an. 3.)

Exc. De leg. gent. p. 125. 156: Ὅτι πολιορκούντων Ῥωμαίων τὸ Χλωμάρων, καὶ προσβολὰς ἐν κύκλῳ ποιουμένων, τάς τε ἑλεπόλεις μηχανὰς περιστησάντων, πρὸς δέ γε καὶ ὑπονόμους ἔνερθεν ὑποροττόντων ἐς τὸ ἀφανές, στέλλει Βιγγάνης ὡς Μαυρίκιον τόν (τε) τοῦ φρουρίου ἀρχιερέα· Χριστιανοὶ γὰρ ἦσαν οἱ τῆς Ἀρζανηνῆς ἅπαντες. Ταύτῃ τοι, ὡς αἰδοῦς ἀξιωθησόμενον πρὸς Ῥωμαίων Χριστιανῶν ὄντων τὸν προεστῶτα τῶν ἱερῶν τοῦ Χριστοῦ, ἱκετεύειν ἐπέτρεψε τῷ μυσταγωγῷ, εἰληφότας ὁπόσος ἦν αὐτοῖς χρυσός τε καὶ ἄργυρος ἀπαναστῆναι καὶ μὴ πέρα πονεῖν. Οὔτε γὰρ ἐνδώσειν ποτὲ, Βιγγάνου τὸν ἥλιον ὁρῶντος, τοὺς ὅσοι γε ἐς τὸ Χλωμάρων εἰσὶ Ῥωμαίοις ἑαυτούς· προσμενόντων τε τῇ πολιορκίᾳ Χριστιανῶν ἔσεσθαι τὸ διαφθειρόμενον πλῆθος, καὶ ἀσεβήσειν Ῥωμαίους πρὸς θεὸν περιορῶντας ἀναιτίως τοὺς ἔνδον ἀπολλυμένους. Ταῦτα Βιγγά-

---

aliis conditionibus pacem fieri permissurum, quam si persolvant omnes pecunias quas Justinianus singulis annis nobis pendere erat solitus. » Hac insolenti oratione Hormisda uso, vix tribus demum post mensibus elapsis, Zacharias et Theodorus difficillima et gravia quæque experiendo perpessi, missionem obtinuerunt. Neque enim purum aera haurire, neque libere ex tecto, sub quo diversabantur, in apertum exire eorum custodiæ præpositi permittebant. Domus vero, in qua habitabant, erat obscurior, et quum in eam aura nulla perflaret, æstate inprimis valde molesta erat; denique re vera domus carcer esse videbatur. His igitur malis et incommodis attritos et confectos multo graviora in reditu passuros dimisit. Nam nec illis rerum necessariarum copiam, quoad satis esset, administrabant, diem de die ducebant, et longioribus itineribus eos fatigabant. Etenim quam viam uno die confecerant, eam postridie retro eos ducebant, donec multis ærumnis conflictati, ita ut uterque in gravissimum morbum incideret, tandem Perside excesserunt. Cujus rei nuntius quum ad imperatorem afferretur, et præter omnem exspectationem illi accideret (non enim existimaverat, quum Romani ita faciles et moderatos se præbuissent, fore ut Persæ a pace abhorrerent), jure et merito Mauricio præcepit, ut bellum strenuo pararet, et cetera omnia ita instituit, ut omni modo suis rebus consuleret. Neque vero exercitus quoad cetera male habebat. Stipendia enim persoluta fuerant.

56.

Mauricius a Tiberio Cæsare dux copiarum per Orientem constitutus est: non ille quidem in bellis atque certaminibus innutritus, sed prudens vir et gravis et accuratus. Qui duas res maxime inter se contrarias in se conjunxit, summam animi magnitudinem et mansuetudinem arrogantia et supercilio plane vacuam. Talis quum esset Mauricius natura, ipsa experientia longe gloriosiorem eum demonstravit.

57.

Quum Romani Chlomaron oppidum obsiderent et armatis hominibus cingerent, et machinas, quibus urbes capiuntur, admoverent, cuniculi quoque subterranei in occulto subter terram ducerentur, Biganes misit urbis Episcopum (erant enim Christiani omnes incolæ Arzanenæ), quem Romanos, quia Christiani erant, majore reverentia et honore excepturos, tanquam sacrorum antistitem, existimavit, ad Mauricium, eumque orare jussit, ut accepto quicquid apud obsessos erat auri et argenti, Romani obsidionem solverent, neque ultra in vanum laborarent. Neque enim unquam, quamdiu Bigani solem intueri liceret, Christianos, qui in oppido essent, Romanis sese tradituros. Quodsi obsidionem continuarent, fore ut Christianorum multitudo periret. Ex quo fieret ut Romani impii erga deum essent, qui Christianos, qui intra oppidum essent, sine ulla sua

ης ἐδήλου. Μαυρίκιος δὲ πολλά τε καὶ ἐπαγωγὰ τῷ ἱερεῖ διαλεχθεὶς καὶ τοῖς ἅμα αὐτῷ πρὸς ἱκετείαν ἀφικομένοις, πίστεις τε εὐνοίας πρὸς τοῦ ἱερέως εἰληφὼς, ἀπαγγέλλειν ἐκέλευσε Βιγγάνῃ, ὡς, εἴπερ ἑαυτὸν ἐνδώσει Ῥωμαίοις, ἀξιώματός τε μείζονος ἢπερ ἐφ' οὗ νῦν ἐστι παρὰ Πέρσαις ἀξιωθήσεται πρὸς Ῥωμαίων, κτήσεώς τε διπλασίας καὶ ἄλλης εὐπορίας γενήσεται κύριος. Καὶ ἕτερα δὲ, ὁπόσα ἦν ἐφολκὰ, εἰπὼν ἀφίησιν αὖθις ἔνδον τοῦ φρουρίου γενέσθαι τὸν ἱερέα καὶ τοὺς ξὺν αὐτῷ. Ἀλλὰ γὰρ ὁ Βιγγάνης εὐνούστατα ἔχων ὡς βασιλέα Περσῶν καὶ ἐς τὴν κατ' αὐτὸν πολιτείαν, ἔτι γε μὴν τῷ χώρῳ πίσυνος, ἥκιστα ταῖς μεγίσταις ὑποσχέσεσι Μαυρικίου τὰ ὦτα ὑπέσχε, καὶ ταῦτα βάρβαρος ὢν οὐκ ἀφηνίασε τοῦ πρέποντος, τὴν δὲ ἐξ ἀρχῆς δουλείαν τιμιωτέραν ἡγήσατο πλούτου. Στέλλει δὲ αὖθις τὰ ἐς ἁγιστείαν τοῦ θεοῦ ἀνειμένα, περιρραντήριά τε καὶ ἐκπώματα καὶ ἄλλα ὅσα τιμαλφίστατα σκεύη, ὡς Μαυρίκιον, καθάπερ ἀμέλει λύτρα τούτου τοῦ φρουρίου ταῦτα ὑποδέχεσθαι ἀντιβολῶν, τὴν πολιορκίαν καταλύσοντα. Ἀτὰρ ὁ στρατηγὸς ἐπειδὴ ταῦτα ἐθεάσατο, οὐ προσήκατο, καίτοι ἐρίτιμα τυγχάνοντα· ἤξειν γὰρ ἔφασκεν οὐ τὰ ἱερὰ σκυλεύσων οὔτε μὴν Χριστῷ μαχησόμενος, ἀλλὰ σὺν Χριστῷ πολεμήσων, καὶ μᾶλλον ἐξαιρησόμενος τοὺς ὁμοδόξους πρὸς τῶν οὐκ ὀρθὰ φρονούντων Περσῶν. Εἶτα ἐν ἀπορρήτῳ ἔλεξε τῷ ἱερουργῷ ὅσα ἐχρῆν, συνεχώρησέ τε αὖθις εἴσω γενέσθαι τοῦ φρουρίου. Ὡς δὲ ἐπανῆκε τὸ τελευταῖον ὁ ἱερεὺς ὁ βάρβαρος, καὶ οὐδὲν ὁτιοῦν ἐς τὸ ἰθὺ τῆς γνώμης ἐφθέγξατο, ἐς τοὐναντίον μὲν οὖν τὰ Περσῶν ἐπεφώρατο ἀσπαζόμενος, ξυλλαμβάνεται μὲν ὅγε καὶ οἱ ξὺν αὐτῷ, αὖθις δὲ ἐγκελευσαμένου τοῦ στρατηγοῦ, εἶχοντο τῆς πολιορκίας οἱ Ῥωμαῖοι.

58.

Romani et Avares per tres dies (*annos?*) decertarunt; sed quum nullæ Romanorum copiæ numero sufficiente apparerent, quæ pontem, qua itur in Dalmatiam, tametsi parum munitus esset, oppugnarent, Apsichus et qui cum eo erant Avares, qui illic prius ad pontis custodiam consederant, tam parvi Romanos faciebant, ut ad alium pontem se conferrent, et novas copias copiis Baiani adjicerent. At qui in Sirmio erant ingenti fame oppressi, cibis nefandis se sustentabant, quia rerum necessariarum inopia laborabant, et hostes pontem in Sao fecerant. Præterea Salomon, qui tunc temporis Sirmio præerat, parum diligenter res administrabat, neque se ullum rei militaris usum habere ostendebat. Itaque cives et urbis incolæ hac calamitate afflicti, ejulabantur, et quum ad extremas spes redacti essent, omnium istorum malorum causam in duces Romanos rejiciebant. Postremo Theognis paucitate militum laborabat. Hæc ubi Tiberius didicit, potius esse duxit, civium multitudinem non cum ipsa urbe in deditionem venire : itaque per literas jussit Theognidem bellum his conditionibus solvere, ut liceret omnibus qui in urbe habitabant, salvis et incolumibus exire, neque quicquam suarum rerum inde asportare præter vitam et unam vestem. Itaque in has conventiones consenserunt, et bellum his conditionibus desiit, ut Romani Avaribus urbem dederent, et Avares Romanis omnem, quæ in ea erat, multitudinem, absque his quæ unusquisque eorum in bonis habebat, concederent. Exegit etiam Chaganus trium præteritorum annorum aurum, quod non acceperat, et illi Romani solvere solebant, ut armis abstineret. Erant vero pecuniæ, quæ pro pace unoquoque anno pendebantur, ad octoginta millia nummorum aureorum. Præterea unus ex his, qui sub eo militabant, in Romanorum regiones fugerat, quia dicebatur adulterium cum Baiani uxore commisisse. Hoc significavit Theognidi, et sibi transfugam reddi postulavit, seque non aliter fœderum conditiones ferre posse affirmavit. Theognis respondit, Romani imperatoris ditionem longe lateque patere, in qua, propterea quod amplissima et vastissima esset, res difficilis inventu foret vir exul in ea errans, qui fortasse etiam jam periisset. Ad ea Bajanus dixit : « Jurent igitur Romani duces, se perquisituros, et si transfugam repererint, non occultaturos, sed omnino eum in manus Avarum regi tradituros; sin autem fato functus sit, ejus rei ipsum certiorem facturos esse. »

INCERTÆ SEDIS.

67.

Suidas v. ἀδέλτερος : Μένανδρος· « Εἰς τοῦτο ἀδελτηρίας ἦλασεν αὐτοῖς ὁ νοῦς, ὥστε θάτερον μέρος τὴν κατὰ θατέρου μᾶλλον ἢ τὴν κατὰ τῶν πολεμίων εὔχεσθαι νίκην. »

68.

Idem v. αἴσιος· ὁ καθήκων, ἀληθής. Μένανδρος· « Ἀλλ' οὐκ αἰσίως αὐτοῖς ἐπέπνευσεν ἡ τύχη· οἱ γὰρ ἐθελοκακοῦντες οὐχ (vocem οὐχ delendam censet Küster.) ὑπεστάλησαν. » Cf. Suidas v. ἐθελοκάκως, ubi ex anonymo citantur verba : ἐθελοκακοῦντες αὐτῷ διὰ πλείους αἰτίας. Referenda hæc esse ad ipsum illum Menandri locum, qui v. αἴσιος laudatur, adeo ut plura ibi omissa sint, censet Bernhardyus.

69.

Idem v. ἀνάπαυλαν : Μένανδρος· « Ὠδὶ γὰρ (Ὠδίγαρ Nieb.) Οὔννων ἡγεμὼν μέγιστος ἔτυχεν ἀναπαύλης, » τουτέστιν ἀπέθανε.

70.

Idem v. ἄτρακτον : Μένανδρος· « Ὁ δὲ ἐπετοξάζετο κατὰ τοῦ βαρβάρου, καὶ μάλα εὐστοχώτατα τὸ χέρας ἐκτείνας ἀφῆσι τὸν ἄτρακτον κατὰ τοῦ Κώχ.

Idem v. εὐθύωρον : « Τὸ δὲ βέλος ἀνεῳγμένον προφθάσαν τὸ στόμα, ἐκεῖσε ἐμπεσὸν, κατέπαυσε τὴν πτῆσιν· καὶ δὴ ὁ Κὼχ εὐθυωρὸν ἀπεβίω. »

71.

Idem v. ἐπεθείαζε : Μένανδρος· « Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἐν ἑνὶ τῶν ἑπτὰ λόφων ἀνελθὼν, ἐπεθείαζε ῥήμασι βαρβάροις, καὶ γαυρῷ τῷ φρονήματι μεγαληγορίᾳ ἐχρῆτο. »

72.

Idem v. θεήλατος : Μένανδρος· « Ὁ δὲ Ναρσῆς, ὃς εἰώθει τῶν πολεμίων ἀεὶ κρατεῖν, κατά τινα θεήλατον ὀργὴν (ὁρμὴν conj. Küster.) ἔφυγε προτροπάδην. »

73.

Idem v. σπαλίωνες : Παρὰ δὲ Μενάνδρῳ σπαλίωνές εἰσι μηχανήματα, καλύπτραι τινὲς βοείοις δέρμασιν ἐκτάδην ξυντεθειμέναι, ξύλοις τε ἀνδρομήκεσιν αἰωρούμεναι· ὧν ἔνερθεν ὑπεισδύντες ὁπλῖται, ἐν χρῷ τε τῷ τείχει προσπελάζοντες, ὄργανά τε λαοτόμα καὶ τοιχωρύχα μεταχειριζόμενοι ὑπὸ γῆν αὐλῶνας ἐργάζονται, ἐγκείμενοί τε καὶ διορύττοντες, εἴ που τείχους τι μέρος καταρρίψαιεν, ἢ ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ ἐντὸς κενωμάτων γενόμενοι δυοῖν ἀνύσουσί γε τὸ ἕτερον, ἢ τὴν γῆν ἀναρρήξαντες τοῦ περιβόλου γενήσοιντο εἴσω, ἢ τοῦ κατὰ τὸ ἔνδον φρέατος τοὺς σήραγγας ἀγαγόντες, ἐπ' εὐθείας ἐκχενώσαιεν ἐφελκύσαντες τὸ ὕδωρ εἰς τὰ γλαφυρά τε καὶ κοῖλα τοῦ ὀρύγματος.

74. 75.

Idem v. φιλεριστῆσαι : Μένανδρος. « Τὸ γὰρ φίλερι τῆς φιλοπρωτίας μεταξὺ αὐτῶν συμπεσὸν διέλυσε τὰς δυνάμεις. »

Idem v. χάραξα : Μένανδρος· « Πολλοὶ γὰρ ἐκλελοιπότες τὸν χάραξα, τὰς κώμας ἐπόρθουν. »

Apud Suidam v. ἀνάριστος Menandri mentio pertinet ad comicum poetam. Quæ leguntur v. εὔψυχος non e Menandro hist., sed ex Appiano De bell Hispan. petita sunt, monente Küstero. Denique v. περιπέττειν sub Menandri nomine afferuntur quæ sunt Theophylacti Simocattæ Hist. II, 9.

67.

Eo vesaniæ progressi sunt, ut a sese invicem, magis quam ab hostibus, victoriam reportare optarent.

68.

Verumtamen iis feliciter non adspiravit fortuna; refractarii enim milites obsequium et operam denegaverunt.

69.

Odigar, maximus Hunnorum dux, quietem mortis consecutus est.

70.

Ille vero arcum in barbarum intendens, jactu haud vano sagittam in Cochum emisit. Porro telum, quum per os apertum intrasset, in gutture hæsit. Cochus vero statim vita excessit.

71.

Dux vero in unum e septem collibus conscendit, et lymphatici instar barbara verba proloquens, insolenti fastu orationem jactantiæ plenam habuit.

72.

Narses autem, qui semper hostes vincere consueverat, tunc tergum hostibus dedit.

73.

Apud Menandrum σπαλίωνες sunt machinæ, seu tecta ex pellibus bubulis expansis confecta, quæ contis viri longitudinem habentibus attolluntur. Ea quum milites subierunt, ad mœnia accedentes, et instrumenta lapidibus cædendis murisque subruendis tenentes, sub terra cuniculos agunt, terram continuo fodientes, ut vel partem aliquam murorum dejiciant, vel si quo alio modo in loca excavata penetrarint, alterutrum efficiant; aut ut terra perfossa, intra muros perveniant; aut cuniculis ad puteum intra urbem situm perductis, aquam recta inde eliciant et in excavatas fossas derivent.

74. 75.

Nam contentio de principatu inter eos orta copias bellicas dissolvit.

Multi enim derelicto vallo pagos diripiebant.

THEOPHANES BYZANTIUS.

Theophanes Byzantius, a reliquis ille hujus nominis scriptoribus probe distinguendus, libris decem consignavit res Justini et Tiberii (565-581), ac præ ceteris ea videtur persecutus esse, quæ contra Persas imperatores Romani gesserunt. Initium historiarum sumpsit ab anno quo Joannes Comentiolus ad Persarum regem legationem obiit (566); qua quum nihil Justinus proficeret, fœdera, quæ Justinianus et Chosroes in annos quinquaginta pepigerant, rupta sunt (566). Liber ultimus desiit in belli inde ab anno 572 suscepti annum decimum (581), sive in Tiberii annum postremum. Præterea Theophanes res Justiniani descripserat, aliosque libros (de rebus Mauricii) nescio quousque pertinentes iis quæ Photius legerat decem voluminibus subjunxerat. Scripserit auctor postremis annis Mauricii imp.

Photius Bibl. cod. 64 :

Ἀνεγνώσθησαν Θεοφάνους Βυζαντίου Ἱστορικῶν λόγοι δέκα. Ἄρχεται δὲ ὁ πρῶτος λόγος ἀπὸ τοῦ Περσικοῦ πολέμου τοῦ συστάντος μετὰ τὴν διάλυσιν τῶν σπονδῶν, ἃς Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς καὶ Χοσρόης ὁ Περσῶν ἀλλήλοις ἔθεντο. Ἔλυσε δὲ Χοσρόης τε αὐτὸς, καὶ Ἰουστῖνος, διάδοχος Ἰουστινιανοῦ καταστάς, δευτέρου ἔτους τῆς ἀρχῆς αὐτῷ περαιουμένου. Ἀρχόμενος δὲ ἐντεῦθεν τῆς ἱστορίας κάτεισι μέχρι δεκάτου ἔτους αὐτοῦ τοῦ πολέμου. Μέμνηται δὲ ἐν τῷδε τῷ πρώτῳ τοῦ βιβλίου λόγῳ καὶ τὰ κατὰ Ἰουστινιανὸν ἱστορῆσαι. Οὐ μὴν ἀλλὰ δῆλός ἐστιν, ὡς καὶ ἐφεξῆς τῶν δέκα λόγων ἑτέρους συνέταξε. Διέξεισι δὲ ἐν μὲν τῷδε τῷ λόγῳ, ὅπως αἱ σπονδαὶ συνεχύθησαν Ἰουστίνου μὲν διὰ Κομεντιόλου Σουανίαν παρὰ Χοσρόου ἀπαιτοῦντος, αὐτοῦ δὲ ὑποτιθεμένου, οὐ μέντοι διδοῦντος· ὅπως τε ἡ Μεσοποταμία πᾶσα ἐσείσθη, προοίμιον τῶν ἐπιλευσομένων κακῶν γενομένη.

2. Ὅτι τὰ πρὸς εὖρον ἄνεμον τοῦ Ταναΐδος Τοῦρκοι νέμονται οἱ πάλαι Μασσαγέται καλούμενοι, οὓς Πέρσαι οἰκείᾳ γλώσσῃ Κερμιχίωνάς φασι. Καὶ αὐτοὶ δὲ ἐν τῷ τότε ὥρᾳ καὶ πρέσβεις πρὸς βασιλέα Ἰουστῖνον ἔστειλαν, δεόμενοι μὴ ὑποδέξασθαι αὐτὸν τοὺς Ἀβάρους. Ὁ δὲ τὰ δῶρα λαβὼν καὶ ἀντιφιλοφρονησάμενος, ἀπέλυσεν εἰς τὰ οἰκεῖα. Τοῖς δὲ Ἀβάροις ὕστερον ἐλθοῦσι καὶ Παννονίαν οἰκῆσαι καὶ εἰρήνης τυχεῖν δεομένοις, διὰ τὸν πρὸς τοὺς Τούρκους λόγον καὶ τὰς συνθήκας οὐκ ἐσπείσατο.

3. Ὅτι τὴν τῶν σκωλήκων γένεσιν ἀνὴρ Πέρσης, βασιλεύοντος Ἰουστινιανοῦ, ἐν Βυζαντίῳ ὑπέδειξεν, οὔπω πρότερον ἐγνωσμένην Ῥωμαίοις. Οὗτος δὲ ἐκ Σηρῶν ὁρμηθεὶς ὁ Πέρσης, τὸ σπέρμα τῶν σκωλήκων ἐν νάρθηκι λαβὼν μέχρι Βυζαντίου διεσώσατο, καὶ τοῦ ἔαρος ἀρξαμένου ἐπὶ τὴν τροφὴν τῶν συκαμίνων φύλλων ἐπαφῆκε τὰ σπέρματα· τὰ δὲ τραφέντα τοῖς φύλλοις ἐπτεροφύησέ τε καὶ τἄλλα εἰργάσατο. Ὧν τήν τε γένεσιν καὶ τὴν ἐργασίαν ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος ὕστερον τοῖς Τούρκοις ὑποδείξας ἐθάμβησεν. Οἱ γὰρ Τοῦρκοι τότε τά τε Σηρῶν ἐμπόρια καὶ τοὺς λιμένας κατεῖχον· ταῦτα δὲ πρὶν μὲν Πέρσαι κατεῖχον· Ἐφθαλάνου δὲ τοῦ Ἐφθαλιτῶν βασιλέως, ἐξ οὗ καὶ τὸ γένος ἔσχε τὴν κλῆσιν, Περόζην καὶ Πέρσας νικήσαντος, ἀφῃρέθησαν μὲν τούτων οἱ Πέρσαι, δεσπόται δὲ κατέστησαν Ἐφθαλῖται. Οὓς μικρῷ ὕστερον μάχῃ νικήσαντες Τοῦρκοι ἀφεῖλον ἐξ αὐτῶν καὶ ταῦτα. Ἰουστῖνος δὲ Ζήμαρχον ἐς τοὺς Τούρκους πρέ-

---

Lecti sunt Theophanis Constantinopolitani Historiarum libri decem, quorum primus initium ducit ab illo Persico bello, quod ruptis jam fœderibus iis exortum est, quæ Justinianus imperator et Chosroes, Persarum rex, invicem constituerant (562). Solverat ea Chosroes ipse, et Justinus, Justiniani jam successor, exeunte altero imperii anno (566). Hinc ergo narrationem auspicatus, pergit porro ad annum usque belli decimum. Meminit vero hoc ipso primo volumine libri, scripsisse ea quoque se quæ sub Justiniano gesta sunt, imo et plures eum decem hisce subjunxisse libros, satis manifeste apparet. Narrat autem hoc libro, qua ratione pacta conventa sint dissoluta, quum Justinus per Comentiolum Suaniam a Chosroe repeteret (*cf. Menandri fr.* 15), ipse vero verbo quidem promitteret, non tamen re præstaret. Refert et in tota Mesopotamia terram movisse, initium nimirum calamitatum, quæ subsecutæ sunt.

2. In Oriente ad Tanaim Turci degunt, qui Massagetæ antiquitus dicti, a Persis sua lingua Kermichiones appellantur. Hi tempestate hac legatos cum muneribus ad Justinum imperatorem legarunt, ne Avaros reciperet, obsecrantes (c. 568). Ille munera libenter accepit, omnique adeo benevolentiæ atque humanitatis genere legatos complexus, domum remisit. Quumque Avari mox accessissent, qui Pannoniam habitare, paceque frui Romanorum precabantur, ob datam Turcis fidem pactasque conditiones repulsam tulerunt.

3. Bombycum originem homo quidam Persa, Justiniano imperante, Constantinopoli ostendit, nunquam antea Romanis cognitam. Hic Persa e Serum regione profectus vermium semen ferula inclusum, Constantinopolim salvum deportavit, ac vere ineunte in alimentum mori foliis semina imposuit : quæ foliis nutrita, et in alas se induerunt, et mire cœperunt operari. Ergo bombycum ortum texendique artificium quum post Turcis Justinus imperator ostendisset, vehementer obstupuerunt : nam Serum illi tum emporia portusque tenebant, quæ Persæ prius tenuerant. Ephthalanus enim, Ephthalitarum rex, a quo et appellationem universum genus traxit, Perozen et Persas quum vicisset, submoti his locis Persæ, rerum vero potiti sunt

σθιν ἀπέστειλεν, ὃς καὶ λαμπρῶς ἑστιάσας τε τοὺς Τούρκους, καὶ ἐς τὰ μάλιστα φιλοφρονηθείς, ἐς τὸ Βυζάντιον ἐπανήει. Διὸ καὶ ὁ Χοσρόης ἐπ' Αἰθίοπας, φίλους ὄντας Ῥωμαίοις, τοὺς πάλαι μὲν Μακροβίους, νῦν δὲ Ὁμηρίτας καλουμένους, ἐστράτευσε· καὶ τόν τε βασιλέα τῶν Ὁμηριτῶν Σανατούρκην διὰ Μιράνους τοῦ Περσῶν στρατηγοῦ ἐζώγρησε, τήν τε πόλιν αὐτῶν ἐξεπόρθησε, καὶ τὸ ἔθνος παρεστήσατο. Διέξεισι δὲ καὶ ὅπως Ἀρμένιοι ὑπὸ Σουρήνου κακούμενοι, καὶ μάλιστα περὶ τὴν εὐσέβειαν, τόν τε Σουρήναν ὁμοφρονήσαντες διὰ Οὐαρδάνου, οὗ τὸν ἀδελφὸν Μανουὴλ ἐτύγχανεν ἀνελών, καὶ δι' ἑτέρου τινὸς Οὐάρδου ἀνεῖλον, καὶ Περσῶν ἀποστάντες Ῥωμαίοις προσεχώρησαν, τὸ Δούβιος τὸ πόλισμα, ἐν ᾧ κατῴκουν, ἀπολιπόντες, καὶ πρὸς τὰ Ῥωμαίων ἤθη γενόμενοι. Καὶ τοῦτο μάλιστα γέγονε τῆς τῶν Περσῶν πρὸς Ῥωμαίους σπονδῶν καταλύσεως αἴτιον. Ἀπέστησαν δὲ παραυτίκα καὶ Ἴβηρες, καὶ προσεχώρησαν Ῥωμαίοις, Γοργένους αὐτῶν ἡγεμονεύοντος. Ἦν δὲ τῶν Ἰβήρων τότε ἡ Τίφιλις μητρόπολις.

4. Ὅτι Μαρκιανὸς ὁ τοῦ Ἰουστίνου τοῦ βασιλέως ἐξάδελφος, τῆς ἕω χειροτονηθεὶς στρατηγὸς, εἰς τὸν πρὸς Χοσρόην πόλεμον ὀγδόῳ ἔτει τῆς Ἰουστίνου βασιλείας ἐξαποστέλλεται. Ἰωάννης δὲ ὁ τῆς Ἀρμενίας στρατηγὸς, καὶ Μιράνης ὁ τῶν Περσῶν, ὁ καὶ Βαραμαάνης, τὴν στρατείαν συνήθροιζον. Καὶ τοῖς μὲν Ἀρμενίοις συνεμάχουν Κόλχοι, Ἀβασγοὶ καὶ Σαρώης ὁ Ἀλανῶν βασιλεύς· τῷ δὲ Μιράνῃ Σάβιροι καὶ Δαγάνες καὶ τὸ Διλμαϊνὸν ἔθνος. Πολεμήσας δὲ ὁ Μαρκιανὸς τὸν Μιράνην περὶ τὴν Νισιβηνῶν πόλιν, αὐτὸν μὲν ἐς φυγὴν ἔτρεψεν, ἀνεῖλε δὲ ἐν τῇ μάχῃ χιλίους καὶ διακοσίους, καὶ ζῶντες ἑλήφθησαν ἑβδομήκοντα· Ῥωμαίων δὲ ἄνδρες ἀνῃρέθησαν ἑπτά. Ἐπολιόρκει τε ἤδη καὶ τὸ τῶν Νισιβηνῶν τεῖχος. Χοσρόης δὲ ταῦτα μαθὼν, τεσσαράκοντα μὲν χιλιάδας ἱππέων, πεζῶν δὲ ὑπὲρ τὰς ἑκατὸν συναγείρας, ἠπείγετο βοηθεῖν καὶ πολεμεῖν Ῥωμαίοις. Ἐν τούτῳ δὲ διαβάλλεται ὁ Μαρκιανὸς τῷ βασιλεῖ ὡς ἐρῶν τυραννίδος, καὶ ὁ βασιλεὺς πεισθεὶς αὐτὸν μὲν παρέλυσε τῆς ἀρχῆς, Θεόδωρον ἀντικαταστήσας τὸν τοῦ Ἰουστινιανοῦ παῖδα, Τζίρον ἐπίκλην. Ἀταξίας δὲ διὰ ταῦτα συμβάσης, τῆς τε πολιορκίας Ῥωμαῖοι ἀπέσχοντο, καὶ Χοσρόης τὸ Δάρας πολιορκήσας παρεστήσατο.

Ephthalitæ: quos post paullo Turci prœlio superantes, his etiam finibus pepulerunt (*cf. Men. fr.* 18). Justinus Zemarchum ad Turcos legatum misit (568: *cf. Men. fr.* 21); qui et publice eos epulis excipiens, omnique adeo officii genere exceptus Constantinopolim remissus est. Quamobrem etiam Chosroes in Æthiopas, amicos populi Romani, olim Macrobios, nunc Homeritas appellatos, expeditionem suscepit, regemque Homeritarum, Sanaturcen, opera Meranis, Persarum ducis, vivum cepit, urbeque eorum direpta, incolas subjugavit. Armenii a Surena male accepti, maxime in pietatis religionisque negotio, Surenam, conjuratione facta per Vardanum, cujus fratrem Manuelem ille interfecerat, et alium quendam Vardum occiderunt, et a Persis deficientes ad Romanos transiere, relictoque oppido, quod incolebant, Dubii nomine, in Romanorum regionem commigrarunt, atque hæc ipsa potissimum causa Persis fuit rumpendi fœderis induciarumque cum Romanis. Desciverunt post hos statim etiam Iberes, et Gorgene ipsos ducente, ad Romanos transierunt. Metropolis autem Iberorum Tiphilis tunc erat (*cf. Men. fr.* 35 a. 36. *an.* 571).

4. Marcianus, Justini imperatoris patruelis, Orientis dux jam renuntiatus, in expeditionem adversus Chosroem octavo imperii Justini anno missus est (572). Joannes vero, Armeniæ dux, et Meranes Persarum, qui et Baramaanes (*Mar.*?), exercitum colligebant. Et Armeniis quidem socios se conjunxerunt Colchi, Abasgi et Saroes, rex Alanorum; Merani vero Sabiri et Daganes et Dilmaina gens. Marcianus ad Nisibenorum urbem, signis collatis, Meranem in fugam convertit: eoque prœlio mille et ducentos cecidit, vivos cepit septuaginta, Romanis septem dumtaxat desideratis. Mox Nisibenorum mœnia obsidione cinxit. Chosroes, re mature cognita, quadraginta equitum millia, peditum vero amplius centum conducens, auxilium ferre et cum Romanis confligere properavit. Interea apud imperatorem Marcianus affectati imperii accusatur, et calumniæ fidem adhibens Justinus, exercitus eum imperio submovit, Theodorumque, Justiniani filium, Tzirum cognomento, suffecit. Hinc turbatis rebus Romani quoque obsidionem solverunt, et Chosroes Daras, oppugnatam urbem, vi cepit (573).

JOANNES EPIPHANIENSIS.

Euagrius V, 24 extr. : Προκοπίῳ δὲ τῷ ῥήτορι πεποίηται τὰ ἐξ ἐκείνου (Ἀναστασίου) ἕως τῶν Ἰουστινιανοῦ χρόνων· καὶ τὰ ἑξῆς δὲ τούτων Ἀγαθίῳ τῷ ῥήτορι καὶ Ἰωάννῃ ἐμῷ τε πολίτῃ καὶ συγγενεῖ καθ' εἰρμὸν ἱστόρηται μέχρι τῆς Χοσρόου τοῦ νέου πρὸς Ῥωμαίους φυγῆς (590 p. C.), καὶ τῆς εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἀποκαταστάσεως, Μαυρικίου μηδαμῶς πρὸς τὴν πρᾶξιν ἐλινύσαντος, ἀποδεξαμένου δὲ βασιλικῶς, καὶ μάλιστα τάχιστα ἐς τὴν βασιλείαν χρήμασί τε μεγάλοις καὶ στρατεύμασι καταγαγόντος (v. Euagr. VI, 17-21)· εἰ καὶ μήπω ἔτυχον ἐκδεδωκότες.

« Hic Joannes Epiphaniensis fuit. Nam quum Euagrius eum, civem suum appellet, Epiphaniensem eum fuisse necesse est, si quidem Epiphania, Syriæ urbs, patria fuit Euagrii. Quare fallitur Vossius in libro De historicis græcis, qui Joannem hunc domo Antiochenum fuisse existimat. » Valesius ad Euagr. p. 122. Cf. id. p. 61.

Fragmentum Historiarum, quas Joannes condidit, clarissimus Hasius e codice Vaticano edidit ad calcem Leonis Diaconi (Paris. 1819 fol.). Idem in præf. p. XIII sq. de codice illo deque historico nostro exponit hunc in modum : « Fragmentum Joannis Epiphaniensis reperi in codice Vaticano 1056, constante foliis centum, initio et fine mutilo; ubi post Theophylacti Simocattæ dialogos De quæstionibus physicis, Constantinum Porphyrog. De them., Procopium De ædificiis, alia, habetur fol. 9½ vso—100 vso exordium historiæ Joannææ, inscriptum : Ἰωάννου, σχολαστικοῦ καὶ ἀπὸ ἐπάρχων, Ἐπιφανέως, περὶ τῆς τοῦ νέου Χοσρόου προσχωρήσεως πρὸς Μαυρίκιον, τὸν Ῥωμαίων αὐτοκράτορα, ἱστοριῶν τόμος α'. Sed ne is quidem tomus integer ad nos pervenit, abjuncta omissaque post fol. 100 maxima parte codicis. — An opus absolverit Joannes incertum; absolvisse tamen colligas ex testimonio Euagrii H. E. V extr. p. 142, D; unde patet, tunc quum hæc scriberet Euagrius (c. an. 593), Agathiam et Joannem non edidisse quidem scripta, absolvisse tamen. Sed quantumvis licet ediderit Joannes, ad miram paucitatem redigi exemplaria Historiæ ejus necesse fuit, quum effervescentes in Asiam atque erumpentes Arabes Syriam omnem Ægyptumque armis tenuerunt, literis græcis per has partes obsolescentibus; liberque Joannis adeo jam evanuerat sæculo XII ineunte, ut Anna Comnena, quum præfationem Alexiadis pangens ab Joanne nostro complures locutiones compilarit (Vide quæ dixi Prolegg. ad Joan. Lydum De magg. R. p. XVIII et Notit. mss. Bibl Reg. VIII, p. 261), propter raritatem exemplarium Joanneorum latiturum furtum ipsius sperasse videatur. Historiæ autem sic deperditæ desiderium quo tolerabilius feramus, ita reputemus superesse apud Theophylactum Simocattam lib. IV et V de Chosrois fuga atque per Narsem in regnum reductione narrationem admodum diligentem, quales oculatorum testium esse soleant. Ac nisi omnia me fallunt, quæcumque habet de expeditione illa Theophylactus, habet ex scriptore nostro, ut adeo velut excerptor aliquis præcipuorum capitum historiæ Joanneæ sit putandus. Sed turgidis et quasi anhelatis gravius verbis fudit quæ vix triginta annis ante (tam subita fuit literarum in imp. Orientali sæculo VII ineunte ruina) congruenter exposuerat Joannes. Is enim in his certe quæ nunc prodeunt, studiosum se ostendit dictionis Thucydideæ, nec fere utitur verbis senescentis græcitatis, si tamen excipis χρόνους pro ἔτη. De ipso quem alii cum Joanne Malala, alii cum alio Joanne confuderunt, v. H. Valesius ad Euagr. p. 122, B. Fabricius eum Joannem Antiochenum vocat B. Gr. VI, p. 686 Harl. Joannes historicus, de quo codex Lipsiensis Genesii (Fabric. B. Gr. VI, p. 622; VII, 532), siquidem Diocæsareæ presbyter fuit, alius videtur ac noster. Cujus de vita nihil notum esse existimo præter ea quæ ipse exponit in operis exordio p. 172, B. »

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ ΚΑΙ ΑΠΟ ΕΠΑΡΧΩΝ ΕΠΙΦΑΝΕΩΣ

Περὶ τῆς τοῦ νέου Χοσρόου προσχωρήσεως πρὸς Μαυρίκιον τὸν Ῥωμαίων αὐτοκράτορα

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΟΜΟΣ Α.

1. Τὰ μὲν ὅσα Ῥωμαῖοί τε καὶ Μῆδοι πολεμοῦντες ἀλλήλοις ἔπαθόν τε καὶ ἔδρασαν κατὰ τὴν Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος βασιλείαν, (*) γέγραπται Ἀγαθίᾳ τῷ Μυριναίῳ ἀνδρὶ τοῖς ἐν Βυζαντίῳ ῥήτορσι καταλεγέντι διαφανῶς, καὶ μετά γε Προκόπιον τὸν Καισαρέα τὰ πρὸς τοὺς βαρβάρους πραχθέντα ἀναγράψαντι. Μεγίστου δὲ ὄντος ὧν ἀκοῇ ἴσμεν, αὐτὸν βασιλέα Περσῶν φυγάδα τῆς οἰκείας γενόμενον, τῆς τε ἀρχῆς ἐκπεπτωκότα, τῇ Ῥωμαίων προσχωρῆσαι πολιτείᾳ, Μαυρικίου βασιλέως δεόμενον συμμαχίαν οἱ ἐπιδοῦναι καὶ ἐς τὴν βασιλείαν καταγαγεῖν, τοῦτο ἔρχομαι λέξων, οὐ λόγου περιουσίᾳ τεθαρρηκὼς οὐδέ γε πρότερον... (**), ἀλλ' ὡς ἂν μὴ πρᾶγμα τηλικοῦτον τοῖς ἔπειτα γεντσομένοις ἀδιαβόητον καταλειφθείη· ἐπεὶ καὶ τὰ μέγιστα τῶν ἔργων, εἰ μή πως ἄρα διὰ τῶν λόγων φυλαχθείη καὶ τῇ μνήμῃ παραδοθείη, τῷ τῆς σωπῆς ἀποσβέννυται σκότει. Παρέχουσι γὰρ οἱ λόγοι τὸ ζῆν καὶ διαῤῥειρομένοις τοῖς πράγμασιν. Ἔπειτα δὲ καί τισι τῶν γεγενημένων παρατυχών, αὐτῷ τε Χοσρόῃ τῷ νέῳ ἐς λόγους ἐλθὼν καὶ τῶν ἄλλων Μήδων τοῖς μάλιστα ἀξιολογωτάτοις (καὶ γάρ με συμβέβηκε πρότερον μὲν Γρηγορίῳ τῷ τῆς Ἀντιοχέων πόλεως ἀρχιερεῖ σύμβουλον ὄντα, ἅμα αὐτῷ τὴν πρὸς ἐκείνους ὁμιλίαν πολλάκις ποιήσασθαι· χρόνῳ δὲ ὕστερον μετὰ τὴν τοῦ πολέμου τελευτὴν καὶ ἐς τὴν Περσῶν ἀφικέσθαι γῆν, Γεωργίῳ συνεσβαλόντα τὴν τῶν γενομένων ὁμοῤῥοσύνην ποιουμένῳ), οὐκ ἄτοπον ἡγησάμην καθ' ὅσον δ' ἂν οἷός τε ὦ, τοῖς οὐκ εἰδόσι τὰ περὶ τούτων διηγήσασθαι. Ἀναγκαῖον δὲ ὂν τῆς τῶν ἑπομένων γνώσεως ἕνεκα, ἀκριβῶς εἰδέναι καὶ τὰ καίρια τῶν προγεγενημένων, οὐχ ἥκιστα δὲ τὰ ἐς τὴν ἐπανάστασιν τὴν Ὁρμίσδᾳ τῷ Χοσρόου πατρὶ γεγενημένην, τῶν ἔμπροσθέν μοι δοκεῖ διὰ βραχέων μνημονεύσαντα πρότερον, οὕτω καὶ ἐπὶ τὸν ἄλλον ἀφικέσθαι λόγον· ὡς τοὺς μὲν εἰδότας ὑπομνησθῆναι τῶν κεκινημένων, τοὺς δὲ μηδ' ὅλως ἀκηκοότας τὰς ἀφορμὰς ἔχειν εἰδέναι σαφῶς ἀφ' ὧν τὰ μετὰ ταῦτα πραχθέντα γεγόνασιν.

2. Ἐπεὶ γὰρ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἐννέα καὶ τριάκοντα τοῖς πᾶσιν ἔτεσι Ῥωμαίων ἄρξας ἐτελεύτα τὸν βίον, τοῦ χρόνου τὸ πέρας ἐν εἰρήνῃ βιώσας πρός τε τοὺς ἄλλους καὶ Μήδους αὐτούς, τήν τε Ῥωμαίων διεδέξατο βασιλείαν Ἰουστῖνος ὁ νέος, ἀδελφιδοῦς αὐτῷ γεγονὼς, λυθεισῶν τῶν πρὸς ἀλλήλους Ῥωμαίοις τε καὶ Μήδοις ἔμπροσθεν γεγενημένων σπονδῶν, ἃς Ἰουστινιανὸς πρὸς Χοσρόην τὸν Καβάδου, Περσῶν βασιλέα, ἐπὶ χρόνους πεντήκοντα πέντε πεποίητο, μέγαν πόλεμον κεκινήκασι πρὸς ἀλλήλους, ἀρχθέντα μὲν ἤδη κατὰ τὸ ἕβδομον ἔτος τῆς Ἰουστίνου βασιλείας, ἐς εἴκοσι δὲ

(*) In margine manu sec. τοῦτο adscriptum.

(**) Vox erasa. ἐπιτηδεύσας vel tale quid suppl. monet Hasius.

JOANNIS

SCHOLASTICI ET EXPRÆFECTI EPIPHANIENSIS

De Chosrois junioris ad Mauricium imperat. Romanorum accessione,

HISTORIARUM SECTIO I.

1. Quæ Romani et Persæ, commoto inter se bello, et acceperint damna et intulerint, Justiniani Romanorum imperatoris principatu, ab Agathia Myrinensi sunt exposita, viro inter oratores Byzantinos præcipue numerato, qui post Procopium Cæsariensem de rebus adversus barbaros gestis scripsit. Quum vero inter ea quæ audivimus maximum sit, ipsum regum Persarum patria profugum regnoque pulsum Romanorum se imperio commisisse, atque a Mauricio imperatore auxilium et reductionem in regnum petiisse, hoc ego narrare aggredior: nec dicendi facultate fretus, nec meditatus ante, sed ne tanta res apud posteros incognita relinqueretur. Etenim facta quantumvis luculenta, nisi aliquo modo scriptis servata memoriæ tradantur, silentii nocte exstinguuntur. Contra, intereuntibus quoque rebus vitam tribuunt monumenta. Deinde, quum ipse nonnullis e rebus gestis interfuissem, in colloquiumque venissem et ipsius Chosrois junioris et honestissimi cujusque ex ceteris Persis (nam contigit mihi ut primo consiliarius Gregorio Antiochiæ archiepiscopo additus, una cum eo frequenter illis communicarem, posteaque aliquanto, restincto bello, vel in ipsam Persiam venirem, cum Georgio (*Gregorio?*) concordiam restituente profectus): eas res non incommodum visum est, ut facultas mea fert, nescientibus commemorare. Sed quoniam ad sequentium intelligentiam necessarium est, antecedentium quoque rerum momenta recte nosse, tum maxime earum quæ in seditione Hormisdæ, patris Chosrois, gesta sunt: idcirco de anteactis nonnihil libitum est breviter dicere, sicque deinceps ad reliquam narrationem venire: ut qui jam antea nossent, recordentur hos motus; qui omnino non audierint, discere possint liquido, quibus de causis acciderint posterius acta.

2. Justinianus imperator quum annos omnino triginta novem Romanos moderatus discessisset e vita, cujus extremam partem in pace tum cum ceteris, tum etiam cum Persis exegerat, Romanumque imperium Justinus junior, sororis ejus filius, suscepisset: solutis induciis ante inter Romanos et Persas factis, quas Justinianus cum Chosroe Cabadis filio in annos quinquaginta quinque inierat: ingens inter se commoverunt bellum, quod jam septimo anno imperii Justini ortum et per lustra quattuor productum,

χρόνους ἐπεκτανθέντα, καὶ τὸ πέρας δεξάμενον τῷ ἐνάτῳ τῆς βασιλείας ἐνιαυτῷ τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος Μαυρικίου. Τὰς μὲν οὖν αἰτίας τῆς τῶν γενῶν φιλονεικίας ἀλλήλοις ἐπῆγον· Ῥωμαῖοι μὲν χαλεπῶς φέροντες, ὅτι τοὺς Ὁμηρίτας (Ἰνδικὸν δὲ τὸ γένος καὶ σφίσιν αὐτοῖς σύμμαχόν τε καὶ ὑπήκοον) ἀποστῆσαι Μῆδοι διενοήθησαν, μηδαμῶς δὲ ἁλομένων ἐκείνων, ἔφοδον κατ' αὐτῶν ἐποιήσαντο τοῦ χρόνου τῶν σπονδῶν ἐνισταμένου· πρὸς τούτοις δὲ, ὅτι καὶ Τούρκων πρὸς Ῥωμαίους... [supps. Has. πρεσ] δευσαμένων, Ἰουστίνου δὲ βασιλέως τὴν πρεσβείαν προσιεμένου, καὶ Ζήμαρχον, ἄνδρα τῆς συγκλήτου βουλῆς, σὺν ἐκείνοις ἐκπέμψαντος, Πέρσαι τοὺς Ἀλανοὺς χρήμασι διαφθεῖραι βουληθέντες, δι' ὧν ἐκεῖνοι τὴν πορείαν ἔμελλον ποιήσασθαι, τόν τε Ζήμαρχον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ Ῥωμαίους τε καὶ Τούρκους ἐκποδὼν γενέσθαι διεσπούδαζον. Τὸν ὅμοιον δὲ τρόπον ἀντεπῆγον καὶ Μῆδοι, τοῦ πολέμου τὰς ἀφορμὰς ἐπικαλοῦντες Ῥωμαίοις, ὅτι τοὺς Ἀρμενίους, ὑποφόρους σφίσιν ὄντας, ἐς ἐπανάστασίν τε ἐωρακότας, καὶ τὸν ἄρχοντα σφῶν Σουρήνην τοὔνομα διαχρησαμένους, τῇ τε Ῥωμαίων ἀρχῇ προσχωρήσαντας, ἐν σπονδαῖς ὑπεδέξαντό τε καὶ τῆς οἰκείας αὐτοῖς μεταδεδώκασι συμμαχίας. Οὐχ ἥκιστα δὲ τὸ φιλόνεικον αὐτοῖς ἐπὶ πλέον ηὐξήθη (εἴ τις ἄρα τὴν ἀφανεστάτην αἰτίαν, ἀληθῆ δὲ ὅμως, μαθεῖν ἐθελήσῃ), ὅτι δὴ ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος οὐδαμῇ ἠξίου, χρυσίου λίτρας πεντακοσίας, ἐφ' αἷς ἔμπροσθεν γεγόνασιν αἱ σπονδαὶ, παρέχειν Μήδοις εἰς ἕκαστον ἔτος, καὶ τὴν Ῥωμαίων πολιτείαν Πέρσαις ὑπόφορον ἐς ἀεὶ καταστήσασθαι.

3. Τοῦ χρόνου τοίνυν ἐς πέρας ἀχθέντος, ὑπὲρ οὗ τὰ χρήματα κατὰ τὰ πάλαι συγκείμενα Χοσρόης ὁ Περσῶν ἐκεκόμιστο βασιλεύς (καὶ γὰρ ἐδόκει κατὰ ταὐτὸν τὸ τῆς δεκαετίας ποσὸν ἐπιδίδοσθαι), μηδενός τε τὸ λοιπὸν ἐς σύμβασιν ὁμιληθέντος, Ἰουστῖνος ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς ἐς τὴν ἑώαν κατὰ τάχος ἐκπέμπει Μαρκιανὸν στρατηγὸν, ἐν τοῖς πατρικίοις τῆς συγκλήτου βουλῆς τεταγμένον, αὐτῷ τε πρὸς γένος συνημμένον, τῶν τε πολεμικῶν κινδύνων οὐκ ἄπειρον, καὶ ἄλλως ἀνδρεῖον ὄντα τε καὶ δοκοῦντα. Διαβὰς δὲ τὸν Εὐφράτην ὁ Μαρκιανὸς, καὶ κατὰ τὴν Ὀσροηνὴν γεγονὼς, ἤδη τοῦ θέρους παρ[ακμάσαντος Has. suppl.], καὶ τῶν βαρβάρων τέως οὐδὲν προσιδομένων πολέμιον, τρισχιλίους ὁπλίτας κατὰ τὴν Ἀρζανηνὴν οὕτω καλουμένην ἐκπέμπει μοῖραν, ἡγεμόνας ἐπιστήσας αὐτοῖς Θεόδωρόν τε καὶ Σέργιον, ἐκ τοῦ Ῥάβδιος τὸ γένος ἕλκοντας, Ἰουβεντῖνόν τε, τῶν ἐν Χαλκίδι ταγμάτων ἡγούμενον. Ἐμβαλόντες οὖν ἐξαπίνης τὴν Περσῶν ὁμόρους γῆν καὶ λείαν ἱκανὴν κομισάμενοι ὡς τάχιστα ἐπανίασι. Μετὰ δὲ τὴν τοῦ χειμῶνος ὥραν Μαρκιανοῦ τὰς δυνάμεις αὖθις συναγείραντος, ἔκ τε τοῦ Δάρας ὁρμηθέντος, καὶ τῶν βαρβάρων τῆς Νισίβεως πόλεως ἔμπροσθεν ὑπαντιασάντων, στρατηγοῦντος αὐτοῖς Βαραμάνου, ὃς τῶν ἐκεῖσε ταγμάτων ἄρχειν ἐτέτακτο, μάχην ἰσχυρὰν γενέσθαι συμβέβηκε, Σαργαθῶν, οὕτω προσαγορευομένου Περσικοῦ χωρίου, πλησίον, ἐν ᾧπερ ἀνὰ κράτος Ῥωμαῖοι τοὺς βαρβάρους τρεψάμενοι, πολλοὺς δὲ καταβαλόντες, ἀπόπειραν μὲν τοῦ Θηβηθῶν (Θεβοθῶν ap. Theophyl.) ἐποιήσαντο φρουρίου, δέκα τὰς πάσας ἡμέρας αὐτόσε διατρίψαντες. Τοῦτο δὲ μηδαμῶς ἑλεῖν δυνηθέντες, αὖθις κατὰ τὸ Δάρας ἐπανίασι πόλισμα, ἔτι τοῦ ἦρος ἀκμάζοντος, καὶ εἰς τὴν πολεμίαν αὖθις ἐμβάλλουσι γῆν, γνώμῃ τε βασιλέως Ἰουστίνου Νίσιβιν πολιορκεῖν διαγνώκασιν.

---

finem cepit anno nono postquam Mauricius Cæsar rerum erat Romanarum potitus. Causas simultatis alter populus alteri imputabat: Romani, quia graviter ferebant, quod Homeritas (natio est Indica, in imperii fœdere et clientela) a se disjungere conati Persæ, repulsa accepta, expeditionem adversus illos ipso induciarum tempore susceperunt: ad hæc, quod, quum Turcæ ad Romanos legationem destinassent, Justinus Cæsar autem et admisisset oratores illos, et Zemarchum, virum senatorium, jussisset una cum illis proficisci, Persæ pecunia corrumpere Alanos conati, per quorum fines legati iter facturi erant, quum Zemarchum, tum Romanos et Turcas eum comitantes, tollere de medio voluerant. Eadem ratione contra criminabantur Persæ, in Romanos collata culpa belli, quod Armenios, stipendiarios suos, ad defectionem spectantes, qui, præfecto eorum Surena truncato, se in Romanorum clientelam contulerant, fœdere percusso in societatem recepissent. Neque minime ex eo aucta contentio (si quis occultiorem quidem, sed nihilominus veram causam nosse velit), quod Justinus imperator quingenas auri libras superioribus induciis pactas, non amplius Medis pendere quotannis neque imperium Romanum Persis vectigale perpetuo reddere volebat.

3. Ita tempore jam confecto, pro quo ex pacto superiore pecuniam Chosroes rex Persarum acceperat (nam convenerat ut decem annorum stipendium una repræsentaretur), nulla re ad dirimendam controversiam tentata, Justinus Romanorum imperator in Orientem confestim mittit Marcianum ducem, patricium ordinis senatorii, genere sibi conjunctum, non imperitum periculorum belli, et qui omnino in strenuis et erat et numerabatur. Is Marcianus, transmisso Euphrate, quum in Osroenen venisset, præcipiti jam æstate, neque barbaris hactenus hostile quicquam suspicantibus, gravis armaturæ milites tres mille in tractum qui Arzanene vocatur mittit, hisque præfectos præponit Theodorum et Sergium ex Rhabdi oriundos, atque Juventinum, copiarum quæ Chalcide erant ducem. Hi de improviso irruentes Persarum agros populantur, et idonea præda facta confestim redeunt. Hieme exacta Marcianus, coactis iterum copiis, Dara profectus in barbaros incidit, ex oppido Nisibi obviam tendentes, duce Baramana, militaribus numeris per partes illas præesse jusso. Ibi pugna acris facta est prope vicum Persicum Sargathon vocatum: ex qua Romani, fusis fugatisque barbaris, dejectis non paucis, castellum Thebethon oppugnatione tentaverunt, totis decem diebus ibi consumptis. Id quum capere nullo modo quirent, medio etiamtum vere ad Daram oppidum se receperunt, et denuo illati in fines hostium, ex mandato Justini imperatoris oppugnare Nisibin statuerunt.

4. Στρατοπεδευομένων δὲ αὐτῶν τῆς πόλεως πλησίον, βασιλεὺς Χοσρόης ἅρας ἐκ Βαβυλῶνος ἅμα τῷ τῶν Μήδων στρατῷ, καὶ Τίγριν ποταμὸν διαβὰς, τήν τε πορείαν διὰ τῆς ἐρήμου γῆς ποιούμενος, ὡς μηδαμῇ Ῥωμαίοις ἔκπυστος ἡ τοῦ βασιλέως γένοιτο κίνησις, ἐπειδὴ πλησίον Ἀμβαρῶν Περσικοῦ γέγονεν φρουρίου (ἀφειστήκει δὲ τοῦτο πόλεως Κιρκησίου ὁδὸν ἡμερῶν πέντε), τὸν μὲν Ἀδαρμάνην, οὕτω καλούμενον στρατηγὸν, αὐτόσε που τὸν Εὐφράτην περαιωθέντα, κατὰ τάχος ἐκπέμπει, [τὴν Ῥωμαίων suppl. Has.] ὀμώσοντα γῆν, χιλιάδας ἓξ αὐτῷ παρασχόμενος Μήδων τε καὶ τῶν νομάδων βαρβάρων· αὐτὸς δὲ τὸν Ἀβόρραν [παραμείβων ποταμὸν, ἀπροσδοκήτως ἐπιστῆναι mgo suppl.] τοῖς τὴν Νίσιβιν πολιορκοῦσι Ῥωμαίοις ἠπείγετο. Ὁ μὲν οὖν Ἀδαρμάνης Κιρκησίου πόλεως πλησίον τὸν Εὐφράτην διαβὰς τὰ Ῥωμαίων προενόμευε πράγματα, κωλύοντος οὐδενός. Ὑπὸ γὰρ τῆς προλαβούσης εἰρήνης καὶ ἡσυχίας, ἧς ἱκανῶς ἐπὶ τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας ἀπολελαύκασιν, ἐξελέλυτο μὲν αὐτοῖς ἡ τῶν πολεμικῶν παρασκευὴ, τὸ δὲ ἀνδρεῖον τελέως διέφθαρτο. Μηδενὸς οὖν ἐς χεῖρας ἰέναι τοῖς βαρβάροις θαρρήσαντος, Ἀδαρμάνης ἄγχιστα πόλεως Ἀντιοχείας γεγονὼς, τούς τε παραχειμένους τῇ πόλει τόπους τε καὶ ἀγροὺς διαφθείρας, ἐπὶ τὴν Κοίλην ἐλαύνει Συρίαν. Ἀπαμείας δὲ πόλεως μεγάλης οὐ πόρρωθεν στρατοπεδευσάμενος, τῶν τε πολιτῶν πρεσβευσαμένων καὶ [τὰ τῆς πόλεως λύτρα προτεινομένων, ἀπάτῃ τοὺς ἄνδρας mgo suppl.] περιελθὼν καὶ τὴν πόλιν ἀπαθῆ διαφυλάττειν ἐπαγγειλάμενος, ἐπειδὴ ταύτης ἐντὸς ἐγεγόνει, διαρπάζουσι μὲν οἱ Μῆδοι τὰ πράγματα, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἀνδραποδίσαντες, τήν τε πόλιν ἅπασαν πυρὶ παραδόντες, ὡς τάχιστα ἐς τὴν οἰκείαν ἐπανίασι γῆν. Τούτων δὲ οὕτω πραχθέντων, βασιλεὺς Ἰουστῖνος Ἀχάκιον ἐκπέμψας (Ἀρχελάου δὲ τοῦτον Ῥωμαῖοι προσονομάζειν εἰώθεσαν) Μαρκιανὸν ἔτι Νίσιβιν πολιορκοῦντα παρέλυσε τῆς ἀρχῆς, ὑποτοπήσας αὐτὸν ἐθελοκακεῖν, ἐς τὴν τῆς πόλεως κατοχὴν οὐδενὸς γεγονότος.

5. Τῶν δὲ Ῥωμαίων ὑπαναχωρησάντων, ἔς τε φρούριον ἐν ὄρει κείμενον ἀφικομένων, Μάρδης ὑπὸ τῶν ἐνοικούντων ὀνομαζόμενον, βασιλεὺς Χοσρόης ἐξαπίνης..... πολιορκίαν καθίστησιν ἑαυτὸν.... καὶ τὸ τῆς πόλεως ὕδωρ με.... φους τε μεγάλους παροικοδομήσας τῷ τείχει καὶ τοῖς ἐμβόλοις χρησάμενος μηχανήμασιν, ἐπειδὴ μηδὲν ἔξωθεν ἐς ἐπικουρίαν γέγονε τῶν ἐνοικούντων, αἱρεῖ τὴν πόλιν, βίᾳ τῶν Μήδων ἐπιβάντων τοῦ τείχους. Πᾶσάν τε αὐτὴν λῃσάμενος, καὶ τούς τε ἄλλους ἀνδραποδίσας, ἔτι δὲ καὶ Ἰωάννην τὸν Τιμοστράτου παῖδα, δυνάμει τε καὶ ἀξιώσει προὔχοντα, καὶ τὴν τῆς πόλεως ἀρχὴν καὶ διοίκησιν ἀναδεδεγμένον, φρουράν τε τὴν ἀποχρῶσαν καταλιπὼν, ἀπεχώρησεν ἐπ' οἴκου, Ῥωμαίων ἔτι ἐς τὸ Μάρδης φρούριον διαιτωμένων, Μάγνου τε, ὃς τῶν βασιλικῶν ἐπετρόπευε χρημάτων, καὶ τοῦ παντὸς τὴν ἡγεμονίαν ἐπεπίστευτο. Ἡμέραις δὲ ὕστερον οὐ πολλαῖς βασιλεὺς Ἰουστῖνος, ἐξαπίνης νόσου τῷ σώματι προσγενομένης, περὶ τοῦ παντὸς δεδιὼς, ἀναχωρῆν τοῦ παρόντος ἔτους πρὸς Πέρσας ἐποιήσατο. Τῆς νόσου δὲ αὐτῷ παρενοχλούσης, Τιβέριον, ὃς τῶν βασιλέως ἦρχε σωματοφυλάκων (κόμητα δὲ τοῦτον ἐξκουβιτόρων Ῥωμαῖοι καλοῦσιν), υἱὸν ἀνεψιῶν τῆς βασιλείας κοινωνὸν αἱρεῖται, Καίσαρα τοῦτον ἀναγορεύσας, τάς τε τῆς ἀρχῆς φροντίδας αὐτῷ

---

4. Ita quum ad oppidum castra haberent, Chosroes rex cum Persarum exercitu Babylone profectus, superato Tigri, itinere per solitudines facto, ne adventus regis cognosci a Romanis ullo modo posset, postquam propius ad Ambaron, castellum Persicum, accesserat (id a Circesio oppido quinque dierum itinere abest), ducem Adaarmanem nomine, qui Euphratem ibi trajecerat, protinus mittit, ut Romanorum fines popularetur. Huic sex millia attribuit quum Persarum tum barbarorum nomadum; ipse itinere secundum Aborram flumen facto Romanos Nisibin obsidentes necopinato opprimere properabat. Inter hæc Adaarmanes, Euphrate non longe ab oppido Circesio superato, ditionem Romanorum, nullo obsistente, prædationibus vexabat. Nam propter pacem atque tranquillitatem, qua Justiniano imperante abunde erant usi, non solum apparatus militares dissoluti erant, sed etiam bellici spiritus omnino exstincti. Ita quum nemo manum conserere barbaris esset ausus, Adaarmanes proxime urbem Antiochiam accessit; inde vastatis locis agrisque circumjacentibus, convertit se in Cœlesyriam. Castrisque non longe a magno oppido Apameæ positis, incolas, qui missa legatione redemptionem promiserant, fallacia circumvenit, et oppidum incolume servare pollicitus, tamen intromissus diripiendum suis permisit. Habitatoribus in servitutem redactis, oppido flammis tradito, Persæ celeriter in fines se suos recipiunt. His rebus gestis, Justinus imperator misso Acacio (cui cognomen Archelai Romani indiderant) Marciano etiamnunc Nisibin obsidenti imperium abrogat, suspicatus eum sponte male pugnare, nulla re facta ad capiendum oppidum.

5. Ita quum Romani inde digressi ad castellum in monte positum venissent, quod Mardes ab incolis vocatur, Chosroes rex subito [sese ad Daræ oppugnationem applicat; aquam ab urbe secludit; aggeribus] magnis pro muro excitatis, admotisque operibus, quum extrinsecus nihil fieret ad incolas liberandos, Daram expugnat, Persis vi in murum enitentibus. Toto oppido vastato, omni multitudine servituti addicta, inque ea Joanne Timostrati f. opibus atque auctoritate præter ceteros excellente, qui gubernationem oppidi atque administrationem susceperat, cum præsidio, quod satis esse visum est, relicto, domum discessit, Romanis etiamnunc circa castellum Marde commorantibus, cum Magno, pecuniæ imperialis procuratore, cui erat summa rerum omnium concredita. Non multis diebus post Justinus imperator, morbo subito afflictus, fortunæ imperii veritus, inducias in hunc annum cum Persis fecit. Mox quum morbo urgeretur, Tiberium, scholis palatinis præfectum (Comitem excubitorum Romani vocant), adoptatum in societatem imperii adscivit Cæsaris titulo, curationemque reipublicæ illi tradit. Id consilium optimum et longe saluberrimum ex omnibus, quæcumque Justinus toto imperii ejus tem-

παραδίδωσιν. Ὅπερ ἁπάντων τῶν ὑπὸ Ἰουστίνου πραχθέντων παρὰ τὸν τῆς βασιλείας χρόνον ἄριστόν τε καὶ ἐς τὰ μάλιστα σωτήριον βουλευθὲν, πλείστων αἴτιον ἀγαθῶν τοῖς Ῥωμαίων γέγονε πράγμασι. Βουλευομένῳ δὲ Τιβερίῳ τὰ παρόντα ἐρρωμένως ἐδόκει τῶν πραγμάτων ἀντιλαβέσθαι, μὴ καί τι ἕτερον ἀνήκεστον γένηται..... σώζειν, καὶ τὰς ὁρμὰς ..ρξ.. δὲ ταύτῃ δοκούντων, πρότερον ...εικὲς Θεόδωρον τῶν ἐν Ἀρμενίᾳ πραγμάτων ἡγησάμενον, πολλάς τε καὶ ἑτέρας οὐκ ἀφανεῖς ἀρχὰς διοικησάμενον, λόγου τε ἱκανῶς μετέχοντα καὶ τὸ δέον συνιδεῖν εὖ μάλα δεδυνημένον, ὡς τοὺς βαρβάρους ἐκπέμπει, κατὰ τοῦτο δὴ τὸ νενομισμένον τά τε ἀμφ' αὐτὸν πραχθέντα δηλῶν, καὶ τὸν Χοσρόην ἐς διαλλαγὰς προτρέπων ἰέναι. Μικρῷ δὲ ὕστερον καὶ ἐς τὴν ἑῴαν ὡσαύτως ἐκπέμπει κατὰ τάχος Ἰουστινιανὸν τοῦ Γερμανοῦ παῖδα, τοῖς πατρικίοις τῆς συγκλήτου βουλῆς ἐγκαταλελεγμένον, ἐπιτρέψας αὐτῷ τὴν ὅλην τοῦ πολέμου διοίκησιν, ἄνδρα τοῖς πολεμικοῖς ἀγῶσιν ἐντραφέντα, ἡλικίας δὲ ἐς τοῦτο ἥκοντα, ὡς μήτε διὰ νεότητος προπετείᾳ, μήτε διὰ γήρως ἀσθενείᾳ τι σφαλῆναι. Ἰουστινιανὸς μὲν οὖν κατὰ τὴν ἑῴαν ὡς τάχιστα ἀφικόμενος, τῆς τῶν στρατιωτῶν εὐκοσμίας τε καὶ τάξεως ἐπεμελεῖτο. Τιβέριος δὲ ὁ Καῖσαρ στρατιὰν οὐκ ὀλίγην κατὰ σπουδὴν ἐκπέμπει, καὶ διὰ παντὸς ἐς τὴν τοῦ πολέμου παρασκευὴν ἐπονεῖτο, χρημάτων μὲν ἄπειρον ἀριθμὸν διανέμων, στρατιωτῶν δὲ τὸ κράτιστόν τε καὶ μαχιμώτατον ἐν τοῖς ἔθνεσι συναγείρων, καὶ πάντα λίαν ἐπιμελῶς ἐς τὸν ἐπείγοντα πόλεμον διανοούμενος. Οὕτω δὲ τούτων προϊόντων, καὶ τοῦ καιροῦ τῆς ἐς ὀλίγον γεγενημένης ἀναχωχῆς περαιωθέντος, Πέρσαι μὲν κατὰ τὸ Δάρας ἑαυτοὺς συναγείραντες Κωνσταντίνης πόλεως ἀφικνοῦνται πλησίον, τοῦ Δάρας ἀφεστώσης ἐς δυόμενον ἥλιον σταδίοις ἐννενήκοντα καὶ τετρακοσίοις.

pore egit, rebus Romanis multarum utilitatum causa fuit. Deliberans autem de præsenti Tiberius Cæsar statuit, fortiter rempublicam capessere, ne quid ultra flagitium accideret.... servare, atque impetus barbarorum comprimere..... sic visis, prius... Theodorum legionum per Armeniam ducem, multisque aliis imperiis, neque ignobilibus illis, functum, quique doctrina liberaliter imbutus quid esset ex usu intelligere optime poterat, legat ad barbaros, ut juxta consuetudinem principum quæ ibi evenissent significaret, adque simultatem componendam Chosroem hortaretur. Paullo post item in Orientem confestim mittit Justinianum Germani filium, Patricium in ordinem senatorium cooptatum. Huic administrationem totius belli permittit. Erat Justinianus bellicis laboribus innutritus, eoque tempore ætatis, quo jam nec temeritate juvenili neque infirmitate senectutis quid peccatur. Ita itinere celeriter confecto in Orientem quum venisset, militum ad ordinem disciplinamque referendorum curam suscepit. Simul Tiberius Cæsar copias non paucas sedulo submisit, ab bellumque universum instruendum totum se dedit, pecuniarum vi infinita distributa, militibus firmissimis atque fortissimis ex barbarie conductis, omnibus diligenter adınodum in urgens bellum constitutis. Dum hæc sic geruntur, brevium induciarum tempore exacto, Persæ congregatis circa Daram copiis prope Constantinam adveniunt, quod oppidum a Dara quadringentorum nonaginta stadiorum intervallo occidentem versus abest.....

LIBER DECIMUS.

SCRIPTORES ÆTATIS INCERTÆ

EX ORDINE LITERARUM.

SCRIPTORES ÆTATIS INCERTÆ.

ABAS.

Suidas: Ἄβας, σοφιστής, Ἱστορικὰ ὑπομνήματα καὶ Τέχνην ῥητορικὴν καταλιπών. Eudocia p. 51 : Ἄβας, σοφιστής, Ἱστορικὰ ὑπομνήματα καὶ μέθοδον ῥητορικὴν καὶ πάνυ γλαφυρὰν κατέλιπε. De rhetore cf. Walz. Rhett. Gr. tom. VII, p. 203.

1.

ΙΣΤΟΡΙΚΑ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ.

Ptolemæus Hephæst. ap. Phot. cod. 190, p. 150 (p. 192 in Westerm. Mythogr.) : Ἡ Κανδαύλου γυνή, ἧς Ἡρόδοτος οὐ λέγει τοὔνομα, Νυσία (Μυσία codd.) ἐκαλεῖτο· ἦν καὶ δίκορον καὶ ὀξυωπεστάτην φασὶ γενέσθαι, τὸν δρακοντίτην κτησαμένην λίθον· διὸ καὶ αἰσθέσθαι τὸν Γύγην ἐξιόντα διὰ τῶν θυρῶν· ἄλλοι Τουδοῦν αὐτὴν καλεῖσθαι· οἱ δὲ Κλυτίαν, Ἄβας δὲ Ἄβρὼ ταύτην καλεῖσθαι. Σιγῆσαι δὲ τοὔνομά φασι τῆς γυναικὸς τὸν Ἡρόδοτον, ἐπεὶ ὁ ἐρώμενος Ἡροδότου Πλησίρροος Νυσίας (Νυσσίας codd.) ὀνόματι ἐρασθείς, Ἁλικαρνασσίας τὸ γένος, ἐπεὶ μὴ τύχοι τῆς ἑταίρας, οὐκ ἀνεχόμενος βρόχῳ ἑαυτὸν ἀνήρτησε· διὸ φυλάξασθαι ὡς ἀπεχθὲς εἰπεῖν τὸ τῆς Νυσίας ὄνομα Ἡρόδοτον.

De *Habrone* aliunde non constat. De *Tudû* v. not. 55 ad Nicolai fragm. 49, tom. III, p. 384. De *Nysia* eundem Ptolemæum simulque auctorem ejus, *Æneam Samiacón scriptorem* laudat schol. ad Tzetz. Chil. I, 144 in Crameri Anecd. Oxon. tom. III, p. 351 :

> Ἡ τοῦ Μυρτίλου τούτου δὲ γυνὴ τοῦ καὶ Κανδαύλου, παρὰ Αἰνεί᾽ᾳ φέρεται Σαμιακοῖς ἐνλόγοις Νυσσία κλῄσιν ἔχουσα, πρὸς Τερτύλλαν ὡς γράφει τις Πτολεμαῖος ἅμα τε καὶ Ἡφαιστίων κλῄσιν.

Ceterum Æneam de rebus Samiorum scriptorem alius nemo commemorat. Si corruptum nomen est, fortasse latet *Eugeonis* vel *Alexidis* mentio. Meinekius in Hist. crit. com. p. 385 reponendum suspicatur Δινίᾳ. Quanquam de Σαμιακοῖς Diniæ aliunde non constat. Utut est, ex eodem auctore fluxerint, quæ de Plesirrhoo, Herodoti amasio, idem Ptolemæus tradit p. 187 ed. Westerm. : Ὡς Πλησίρροος ὁ Θεσσαλὸς ὁ ὑμνογράφος, ἐρώμενος γεγονὼς Ἡροδότου καὶ κληρονόμος τῶν αὐτοῦ, οὗτος ποιήσειε τὸ προοίμιον τῆς πρώτης ἱστορίας τοῦ Ἁλικαρνασσέως· τὴν γὰρ κατὰ φύσιν εἶναι τῶν Ἡροδότου ἱστοριῶν ἀρχήν· « Περσέων οἱ λόγιοι Φοίνικας αἰτίους γενέσθαι φασὶ τῆς διαφορῆς. » His præmissa habes quædam de Eupompo Samio, ejusque filio Draconte ὀξυωπεστάτῳ. Quæ item Σαμιακῶν isti scriptori vindico. Verba hæc sunt : Ὡς Εὐπόμπου τοῦ Σαμίου, ὃς δράκοντα θηρίον τέρας ἔτρεφεν ἄπιστον καὶ εἰπεῖν καὶ ἀκοῦσαι, τούτου τοῦ Εὐπόμπου παῖδα Δράκοντα τοὔνομα ὀξυωπέστατον γενέσθαι φασὶν, ὡς διὰ σταδίων κ᾽ θεωρεῖν ῥᾳδίως· ᾧ, καὶ Ξέρξῃ ἐπὶ χιλίοις συγγενόμενον ταλάντοις καὶ συγκαθεζόμενον ὑπὸ τῇ χρυσῇ πλατάνῳ διηγεῖσθαι βλέποντα τὴν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων ναυμαχίαν καὶ τὴν Ἀρτεμισίας ἀνδρίαν.

2.

ΤΡΩΙΚΑ.

Servius ad Virgil. Æn. IX, 264 : Devicta Arisbe] *Scilicet ab Achille. Dicta est Arisba a Meropis vel Macarei filia, quam primum Paris in conjugio habuit. Quidam ab Abante, qui Troica scripsit, relatum ferunt post discessum a Troja Græcorum Astyanacti ibi datum regnum, hunc ab Antenore expulsum, sociatis sibi finitimis civitatibus, inter quas et Arisba fuit; Æneam hoc ægre tulisse, et pro Astyanacte arma cepisse, ac prospere re gesta Astyanacti restituisse regnum.*

ABRON VEL HABRON BATIENSIS.

Stephan. Byz. : Βατή, δῆμος τῆς Αἰγηίδος φυλῆς, ὅθεν ἦν Ἄβρων ὁ Καλλίου, ἐξηγητής, Περὶ ἑορτῶν καὶ θυσιῶν γεγραφώς.

Ἄβρων (rectius scribitur Ἄβρων) Βατῆθεν, pater Calliæ et Callistûs, quam Lycurgus orator uxorem

COMMENTARII HISTORICI.

Candaulæ uxor, cujus nomen non prodit Herodotus, Nysia appellabatur. Eam et duplici pupilla et acutissimi visus fuisse aiunt, quod dracontiten lapidem haberet : adeo ut per ipsas etiam fores Gygen exeuntem viderit. Alii Tudô dictam volunt, alii Clytiam; Abas autem Habronem nuncupatam tradit. Ideo vero nomen mulieris ab Herodoto silentio pressum narrant, quod amasius ejus Plesirrhous, quum Nysiam, Halicarnassensem genere, deperiret, ab eaque repulsam tulisset, amoris impatiens laqueo vitam fregerit. Hinc veluti odiosum Nysiæ nomen proferre noluisse.

duxit, memoratur apud Plutarchum in Vit. X Orat. p. 842, F. Hunc eundem esse cum Calliæ filio, cujus Stephanus meminit, statuerunt C. O. Müller. De Minerva Pol. p. 43 et Nissenus (De Lycurgo p. 99). Mauritius Meierus (De vit. Lyc. Halis, 1847. p. 64) id in medio relinquit, generis vero propinquitatem extra dubium esse monet. « Idem cadit (Meieri verba sunt) in eum Ἄβρωνα Βατῆθεν qui in titulo quodam memoratur, quem Rossius (*Die Demen v. Att.* p. 40) publici juris fecit. Habron ille num ex Eumolpidis fuerit, ut infra (ap. Plutarchum l. l.) Μήδειος dicitur ὁ καὶ ἐξηγητὴς ἐξ Εὐμολπιδῶν γενόμενος, et C. I. 392 est: Ἀπολλώνιον... ἐξηγητὴν ἐξ Εὐμο[λπιδῶν], an Eupatrida tantum sive Patricius atque eo jure ad rituum sacrorum interpretationem accesserit, ut C. I. n. 765 est: τοῦ ἐξ Εὐπατριδῶν ἐξηγητοῦ, an denique nullo hereditatis jure eo pervenerit, non magis ausim decernere quam num Lycurgus, ut erant ipsius genti sanctissima sacerdotia propria, ita eam ob caussam ista se devinxerit affinitate, quod etiam uxoris gens cum sacris cohæreret. » — Alius Habron est inter filios Lycurgi; tertius Habron, novem generationibus junior, cujus pater non memoratur, apud eundem Plutarchum in stemmate familiæ Lycurgeæ occurrit. Calliam quendam tanquam principem legationis sacræ ὑπὲρ τῶν Ἡναθηναίων in Ægyptum missæ ad Ptolemæum Philometorem, commemorat Polybius XXVIII, 16, 4.

Distinguendus a nostro Habrone, Habron Phryx vel Rhodius, e servorum genere, Tryphonis discipulus (Suidas v. Ἄβρων). Ad hunc pertinet opus Περὶ παρωνύμων, cujus meminit Stephanus Byz. v. Ἀγάθη, Ἀθῆναι, Αἶλια, Ἄργος, Γάλα, Ἔφεσος, Ἰθηρίαι; Constantin. Porphyr. De adm. imp. c. 23. Cf. schol. Hesiod. Theog. 389; Eudocia p. 62; Cramer Anecd. tom. IV, p. 418, 20 (et I, p. 316, 12, ubi idem, ut videtur, Ἄμβρων vocatur).

ABYDENUS.

Abydenum tanquam scriptorem historiæ Assyriæ et Mediæ, Eusebius inter fontes recenset, quos ad componendum primum Chronicorum librum adhibuerit. Nomen apud Eusebium et Mosem Chorenensem scribitur Ἀβυδηνός; Syncelli libri præbent Ἀβυδινός, nisi quod p. 206, A in cod. B. est Ἀβυδίνος. Num aliunde hoc nomen proprium notum sit, nescio. Nihil tamen est, opinor, quod adeo offendat. Quanquam Niebuhrius (*Kleine Schriften*, p. 187, not.): « Sollte hier vielleicht ein semitischer Name versteckt sein, der mit *Abd* oder *Ebed* anfing? *Ebed Hinnah* wære wohl sehr denkbar; und als griechischer wære der Name wohl unerhœrt zu nennen; denn *Lacedæmonius* aus Athen kann doch kaum hierbei angeführt werden. » At præter Lacedæmonium (ap. Thucyd. 1, 45, Plutarch. Cimon. 15, et alium ap. Demosthen. p. 1301, 6, et 1360, 9), habes Athenæum, Locrum, Thessalum, Rheginum grammaticum, et haud dubie alios. Fieri etiam possit ut voce Abydenus non nomen hominis sed patria indicetur, quemadmodum v. c. Heraclides medicus vulgo simpliciter *Tarentinus*, misso nominis mentione, vocatur. At noli credere, id quod nonnullis in mentem venit, Abydenum nostrum eundem esse cum Palæphato Abydeno, discipulo Aristotelis. — Primus qui Abydeni meminit, nunc est Eusebius. Unde citerioris ævi scriptorem esse (secundi vel tertii post Chr. seculi, puto) recte conjecisse videtur Niebuhrius l. l. (*).

Scripsisse Abydenum Historiam Assyriorum et Medorum ex Eusebii testimonio et ex fragm. 11 patet luculentissime. Ex eodem opere deprompta sunt quæ ad Chaldæorum historiam pertinent, uti colligitur ex fr. 9, ubi de turri Babylonia deque Nabuchodonosoro laudatur ἡ Ἀβυδηνοῦ περὶ Ἀσσυρίων γραφή. Cf. Eusebius in P. Ev. p. 414, D (not. ad fr. 1), qui de antiquissimis Chaldæorum regibus loquens τὰ Μηδικὰ καὶ τὰ Ἀσσυριακὰ Abydeni excitat. Igitur in fragm. 2, ubi Abydenum in *Chaldæorum historia* laudat idem Eusebius, rem narratam, non titulum libri spectasse putandus est. Ceterum quæ de Chaldæis ex Abydeno referuntur, maximam partem cum Berosi narratione adeo consentiunt, ut ex ea non possint non derivata esse. Plurima brevius minusque distincte quam in Berosi fragmentis dicta sunt; in nonnullis tamen expleri Berosiana nostra ex Abydeno possunt. — Assyriorum historiam, quantum judicare de his licet, eodem fere modo adornavit, quo Castor Rhodius, auctor Excerptorum Barbarorum, alii, quorum narrationis fundamentum jecerat Ctesias. — Jam vero quum haud levis sit dissensus Ctesiæ et Berosi, vel hinc colligas Chaldaica Abydeni non inserta Assyriacis per historiæ decursum, sed uno eodemque omnia loco esse prolata, eo, opinor, consilio, ut quam diversa sit Ctesianæ et Chaldaicæ narrationis indoles ostenderet. — Sententia hæc eo confirmatur quo-

(*) Contra Bauerus in *Ersch. u. Gruber. Encycl. v. Abydenus* Abydenum Berosi æqualem ejusque discipulum fuisse dicit, quasi res nota et explorata esset.

dammodo, quod e fragm. 11 discimus Abydenum seriem regum, qui in Babylonia imperium exercuerunt, usque ad Alexandrum Magnum recensuisse, antequam ad Assyriorum historiam, qualem Græci scriptores Ctesiæ asseclæ exponere solent, se converteret.

Præterea etiam Κτίσεων opus scripsisse Abydenus videtur. Nam Abydenum *in primo suo Originum libro, quem postea huc quidam attulerunt*, de genealogia Armeniaca laudat Moses Chorenensis (fr. 12). In Assyria Historia dialectum ionicam auctor affectavit (v. fr. 1. 9).

ΑΣΣΥΡΙΑΚΑ ΚΑΙ ΜΗΔΙΚΑ.

1.

Syncellus p. 38, B : Ἐκ τῶν Ἀβυδηνοῦ Περὶ τῆς τῶν Χαλδαίων βασιλείας. Χαλδαίων μὲν τῆς σοφίης πέρι τοσαῦτα. Βασιλεῦσαι δὲ τῆς χώρας πρῶτον λέγεται Ἄλωρον, τὸν δὲ ὑπὲρ ἑωυτοῦ λόγον διαδοῦναι ὅτι μιν τοῦ λεῶ ποιμένα ὁ θεὸς ἀποδείξαι. Βασιλεῦσαι δὲ σάρους δέκα. Σάρος δέ ἐστιν ἑξακόσια καὶ τρισχίλια ἔτεα, νῆρος δὲ ἑξακόσια, σῶσσος δὲ ἑξήκοντα. Μετὰ δὲ τοῦτον Ἀλάπαρον ἄρξαι σάρους τρεῖς, μεθ' ὃν Ἀμίλλαρος ἐκ πόλεως Παντιβίβλιος (Παυτιβίβλιος cod. A.) ἐβασίλευσε σάρους ιγ'. Ἐφ' οὗ δεύτερον Ἀννήδωτον τὴν θάλασσαν ἀναδῦναι παραπλήσιον Ὡάννῃ τὴν ἰδέαν ἡμιδαίμονα. Μεθ' ὃν Ἀμμένων ἐκ Παντιβίβλων ἦρξε σάρους ιϐ'. Μεθ' ὃν Μεγάλαρος ἐκ Παντιβίβλων ἦρξε σάρους ὀκτωκαίδεκα· εἶτα Δαὼς ποιμὴν ἐκ Παντιβίβλων ἐβασίλευσε σάρους δέκα, ἐφ' οὗ δ' διφυεῖς γῆν ἐκ θαλάσσης ἀνέδυσαν, ὧν τὰ ὀνόματα ταῦτα, Εὐέδωκος, Ἐνεύγαμος, Ἐνεύβουλος, Ἀνήμεντος. Ἐπὶ δὲ τοῦ μετὰ ταῦτα Εὐεδωρέσχου Ἀνώδαφος. Μεθ' ὃν ἄλλοι τε ἦρξαν καὶ Σίσουθρος ἐπὶ τούτοις, ὡς τοὺς πάντας εἶναι βασιλεῖς δέκα, ὧν ὁ χρόνος τῆς βασιλείας συνῆξε σάρους ἑκατὸν εἴκοσι. Καὶ περὶ τοῦ κατακλυσμοῦ παρόμοια μέν, οὐκ ἀπαράλλακτα λέγει οὕτως· « Μετὰ Εὐεδώρεσχον ἄλλοι τινὲς ἦρξαν καὶ Σίσιθρος, ᾧ δὴ Κρόνος προσημαίνει μὲν ἔσεσθαι πλῆθος ὄμβρων Δαισίου ιε'· κελεύει δὲ πᾶν ὅ τι γραμμάτων ἦν ἐχόμενον ἐν Ἡλιουπόλει τῇ ἐν Σισπόροισιν (l. Σιππάροισιν ex Euseb.) ἀποκρύψαι. Σίσιθρος δὲ ταῦτα ἐπιτελέα ποιήσας, εὐθέως ἐπ' Ἀρμενίης ἀνέπλωε· καὶ παραυτίκα μὲν κατελάμβανε τὰ ἐκ τοῦ θεοῦ· τρίτῃ δὲ ἡμερέῃ ἐπεὶ ὄων ἐκόπασε, μετίει τῶν ὀρνίθων, πείρην ποιεύμενος εἴ κου γῆν ἴδοιεν τοῦ ὕδατος ἐκδῦσαν. Αἱ δὲ ἐκδεκομένου σφέας πελάγεος ἀμφιχανέος, ἀπορέουσαι ὀχῃ καθορμίσονται, παρὰ τὸν Σίσιθρον ὀπίσω κομίζονται· καὶ ἐπ' αὐτῇσιν ἕτεραι. Ὡς δὲ τῇσι τρίτῃσιν εὐτύχεεν (ἀπίκατο γὰρ δὴ πηλοῦ κατάπλεοι τοὺς ταρσούς), θεοί μιν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίζουσι, τὸ δὲ πλοῖον ἐν Ἀρμενίῃ περίκπτα ξύλων ἀλεξιφάρμακα (καὶ) τοῖσιν ἐπιχωρίοις παρείχετο. »

Λέγεται Ἄλωρον] sic Scalig.; λέγων cod. A. An λέγω? λέγει Goar. — μιν τοῦ λεῶ] Scaliger.; μὴν τοῦ λεῶς Goar. Præter Euseb. cf. Moses Choren. (fr. 4). — Ἀμίλλαρος] *Almelon* Euseb.; *Amelon* Syncell. in Berosi fr. 6. — δεύτερον Ἀννήδ.] Ad hæc respicit Syncell. p. 39, B (Berosi fr. 6) : ὁ δὲ Ἀβυδηνὸς τὸν δεύτερον Ἀννήδωτον μετὰ σάρους εἴκοσιν ἓξ sc. εἴρηκε φανῆναι. Apparuit igitur vel Almelonis anno postremo, vel primo anno Amnenonis Hoc ex Beroso posuisse videtur Alexander Polyhistor. Apollodorus secundum Annedotum post 40 saros apparuisse dixit, teste Syncello l. l. Vereor ne hoc de tertio Annedoto intelligendum sit, cujus nulla mentio injicitur. — δ' διφυεῖς] sec. Berosum fr. 6 sub Devono apparet τέταρτος Ἀννήδωτος. Illud rectius; *septem* fuerint Annedotes. Vide Movers. *Phœniz.* I, p. 104. — Εὐέδωκος] *Jodocus* Euseb.;

1.

EX ABYDENO. *De Chaldæorum regno.* Et de Chaldæorum quidem sapientia hactenus. Regioni vero imperasse primus dicitur Alorus populique pastorem a deo se renunciatum famam sparsisse et saris decem regnasse. Sarus vero tribus millibus et sexcentis annis æstimatur, Nerus sexcentis, Sossus sexaginta. Post hunc Alaparum saris tribus regnasse, cui successit Amillarus ex urbe Pantibibli, regnavitque saris tredecim; ejus tempore secundum Annedotum semideum, qui Oanni forma similis erat, e mari emersisse. Hunc excepit Ammenon ex Pantibiblis, sarisque duodecim regnum obtinuit; post quem Megalarus item ex Pantibiblis saris octodecim imperavit : tum Daos ex Pantibiblis pastor saris decem populum rexit, cujus tempore quattuor animantia duplici natura constantia in terram e mari proruperunt; quorum nomina sunt : Euedocus, Eneugamus, Eucubulus et Anementus. Euedoresche, qui deinceps regnavit, Anodaphus successit; post quos imperium tenuerunt tum alii, tum Sisithrus, ita ut reges omnes numero decem sint, quorum omnium in imperio tempus sarorum centum et viginti summam componit. — De diluvio supra memoratis similia nec disparia subjungit, hoc pacto. « Post Euedoreschum regnaverunt alii quidam, ac demum Sisithrus, cui Saturnus pluviarum maximam vim decimo quinto mensis Dæsii fore prænuntiavit, ac quicquid litteris consignatum esset apud Heliopolin Sisparorum abscondi jussit. Sisithrus hæc exsecutus in Armeniam confestim navigavit. Ac statim quæ a deo prædicta erant, contigerunt. Tertio vero die quum aquarum inundatio remitteretur, quasdam aves emisit, num terram alicubi aquis exstantem detegerent, exploraturus. Illæ vero, profundis tantum aquarum vorticibus eas excipientibus, haud reperientes quo considere possint, ad Sisithrum remeant. Post has pariter aliæ. Quum vero tertio id fecisset et rem pro voto fuisset consecutus (volucribus nimirum pedibus limo infectis redeuntibus), illico a diis ex hominum conspectu subducitur, ac navigium in Armeniam delatum, amuleta collo suspendenda e tabularum fragmentis suppeditavit indigenis. »

Iotages mgo Euseb. — Ἐνεύβουλος] Ἐνάβουλος Scaliger. — Εὐεδωρέσχου] Ἀεδωρ. Scaliger.; *Erodanchus* Euseb. in Berosi fr. 5; Εὐερώδαχος Syncell. in Berosi fr. 6. — Ἀνώδαφος] Ἀνῶ Δάφος Goar.; Ὠδάκων ap. Syncell. in Berosi fr. 6. Odacon sec. Berosum πάντα τὰ ὑπὸ Ὡάννου κεφαλαιωδῶς ῥηθέντα κατὰ μέρος ἐξηγήσασθαι dicitur. Περὶ τούτου, Syncellus addit, Ἀβυδηνὸς οὐδὲν εἶπεν. — Ἄλλοι τε] ἄλλοι τοὶ τὲ cod. A; ἄλλοι δύο τε correxit Anonymus. — Ἄλλοι τινὲς κτλ.] Inde ab his verbis eadem exhibent Eusebius in P. E. p. 414, D (tom. II, p. 363 ed. Gsfd.): Ἐγὼ δὲ σοὶ τὰ Μηδικὰ καὶ Ἀσσύρια διελθὼν ἐκ τῆς Ἀβυδηνοῦ γραφῆς... τάσδε τοῦ ἀνδρὸς παραθήσομαι τὰς λέξεις· « Μεθ' ὃν ἄλλοι τινὲς κτλ. et Cyrillus C. Jul. I, 1. Repetit et commentario illustravit Casaubonus in Vet. histor. fragm. select. p 7 sqq. ad calcem libri De emendat. tempp.

Chron. Barber. ap. Mai. Vett. scriptt. nov. coll. tom. VIII, p. 7: Πρώτην πασῶν ἀναγράφουσι τὴν Χαλδαίων βασιλείαν ἄνδρες ἐν παιδεύσει γνώριμοι, Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ, Βηρωσσὸς καὶ Ἀβυδηνὸς καὶ Ἀπολλόδωρος. V. Berosi fr. 1, tom. II, p. 498.

2.

Eusebius Arm. p. 22 ed. Mai, postquam Chaldæorum historiam e Beroso Alexandri Polyhistoris narravit (v. Berosi fr. 12), pergit: *Quæ hactenus dicta sunt, Abydenus etiam satis consentaneus in Chaldæorum historia recitat: namque et ipse non absimilem Polyhistori narrationem ingreditur.*

ABYDENI DE PRIMO CHALDÆORUM REGNO.

De Chaldæorum sapientia hactenus. Jam ad ejusdem regionis dominium quod attinet: primum quidem Alorum regnavisse aiunt; de quo homine nihil referunt, præterquam quod eum providentissimus deus populorum pastorem creavit. Is saris decem dominatum tenuit. Constat autem sarus annis ter mille sexcentis, nerus sexcentis, sossus sexaginta. Deinde Alaparus dominatus est: tum Almelon ex urbe Pantibiblis, sub quo secundus Anidostus (sic) *mari emersit Oanni similis, cujus figura erat semidei. Tum Ammenon, tum Amegalarus, tum Daonus pastor, quo regnante quattuor biformes e mari in siccum semet ejecerunt, Iotagus, Eneugamus, Enebulus et Anementus: et sub Edorescho, qui postea regnavit, Anodaphus: deinde et alii dominati sunt demumque Xisuthrus. Qua narratione historicus hic Polyhistori consonat. Tum etiam de diluvio hac ratione scribit:* (v. fr. 3.)

Iotages, etc.] « Ita in margine codicis, quæ nomina in textu paullo corruptiora exhibentur: *Iodocus et Damosnes et Bolus et Anementus.* » Mai. — « Post *Erodescho* lacuna est in codice unius vocabuli. » Mai.

3.

ABYDENI DE DILUVIO.

Euseb. l. l.: *Deinde alii quidam dominati sunt, tandemque Xisuthrus, cui prædixit Saturnus futuram esse imbrium copiam die quinta* (*decima quinta* sec. Syncell.) *mensis Daesii; mandavitque ut libros omnes in Solis urbe Siparis conderet. Ia ubi Sisithrus* (sic h. l.) *præstitit, pansisque velis in Armeniam cursum direxit, statim deo favente navim illuc appulit. Mox tertio die quum imbrium vis quiesceret, misit aves aliquot explorandi causa num tellus undis emergeret. Illæ immensum tranantes continuumque et fluctuans pelagus, nulla inventa sede, qua pes subsisteret, ad Sisithrum flexo cursu reversæ sunt. Tres deinde dies moratus, denuo easdem mittebat: quæ pedes limo oblitos reversæ retulerunt. Continuoque illum dii ex hominum conspectu eripiebant: navis autem in Armenia sistebat, lignoque suo salutarem medelam regionis ejus incolis exhibebat. — Atque his quæ dicta sunt, Abydenum, ad diluvium quod attinet, cum historia Hebræorum ad amussim congruere, cunctis esse exploratum confido. Jam quod hi historici, gente Græci aut Chaldæi, Noachum alio nomine, id est Xisuthrum appellaverint, id quidem ne quæso miremur: itemque quod Deo more suo deorum nomen appinxerint, et columbam silentio presserint, proque ea indefinite aves dixerint; hæc, inquam, magnopere non sunt miranda. Sic de diluvio Abydenus in Chaldæorum historia. Idem et de turris ædificio congruentia cum Mosis narratione hoc pacto scribit* (v. fr. 6). Cf. Berosi fr. 7.

4.

Moses Chorenens. I, 3: *De totius generis humani radice... paucis oportet indicari quamobrem a sacris literis alii scriptores dissentiant; Berosum dico historicum literatissimum atque Abydenum; aut cur ipse Abydenus de navigii ædificatione, ceterisque familiarum principibus non modo quod ad nomina attinet et tempora, sed etiam in eo, quod genus humanum ab eadem stirpe non repetant. De ea re enim ita Abydenus pariter ac cæteri:* « *Deus quidem providentissimus pastorem constituit eum et rectorem populi.* » *Deinde dicit:* « *Regnavit Alorus saros decem, qui annos conficiunt* 36,000. » *Similiter ad Noam diversum adhibent nomen, ac tempus immensum, quanquam de aquarum violentia et terræ corruptione cum sacris literis con-*

sentanea tradunt; atque itidem decem familiarum principes simul cum Xisuthro numerant. Atqui eorum anni non tantum a solaribus nostris, qui quattuor tempestatibus sunt conclusi, longe discrepant, atque adeo a divinis; verum neque cum Ægyptiis lunares computant ortus, neque eos vero, qui ex diis nomen invenere; adeo ut qui revera annos designari putant, ii ad veri confirmationem, Græcorum numeris aptent et connectant, alias collectionem minuentes, alias augentes.

5.

ΑΒΥΔΗΝΟΥ.

Syncell. p. 44, D: Ἐντὶ δ' οἱ λέγουσι τοὺς πρώτους ἀνασχόντας ῥώμῃ τε καὶ μεγέθει χαυνωθέντας καὶ ἐς θεῶν καταφρονήσαντας ἀμείνονας εἶναι τύρσιν ἠλίβατον ἀείρειν, ἣ νῦν Βαβυλών ἐστιν· ἤδη τε ἆσσον εἶναι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὺς ἀνέμους θεοῖσι βωθέοντας ἀνατρέψαι περὶ αὐτοῖσι τὸ μηχάνημα· τοῦ δὴ τὰ ἐρείπια λέγεσθαι Βαβυλῶνα. Τέως δὲ ὄντας ὁμογλώσσους ἐκ θεῶν πολύθροον φωνὴν ἐνέγκασθαι· μετὰ δὲ Κρόνῳ καὶ Τιτῆνι συστῆναι πόλεμον. Eadem Euseb. P. E. IX, 14 p. 416, B. (tom. II, p. 366 Gsfd.). Cf. Berosi fr. 10.

6.

ABYDENI DE TURRIS ÆDIFICIO.

Euseb. Chron. p. 24. *Ea tempestate prisci homines adeo viribus et proceritate sua tumuisse feruntur, ut etiam deos aspernarentur floccique facerent, celsissimumque eum obeliscum niterentur exstruere qui nunc Babylon appellatur. Quumque jam illum proxime ad deos cælo æquassent, dii ventorum adjutorio usi machinosum opus imbecillium impellebant, humique prosternebant: eaque rudera Babelis nomen contraxerunt. Quippe eatenus unius sermonis usura freti homines erant; tunc autem a diis confusio varia et dissona linguarum in eos, qui una lingua utebantur, immissa est. Deinde et Saturnus cum Titano prælio certabat. — Præterea idem vir Senecheribi quoque mentionem facit his verbis* (v. fr. 7). — Eadem iterum tangit Euseb. p. 61.

7.

Eusebius Chron. p. 25: ABYDENI DE SENECHERIBO. *His temporibus quintus denique et vigesimus rex fuit Senecheribus, qui Babylonem sibi subdidit, et in Cilicii maris litore classem Græcorum profligatam disjecit. Hic etiam templum Atheniensium* (i. e. Ἀθηνᾶς) *struxit: ærea quoque signa facienda curavit, in quibus sua facinora traditur inscripsisse. Tarsum denique ea forma, qua Babylon utitur, condidit, ita ut media Tarso Cydnus amnis transiret, prorsus uti Babylonem dividit Arazanes. Proximus huic regnavit Nergilus, quem Adrameles filius occidit. Rursus hunc frater suus Axerdis interfecit, patre eodem, alia tamen matre genitus, atque Byzantium usque ejus exercitum persecutus est, quem antea mercede conduxerat auxiliarem. In hoc miles erat Pythagoras quidam Chaldææ doctrinæ assecla* (Cf. Berosi fr. 12, 3). *Ægyptum præterea partesque inferiores Syriæ acquirebat Axerdis. Hinc Sardanapallus exortus est. Post quem Saracus imperitabat Assyriis: qui quidem certior factus turmarum vulgi collectitiarum, quæ a mari adversus se adventarent, continuo Busalussorum militiæ ducem Babylonem mittebat. Sed enim hic capto rebellandi consilio, Amuhiam Asdahagis Medorum principis filiam nato suo Nabucodrossori despondebat; moxque raptim contra Ninum seu Ninivem urbem impetum faciebat. Re omni cognita, rex Saracus regiam (Evoritam) inflammabat. Tum vero Nabucodrossorus summæ rerum potitus firmis mœnibus Babylonem cingebat. Hisce narratis, reliqua etiam Nabucodrossori gesta ita persequitur Abydenus, ut a libris Hebræorum prorsus non abhorreat.*

Quintus et vigesimus] Sec. Berosum usque ad Phulum sunt reges 45; ideoque Senacheribus foret *quadragesimus nonus*. Fortasse igitur scriba κε′ perperam exaravit pro μθ′. — *Proximus huic regnat Nergilus* etc.] De Nergilo non constat; Adrameles sec. Script. sacram et Berosum (ubi Ardumuzanes) filius et interfector est Senecheribi. — *Axerdis* apud Berosum fr. 12 est Asordanus. Cf. Niebuhr. *Kleine Schften*, p. 204. — *... quem mercede conduxerat auxiliarem*] ad hæc Maius: « Locus in Arm. cod. obscurus videbatur. » De ipsa expeditione cf. Niebuhr l. l. p. 206. — *Hinc Sard. exortus est*] Aucher. vertit: *Axerdis autem Ægyptum partesque Syriæ inferioris in suam potestatem redegit; ex qua Sardanapallus quoque exstitit.* Totus hic locus paullo corruptior. Post Axerdin sive Asordanum apud Berosum sequitur Sammuges,

---

5.

EX ABYBENO. Sunt qui dicant primos homines viribus et corporum proceritate fisos in contemptum deorum, quasi superiores illis forent, venisse; eam ob rem miræ altitudinis turrim, quæ nunc Babylon est, molitos illamque ædificiis jam cœlis vicinam adstruxisse, ventos autem diis opi ferendæ advolantes vastam illam molem in suos auctores deturbasse, ac rudera, quæ superfuerunt, Babylonis nomen accepisse. Homines porro quorum ad id tempus una eademque lingua fuerat, diis ita jubentibus, multiplici et ab invicem diverso loquendi genere discrepasse, ac postmodum enatis dissidiis Saturnum et Titanem inter se bello decertasse.

post hunc Sardanapallus sive Saracus. Sammugis nulla apud Nostrum fit mentio; ejus loco poni videtur Sardanapallus, qui idem esse debet cum Saraco. Annotaverat quidam, ut puto, *Saracum eundem* esse qui vulgo dicitur *Sardanapallus*. Deinde nomen Sardanapalli alieno loco in textum receptum est, ita ut Sammugis, non vero Saraci nomini substitueretur. — *Busalussorus* est Nabopalassarus. — *Evoritam*] « In Armeniaco textu est RHOK ARNER ZARCHUNIS EVORIDA. Jam vero RHOK vox hactenus nobis inaudita, cujus etymologiam investigantibus occurrebat HUR, *ignis*. Dicendum est ergo : *incendio tradebat* regiam *Evoritam* s. *Evoritæ*. Tum de postremo hoc vocabulo *Evorita* dum cogitabamus, veniebat nobis in mentem *Aroiten* nomen pro *Amuhia*, quod vidimus in textu græco (ap. Syncell. p. 210, B. Vid. not. ad Beros. fr. 12). » MAI. Igitur hoc quoque loco glossa temere in ordinem verborum recepta est.

8.

Eusebius Arm. p. 26 ed. Mai : ABYDENI DE NABUCHODONOSORO. *Nabucodrossorus suscepto imperio Babylonem intra quindecim ferme dies cingebat mœnibus et triplici aggere : fluviumque Armacalem ab Arazane promebat : puteum item excelso loco apud Sipara urbem fodiebat, quadraginta parasangas latum, et ulnas viginti profundum. Huic autem claustra apponenda curavit, quibus reclusis universa planities rigaretur. Claustrorum nomen ἐγετογνώμονας vocant, quasi ea voluntate quadam ingenitaque inclinatione sint prædita. Litus præterea Rubri maris adversus impetum fluctuum communivit : tum in limine Arabicæ regionis Teredonem urbem fundavit : regia palatia recentibus arborum surculis exornavit, nomenque his fecit viridaria pensilia. Mox accurate etiam edisserit quænam dicta sint viridaria pensilia, eademque ait a Græcis quoque in septem speciosissimis miraculis numerari.*

Rursus alio loco idem homo sic loquitur : Cuncta, inquit, olim aquis tenebantur; idque mare dicebatur : quod quidem Belus compescuit, et suum cuique rei locum tribuit. Idem Babylonem mœnibus ambiens communivit, quæ diuturnitate temporis diruta Nabucodrossorus demum restituit : eaque supererant usque ad imperium Macedonum non sine valvis ære conflatis. Omnia Abydenus Danieli consona narrat, apud quem Nabuchodonosorus superbia tumidus ita inducitur loquens : « Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificavi ut sit regni sedes, virtute fortitudinis meæ, et in honorem gloriæ meæ (c. 4, 27)! »

Jam quod imperii ejus felicitatem testetur Daniel his verbis, quibus de Nabuchodonosoro loquitur; audi et Abydenum : Hercule, inquit, fortior erat; idque exponit hac ratione sermonis. Potentissimus, ait, Nabucodrossorus, qui et ipsi Herculi fortitudine præstitit, in Libyam atque Iberiam magnis copiis expeditionem suscepit : quibus regionibus debellatis, incolarum partem in Ponti dexteram oram transtulit. Deinde Chaldæi tradunt, mentem ejus ad regiam reducis deorum quorumdam afflatu fuisse occupatam, ita ut in hæc verba erumperet : Ego Nabucodrossorus, o strenui Babylonii, superventuras vobis ærumnas prædicam. Tum alia id genus accurate narrat. Rursusque idem scriptor addit : eum, qui tanto elatus fastu imperabat, e conspectu repente ereptum evanuisse. Hinc filius ejus Amilmarodachus regnavit, quem brevi Niglisares gener occidit. Successit autem, qui unus supererat, Labossoracus filius : qui violento item fato quum ab eodem sublatus fuisset, Nabonedochus nullo jure fretus ad regni sedem accedere jussus est : is nempe, cui Cyrus, capta dein Babylone, Carmaniæ præfecturam concessit : a Dario autem rege eadem provincia pulsus est.

Eusebius P. E. IX, 41, p. 456, D (t. II, p. 440 ed. Gsfd.) : Εὗρον δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀβυδηνοῦ Περὶ Ἀσσυρίων γραφῇ περὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ ταῦτα·

« Μεγασθένης δέ φησι Ναβουχοδρόσορον Ἡρακλέος ἀλκιμώτερον γεγονότα ἐπί τε Λιβύην καὶ Ἰβηρίην στρατεῦσαι· ταύτας δὲ χειρωσάμενον, ἀπόδασμον αὐτέων εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ Πόντου κατοικῆσαι. Μετὰ δέ, λέγεται πρὸς Χαλδαίων, ὡς ἀναβὰς ἐπὶ τὰ βασιλήϊα κατασχεθείη θεῷ ὀτεῳ δή, φθεγξάμενος δὲ εἶπεν, Οὗτος ἐγὼ Ναβουχοδρόσορος, ὦ Βαβυλώνιοι, τὴν μέλλουσαν ὑμῖν προαγγέλλω συμφορήν, τὴν ὅ τε Βῆλος ἡμὸς πρόγονος ἡ τε βασίλεια Βῆλτις ἀποστρέψαι Μοίρας πεῖσαι ἀσθενοῦσιν. Ἥξει Πέρσης ἡμίονος, τοῖσιν ὑμε-

9.

In ea quam Abydenus de Assyriorum rebus scripsit historia, de Nabuchodonosore hæc reperi :

« Megasthenes, inquit, auctor est Nabucodrosorum Herculi ipsi fortitudine atque animis præstitisse, atque in Libyam et Iberiam impetu facto, utriusque jam domitæ colonias in dextram Ponti plagam deportasse. Quibus peractis, Chaldæi ferunt, eum conscenso palatio divinitus repente afflatum, quod sequitur oraculum effudisse : Ille ego Nabucodrosorus, o Babylonii, imminentem vobis calamitatem prænuncio, quam Parcis, uti averruncent, nec Belus generis nostri auctor nec regina Beltis persuadere unquam poterunt. Persicus veniet mulus, qui dæmonum vestrorum auxilio, durum cervicibus vestris jugum imponet. Atque hujus cladis auctor etiam Meles quidam erit, quo ante Assyrii magnopere gloriabantur. O utinam ipse,

τέροισι δαίμοσι χρεώμενος συμμάχοισιν· ἐπάξει δὲ δουλοσύνην. Οὗ δὴ συναίτιος ἔσται Μήδης, τὸ Ἀσσύριον αὔχημα. Ὡς εἶθε μιν, πρόσθεν ἢ δοῦναι τοὺς πολιήτας, Χάρυβδίν τινα ἢ θάλασσαν εἰσδεξαμένην ἀϊστῶσαι πρόρριζον ἢ μιν ἄλλας ὁδοὺς στραφέντα φέρεσθαι διὰ τῆς ἐρήμου, ἵνα οὔτε ἄστεα οὔτε πάτος ἀνθρώπων, θῆρες δὲ νόμον ἔχουσι καὶ ὄρνιθες πλάζονται, ἔν τε πέτρῃσι καὶ χαράδρῃσι μοῦνον ἀλώμενον· ἐμέ τε πρὶν εἰς νόον βαλέσθαι ταῦτα τέλεος ἀμείμονος κυρῆσαι. Ὁ μὲν θεσπίσας παραχρῆμα ἠφάνιστο· ὁ δέ οἱ παῖς Ἀμιλμαρούδοκος ἐβασίλευε. Τὸν δ' ὁ κηδεστὴς ἀποκτείνας Ἰγλισάρης (i. q. Νηριγλισάρης) λείπει παῖδα Λαβασσοάρασκον. Τούτου δὲ ἀποθανόντος βιαίῳ μόρῳ, Ναβαννίδοχον ἀποδεικνῦσι βασιλέα, προσήκοντά οἱ οὐδέν. Τὸν δὲ Κῦρος ἑλὼν Βαβυλῶνα, Καρμανίης ἡγεμονίῃ δωρέεται. »

Καὶ περὶ τοῦ κτίσαι δὲ τὸν Ναβουχοδονόσορ τὴν Βαβυλῶνα, ὁ αὐτὸς ταῦτα γράφει·

« Λέγεται δὲ πάντα μὲν ἐξ ἀρχῆς ὕδωρ εἶναι, θάλασσαν καλεομένην. Βῆλον δέ σφεα * παῦσαι, χώρην ἑκάστῳ ἀπονείμαντα, καὶ Βαβυλῶνα τείχει περιβαλεῖν· τῷ χρόνῳ δὲ τῷ ἰκνευμένῳ ἀφανισθῆναι. Τειχίσαι δὲ αὖθις Ναβουχοδονόσορον τὸ μέχρι τῆς Μακεδονίων ἀρχῆς διαμεῖναν ἐὸν χαλκόπυλον. »

Καὶ μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει·

« Ναβουχοδονόσορος δὲ διαδεξάμενος τὴν ἀρχήν, Βαβυλῶνα μὲν ἐτείχισε τριπλῇ περιβόλῳ ἐν πεντεκαίδεκα ἡμέρῃσι, τόν τε Ἀρμακάλην ποταμὸν ἐξήγαγεν, ἐόντα κέρας Εὐφρήτεω, τόν τε Ἀκράκανον (Ἀράκανον nonnulli libri). Ὑπὲρ δὲ τῆς Σιππαρηνῶν πόλιος λάκκον ὀρυξάμενος, περίμετρον μὲν τεσσαράκοντα παρασαγγέων, βάθος δ' ὀργυιέων εἴκοσι, πύλας ἐπέστησεν, τὰς ἀνοίγοντες ἄρδεσκον τὸ πεδίον· καλέουσι δ' αὐτὰς ἐχετογνώμονας. Ἐπετείχισε δὲ καὶ τῆς Ἐρυθρῆς θαλάσσης τὴν ἐπίκλυσιν καὶ Τερηδόνα πόλιν ἔκτισεν κατὰ τὰς Ἀράβων εἰσβολάς· τά τε βασιλήια δένδροις ἴσκησε, κρεμαστοὺς παραδείσους ὀνομάσας. » — Καὶ ταῦτα δέ μοι ἀπὸ τῆς ἐηλωθείσης χείσθω γραφῆς.

10.

Moses Chorenens. II, c. 7, p. 95 : ... *ut Abydenus scriptum reliquit ita dicens : « Potens ille Nabuchodonosorus Herculem Libycum vi superabat. Exercitu coacto, in Iberorum regionem venit, et profligatam oppressamque in ditionem suam redegit, et partem quandam populi ad dextram maris Pontici abduxit collocavitque. »*

10. a.

Syncell. p. 226 A : Μετὰ τοῦτον (sc. τὸν Ναβουχοδονόσωρ) υἱὸς αὐτοῦ Εὐειλὰδ Μαροδὰχ λεγόμενος ἔτη δύο μετὰ θάνατον τοῦ πατρὸς ἐβασίλευσεν, ὡς μαρτυροῦσιν οἱ τὰ Χαλδαϊκὰ συγγραψάμενοι Ἀλέξανδρος καὶ Ἀβυδηνὸς, οἷς καὶ Ἰώσηπος καὶ πάντες ἐν τούτοις ἔπονται, συμφωνούσης καὶ τῆς θείας γραφῆς.

11.

ABYDENI DE REGNO ASSYRIORUM.

Eusebius Chron. p. 36 : *Chaldæi regionis suæ reges ab Aloro usque ad Alexandrum hoc pacto enumerant. Nini quidem et Samiramidis nullam rationem habent. His autem dictis ita suam historiam exorditur : « Fuit, inquit, Ninus Arbeli, Chaali, Arbeli, Anebi, Babii, Beli regis Assyriorum. Deinde accurate reges enumerat a Nino et a Samiramide ad Sardanapallum, qui omnium extremus fuit : a quo ad primam Olympiadem sexaginta et septem anni putantur. » De Assyriorum regno hac diligentia scripsit Abydenus. Nihilominus et Castor primo libro summarii Chronicorum eadem plane ad literam narrat de regno Assyriorum.*

Annos 67 a fine Sardanapalli usque ad Olymp. 1 numerat etiam auctor Excerptorum Barbarorum (ex Africano). De hoc computo diximus in Fragm. chronol. p. 162. Ceterum Castor quamvis in uni

---

aut profundo pelago haustus atque absorptus periret, priusquam cives meos ita proderet, aut Charybdi quadam alias abreptus invias per solitudines erro vagaretur, ubi nullius neque urbis neque hominis vestigium appareat, sed feræ duntaxat libere pascantur, volucresque circumvolent, adeoque solus medios inter scopulos ac voragines jactaretur. Mihi quoque, priusquam hæc ei tam nefaria mens injecta sit, feliciorem exitum sortiri liceat. Hæc effatus, hominum ex oculis repente sublatus evanuit. Atque Amilmarudocum filium regni habuit successorem. Quem occidit affinis Iglisares (*Neriglisares*) filiumque relinquit Labassoarascum. Hoc etiam violente nece sublato, Nabannidochum, nulla cum eo affinitate conjunctum, regem creant, cui Cyrus postea Babylone potitus Carmaniæ principatum ultro concessit. »

Idem porro conditam a Nabuchodonosore Babylonem fuisse ita narrat :

« Ferunt, inquit, loca hæc omnia initio aquis obruta fuisse marisque nomine appellata ; verum suam singulis regionem Belum assignasse, Babylonemque mœnibus cinxisse, ac deinceps mortalium oculis ereptum esse : postea vero septum illud, valvis distinctum æreis, a Nabuchodonosore exstructum esse, quod ad Macedonum imperium usque steterit. »

Ac rursus nonnullis interjectis :

« Nabuchodonosorus, inquit, regno potitus Babylonem intra quindecim dierum spatium triplici muro cinxit, atque Armacalen Acracanumque fluvios, ab Euphrate ortos, alio derivavit. Tum Sipparenorum urbis in gratiam paludem fodit, cujus ambitum parasangas quadraginta, altitudo vero ulnas viginti obtineret. Eidem claustra imposuit, Echetognomonas vocant, quibus patefactis agrum illi suum irrigarent. Maris quoque Rubri eluvionem objectis repressit obicibus, ac Teredonem urbem adversus Arabum irruptiones excitavit, palatiumque suum arboribus consitis (pensiles hortos vocabat) exornavit.

versum eandem de Assyriorum temporibus chronologiam sequitur (Ctesianam scilicet), minime tamen *ad verbum* eadem tradidit. Vid. Castor. fr. 1, p. 156 sqq.

12.

Moses Choren. I, c. 4, p. 13 : *Neque est quod quis de hujus rei veritate dubitet, quum de iis nobis complura tradat Abydenus, auctor certus, ita dicens* : « *Ninus ortus Arbelo, Chæalus Arbelo; is Anebi, is Babio, is Belo.* » *Similiterque stirpem nostram ab Haico ad Arœum pulchrum, quem Semiramis interfecit, hoc ordine enumerat:* « *Arœus pulcher Aramì filius, qui Harmæ, qui Gelamii, qui Amasiæ, qui Aramœis, qui Armenaci, qui Belo adversatus vitam amisit.* » *Atque hæc narrat Abydenus in primo suo Originum libro, quem postea quidam huc attulerunt. Ejusdem rei testis est Cephalimus* (v. fragm. Cephalionis).

ACESANDER.

ΠΕΡΙ ΚΥΡΗΝΗΣ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Plutarch. Qu. Conviv. V, 2, p. 675, B : Εἶπον ὅτι καὶ Πελίαν θάπτων Ἄκαστος ὁ υἱὸς ἀγῶνα ποιήματος παράσχοι, καὶ Σίβυλλα νικήσειεν. Ἐπιφυομένων δὲ πολλῶν, καὶ τὸν βεβαιωτὴν ὡς ἀπίστου [καὶ] παραλόγου τῆς ἱστορίας ἀπαιτούντων, ἐπιτυχῶς ἀναμνησθεὶς ἀπέφαινον Ἀκέσανδρον ἐν τῷ Περὶ Λιβύης ταῦτα ἱστοροῦντα. Καὶ τοῦτο μὲν, ἔφην, τὸ ἀνάγνωσμα τῶν οὐκ ἐν μέσῳ ἐστί· τοῖς δὲ Πολέμωνος τοῦ Ἀθηναίου κτλ. (v. Polemon. fr. 27, tom. III, p. 123). Scriptum Περὶ Λιβύης non diversum fuisse puto ab eo, quod a reliquis laudatur Περὶ Κυρήνης.

2.

Schol. Pindar. Pyth. IX, 27 : Ναΐδος δὲ καὶ Πηνειοῦ τὸν Ὕψέα Φερεκύδης, Ἀκέσανδρος δὲ Φιλλύρας τῆς Αἴσωπου καὶ Πηνειοῦ ἱστορεῖ τὸν Ὕψέα.

3.

Idem Pyth. IV, 57 : Τοῦτον (sc. τὸν Εὐρύπυλον, quem Pindarus Neptuni filium dicit) δὲ Ἀπολλώνιος ποτὲ μὲν Εὐρύπυλον προσαγορεύει, ποτὲ δὲ Τρίτωνα. Ἀκέσανδρος δέ φησιν ἀδελφὸν εἶναι τὸν Εὐρύπυλον Τρίτωνος, γράφων οὕτως· « Εὐρύπυλος Ποσειδῶνος καὶ Κελαινοῦς τῆς Ἄτλαντος, Τρίτωνος ἀδελφός. Οὗτος γαμεῖ Στερόπην τὴν Ἡλίου, Πασιφάης ἀδελφήν, καὶ γεννᾷ παῖδας δύο Λυκάονα καὶ Λεύκιππον. » Eadem Tzetz. ad Lyc. 886.

4.

Schol. Apoll. Rh. IV, 1661 : Εὐρύπυλος, Ποσειδῶνος υἱὸς καὶ Κελαινοῦς τοῦ Ἄτλαντος, βασιλεὺς δὲ Κυρήνης. Φύλαρχος δὲ ἐν ἑβδόμῳ Εὔρυτον αὐτὸν καλεῖ, καὶ ἀδελφὸν αὐτοῦ ἀναγράφει Λυκάονα. Ἀκέσανδρος δὲ ἐν πρώτῳ Περὶ Κυρήνης μετ' αὐτὸν βασιλεῦσαί φησι Λιβύης Κυρήνην τὴν Ὑψέως. Cf. Müller. *Min.* p. 348.

5.

Idem ib. II, 498 : Ἀκέστωρ (leg. videtur Ἀκέσανδρος) δὲ ἐν τοῖς Περὶ Κυρήνης ἱστορεῖ, ὡς ἐπ' Εὐρυπύλου βασιλεύοντος Λιβύης, ὑπὸ Ἀπόλλωνος διακομισθεὶη ἐς Λιβύην ἡ Κυρήνη· λέοντος δὲ τὴν χώραν λυμαινομένου, προθεῖη τὴν βασιλείαν ὁ Εὐρύπυλος ἆθλον τῷ ἀποκτενοῦντι τὸν λέοντα. Τὴν δὲ διαχρήσασθαι αὐτὸν, καὶ τὴν βασιλείαν λαβεῖν. Παῖδας δὲ αὐτῆς γενέσθαι Αὐτοῦχον καὶ Ἀρισταῖον. Num recte conjecerim pro Ἀκέστωρ reponendum esse Ἀκέσανδρος, tu videas. Cogitari etiam possit de Acestodoro vel

---

DE CYRENE.

1.

Dixi Acastum Peliam patrem funerantem poematum certamen instituisse, idque Sibyllam vicisse. Hic quum multi me reprehenderent, et narrationis tanquam incredibilis et absurdæ testem aliquem poscerent; commodum recordatus asserui Acesandrum in opere De Libya auctorem ejus esse. Sed hujus, aiebam, lectio non est omnibus in promptu : Polemonis autem Atheniensis etc.

2.

Pherecydes Naiade et Peneo, Acesander vero Phillyra Æsopi filia et Peneo Hypseum natum esse dicunt.

3.

Hunc Apollonius modo Eurypylum modo Tritonem appellat. Acesander vero Eurypylum fratrem esse Tritonis dicit; verba sunt : « Eurypylus Neptuni et Celænûs Atlante genitæ filius, fraterque Tritonis est. Is uxorem ducit Steropen, Solis filiam, Pasiphaes sororem, ex eaque duos procreat filios, Lycaonem et Leucippum. »

4.

Eurypylus, Neptuni f. et Celænûs Atlante natæ, rex Cyrenæ. Phylarchus libro septimo Eurytum appellat fratremque ejus Lycaonem scribit. Acesander vero libro primo De Cyrene ait post Eurypylum regnum Libyæ tenuisse Cyrenen filiam Hypsei.

5.

Acestor in libris De Cyrene narrat, Eurypylo in Libya regnante, Cyrenen ab Apolline in Libyam transportatam esse. Et quum terram leo infestaret, Eurypylum ei qui leonem interfecturus esset, regnum præmium proposuisse. Occidisse eum Cyrenen atque sic regnum accepisse. Filios ejus esse Autuchum et Aristæum.

Acestoride, qui Περὶ πολεων vel Τὰ κατὰ πόλιν μυθικὰ scripsit. Vid. tom. II, p. 464.

Pro *Autucho* ap. Justinum XIII, 6 corrupte legitur *Authocus*. V. Müller. *Min.* p. 347.

6.

Schol. Apollon. Rhod. IV, 1750 : Ὁ δὲ Εὔφημος ᾤχει μὲν τὴν Λακωνικὴν κατὰ τὸν αἰγιαλόν· εἷς δὲ τῶν ἀπογόνων αὐτοῦ Σήσαμος εἰς Θήραν ἀπῴκησε. Σησάμου δὲ ἦν ἀπόγονος Ἀριστοτέλης, ὅστις τῆς εἰς Κυρήνην ἀποικίας ἡγήσατο. Ἱστορεῖται δὲ ταῦτα παρὰ Πινδάρῳ (Τιμάνδρῳ Paris.) ἐν Πυθιονίκαις· ἐπιμελέστερον δὲ παρὰ Θεοχρήστῳ ἐν α' Λιβυκῶν, καὶ παρὰ Ἀκεσάνδρῳ ἐν Περὶ Κυρήνης.

7.

Schol. Pind. Pyth. IV, 1 : Ἡρόδοτος (IV, 155) μὲν οὖν φησιν ὅτι ἡ Πυθία τὸν πρῶτον Βάττον οὕτω προσηγόρευσεν Ἀριστοτέλην πρότερον λεγόμενον, τῇ Λιβύων φωνῇ· Λίβυες γὰρ Βάττους τοὺς βασιλέας λέγουσιν· οἱ δὲ ὅτι ἰσχνόφωνος ἦν καὶ περὶ τῆς φωνῆς πυνθανόμενος, ἡ Πυθία Βάττον προσηγόρευσεν, ἐπεὶ καὶ τὸ ἐπέχεσθαι τὴν γλῶτταν βατταρίζειν φαμέν.... Ὁ δ' Ἀκέσανδρος μὴ ἐκ γενετῆς αὐτόν φησιν ἰσχνόφωνον γεγενῆσθαι, ἀλλ' ἀπὸ ταὐτομάτου δεθῆναι τὴν γλῶτταν. Ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ ῥητορικὸς, φησὶ, καὶ συμβουλεύσασθαι δυνάμενος.

ACESTODORUS vel ACESTORIDES. Vide Cineæ fragm. 4, tom. II, p. 464.

(ACHÆUS.)

Schol. Pindar. Ol. VII, 42 : Ἐναντίως τῷ ποιητῇ τὰ περὶ τῆς μητρὸς Τληπολέμου ἱστορεῖ ὁ Πίνδαρος· Ὅμηρος μὲν γὰρ αὐτὴν Ἀστυόχην ἀποκαλῶν καὶ Ἄκτορος εἶναι θυγατέρα βούλεται, ἐν οἷς φησιν (Il. β', 658; cf. 513)· « ὃν τέκεν Ἀστυόχεια. » Ἔοικε δὲ ὁ Πίνδαρος ἐντετυχηκέναι τῷ Ἀχαιῷ ἱστοριογράφῳ. Ἐκεῖνος γὰρ οὕτω γενεαλογεῖ· Ὑπερόχου Εὐρύπυλος· οὗ Ὄρμενος· οὗ Φέρης· οὗ Ἀμύντωρ· οὗ Ἀστυδάμεια ἡ Τληπολέμου μήτηρ. Καὶ αὐτὸς (κατ' ἄλλους?) δὲ Ἀμύντωρ εἰς Δία τὸ γένος ἀνάγει. Ἔνιοι δὲ καὶ υἱὸν Ἀμύντορα τοῦ Διὸς εἶναι λέγουσιν.

Ad hæc Bœckius : « De Achæo historico, quem Beckius Pherecydis æqualem judicat, dubito magnopere. Voss. H. Gr. IV, p. 501, præter nostrum locum novit unum Schol. Arati Phæn., 171, ubi quanquam cum Pherecyde (fr. 46) et Hippia conjungitur, tamen tragicus Achæus accipi potest. Contra nostro loco vel articuli positus monstrare mihi videtur, excidisse nomen auctoris, v. c. Ἀκουσιλάῳ τῷ ἀρχαίῳ ἱστοριογράφῳ. Duobus locis Achæum historicum restituere tentavit Aug. Meinek. *Cur. crit.* p. 30, altero schol. Nicandr. Theriac. 613, ubi Schneiderus pro Ἀρχαίῳ nuper ex fide mpti *Alcæum* dedit; altero Harpocrationis, cui illum non obtrudemus, ubi Achæi historici auctoritatem fere nullam intellexerimus. Idem vero ibidem pro Ἀρχαίῳ ap. Artemidor. Onir. II, 25 rectissime Alcæus præstat. »

Acusilaus si intelligendus est, scribas ἐντετ. τῷ Ἀργείῳ ἱστορ. Sed malim ἐπιτυχηκέναι Ἑκαταίῳ ἱστ. Westermannus in not. ad Voss. Hist. Gr. conferri jubet C. Friebel. Græc. satyrogr. fragm. p. 21. De re cf. Müller. *Min.* p. 348.

ÆNEAS ἐν Σαμιακοῖς. V. Abantis fr. 1 not.

ADÆUS MYTILENÆUS. V. Polemonis fragm. p. 132.

ÆNESIDEMUS.

THNIAKA.

Schol. Apoll. Rhod. I, 1300, de Zete et Calai Boreadibus : Τούτους Ἡρακλῆς ἀνεῖλεν ὕστερον,

---

6.

Euphemus in Laconica habitabat ad oram maritimam. Unus vero ex posteris ejus Sesamus in Theram insulam emigravit. A Sesamo autem genus ducit Aristoteles, qui deducendæ in Cyrenen coloniæ præfuit. Narrantur hæc apud Pindarum in Pythionicis, et accuratius etiam apud Theochrestum libro primo Rerum Lybicarum, et apud Acesandrum primo De Cyrene.

7.

Secundum Herodotum Pythia Battum vocabulo Libyco usa sic appellavit, quum prius ille Aristoteles vocaretur. Etenim Libyes *battos* reges dicunt. Secundum alios Battus a Pythia nominatus est, quod vocem hæsitantem haberet, ac de linguæ medela oraculum consuleret; nam voce captum esse βατταρίζειν dicimus. Acesander vero cum non inde ab natalibus vocem hæsitantem habuisse, sed casu fortuito lingua captum esse tradit; nam vir, ait, oratorius erat et consilio valebat.

De matre Tlepolemi Pindarus a Homero dissentit. Nam Homerus eam Astyochen vocat et Actoris esse filiam vult quo loco dicit : « *Quem peperit Astyochia.* » Pindarus in Achæum (?) historicum incidisse videtur. Is enim generis seriem ita constituit : Hyperochi Eurypylus; hujus Ormenus; hujus Pheres; hujus Amyntor; hujus Astydamia Tlepolemi mater.

DE TENO INSULA.

Zeten et Calain Boreadas postea interfecit ad Tenum in

εἰρὼν περὶ Τῆνον τὴν νῆσον, ἡ παράκειται Δήλῳ, ἐπειδὴ Ἡρακλῆς ἐμνησικάκει τῷ Βορέᾳ... Αἰνησίδημος δὲ ἐν Τηνιακοῖς (sic cod. Par.; vulgo : Αἰνησίδαμος δὲ ἐν Ταινιακοῖς), ἐπειδὴ τὸν Ἡρακλέα ξενίσαντες ἐνήδρευσαν αὐτὸν, φονεῦσαι βουλόμενοι. Cf. Hygin. fab. 14, Poet. astr. 49, Senec. Med. 634. De Heraclidarum in Teno ins. tribu vide Müller. *Dor.* II, p. 77 sq. Alius Ænesidemus est Cnossius philosophus scepticus, qui Augusti ætate vixit. V. Exc. in Phot. Bibl. cod. 212; Cic. De orat. III, 17, De fin. II, 11; Sext. Empir. Adv. math. VIII, 8; Eusebius P. E. XIV, 18.

AETHLIUS SAMIUS.

Scripsit Aethlius dialecto ionica (fr. 4). Quare probabiliter antiquioribus historicis accensendus est. At quemadmodum ea quæ Hecatæi, Hellanici, Acusilai nominibus posteriore ætate circumferebantur, aut tota aut ex parte spuria et adulterata esse critici statuebant, sic etiam Aethlii ὧρους Athenæus (fr. 3) introducit verbis : εἰ γνήσια τὰ συγγράμματα.

ὙΩΡΟΙ ΣΑΜΙΩΝ.

1.

Clemens Alex. Protr. c. 4, p. 13 Sylb. : Ἐν Ἰκάρῳ τῆς Ἀρτέμιδος τὸ ἄγαλμα ξύλον ἦν οὐκ εἰργασμένον· καὶ τὸ τῆς Κιθαιρωνίας Ἥρας ἐν Θισπίᾳ πρέμνον ἐκκεκομμένον· καὶ τὸ τῆς Σαμίας Ἥρας, ὡς φησιν Ἀέθλιος, πρότερον μὲν ἦν σανὶς, ὕστερον δὲ ἐπὶ Προκλέους ἄρχοντος ἀνδριαντοειδὲς ἐγένετο. Arnobius VI, p. 196 (ed. Lugd. 1651) : *Pro Marte Romani hastam, Varronis ut indicant Musæ, atque, ut Aethlius* (olim *Ethedius*, quod em. Canterus) *memorat, ante usum disciplinamque fictorum, pluteum Samii pro Junone* (coluere). Cf. Callimachus ap. Euseb. P. E. III, 8. Müller. *Archæol.* § 66. Panofka De reb. Sam. p. 58.

E LIBRO QUINTO.

2.

Athenæus XIV, p. 653, F : Ὅτι δὲ ἐν ταῖς Ἀθήναις διηνεκεῖς ἦσαν αἱ ὀπῶραι πᾶσαι μαρτυρεῖ Ἀριστοφάνης ἐν Ὥραις. Τί οὖν παράδοξον ἱστορεῖν δοκεῖ Ἀέθλιος ὁ Σάμιος ἐν πέμπτῳ Σαμίων Ὥρων λέγων « Σῦκον καὶ σταφυλὴ καὶ ὁμομηλὶς καὶ μῆλα καὶ ῥόδα ὀλίγου τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐγένετο. »

Hæc ex Athenæo repetit Eustath. ad Odyss. η', 120. p. 1573. De re vide Panofka *De reb. Sam.* p. 6 sq.

3.

Idem XIV, p. 650 D : Αἱ δ' ἁμαμηλίδες οὐκ εἰσὶν ἄπιοι, ὥς τινες οἴονται, ἀλλ' ἕτερόν τι καὶ ἥδιον καὶ ἀπύρηνον. Ἀριστομένης ἐν Διονύσῳ φησίν·

Ὁ Χῖος οὐκ οἶσθ' ὡς ἁμαμηλίδας ποιεῖ;

Ὅτι δ' ἐστὶν ἕτερον τῆς ἀπίου καὶ ἥδιον Αἰσχυλίδης παρίστησιν ἐν τρίτῳ Γεωργικῶν. Περὶ Κέω γοῦν τῆς νήσου λέγων γράφει οὕτως· « Ἀπίους ἡ νῆσος φέρει κρατίστας, κατὰ τὰς ἐν Ἰωνίᾳ καλουμένας ἁμαμηλίδας· εἰσὶ γὰρ ἀπύρηνοί τε καὶ ἡδεῖαι καὶ γλυκεῖαι. » Ἀέθλιος δ' ἐν πέμπτῳ Ὡρῶν Σαμίων, εἰ γνήσια τὰ συγγράμματα, ὁμομηλίδας αὐτὰς καλεῖ. Πάμφιλος δ' ἐν τοῖς Περὶ γλωσσῶν καὶ ὀνομάτων· « Ἐπιμηλὶς (φησὶν) ἀπίου γένος. »

4.

Etym. M. p. 601, 25 : νένωται... ὁ Ἄθλιος (scr. Ἀέθλιος) ἐν τοῖς Σαμίων Ὥροις (vgo. ὅροις)· « Ἀλλὰ λέξασθαι νένωνται. »

Ex Aethlio vel alio Samiorum Annalium scriptore

sulam reperiens, quæ non longe a Delo distat. Etenim Hercules injuriam a Borea illatam eo modo ultus est. Ænesidemus vero in Teni insulæ historia propterea interfectos dicit, quod Herculem hospitio ab ipsis exceptum interficere ex insidiis tentarint.

SAMIORUM ANNALES.

1.

Samiæ Junonis simulacrum, Aethlio teste, prius trabs lignea erat, postea autem sub Procle archonte statuæ similitudinem accepit.

2.

Athenis perpetuo omne genus autumnalium fructuum præsto fuisse, testis est Aristophanes in Horis. Quid igitur præter opinionem tradere videatur Aethlius Samius, quinto Annalium Samiorum dicens : « Ficus et uva et honomelis et mala et rosæ bis quotannis gignebantur. »

3.

Hamamelides non sunt eædem cum piris, ut putant nonnulli; sed diversum quiddam, et suavius, et absque nucleis. Aristomenes in Baccho ait :

Chium an nescis Hamamelidas facere?

Esse autem diversum fructum a piro, et suaviorem, Æschylides docet tertio libro Georgicorum; ubi de Ceo loquens ita scribit : « Fert ea insula pira præstantissima; quæ cum *hamamelidibus*, quas vocant in Ionia, conferri possint : nucleo enim carent, et suavia sunt atque dulcia. » Aethlius vero quinto libro Annalium Samiorum, si genuini illi libri sunt, *homomelidas* easdem vocat. Pamphilus vero, in libris De glossis et nominibus : « *Epimelis*, ait, piri genus. »

4.

Aethlius in Samiorum Annalibus : « Ἀλλὰ λέξασθαι νένωνται. *Sed colligere* (vel *cubitum ire*) *statuerunt.* »

fluxerint quæ affert Lactantius Instit. I, 6 : « Sextam (Sibyllam Varro recenset) Samiam de qua scripsit Eratosthenes in antiquis annalibus Samiorum reperisse se scriptum. » Cf. Suidas v. Σίβυλλαι· Ἕκτη, Σαμία, ἡ κυρίῳ ὀνόματι καλουμένη Φυτώ· περὶ ἧς ἔγραψεν Ἐρατοσθένης. Cf. Bernhardy. Fragm. Eratosth. p. 86.

AGACLYTUS.

ΠΕΡΙ ΟΛΥΜΠΙΑΣ.

Photius : Κυψελιδῶν ἀνάθημα ἐν Ὀλυμπίᾳ· Πλάτων ἐν Φαίδρῳ (p. 236 B). Παρὰ τὸ Κυψελιδῶν ἀνάθημα σφυρήλατος ἐν Ὀλυμπίᾳ ἑστάθη κολοσσός, ἀλλ' οὐ τῶν Κυψελιδῶν. Κυψέλου δέ φασι τὸ ἀνάθημα, ὡς Ἀγάκλυτος ἐν τῷ Περὶ Ὀλυμπίας φησὶν οὕτως· « Ναὸς τῆς Ἥρας παλαιὸς, ἀνάθημα Σκιλλουντίων· οὗτοι δὲ εἰσὶν Ἠλείων. Ἔνεστιν δὲ ἐν αὐτῷ χρυσοῦς κολοσσὸς, ἀνάθημα Κυψέλου τοῦ Κορινθίου· φασὶ γὰρ τὸν Κύψελον εὐξάμενον, εἰ Κορινθίων τυραννεύσειε, τὰς οὐσίας πάντων εἰς δέκατον ἔτος ἀνιερώσειν, τὰς δεκάτας τῶν τιμημάτων εἰσπραξάμενον κατασκευάσαι τὸν σφυρήλατον κολοσσόν. » Δίδυμος δὲ κατασκευάσαι τὸν κολοσσόν φησι Περίανδρον, ὑπὲρ τοῦ τῆς τρυφῆς καὶ τοῦ θράσους ἐπισχεῖν τοὺς Κορινθίους· καὶ γὰρ Θεόφραστος ἐν τῷ Περὶ καιρῶν β' λέγει οὕτως· « Ἕτεροι δὲ εἰς ἀνδρωδέστερα καταδαπανῶντες, οἷον στρατείας ἐξάγοντες καὶ πολέμους ἐπαναιρούμενοι, καθάπερ καὶ Διονύσιος ὁ τύραννος· ἐκεῖνος γὰρ οὐ μόνον ᾤετο δεῖν τὰ τῶν ἄλλων καταναλίσκειν, ἀλλὰ καὶ τὰ αὑτοῦ, πρὸς τὸ μὴ ὑπάρχειν ἐφόδια τοῖς ἐπιβουλεύουσιν· ἐοίκασι δὲ καὶ αἱ πυραμίδες ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ὁ τῶν Κυψελιδῶν κολοσσὸς καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα τὴν αὐτὴν καὶ παραπλησίαν ἔχειν διάνοιαν. » Φέρεται δέ τι καὶ ἐπίγραμμα τοῦ κολοσσοῦ·

Εἰμὶ (Αὐτὸς Suid.) ἐγὼ χρυσοῦς σφυρήλατός εἰμι κολοσσός·
ἐξώλης εἴη Κυψελιδῶν γενεά.

Ὅπερ Ἀπελλᾶς ὁ Ποντικὸς οὕτω προφέρεται·

Νάξιός εἰμι ἐγώ, παγχρύσεός εἰμι κολοσσός·
ἐξώλης εἴη Κυψελιδῶν γενεά.

Eadem Suidas, ubi libri perperam ὡς Ἀγαχλυτὸς ἐν τῇ π' Ὀλυμπιάδι. Pro ὡς Bernhardy mavult καί. — τὸν Κυψ. εὐξάμενον κτλ.] « Aliter rem narrat Aristot. OEcon. II init. Vide Menag. ad Diog. L. I, 96. » *Bernhardy*. — Νάξιός εἰμι ἐγὼ] εἰμὶ ἐγὼ N. Suidas et Phot., quod corr. vv. dd. — Agaclytus quidam, M. Aurelii libertus, commemoratur apud Julium Capitolinum in Vero c. 10, p. 238 ed. Schrevel.

AGATHOCLES CYZICENUS VEL BABYLONIUS. (*)

ΠΕΡΙ ΚΥΖΙΚΟΥ.

E LIBRO PRIMO

1.

Stephan. Byz. : Βέσβικος, νησίδιον περὶ Κύζικον... Ἀγαθοκλῆς δὲ ἐν πρώτῃ Περὶ Κυζίκου φησὶν ὅτι

(*) Fortasse Agathocles Cyzicenus est grammaticus, Zenodoti alumnus, Hellanici gr. magister (v. Suid. Πτολεμαῖος Ἐπιθέτης), quem laudat Eustath. ad Odyss. ε', 68, p. 1524, 27, coll. p. 994, 41, schol. ad Il. α', 591 ; σ', 239. Memorantur præter Agathoclem Cyzicenum : 1. Agathocles Samius ἐν τῇ Πεσσινουντίων πολιτείᾳ apud Plutarch. De fluv. c. 9 (vide fragm. Timolai). — 2. *Agathocles Milesius*, Περὶ ποταμῶν. Plut. De fluv. c. 18, 3 — 3. *A. Chius*, rei rusticæ scriptor, ap. Varro R. R. I, 1 ; Colum. I, 1 ; Plinius Ind. lib. IV. V. VI. VIII. X. XIV. XV. XVII. XVIII, et XXII, 12. — 4. *A. Atrarius*, Ἁλιευτικῶν auctor. Suidas v. Κικλίος. — 5. *A.* ἐν τῷ Περὶ διαίτης. Schol. Nic. Ther. 622. — 6. *A.* Agathocleæ frater, amasius Ptolemæi Philopat., minister Ptolem. Epiphanis, scripsit de ejus tragœdia Adonide. Schol. Thesm. 1059.

DE OLYMPIA.

Cypselidarum donarium. Meminit Plato in Phædro. Juxta Cypselidarum donarium Olympiæ stabat colossus malleo fabricatus, non ille a Cypselidis dedicatus. Alii vero donarium eum Cypselidarum fuisse aiunt, ut Agaclytus in libro de Olympia : « Antiquum Junonis templum, a Scilluntiis, colonis Eleorum, dedicatum. Ibi colossus est aureus donarium Cypseli Corinthii. Tradunt enim Cypselum vovisse, si Corinthi regnum adeptus fuisset, omnium bona post decennium se consecraturum esse ; eumque exactis omnium bonorum decimis colossum malleo ductum fabricandum curasse. » Didymus vero tradit colossum a Periandro factum esse, ut Corinthiorum luxui et audaciæ modum poneret. Sic enim Theophrastus libro secundo De temporibus : « Alii vero pecuniam in res magis viriles impendunt, ut qui exercitus educunt et bella suscipiunt : quemadmodum etiam Dionysius tyrannus fecit. Is enim non solum alienas sed etiam suas opes consumendas esse putabat, ne alios ad insidias sibi struendas incitaret. Licet autem colligi tam Pyramides in Ægypto quam Cypselidarum colossum et omnia hujusmodi opera eodem consilio confecta fuisse. » Fertur etiam epigramma quoddam in colosso hoc :

Ipse ego colossus sum aureus et malleo ductus :
utinam funditus pereat Cypselidarum genus.

Apellas autem Ponticus epigramma hoc ita profert :

Naxius sum ego et totus ex aureo fabricatus coloseus :
utinam funditus pereat Cypselidarum genus.

DE CYZICO.

1.

Agathocles in primo De Cyzico libro Besbicum insulam ait opus esse Proserpinæ, atque nomen habere a gigante

κτίσμα ἐστὶ Φερσεφόνης, καὶ ὄνομα ἔχει γίγαντος (?). Οἱ γὰρ γίγαντες ἀπορρήξαντες αἰγιαλοὺς ἑκύλιον διὰ τῆς θαλάσσης, ἐγχῶσαι τὰς ἐκβολὰς τοῦ Ῥυνδακοῦ ζητοῦντες. Ἡ δὲ Κόρη ἀγωνιῶσα περὶ Κυζίκου, τὰς πέτρας ἐρρίζωσε, καὶ νῆσον ἐποίησεν, ἥτις ἀφ' ἑνὸς τῶν ὕστερον οἰκισάντων Πελασγῶν προσηγόρευται Βέσβικος, ἀφ' ἧ τοὺς λειπομένους τῶν Γιγάντων ἠφάνισε σὺν Ἡρακλεῖ. Τὸ ἐθνικὸν Βεσβικηνός. Cf. Marquardt. *Cyzicus* p. 45; Müller. *Min.* p. 445, 7; et similem fabulam in Deiochi fr. 5, tom. II, p. 18.

2.

Athenæus IX, p. 375, F : Περὶ δὲ ὑῶν, ὅτι ἱερόν ἐστι τὸ ζῷον παρὰ Κρησὶν, Ἀγαθοκλῆς ὁ Βαβυλώνιος ἐν πρώτῳ Περὶ Κυζίκου φησὶν οὕτως· « Μυθεύουσιν ἐν Κρήτῃ γενέσθαι τὴν Διὸς τέκνωσιν ἐπὶ τῆς Δίκτης, ἐν ᾗ καὶ ἀπόρρητος γίνεται θυσία. Λέγεται γὰρ ὡς ἄρα Διὶ θηλὴν ὑπέσχεν ὗς, καὶ τῷ σφετέρῳ γρυσμῷ περιοιχνεῦσα τὸν κνυζηθμὸν τοῦ βρέφους, ἀνεπαίστον τοῖς παριοῦσιν ἐτίθει. Διὸ πάντες τὸ ζῷον τοῦτο περίσεπτον ἡγοῦνται, καὶ οὐ (φησὶ) τῶν χρεῶν ἐδαίσαντο. Ἱραίσιοι δὲ καὶ ἱερὰ ῥέζουσιν ὑΐ, καὶ αὕτη προτελὴς αὐτοῖς ἡ θυσία νενόμισται. » Τὰ παραπλήσια ἱστορεῖ καὶ Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς ἐν δευτέρῳ Περὶ τελετῆς. Cf. Lobeck. Aglaoph. p. 151. Movers. *Relig. d. Phœniz.* p. 218 sq.

3.

Etym. M. p. 276, 47 : Δίκτη, ὄρος τῆς Κρήτης, εἴρηται παρὰ τὸ τέκω, τίκτω, τίκτα τις οὖσα, ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ τεχθῆναι τὸν Δία. Ἀγαθοκλῆς δὲ θηλυκὸν ὄνομα εἶναι τὸ Δίκταιον ὄρος (φησί).

4.

Athenæus I, p. 30, A : Κῦρος δὲ ὁ μέγας Πυθάρχῳ τῷ Κυζικηνῷ, φίλῳ ὄντι, ἐχαρίσατο ἑπτὰ πόλεις, ὥς φησιν ὁ Βαβυλώνιος Ἀγαθοκλῆς, Πήδασον, Ὀλύμπιον, Ἀκαμάντιον, [Τίον,] Σκῆπτρα, Ἀρτύψον, Τορτύρην. Ὁ δ' εἰς ὕβριν, φασὶ (φησί?), καὶ ἄνοιαν προελθὼν, τυραννεῖν ἐπεχείρησε τῆς πατρίδος, στρατιὰν συναγαγών. Καὶ οἱ Κυζικηνοὶ ἐξορμήσαντες ἐπ' αὐτὸν ἐβοηδρόμουν, πρόχρωσσοι φερόμενοι ἐπὶ τὸν κίνδυνον.

Hinc sua Eustath. ad Il. p. 903, 29. Ἀκαμάντιον pro vg. Καμάντιον (v. Steph. B. v. Ἀκαμάντιον) dedit, deinde Τίον supplevit Casaubonus. Ceterum vid. Marquardt. l. l. p. 57.

E LIBRO TERTIO.

5.

Idem XII, p. 515, A : Ἀγαθοκλῆς δ' ἐν τρίτῳ Περὶ Κυζίκου ἐν Πέρσαις φησὶν εἶναι καὶ χρυσοῦν καλούμενον ὕδωρ. Εἶναι δὲ τοῦτο λιβάδας ἑβδομήκοντα, καὶ μηδένα πίνειν ἀπ' αὐτοῦ ἢ μόνον βασιλέα καὶ τὸν πρεσβύτατον αὐτοῦ τῶν παίδων· τῶν δ' ἄλλων ἐάν τις πίῃ, θάνατος ἡ ζημία. V. Brissonius De princ. Pers. I, 83.

6.

Idem XIV, p. 649, F : Ἐρῶ δὲ πρότερον περὶ τῶν παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι καλουμένων κοννάρων καὶ παλιούρων. Μνημονεύει δὲ αὐτῶν Ἀγαθοκλῆς ὁ Κυζικηνὸς, ἐν τρίτῃ τῶν Περὶ τῆς πατρίδος, λέγων οὕτως· « Κεραυνοῦ δὲ σκήψαντος εἰς τὸν τάφον, ἀνεβλάστησεν ἐκ τοῦ σήματος δενδρίον, ὃ ἐκεῖνοι κόνναρον

(*a Besbico Pelasgo*). Nimirum Gigantes saxa litoris abrupta per mare volventes ostia Rhyndaci obstruere moliebantur. Proserpina vero de Cyzico anxia petras illas in mari stabilivit atque sic insulam fecit, quæ ab uno ex Pelasgis qui postea incolis eam frequentarunt Besbicus appellata est. Is Gigantes quot eorum ibi reliqui erant, cum Hercule delevit.

2.

Suem apud Cretenses sacrum esse animal, Agathocles Babylonius primo libro De Cyzico tradit his verbis : « Fabulantur, inquit, in lucem editum esse Jovem in Creta in Dicta monte, in quo etiam sacrum peragitur arcanum. Narrant enim ubera Jovi præbuisse suem, et circumcursantem effecisse grunnitu suo, ut, qui accessissent, vagitum infantis non exaudirent. Quam ob causam religiose colendum hoc animal censent; et nulla conditione, inquit, de ejus carne comederint. Præsii vero etiam sacra faciunt sui : et hæc præcidanea apud illos hostia habetur. »

3.

Dicte, mons Cretæ, nomen habet a verbo τίκω, *pario*, quum τίκτα quasi sive *parens* sit; nam Juppiter in eo monte natus est. Atque animadvertit Agathocles nomen Dictæ femininum esse.

4.

Cyrus, magnus ille, Pytharcho Cyziceno, qui ei amicus erat, septem urbes dono dedit, ut Agathocles refert Babylonius, Pedasum, Olympium, Acamantium, Tium, Sceptra, Artypsum, Tortyren. Quibus opibus insolescens ille et ad vesaniam usque progressus, patriæ tyrannidem affectasse dicitur, coactis adversus eam copiis. At Cyziceni adversus eum egressi, valido continuoque impetu facto, sibi ipsi saluti fuerunt.

5.

Agathocles tertio libro De Cyzico ait esse in Persarum terra etiam *auream aquam* quam appellant : esse autem septuaginta scaturigines, neminemque de illa aqua bibere, nisi unum regem et filium ejus natu maximum. Alius quisquis fuerit, qui de illa biberit, capite plectitur.

6.

Prius dicam de *connaris* et *paliuris* quæ apud Alexandrinos vocantur. Meminit autem eorum Agathocles Cyzicenus tertio libro Rerum Patriarum, ubi ita scribit : « Postquam de cœlo tactum est sepulcrum, enata est ex monumento arbuscula, quam *connaron* illi (Ægyptii) nominant. Est autem arbuscula magnitudine ulmi aut piceæ, nihilo minor. Ramos autem habet crebros et longos ac

ἐπονομάζουσιν. Ἔστι δὲ τὸ ἐνδρίον τῷ μεγέθει μὲν πτελέης καὶ πεύκης οὐδέν τι μεῖον. Ἀκρέμονας δ' ἔχει θαμέας καὶ δολιχοὺς καὶ ἐπ' ὀλίγον ἀκανθώδεας, τὸ δὲ φύλλον τέρεν καὶ χλωρὸν, τῇ φυῇ περιφερές. Καρποφορεῖ δὲ δὶς τοῦ ἔτεος, ἦρός τε καὶ φθινοπώρου. Γλυκὺς δὲ πάνυ ὁ καρπὸς, μέγεθος κατὰ φαυλίην ἐλαίην, καὶ τὴν σάρκα καὶ τὸ ὀστέον ταύτῃ προσεικελον, διαλλάσσον δὲ τῇ τοῦ χυμοῦ ἡδονῇ. Καὶ τρώγεται ἔτι χλωρὸς ὁ καρπός· καὶ ἐπὴν αὐανθῇ, ποιοῦσιν ἐξ αὐτοῦ ἄλευρα, καὶ πατέονται ταῦτα, οὐ μάξαντες, οὐδ' ὕδατι δεύοντες, ἀλλὰ φαύλως ὁκοῖά περ πέφυκεν. »

E LIBRO INCERTO.

7.

Schol. ad Hesiod. Th. 485 : Ἀγαθοκλῆς δὲ ὁ Βαβυλώνιός φησι τὴν Ῥέαν ἐκ Προικοννήσου δέξασθαι τὸν λίθον, sc. quem Saturno devorandum dedit. De celeberrimo marmore, quo Proconnesus ins. (nunc *Marmora*) abundat, adi Marquardt. l. l. p. 34 sq.

8.

Festus p. 269 ed. Müller. : *Agathocles, Cyzicenarum rerum conscriptor, ait, vaticinio Heleni impulsum Æneam Italiam petivisse portantem suam secum neptem Ascani filiam nomine Rhomam, eamque, ut Italia sint Phryges potiti et his* [*iis* Ursin.] *regionibus maxime, quæ nunc sunt vicinæ urbi, prima* [*primam* Ursin.; *primæ* Grauert.] *omnium consecrasse in Palutio Fidei templum, in quo monte postea quum conderetur urbs, visam esse justam vocabuli Romæ causam, eam, quæ priore, unde ea* [*quæ prior eundem* corr. Scalig.] *locum dedicavisset Fidei. Ait quidem Agathocles complures esse auctores, qui dicunt Æneam sepultum in urbe Berecynthia proxime flumen Nolon, atque ex ejus progenie quendam nomine Rhomum venisse in Italiam, et urbem Romam nominatam condidisse.*

Post verba *vocabuli Romæ* in codice legitur *nom;* unde *nominis* eruit Ursinus; Müllero hoc delendum videtur. — *Nolon*] fluvius ignotus; Berecynti castellum juxta Sangarium memorat Servius in Virg. Æn. VI, 785, Vibius Seq. De flum. c. 18. Cf. Steph. Byz. v. Βερέκυντος; Niebuhr. H. R. I, p. 187.

Solin. Polyh. c. 1 : *Agathocles scribit Romen non captivam fuisse, ut supra dictum est, sed ab Ascanio natam, Æneæ neptem, appellationis istius causam fuisse.* Ceterum locum Festi ex opere de rebus Cyzicenorum petitum esse, ex verbis *Cyzicenorum hist. scriptor,* et ex Berecyntiæ urbis mentione colligitur.

ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ.

9.

E LIBRO SEPTIMO.

Schol. Apoll. Rh. IV, 761 : Ἀγαθοκλῆς ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι περὶ τῶν χαλκείων τοῦ Ἡφαίστου ἱστορῶν, φησὶ κατὰ Σικελίαν δύο εἶναι νήσους, ὧν ἡ μὲν καλεῖται Ἱέρα, ἡ δὲ Στρογγύλη· αἴτινες ἡμέρας καὶ νυκτὸς πῦρ ἀφιᾶσιν. [Ὁ δὲ αὐτός φησιν ἐν ἑβδόμῳ· « Ἐν Σικελίᾳ νῆσοί ὑπάρχουσι. Τούτων δύο πῦρ ἀφιᾶσι.] Καλεῖται δὲ ἡ μὲν Αἰόλου, ἡ δὲ Ἡφαίστου, ἐν ᾗ πυρὸς ποταμούς φασιν ἀνιέναι. » Uncis inclusa codex Parisinus omittit. Agathocles recensetur etiam inter auctores, ex quibus H. N. libros V et VI Plinius concinnavit.

10.

Cicero De div. I, 24 : *Apud Agathoclem scriptum in historia est Hamilcarem Carthaginiensem, quum oppugnaret Syracusas, visum esse audire vocem se postridie cœnaturum Syracusis : quum autem is dies illuxisset, magnam seditionem in castris ejus inter Pœnos et Siculos milites esse factam : quod quum sensissent Syracusani, improviso eos in castra irrupisse, Hamilcaremque ab iis vivum esse sublatum. Ita res somnium comprobavit.* Cf. Diodor. XX, 29,3 et 30,2 (Ol. 117, 4. 309). Ex Cicerone sua habet Valerius Maximus I, 7, 8.

---

nonnihil spinosos; folium vero tenerum et ex viridi pallidum, figura rotundum. Fructum fert autem bis quotannis, vere et autumno. Estque dulcis fructus, magnitudine fere phauliæ olivæ, et carne et nucleo huic similis, sed saporis suavitate præstantior. Comeditur autem fructus recens adhuc, et postquam siccatus est, massas ex eo faciunt, quas comedunt, non subactas aut aqua humectatas, sed nude ac crude quales sunt. »

7.

Agathocles Babylonius Rheam ex Proconneso insula lapidem quem Saturno devorandum dedit, accepisse tradit.

COMMENTARII.

9.

Agathocles in Commentariis de Vulcani officinis exponens ad Siciliam duas ait esse insulas, quarum altera Hiera, altera Strongyle vocetur, easque diu noctuque ignem vomere. Idem dicit in septimo : « Prope Siciliam insulæ sunt, ex quibus duæ ignem vomunt. Altera Æoli, altera vocatur Vulcani, in qua ignis fluvios dicunt sursum emitti. »

AGATHON SAMIUS.

ΣΚΥΘΙΚΑ.

E LIBRO SECUNDO.

1.

Plutarch. De fluv. c. 14,5 : Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ (Τανάϊδι) βοτάνη, τῇ διαλέκτῳ τῶν βαρβάρων Φρύξα καλουμένη, ὅπερ μιθριμηνευόμενόν ἐστι μισοπόνηρος· πηγάνῳ δέ ἐστι παρόμοιος, ἣν οἱ πρόγονοι κρατοῦντες, οὐδὲν ὑπὸ μητρυιῶν ἀδικοῦνται· μάλιστα δὲ φύεται παρὰ Βορέου προσαγορευόμενον ἄντρον. Συλλεγομένη δέ ἐστι ψυχροτέρα χιόνος· ὅταν δέ τινι ἐκ μητρυιᾶς ἐπιβουλὴ γένηται, φλόγας ἀναδίδωσι· καὶ τοῦτο σύσσημον ἔχοντες οἱ φοβούμενοι τὰς ἐπιγεγαμημένας, ἐκκλίνουσι τῶν ἐπικειμένων φόβων τὰς ἀνάγκας· καθὼς ἱστορεῖ Ἀγάθων ὁ Σάμιος ἐν β' Σκυθικῶν.

[ΑΙΓΥΠΤΙΑΚΑ?]

2.

Plutarchus Par. min. c. 38 : Βούσιρις, παῖς Ποσειδῶνος καὶ Ἀνίππης τῆς Νείλου, τοὺς παριόντας ὑπούλῳ φιλοξενίᾳ κατέθυε· μετῆλθε δ' αὐτὸν ἡ τῶν τετελευτηκότων νέμεσις· Ἡρακλῆς γὰρ ἐπιτεθεὶς τῷ βοπάλῳ διεχρήσατο· ὡς Ἀγάθων Σάμιος.

ΠΟΝΤΟΥ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

3.

Schol. Paris. Apollon. Rhod. II, 1015 : Ἱερὸν δέ ἐστιν ὄνομα ὄρους. Καθήκει δὲ τὸ ὄρος εἰς τὸν Εὔξεινον Πόντον. Μέμνηται αὐτοῦ Κτησίας, καὶ Σουΐδας ἐν β' περὶ τοὺς λεγομένους Μάκρωνας· ἀκριβέστερον δὲ Ἀγάθων ἐν τῷ τοῦ Πόντου περίπλῳ, ὃς καὶ ἀπέχειν αὐτό φησι σταδίους ἑκατὸν τῆς Τραπεζοῦντος. Samium auctorem intelligo, si recte se nomen habet; sin minus, scripserim Ἄνδρων (v. Andron. fr. 10).

ΠΕΡΙ ΠΟΤΑΜΩΝ.

4.

E LIBRO SECUNDO.

Plutarch. De fluv. 18 : Ἴναχος ποταμός ἐστι τῆς Ἀργείας χώρας· ἐκαλεῖτο δὲ τὸ πρότερον Καρμάνωρ. Ἁλιάκμων δὲ, τῷ γένει Τιρύνθιος, ἐν τῷ Κακκυγίῳ ποιμαίνων ὄρει, καὶ κατ' ἄγνοιαν τῇ Ῥέᾳ συγγινόμενον τὸν Δία θεασάμενος, ἐμμανὴς ἐγένετο, καὶ μεθ' ὁρμῆς ἐνεχθεὶς, ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν Καρμάνορα· ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἁλιάκμων μετωνομάσθη· προσηγορεύθη δ' Ἴναχος δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἴναχος, Ὠκεανοῦ παῖς, φθαρείσης τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ Ἰοῦς ὑπὸ Διὸς, τὸν θεὸν βλασφήμοις λοιδορίαις ἐπέπληττε, κατόπιν ἀκολουθῶν· ὁ δ' ἀναξιοπαθήσας ἔπεμψεν αὐτῷ Τισιφόνην, μίαν τῶν Ἐριννύων· ἀφ' ἧς ἐξοιστρηλατούμενος ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν Ἁλιάκμονα, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἴναχος μετωνομάσθη. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ βοτάνη, Κύουρα καλουμένη, πηγάνῳ προσόμοιος· ἣν αἱ γυναῖκες, ὅταν ἀκινδύνως ἐκτρῶσαι θελήσωσιν, ἐν οἴνῳ βεβρεγμένην τοῖς ὀμφαλοῖς ἐπιτιθέασιν. (Eadem, laudato Agathone, Stobæus Flor. 100, 10.)

SCYTHICA.

1.

Provenit in Tanai herba quæ a barbaris *phryxa* vocatur, id est, si velis illud vocabulum interpretari, malos odio prosequens. Rutæ similis est, et si a privignis possideatur, nequaquam eis novercæ officere possunt. Maxime vero provenit in antro, quod vocant Boreæ, collectaque nive frigidior est; at quum cuidam parantur insidiæ a noverca, flammas edit; quod indicium qui superinductas uxores timent, habentes, imminentis timoris necessitatem evitant, ut testatur Agathon Samius secundo Rerum Scythicarum.

(ÆGYPTIACA.)

2.

Busiris Neptuni et Anippæ Nilo genitæ filius prætereuntes simulata hospitalitate exceptos mactabat. Sed in eum mactatorum ultio vindicavit. Hercules enim insidias sentiens clava eum interfecit. Ex Agathone Samio.

PONTI PERIPLUS.

3.

Hierum (*Sacrum*) est nomen montis, qui in Pontum Euxinum excurrit. Meminit ejus Ctesias et Suidas in secundo, circa Macronum regionem esse aiens; accuratius vero Agathon in Ponti Periplo, qui præter alia etiam stadiis centum eum a Trapezunte distare dicit.

DE FLUVIIS.

4.

Inachus Argivæ regionis fluvius est, Carmanor antea dictus, deinde Haliacmon, hac de causa. Haliacmon, Tirynthius genere, quum in Coccygio monte pasceret, et per inscitiam Jovem cum Rhea rem habentem vidisset, furiosus evasit, et cum impetu delatus se ipsum in fluvium Carmanora præcipitavit, qui ab eo Haliacmon vocatus est. Inachus autem dictus tandem est ob hanc causam. Inachus, Oceani f., vitiata a Jove filia sua Io, deum injuriis et contumeliis increpabat a tergo sequens, quum, non potis talia pati Juppiter, Tisiphonen, Furiarum unam, ad ipsum misit, a qua stimulatus se conjecit in fluvium Haliacmona, quem ab eo postea vocavere Inachum. Nascitur in ipso herba,

Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ καὶ λίθος, Βηρύλλῳ παρόμοιος· ὃν ἐὰν κρατήσωσιν οἱ ψευδομαρτυρεῖν ἐθέλοντες, μέλας γίνεται. Κεῖνται δὲ πολλοὶ ἐν τῷ τεμένει τῆς Προσυμναίας Ἥρας, καθὼς ἱστορεῖ Τιμόθεος ἐν τοῖς Ἀργολικοῖς· μέμνηται δὲ τούτων καὶ Ἀγάθων ὁ Σάμιος ἐν β' Περὶ ποταμῶν.

AGATHONYMUS.

Agathonymus, qui tanquam Περσίδος auctor a Pseudo-Plutarcho laudatur, non historicis qui de Persiæ rebus exposuerunt (uti Vossio visum), sed poetis, qui ἐν Περσηΐδι Persei fabulam tractarunt, annumerandus esse mihi videtur. Locus Plutarchi legitur in libro De fluv. 19, 10 : Ὄρος δὲ Κοκκύγιον διωνομάσθη δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ζεὺς, Ἥρας τῆς ἀδελφῆς ἐρασθείς, καὶ δυσωπούμενος τὴν ἀγαπωμένην, ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς ἄρρενα· τὸ γ' οὖν καλούμενον ὄρος Λυκήϊον, ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος Κοκκύγιον ὠνομάσθη· καθὼς ἱστορεῖ Ἀγαθώνυμος ἐν Περσίδι. (Περσηΐδι?)

Agathonymi nomen in *Aristonymi* abiisse c. 24, 1 censet Reinesius. Διόνυσος, Plutarchus ait, ἐρασθεὶς Ἀλφεσιβοίας νύμφης καὶ μήτε δώροις μήτε δεήσεσι πεῖσαι δυνάμενος, εἰς τὴν προειρημένην Τίγριν μετέβαλε τὴν μορφὴν τοῦ σώματος· καὶ φόβῳ πείσας τὴν ἀγαπωμένην, ἀνέλαβεν αὐτήν· καὶ διὰ τοῦ ποταμοῦ κομίσας, ἐγέννησεν υἱὸν Μῆδον· ὃς ἀκμάσας εἰς τιμὴν τοῦ συγκυρήματος, τὸν ποταμὸν Τίγριν μετωνόμασε· καθὼς ἱστορεῖ Ἀριστώνυμος ἐν γ'. Quæ quidem historia in poemate De rebus Persei facile locum obtinere potuit. Nescio an cum Agathonymo nostro componendus sit *Agathyllus*, Arcas poeta, qui *Arcadica* tractavit, teste Dionysio Halicarn. A. R. I, p. 123 et 180 ed. R., coll. Syncello p. 192, ubi pro Ἀγάθυλλος libri exhibent Ἀγάθυμος. — De Aristonymo poeta comico v. Athenæus p. 87, A, et 284, F; 287, C. Anonym. in Vita Aristophanis; Suidas v. Ἀριστώνυμος (diversa confundens); Meinek. Hist. crit. com. p. 196 sqq. Ex Aristonymi nescio cujus Τωμαρίοις locos communes affert Stobæus in Florileg. passim. Cf. S. Maximus II, p. 571, 659, 684, 719; Anton. Melissa I, c. 71. Mitto quæ ex Aristonymo citant Hesychius, Etym. M. et Bekkeri Anecd.

AGESILAUS.

ITALIKA.

E LIBRO TERTIO.

Plutarch. Par. m. c. 29 : Φουλούιος Στέλλος μισῶν γυναῖκας, ἵππῳ συνεμίσγετο· ἡ δὲ κατὰ χρόνον ἔτεκε κόρην εὔμορφον, καὶ ὠνόμασεν Ἔπονάν· ἔστι δὲ θεὸς πρόνοιαν ποιουμένη ἵππων· ὡς Ἀγησίλαος ἐν τρίτῳ Ἰταλικῶν.

Agesilaus qui laudatur in libris Macrobii (Sat. V, 18) esse debet *Acusilaus* (fr. 11 *a*, tom. I, p. 101).

AGIAS (ARGIVUS).

ΑΡΓΟΛΙΚΑ.

1.

Athenæus III, p. 86, F : Ἀγίας δὲ καὶ Δερκύλος ἐν Αργολικοῖς τοὺς στραβήλους ἀστραβήλους ὀνομάζουσι, μνημονεύοντες αὐτῶν ὡς ἐπιτηδείων ὄντων εἰς τὸ σαλπίζειν.

2.

E LIBRO TERTIO.

Clemens Alex. Strom. I, 21, p. 139, 5 : Ἀγίας δὲ καὶ Δερκύλος ἐν τῇ τρίτῃ μηνὸς Πανέμου ὀγδόῃ φθίνοντος (Ilium captum esse dicunt). Ead. Euseb. P. E. p. 293, ubi citantur Ἄγις καὶ Κερκύλος. De Πανέμῳ (rectius Πενήμῳ) mense v. Hermann *Gr. Monatsk.* p. 71 sq.

3.

Schol. Vatican. Eur. Troad. 16 : Τὸν δὲ ἔρκειον

---

cyura dicta, rutæ similis, quam mulieres, quum sine periculo abortire volunt, vino irriguam umbilico imponunt. Invenitur etiam in ipso lapis, beryllo æqualis, qui niger efficitur, si, qui falso testari volunt, eum tenuerint. Horum lapidum multos exstare in templo Junonis Prosymnææ refert Timotheus in Argolicis, et Agathon Samius in secundo De fluviis.

ITALICA.

Fulvius Stellus a mulieribus animo alieno cum equa rem habuit : ea suo tempore filiam edidit perpulchram, cui pater Eponæ nomen indidit; atque hæc dea est equorum procurationem gerens. Agesilaus tertio Italicorum.

ARGOLICA.

1.

Agias et Dercylus in Argolicis strabelos *astrabelos* vocant, mentionem eorum facientes ut aptorum ad canendum: veluti tuba.

2.

Agias et Dercylus libro tertio Trojam captam esse aiunt die vicesimo tertio Panemi mensis.

3.

Herceum hunc Jovem historici commemorantes, ei pe-

Δία ἄλλοι ἱστορικοὶ ἀναγράφουσιν ἰδίαν τινὰ σχέσιν περὶ αὐτοῦ ἱστοροῦντες, τρισὶν ὀφθαλμοῖς αὐτὸν κεχρῆσθαί φασιν, ὡς οἱ περὶ Ἀγίαν καὶ Δερκύλον (Δέρκαλον cod.). Vid. Pausanias II, 24, 4; VIII, 46, 2. Welcker. *Cycl.* p. 279, not. 449.

4.

Athenæus XIV, p. 626, F: Ἀγίας δ' ὁ μουσικὸς ἔφη, τὸν στύρακα, τὸν ἐν ταῖς ὀρχήστραις θυμιώμενον τοῖς Διονυσίοις, Φρύγιον ποιεῖν ὀδμὴν τοῖς αἰσθανομένοις. Τὸ δ' ἀρχαῖον ἡ μουσικὴ ἐπ' ἀνδρείαν προτροπὴ ἦν.

Agiæ nomen Fabricius (Bibl. Gr. I, p. 658) reponi voluit ap. schol. Eurip. Phœn. 13, ubi vulgo legitur Αἰγύστιος vel Αἰγύπτιος. Nos locum attulimus in fragmentis Lysimachi. — Ceterum de scriptura nominis Ἀγίας v. Welcker. in Hom. Cycl. p. 278. Præter Agiam Νόστων auctorem atque Agiam comicum (Pollux, III, 36), enotavi *Agiam vatem*, Agelochi f., qui Lysandro victoriam prædixit, ap. Pausan. III, 11,5, ubi v. interpr.; *Agiam Arcadem* in Xenoph. Anab. II, 5,7; *Agiam* (vgo Ageum) *Argivum Olympionicam*, Ol. 113, ap. Euseb. Chron. p. 152, ed. Mai; *Agiam Argivum*, qui, interfecto Argivorum tyranno Aristippo (vid. Diniæ Argivi fragm.), summa rerum potitur, Plutarch. Arat. c. 29.

AGLAOSTHENES.

ΝΑΞΙΑΚΑ.

1.

Hyginus Poet. astron. II, 2: *Arctos minor. Hanc Aglaosthenes, qui Naxica conscripsit, ait Cynosuram esse unam de Jovis nutricibus ex Idæis nymphis; ab ejus quoque nomine et urbem, quæ Hestiæa vocatur, a Nicostrato et sodalibus ejus constitutam, et portum qui ibi est et agri majorem partem Cynosuram appellatam. Hanc autem inter Curetas fuisse, qui Jovis fuerunt administri.*

Eratosthenes Cataster. 2, de ursa minori: Ἀγλαοσθένης (Ἀγασθένης var. lect.) δὲ ἐν τοῖς Ναξιχοῖς (sic) φησι τροφὸν γενέσθαι τοῦ Διὸς Κυνόσουραν, εἶναι δὲ μίαν τῶν Ἰδαίων νυμφῶν, ἀφ' ἧς ἐν μὲν τῇ πόλει τῇ καλουμένῃ Ἱστοῖς [τοὔνομα τοῦτο ἦν], ἣν οἱ περὶ Νικόστρατον ἔκτισαν, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ δὲ λιμένα καὶ τὸν ἐπ' αὐτῇ τόπον Κυνόσουραν κληθῆναι. Urbis nomen ex h. l. emendandum ap. Hyginum et Germanicum. Idem nomen Ἱστοὶ tanquam stationis in Icaria ins. habes ap. Strabon. XIV, p. 639.

Germanic. ad Arat. 24: *Agatosthenes* (sic) *in Asiaticis carminibus Cynosuram dicit fuisse Jovis nutricem unam ex Idæis nymphis, a qua in Cretæ oppido Histoë Nicostratus constituit portus, et circa eum locum Cynosuram; fuisse cum Telchiniis, qui dicuntur Curetes Idæi.*

Initio scribe *Aglaosthenes in Naxiacis*. Istud *Asiaticis carminibus* (Ἀσιατικοῖς ἔπεσι) fortasse natum fuerit ex græcis Ναξιαχοῖς φησι. — *Telchines* ipse grammaticus intulisse videtur. Vide Lobeck. Aglaoph. p. 1182. Cf. Hœck. *Creta*, I, p. 434.

2.

Germanicus ad Arat. 314: *Aglaosthenes dicit Jovem in aquilam transfiguratum Naxiam regionem ubi nutritus fuerat petiisse, et regnum accepisse: egresso vero de Naxo, quum adversus Titanas proficisceretur et sacrificium faceret, aquilam ei in auspicio apparuisse et fulmina ministrasse; quam bono omine acceptam tutelæ subjecisse.* Eadem ex Germanico repetit Lactantius, I, 11.

Eratosthenis Cataster. 30: Ἀγλαοσθένης δέ φησιν ἐν τοῖς Ναξιαχοῖς, γενόμενον τὸν Δία ἐν Κρήτῃ καὶ κατὰ κράτος ζητούμενον, ἐκεῖθεν ἐκκλαπῆναι καὶ ἀχθῆναι εἰς Νάξον· ἐκτραφέντα δὲ καὶ γενόμενον ἐν ἡλικίᾳ τὴν τῶν θεῶν βασιλείαν κατασχεῖν· ἐξορμῶντος δὲ ἐκ τῆς Νάξου ἐπὶ τοὺς Τιτᾶνας, (καὶ) ἀετὸν αὐτῷ φανῆναι συνιόντα, τὸν δὲ οἰωνισάμενον ἱερὸν αὐτὸν ποιήσασθαι κατηστερισμένον· καὶ διὰ τοῦτο τῆς ἐν οὐρανῷ τιμῆς ἀξιωθῆναι. « Vocem καὶ ante ἀετὸν delendam aut ἱερεύσαντος ex Hygino (*sacrificanti ei aquilam auspicatam*) addendum censuit Heynius. » *Westermann*. Ego pro φανῆναι συνιόντα velim φανῆναι αἴσιον ὄντα vel αἰσιοῦντα.

Hygin. Poet. astron. II, 17: *Aglaosthenes autem, qui Naxica scripsit, ait Jovem Cretæ surreptum, Naxum delatum et ibi esse nutritum: qui postquam pervenerit ad virilem ætatem, et voluerit bello lacessere Titanas, sacrificanti ei aquilam auspicatam: quo auspicio usum esse, et eam inter astra collocasse.* Cf. Müller. *Min.* p. 443,5.

3.

Pollux IX, 6,83: (Πρῶτοι νόμισμα ἔκοψαν Νάξιοι κατὰ τὴν Ἀγλωσθένους (i. q. Ἀγλαοσθ.) δόξαν.

---

culiarem quendam habitum fuisse dicunt, tribusque oculis instructum narrant, sicuti Agias et Dercylus.

4.

Agias musicus dixit, styracem, quem in orchestris suffiunt feriis Bacchanalibus, Phrygium afferre odorem olfacientibus. Priscis vero temporibus musica ad fortitudinem fuit adhortamentum.

3.

Primi numos cuderunt Naxii secundum Aglaosthenis sententiam.

4.

Plinius H. N. IV, 12, 22 : *Hanc* (Delum) *Aristoteles ita appellatam prodidit, quoniam repente apparuerit enata. Æglosthenes* (scr. *Aglaosthenes*) *Cynthiam, alii Ortygiam, Asteriam, Lagiam, Chlamydiam, Cynæthum, Pyrpilen igne ibi primum reperto. — Naxus a Delo XVIII* (mill. pass.) *cum oppido, quam Strongylen, dein Dian, mox Dionysiada a vinearum fertilitate, alii Siciliam minorem aut Callipolin appellarunt.*

5.

Athenæus III, p. 78, C, de Naxiorum Dionyso μειλιχίῳ. Vide Andrisci fr. 3.

(AGATHOSTHENES.)

Apud Tzetzen in Hist. VII, 645 *Agathosthenes* inter eos recensetur, qui mirabilia et fabulosa tradiderint. Scripserit igitur Παράδοξα, uti Sotion et Isigonus, quibus associatum ejus nomen videmus. Ceterum num genuinum sit nomen *Agathosthenis*, an ex *Aglaosthenes* corruptum (sicuti fr. 1 ap. Germanicum), non discerno.

6.

Tzetzes ad Lycophr. 1023 : Κρᾶθις, ποταμὸς Ἰταλίας τῶν λουομένων πυρσαίνων τὰς χαίτας, καθάπερ Ἰσίγονος ὁ ἱστορικός φησι, Σωτίων τε καὶ Ἀγαθοσθένης οἱ φιλόσοφοι. Cf. Aristot. mir. ausc. c. 183; Timæus fr. 63. Euripid. Troad. 227.

7.

Idem ibid. 704 : Ἄλλοι δὲ τὴν Ἄορνον, Σωτίων τε καὶ Ἀγαθοσθένης καὶ Δίων καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἱστορικῶν, οὐ λίμνην οὐδὲ πέτραν φασὶ, στόμιον δέ τι περὶ τὴν Ἀδιαβηνὴν, ὅπερ στόμιον ὄρνεον ὑπερπετᾶσθαι οὐ δύναται· ἀπὸ γὰρ τῆς ἐκεῖθεν ἀναφερομένης ἀναθυμιάσεως τελευτᾷ καὶ πᾶν ζῷον ἄλογον.

AGRIOPAS, Ὀλυμπιονικῶν scriptor. V. Euanoridas.

AGROETAS (*).

ΛΙΒΥΚΑ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Herodianus II. μον. λέξ. p. 11,19 : Ἀγροίτας α′ Λιβυκῶν· « Ἀνδρωθέντα δὲ τὸν Ἀμφίθεμιν πλησιάσαι ταῖς Νύμφαις καὶ γεννῆσαι παῖδα μυρμαδάναρ-αὖδα κήνας· βυγάνμα· καλομάχαν ψῦλλον, ἀφ' οὗ ψῦλλοι τὸ ἔθνος. »

Ἀγροίτας α′ A.] cod. ἀγροιῶτας ἀπὸ Λιβυκῶν. emend. Lobeck. Aglaoph. p. 988. Sequentia « vehementer corrupta et in codice obscuris calami ductibus perscripta, ut singularum literarum fidem se præstare neget Blochius. » *Dindorf.* Emendandum est, ni fallor, hunc in modum : παῖδας Ἀδυρμαχίδαν (vel Μαρμαρίδαν), Ἀραραυκήλαν, Βύζαν, Μαχλύα, Μάκαν, Ψύλλον, ἀφ' οὗ Ψύλλοι τὸ ἔθνος. Ararauceles memorat Ptolemæus; Βυζάντες (s. Βυζάκιοι s. Βυζάντιοι) v. ap. Steph. B. s. v. et Strabon. p. 231, et interpr. ad ll. ll. Possis etiam scribere Ἀσβύταν vel Ἀσβύσταν, id quod vel probabilius est, quum Asbytæ vel Asbystæ vicini fuerint Ararauzelum. V. Forbiger. *Alt. Geogr.* II, p. 828. De ceteris Libyæ populis, quorum nomina h. l. indigitantur, satis constat. De Amphithemi cf. fr. 4.

2.

Schol. Apoll. Rh. II, 498 : Ἀγροίτας δὲ ἐν πρώτῳ Λιβυκῶν, ὑπὸ Ἀπόλλωνος εἰς Κρήτην αὐτὴν (τὴν Κυρήνην) κομισθῆναι, ἐκεῖθεν δὲ εἰς Λιβύην. Ἀδελφὴ δὲ Κυρήνης Λάρισσα· ἧς ὁμώνυμος πόλις ἐν Θεσσαλίᾳ. Τινὲς δέ φασι τὴν Κυρήνην Πηνειοῦ θυγατέρα γενέσθαι, κακῶς. Ἔνεμεν γὰρ παρ' αὐτῷ θρέμματα, οὐκ ἔτι δὲ καὶ θυγάτηρ αὐτοῦ ἦν.

(*) *Agrætam*, declamatorem Massiliensem, qui Romæ vixit, laudat M. Seneca Controv. II, 14, p. 190 ed. Bipont.

6.

Crathis, Italiæ fluvius, qui rufos facit crines lavantium, ut ait Isigonus historicus, et Sotion et Agathosthenes (Aglaosthenes?) philosophi.

7.

Alii, ut Sotion et Agathosthenes (Aglaosthenes?) et Dion, Aornum non lacum neque petram, sed in Adiabene orificium quoddam, quod nulla avis supervolare potest; nam vapore qui inde exhalatur omne brutum animal suffocatur.

LIBYCA.

1.

Agrœtas primo De rebus Libycis : « Adultum vero Amphithemin cum nymphis consuevisse ex iisque genuisse Adyrmachidam, Araraucelam, Byzam (vel Asbytam), Machlyem, Macam, et Psyllum, a quo Psyllorum gens. »

2.

Agrœtas primo De rebus Libycis Cyrenen ab Apolline in Cretam, hinc deinde in Libyam transportatam esse tradit.

3.

E LIBRO TERTIO.

Idem IV, 1396 : Τὸν δράκοντα Λάδωνα ἐκάλουν. Γοῦτον δὲ Πείσανδρος ὑπειληφεν ἀπὸ τῆς γῆς γεγενῆσθαι. Ἡσίοδος δὲ ἐκ Τυφῶνός φησιν. Ἀγροίτας δὲ ἐν γ' Λιβυκῶν φησὶ, μὴ μῆλα εἶναι, ἀλλὰ πρόβατα κάλλιστα, ἃ χρυσᾶ ὠνομάσθη· ἔχειν δὲ ταῦτα ποιμένα ἄγριον, ὃν διὰ τὸ ἀνήμερον δράκοντα ὠνομάσθαι. Eadem Eudocia p. 216 et 435.

4.

Idem IV, 1492 (cod. Paris.) : Τὸν δὲ Ἀκακαλλίδος υἱὸν Ἀμφίθεμιν καὶ Γαράμαντά φησι κληθῆναι (sc. Alexander Polyh.). Οἱ μὲν οὖν ἀπ' αὐτοῦ τὸ ἔθνος τοὺς Γαράμαντας καλεῖσθαί φασιν· οἰκοῦσι δὲ οὗτοι τὴν Λιβύην· οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἔθνους αὐτόν. Εὐσεβεῖς δὲ οἱ Γαράμαντες, καὶ ναοὶ ἐν αὐτοῖς ἵδρυνται, ὡς ἄλλοι τε καὶ Ἀγροίτας ἱστορεῖ. Vulgo Γαράμας ἱστ., quod em. Bernhardy. ad Dion. p. 876. Scholia vulgata pro Εὐσεβεῖς δὲ κτλ., ita habent : Ἔστι δὲ καὶ ναὸς παρ' αὐτοῖς· καὶ Γαράμας μνημονεύει τοῦ ἔθνους.

5.

Steph. Byz. : Ἄμπελος πόλις τῆς Λιγυστικῆς... Ἔστι καὶ ἄκρα Τορωναίων Ἄμπελος λεγομένη. Ἔστι καὶ ἑτέρα ἄκρα τῆς Σάμου, καὶ ἄλλη ἐν Κυρήνῃ· Ἀγροίτας δὲ δύο πόλεις εἶναί φησι, τὴν μὲν ἄνω, τὴν δὲ κάτω.

ΣΚΥΘΙΚΑ.

6.

E LIBRO XIII.

Schol. Apoll. Rh. II, 1248 : Ἀγροίτας δὲ ἐν τρισκαιδεκάτῃ (ἐν τῇ γ'?) τῶν Σκυθικῶν δαπανᾶσθαί φησι τὸ ἧπαρ Προμηθέως δόξαι ὑπὸ τοῦ ἀετοῦ, διὰ τὸ τὴν κρατίστην τοῦ Προμηθέως χώραν τὸν ποταμὸν τὸν καλούμενον Ἀετὸν φθείρειν. Ἧπαρ δὲ παρὰ πολλοῖς, ὥσπερ καὶ οὖθαρ, τὴν εὔκαρπον λέγεσθαι γῆν. Ἡρακλέους δὲ ἐξοχετεύσαντος διόρυξι τὸν ποταμὸν, τόν τε ἀετὸν δόξαι ὑπ' αὐτοῦ κεχωρίσθαι, καὶ τὸν Προμηθέα λελύσθαι τῶν δεσμῶν. Cf. Herodori fragm. 23, tom. II, p. 34.

ALCETAS.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΔΕΛΦΟΙΣ ΑΝΑΘΗΜΑΤΩΝ.

E LIBRO SECUNDO.

Athenæus XIII, p. 591, B : Αὐτῆς δὲ τῆς Φρύνης οἱ περιχτίονες ἀνδριάντα ποιήσαντες ἀνέθηκαν ἐν Δελφοῖς χρύσεον ἐπὶ κίονος Πεντελικοῦ· κατεσκεύασε δ' αὐτὸν Πραξιτέλης. Ὃν καὶ θεασάμενος Κράτης ὁ κυνικὸς ἔφη τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀκρασίας ἀνάθημα. Ἕστηκε δὲ καὶ ἡ εἰκὼν αὕτη μέση τῆς Ἀρχιδάμου, τοῦ Λακεδαιμονίων βασιλέως, καὶ τῆς Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου, ἔχουσα ἐπιγραφὴν, ΦΡΥΝΗ ΕΠΙΚΛΕΟΥΣ ΘΕΣΠΙΚΗ, ὥς φησιν Ἀλκέτας ἐν δευτέρῳ Περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων. De re cf. Ælian. Var. Hist. IX, 32; Pausan. IX, 27; Diog. L. VI, 60, qui pro Cratete Diogenem ponit. — De Alceta hoc aliunde non constat. De rebus Delphicis scripsit Anaxandrides vel, uti in nonnullis libris legitur, Alexandrides. — Varios Alcetas vide in Stephan. Thes. s. v., quibus adde : *A. Bœotorum* prætorem, ap. Polyb. XXIII, 2,13 (qui non diversus est a *Diceta* lib. XXVII, 1,10, coll. Müller. *Min.* p. 427), et *A. Cariæ præfectum*, ap. Appian. Syr. c. 52

3.

Draconem (malorum apud Hesperidas custodem) Ladonem vocabant. Eum Pisander ex terra genitum credidit. Hesiodus Typhone natum dicit. Agrœtas vero libro tertio De rebus Libycis dicit μῆλα illa non esse mala, sed oves egregias; his pastorem fuisse ferocem, cui ob morum asperitatem Draconis nomen sit inditum.

4.

Acacallidis filium Amphithemin etiam Garamantem appellatum esse dicit. Jam vero alii Garamantum populum ab ipso, alii autem ipsum a Garamantum populo nomen habere censent. Garamantes Libyam incolunt; pii que sunt ac templa habent, ut præter alios Agrœtas narrat.

5.

Ampelus... etiam in Cyrenaica regione urbs est. Agrœtas vero duas urbes esse dicit, alteram superiorem, alteram inferiorem.

SCYTHICA.

Agrœtas libro (decimo) tertio rerum Scythicarum jecur Promethei ab aquila consumi propterea credi, quod præstantissima Promethei terra a fluvio, cui Aquilæ nomen, vastata sit. Nam ἧπαρ, *jecur*, sicuti οὖθαρ dici terram fertilem. Herculem vero, quum canalibus fluvii cursum avertisset, aquilam interemisse et vinculis Prometheum liberasse videri.

DE DONARIIS DELPHICIS.

Phrynes statuam vicini illius Delphis ponendam curarunt auream, basi e marmore Pentelico insistentem, Praxitelis opus. Quam statuam ubi vidit Crates Cynicus, *intemperantiæ Græcorum* dixit *monumentum*. Stetit autem hoc signum medium inter Archidami signum, regis Lacedæmoniorum, et Philippi Amyntæ filii; inscriptionem habens, *Phrynæ Epiclis fil. Thespicæ*; ut ait Alcetas secundo libro De donariis Delphicis.

ALCIMUS SICULUS.

Alcimus Siculus, qui de rebus Siculis scripsit, Theopompo antiquior fuit, si recte conjecit Schweighaeuserus (not. ad fr. 5). Attamen leviusculam esse hanc viri doctissimi suspicionem patet. Diogenes Laertius (II, 104) inter Stilponis Megarensis auditores recenset τὸν ῥητορικὸν Ἄλκιμον, ἁπάντων πρωτεύοντα τῶν ἐν Ἑλλάδι ῥητόρων. Qui quo clarior fuisse dicitur, tanto magis miramur, memoriam ejus omnem hocce Diogenis loco contineri. Quare num quid ei cum Alcimo Sicularum rerum auctore commune sit, in medio relinquendum. Libri quattuor quos Alcimus ad Amyntam scripsit, quum de Epicharmo Syracusano, ex quo multa Plato profecerit, fuisse videantur, haud male conveniunt homini Siculo; adeo ut auctorem eorum ab historico probabiliter non esse diversum conjeceris (*).

ΣΙΚΕΛΙΚΑ.

1.

Athenæus VII, p. 322, A : Ἄλκιμος δ' ἐν τοῖς Σικελικοῖς ἐν Μεσσήνῃ φησὶ, τῇ κατὰ τὴν νῆσον, Βότρυν γενέσθαι, εὑρετὴν τῶν παραπλησίων παιγνίων τοῖς προσαγορευομένοις Σάλπης. Antecedunt fragmentum 11 Nymphodori. V. tom. II, p. 278.

2.

Schol. Theocrit. I, 64 : Ἡ δὲ Αἴτνη Σικελίας ὄρος ἐστὶν, ἀπὸ Αἴτνης τῆς Οὐρανοῦ καὶ τῆς Γῆς, ὡς φησιν Ἄλκιμος.

(3.)

Natalis Com. IX, 4 : *Alcimus in Rebus Siculis et Syracusius Nymphodorus* (fr. 13) *Chimæram Lyciæ montem esse dixerunt, in quo ignis nasceretur. Ejus in summa parte leones dicti sunt habitasse, in medio erant uberrima et amœnissima pascua, ad radices serpentes.* Hæc de Ætna loquens afferre Alcimus potuit; at constat quæ Natali in citandis auctoribus habenda sit fides. Sua hauserit ex Eustath. ad Hom. Il. p. 634.

4.

ΙΤΑΛΙΚΗ ΒΙΒΛΟΣ.

Athenæus X, p. 441, A : Ἄλκιμος δ' ὁ Σικελιώτης ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ τῶν βίβλων Ἰταλικῇ, πάσας φησὶ τὰς ἐν Ἰταλίᾳ γυναῖκας μὴ πίνειν οἶνον ἀπὸ ταύτης τῆς αἰτίας· « Ἡρακλῆς, περὶ τὴν Κροτωνιᾶτιν γενόμενος, ἐπεὶ πρός τινα οἰκίαν, οὖσαν παρὰ τὴν ὁδὸν, διψῶν ἀφίκετο, προσελθὼν ᾔτει πιεῖν ἐντεῦθεν. Ἔτυχε δ' ἡ γυνὴ τοῦ τὴν οἰκίαν κεκτημένου πίθον οἴνου λαθραίως ὑποίξασα· καὶ πρὸς μὲν τὸν ἄνδρα δεινὸν ἔφη ποιήσειν αὐτὸν, εἰ ξένου χάριν τὸν πίθον τοῦτον ἀνοίξειεν, ὕδωρ δ' ἐκέλευσεν αὐτὸν προσενεγκεῖν. Ἡρακλῆς δ' ἐπὶ θύραις ἑστὼς, καὶ ἀκούσας ταῦτα, τὸν μὲν ἄνδρα αὐτῆς σφόδρα ἐπῄνεσεν· ὃν καὶ ἐκέλευσεν, αὐτὸν παρέλθοντα εἴσω σκοπεῖν τὸν πίθον. Καὶ ὃς εἰσελθὼν λίθινον εὗρε τὸν πίθον γεγονότα. Τούτου δὲ τὸ σημεῖον ἔτι καὶ νῦν ἐστιν ἐν ταῖς ἐπιχωρίαις γυναιξὶ πάσαις, ἐν αἰσχρῷ κεῖσθαι τὸ πίνειν οἶνον, διὰ τὴν προκειμένην αἰτίαν. »

Liber hic Ἰταλική inscriptus pars fuerit ejusdem operis, quod res Siculorum continebat. Similiter Timæus operis sui partem Ἰταλικά inscripserat.

5.

Idem XII, p. 518, B : Ὑπὸ δὲ τῆς τρυφῆς οἱ Τυρρηνοὶ, ὡς Ἄλκιμος ἱστορεῖ, πρὸς αὐλὸν μάττουσι καὶ πυκτεύουσι καὶ μαστιγοῦσιν. Antecedit Theopompi fr. 222. « Quodsi, ut nobis quidem videtur, Alcimi testimonium illud, quod apud Nostrum legitur, ex Theopompi historiis adpositum ab

(*) Memorantur præter Nostrum Alcimus, Lydiæ rex, ap. Xanth. fr. 9; Alcimus Cyzicenus, Olympionica Ol. 159 ap. Euseb. in Chron.; Alcimus Æl. Aristidis διοικητής, ap. Aristid. I, p. 449. 626.

DE REBUS SICULIS.

1.

Alcimus in libris De Rebus Siculis ait Messanæ in Sicilia Botryn exstitisse inventorum ludicrorum similium his quæ Salpæ tribuuntur.

2.

Ætna, Siciliæ mons, nomen habet ab Ætna Cœli et Terræ filia, ut Alcimus ait.

3.

Alcimus Siculus, in eo suorum librorum qui Italicus inscribitur, omnes in Italia mulieres vino abstinere ait, tali ex causa. « Hercules quum esset in Crotoniatarum agro, ibique ad ædes quasdam in via sitas sitiens pervenisset, accessit poscens ut sibi quod biberet daretur. Per id ipsum tempus forte uxor domini ædium clanculum vini dolium aperuerat · itaque marito dicebat, durum fore si peregrini hominis gratia dolium illud aperiret; jussitque aquam ei bibendam offerri Hercules, pro foribus stans, quum hæc exaudivisset, valde laudavit maritum mulieris; hortatus autem est illum, ipse intro abiret, et dolium inspiceret. Qui quum introivisset, dolium reperit saxeum factum. Cujus rei documentum etiam nunc superest in omnibus ejus regionis mulieribus, quod, prædictam ob causam, turpe et in probro habetur, si vinum mulier bibat. »

5.

Etrusci ita voluptati dediti sunt, ut, testante Alcimo, ad tibiæ modos etiam farinam subigant et pugillatu certent et flagris cædant.

Athenæo est, colligitur inde, ætate nonnihil superiorem Theopompo fuisse Alcimum. » *Schweighæuser.* in Indice auctt. Athen.

6.

Festus p. 266 ed. Müller. : *Alcimus ait Tyrrhenia Æneæ natum filium Romulum fuisse, atque eo ortum Albam Æneæ neptem, cujus filius nomine Rhomus* (cod. *Rhodius*) *conliderit urbem Romam.*

ΠΡΟΣ ΑΜΥΝΤΑΝ

βιβλία τέτταρα.

7.

Diogen. Laert. III, 9, de Platone : Πολλὰ δὲ καὶ παρ' Ἐπιχάρμου τοῦ κωμῳδιοποιοῦ προσωφέληται, τὰ πλεῖστα μεταγράψας, καθά φησιν Ἄλκιμος ἐν τοῖς πρὸς Ἀμύνταν, ἃ ἐστι τέτταρα. Ἔνθα καὶ ἐν τῷ πρώτῳ φησὶ ταῦτα· « Φαίνεται δὲ καὶ Πλάτων πολλὰ τῶν Ἐπιχάρμου λέγων· σκεπτέον δέ. Ὁ Πλάτων φησὶν αἰσθητὸν μὲν εἶναι τὸ μηδέποτε ἐν τῷ ποιῷ μηδὲ τῷ ποσῷ διαμένον, ἀλλ' ἀεὶ ῥέον καὶ μεταβάλλον· ὡς ἐξ ὧν ἄν τις ἀνέλῃ τὸν ἀριθμὸν, τούτων οὔτε ἴσων οὔτε τινῶν οὔτε ποσῶν οὔτε ποιῶν ὄντων. Ταῦτα δ' ἐστὶν ὧν ἀεὶ γένεσις, οὐσία δὲ μηδέποτε πέφυκε. Νοητὸν δὲ οὗ μηδὲν ἀπογίνεται μηδὲ προσγίνεται. Τοῦτο δ' ἐστὶν ἡ τῶν ἀϊδίων φύσις, ἣν ὁμοίαν τε καὶ τὴν αὐτὴν ἀεὶ συμβέβηκεν εἶναι. Καὶ μὴν ὅ γε Ἐπίχαρμος περὶ τῶν αἰσθητῶν καὶ νοητῶν ἐναργῶς εἴρηκεν·

Α. Ἀλλ' ἀεί τοι θεοὶ παρῆσαν, ὑπέλιπον δ' οὐ πώποκα·
τάδε δ' ἀεὶ πάρεσθ' ὅμοια, διά τε τῶν αὐτῶν ἀεί.
Β. Ἀλλὰ λέγεται μὰν χάος πρᾶτον γενέσθαι τῶν θεῶν.
Α. Πῶς δ'; ἀμάχανόν γ' ἀπ' οὐτινος εἶμεν ὅ τι πρᾶτον μόλοι.
Β. Οὐκ ἄρ' ἐμολε πρᾶτον οὐδέν; Α. Οὐδὲ μὰ Δία δεύτερον τωνδέ γ' ὧν ἄμμες νῦν ὧδε λέγομες. Ἀλλὰ τᾷδ' ἄθρει·
αἰ ποτ' ἀριθμόν τις περισσὸν, αἰ δὲ λᾷς, τιν' ἄρτιον
ποτιθέμεν λᾷ ψᾶφον ἢ καὶ τᾶν ὑπαρχοισᾶν λαβεῖν,
ἢ δοκεῖ κά τοι τόχ' ὡυτὸς εἶμεν; Β. Οὐκ ἐμίνγα κα.
Α. Οὐδὲ μὰν οὐδ' αἰ ποτὶ μίτρον παχυαῖον ποτιθέμεν
λᾷ τις ἕτερον μᾶκος ἢ τῶ πρόσθ' ἐόντος ἀποταμεῖν,
ἔτι χ' ὑπάρχοι τᾶνο τὸ μίτρον; Β. Οὐ γάρ. Α. Ὧδε νῦν ὄρη
καὶ τὸς ἀνθρώπως· ὁ μὲν γὰρ αὔξηθ', ὁ δέ γα μὰν φθίνει·
ἐν μεταλλαγᾷ δὲ πάντες ἐντὶ πάντα τὸν χρόνον.
Ὅ δὲ μεταλλάσσει κατὰ φύσιν κοὔποκ' ἐν ταὐτῷ μένει,
ἕτερον εἴη κα τόδ' ἤδη τῶ παρεξεστακότος.
Καὶ τὺ δὴ κἀγὼ χθὲς ἄλλοι καὶ νὺν ἄλλοι τελέθομες,
κἀὐθὶς ἄλλοι κοὔποχ' ὠὐτοὶ κατ᾽ τὸν αὐτὸν αὖ λόγον. »

Ἔτι φησὶν ὁ Ἄλκιμος καὶ ταυτί· « Φασὶν οἱ σοφοὶ τὴν ψυχὴν τὰ μὲν διὰ τοῦ σώματος αἰσθάνεσθαι, οἷον ἀκούουσαν, βλέπουσαν· τὰ δ' αὐτὴν καθ' αὑτὴν ἐνθυμεῖσθαι, μηδὲν τῷ σώματι χρωμένην. Διὸ καὶ τῶν ὄντων τὰ μὲν αἰσθητὰ εἶναι, τὰ δὲ νοητά. Ὧν ἕνεκα καὶ Πλάτων ἔλεγεν ὅτι δεῖ τοὺς συνιδεῖν τὰς τοῦ παντὸς ἀρχὰς ἐπιθυμοῦντας πρῶτον μὲν αὐτὰς καθ' αὑτὰς διελέσθαι τὰς ἰδέας, οἷον ὁμοιότητα καὶ μονάδα καὶ πλῆθος καὶ μέγεθος καὶ στάσιν καὶ κίνησιν· δεύτερον αὐτὸ καθ' αὑτὸ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ δίκαιον καὶ τὰ τοιαῦτα ὑποθέσθαι· τρίτον τῶν ἰδεῶν συνιδεῖν ὅσαι πρὸς ἀλλήλας εἰσὶν, οἷον ἐπιστήμην ἢ μέγεθος ἢ δεσποτείαν·

AD AMYNTAM

libri quattuor.

7.

Multo fuit Platoni etiam Epicharmus comicus adjumento, cujus plurima transcripsit, ut Alcimus in iis libris quos ad Amyntam scripsit quattuor numero, meminit. Eorum in primo ita loquitur : « Constat autem et Platonem complura sibi de Epicharmi libris assumere. Id vero dispiciendum est. Sensibile asserit Plato, quod aut in qualitate aut in quantitate nunquam persistat, sed diffluat semper atque immutetur : veluti si numerum ex iis tuleris, quæ neque æqualia, neque aliqua, neque quanta, neque qualia sunt. Porro ista sunt quorum semper generatio est, nunquam vero substantia. Intelligibile vero, cui nihil vel decedit vel accedit. Hoc autem sempiternorum natura est, quam similem atque eandem semper esse contingit. Atqui Epicharmus de sensibilibus atque intelligibilibus expresse loquitur in hanc sententiam :

A. Nempe di semper fuerunt atque nunquam intercident : hæc quæ dico semper nobis rebus in isdem se exhibent.
B. Exstitisse sed deorum primum perhibetur Chaos.
A. Quinam vero? nam de nihilo nil pote primum existere.
B. Ergo nec erat primum quidquam? A. Nec magis hercule alterum [terum
eorum quæ nunc appellamus rerum nomine. Hæc vero ita [vide :
sume numerum, quemquem libeat, vel parem vel imparem; si quem huic cupias aggregare clanculum aut subducere, an tibi hic idem videtur? B. Non mihi vero quidem.
A. Sic et aliquid ad cubitalem si addas magnitudinem, aut si contra demas, eadem jam mensura non erit, ante quæ fuit. B. Enimvero. A. Pariter nunc considera homines : horum videas illum crescere, hunc decrescere. Quotquot sunt, mutationi tempore omni subjacent, et naturam quisque variat, uno nec manet in statu; atque idem est et rursus aliud illi quod nunc transit : ipse heri tuque aliud fuimus, aliud sumus hoc tempore, iterumque alii : nunquam eidem sumus, ut ratio prædicat. »

Addidit hæc præterea Alcimus : « Aiunt autem sapientes animam alia quidem sentire per corpus, puta videndo atque audiendo; alia vero ipsam per se ipsam animadvertere, nullo corporis officio utentem. Quocirca eorum quæ sunt alia sensibus percipi, alia intelligentiæ ratione comprehendi. Quare Plato quoque oportere dicebat eos qui cuperent rerum initia colligere, ipsas primum species, quas ideas vocat, secundum se ipsas distribuere, puta similitudinem et unitatem et multitudinem et magnitudinem, statumque et motum : secundo ipsum per se ipsum bonestum

ἐνθυμουμένους ὅει τὰ παρ' ἡμῖν διὰ τὸ μετέχειν ἐκείνων ὁμώνυμα ἐκείνοις ὑπάρχει· λέγω δὲ οἷον δίκαια μὲν ὅσα τοῦ δικαίου, καλὰ δὲ ὅσα τοῦ καλοῦ. Ἔστι δὲ τῶν εἰδῶν ἓν ἕκαστον ἀίδιόν τε καὶ νόημα καὶ πρὸς τούτοις ἀπαθές· διὸ καί φησιν ἐν τῇ φύσει τὰς ἰδέας ἑστάναι καθάπερ παραδείγματα· τὰ δ' ἄλλα ταύταις ἐοικέναι, τούτων ὁμοιώματα καθεστῶτα. Ὁ τοίνυν Ἐπίχαρμος περί τε τοῦ ἀγαθοῦ καὶ περὶ τῶν ἰδεῶν οὕτω λέγει·

Α. Ἆρ' ἔστιν αὐλησίς τι πρᾶγμα; Β. Πάνυ μὲν ὤν.
Α. Ἄνθρωπος ὢν αὐλησίς ἐστιν; Β. Οὐδαμῶς.
Α. Φέρ' ἴδω, τίς αὐλητάς; τίς εἰμίν τοι δοκεῖ;
ἄνθρωπος. Οὐ γάρ; Β. Πάνυ μὲν ὤν. Α. Οὐκ ὢν δόκει
οὕτως ἔχειν τοι καὶ περὶ τἀγαθῶ; τὸ μὲν
ἀγαθὸν τί πρᾶγμ' εἶμεν καθ' αὑτό· ὅστις δέ κα
εἰδῇ μαθὼν τᾶν', ἀγαθὸς ἤδη γίγνεται,
ὥσπερ γα τὰν αὐλησιν αὐλητὰς μαθών,
ἢ ὄρχησιν ὀρχηστάς τις, ἢ πλοκεὺς πλοκάν,
ἢ πᾶν γ' ὁμοίως τῶν τοιούτων ὅ τι τὺ λῇς,
οὐ χ' αὐτὸς εἴη τᾷ τέχνᾳ· τεχνικός γα μάν.

Πλάτων ἐν τῇ περὶ τῶν ἰδεῶν ὑπολήψει φησίν· « Εἴπερ ἐστὶ μνήμη, τὰς ἰδέας ἐν τοῖς οὖσιν ὑπάρχειν διὰ τὸ τὴν μνήμην ἠρεμοῦντός τινος καὶ μένοντος εἶναι· μένειν δὲ οὐδὲν ἕτερον ἢ τὰς ἰδέας. Τίνα γὰρ ἂν τρόπον, φησὶ, διεσώζετο τὰ ζῷα μὴ τῆς ἰδέας ἐφαπτόμενα, καὶ πρὸς τοῦτο τὸν νοῦν φυσικῶς εἰληφότα; » Νῦν δὲ μνημονεύει τῆς ὁμοιότητός τε καὶ τροφῆς, ὁποία τίς ἐστιν αὐτοῖς, ἐνδεικνύμενα διότι πᾶσι τοῖς ζῴοις ἔμφυτός ἐστιν ἡ τῆς ὁμοιότητος θεωρία· διὸ καὶ τῶν ὁμοφύλων αἰσθάνεται. Πῶς οὖν ὁ Ἐπίχαρμος;

Εὔμαιε, τὸ σοφόν ἐστιν οὐ καθ' ἓν μόνον,
ἀλλ' ὁπόσα περ ζῇ, πάντα καὶ γνώμαν ἔχει.
Καὶ γὰρ τὸ θῆλυ τᾶν ἀλεκτορίδων γένος,
αἱ λῆς καταμαθεῖν ἀτενές, οὐ τίκτει τέκνα
ζῶντ', ἀλλ' ἐπῴζει καὶ ποιεῖ ψυχὰν ἔχειν·
τὸ δὲ σοφὸν ἁ φύσις τόδ' οἶδεν ὡς ἔχει
μόνα· πεπαίδευται γὰρ αὐτάς ὕπο.

Καὶ πάλιν·

Θαυμαστὸν ὧν οὐδὲν ἐμὲ ταῦθ' οὕτω λέγειν,
οὐδ' ἀνδάνειν αὑτοῖσιν αὐτοὺς καὶ δοκεῖν
καλῶς πεφύκει· καὶ γὰρ ἁ κύων κυνὶ
κάλλιστον εἶμεν φαίνεται, καὶ βοῦς βοΐ,
ὄνος δ' ὄνῳ κάλλιστον, ὃς δὲ θὴν ὑΐ. »

Καὶ ταῦτα μὲν καὶ τὰ τοιαῦτα διὰ τῶν τεσσάρων βιβλίων παραπήγνυσιν ὁ Ἄλκιμος, παρασημαίνων τὴν ἐξ Ἐπιχάρμου Πλάτωνι περιγινομένην ὠφέλειαν.

ALEXARCHUS.

ITALICA.

E LIBRO QUARTO.

1.

Plutarch. Par. min. c. 7, p. 304, D.: Τοῦλλος Ὁστίλλιος, βασιλεὺς Ῥωμαίων, ἐπολέμησεν Ἀλβανοῖς, βασιλέως ὄντος Μετίου Φουβεντίου, καὶ τὴν μάχην πολλάκις ὑπερέθετο. Οἱ δὲ, ἡττωμένου, εἰς εὐωχίαν ἐτράπησαν· οἰνωμένοις δ' ἐπέθετο, καὶ τὸν

---

et bonum et justum et hujusmodi cetera ponere : tertio conspicere quæ sibi mutuo cohæreant ideæ, puta scientiam aut magnitudinem sive dominationem; simulque et illud cogitare, ea quæ sunt apud nos ex illorum participatione eis æquivoca fieri. Exempli causa dico justa esse quæ justo communicant; honesta, quæ honesto. Est autem unaquæque species æterna, et intelligentia et omni perturbatione vacua. Quocirca ideas in natura velut exemplaria dixit subsistere : cetera his esse similia, quum sint earum imagines. Epicharmus igitur de bono atque de ideis ita disserit :

A. Tibicinalis ars, resne aliqua est? B. Quippeni?
A. Tibicinalis hæc ars, an homo est? B. Neutiquam.
A. Videamus : ipsum quid putas tibicinem?
hominem, an non? B. Hominem haud dubie. A. Nonne {existimas
rem sese habere pariter etiam de bono?
nempe ut bonum ipsum res sit : at si quis bonum
istud didicerit, is jam dicatur bonus?
nam sic tibicen est qui didicit tibiis,
saltator qui saltare, tum qui texere
textor, similiter qui aliud quidquid volueris.
Ars ipse non est scilicet, sed artifex.

Plato in opinatione de ideis ait : « Si quidem est memoria, ideas in his quæ sunt exsistere, quod memoria quietæ cujusdam rei ac manentis sit : manere autem præter ideas nihil. Quo enim, inquit, modo servarentur animantes, nisi et ideam attigissent, et præterea mentem a natura accepissent? » Meminit autem similitudinis et pabuli, cujusmodi illis esse soleat, ostendens quod sit animalibus omnibus insita similitudinis intelligentia : quocirca et quæ sunt ejusdem generis, ea sentiunt. Quomodo ergo Epicharmus hæc dixit?

Eumæe, generi sapere non uni datum est :
sed quidquid anima, mente simul est præditum.
Gallorum uxores volucrium considera :
non illæ partus edunt vitæ compotes,
sed ovis incubantes animam adfabricant :
et hujus norunt principem sapientiæ
naturam solam, quæ magistra ipsis fuit.

Ac rursum :

Nil itaque mirum est ista me sic dicere,
atque ipsos sibi placere et ingenio optimo
factos videri : quandoquidem canis cani
pulcherrimum videtur, bos itidem bovi,
et asinus asino, sus sui pulcherrimum. »

Ista et hujusmodi alia per quattuor libros proponit Alcimus, admonens quantum emolumenti Plato ex Epicharmo sibi comparaverit.

ITALICA.

1.

Tullus Hostilius, Romanorum rex, bellum gessit contra Albanos, quorum rex erat Metius Fufetius, ac prœlium

βασιλέα, δύο πώλους συζεύξας, διεσπάραξεν· ὡς Ἀλέξαρχος ἐν τετάρτῃ Ἰταλικῶν.

2.

Servius ad Virgil. Æn. III, 334 : *Chaonios cognomine Campos*] *Epirum campos non habere omnibus notum est; sed constat ibi olim regem nomine Campum fuisse ejusque posteros Campylidas dictos et Epirum Campaniam vocatam, sicut Alexarchus, historicus græcus, et Aristonicus referunt. Varro filiam Campi Campaniam dictam, unde provinciæ nomen, post vero, sicuti dictum est, Chaoniam ab Heleno appellatam, qui fratrem suum Chaonem, vel, ut alii dicunt, comitem, dum venaretur, occiderat. Alii filiam Campi Cestriam ab Heleno ductam uxorem, et de nomine soceri Campos, de nomine Chaone, Chaonas dixisse.*

A nostro scriptore diversus procul dubio est Alexarchus grammaticus ille superbiens, de quo Aristi Salaminii locus exstat apud Clementem Alex. Protr. IV, 54, p. 16, 27 (vide Heraclidæ fr. 5, tom. III, p. 168). Idem aut alius est Alexarchus de quo Plutarchus De Is. et Os. c. 37 : Ἀρίστων τοίνυν ὁ γεγραφὼς Ἀθηναίων ἀποικίαν ἐπιστολῇ τινι Ἀλεξάρχου περιέπεσεν, ἐν ᾗ Διὸς ἱστορεῖται καὶ Ἴσιδος υἱὸς ὢν ὁ Διόνυσος ὑπὸ Αἰγυπτίων, οὐχ Ὄσιρις ἀλλὰ Ἁρσαφὴς (ἐν τῷ ἄλφα γράμματι) λέγεσθαι, δηλοῦντος τὸ ἀνδρεῖον τοῦ ὀνόματος.

ALEXIS SAMIUS.

ΣΑΜΙΩΝ ΩΡΟΙ.

E LIBRO SECUNDO.

1.

Athenæus XIII, p. 572, F : Ἄλεξις δ' ὁ Σάμιος ἐν δευτέρῳ Ὡρῶν Σαμιακῶν· « Τὴν ἐν Σάμῳ Ἀφροδίτην, ἣν οἱ μὲν ἐν Καλάμοις καλοῦσιν, οἱ δὲ ἐν Ἕλει, Ἀττικαί, φησιν, ἑταῖραι ἱδρύσαντο αἱ συνακολουθήσασαι Περικλεῖ, ὅτε ἐπολιόρκει τὴν Σάμον, ἐργασάμεναι ἱκανῶς ἀπὸ τῆς ὥρας. »

2.

E LIBRO TERTIO.

Idem XII, p. 540, D : Ἄλεξις δ' ἐν τρίτῳ Σαμίων ὡρῶν ἐκ πολλῶν πόλεών φησι κοσμηθῆναι τὴν Σάμον ὑπὸ τοῦ Πολυκράτους, κύνας μὲν Μολοττικὰς καὶ Λακαίνας εἰσαγαγόντος, αἶγας δ' ἐκ Σκύρου καὶ Νάξου, πρόβατα δ' ἐκ Μιλήτου καὶ τῆς Ἀττικῆς. Μετεστέλλετο δέ, φησί, καὶ τεχνίτας ἐπὶ μισθοῖς μεγίστοις. Πρὸ δὲ τοῦ τυραννῆσαι κατασκευασάμενος στρωμνὰς πολυτελεῖς καὶ ποτήρια ἐπέτρεπε χρῆσθαι τοῖς ἢ γάμον ἢ μείζονας ὑποδοχὰς ποιουμένοις. Ἐκ πάντων οὖν τούτων ἄξιον θαυμάζειν τὸν τύραννον, ὅτι οὐδαμόθεν ἀναγέγραπται γυναῖκας ἢ παῖδας μεταπεμψάμενος, καίτοι περὶ τὰς τῶν ἀρρένων ὁμιλίας ἐπτοημένος, ὡς καὶ ἀντερᾶν Ἀνακρέοντι τῷ ποιητῇ· ὅτε καὶ δι' ὀργὴν ἀπέκειρε τὸν ἐρώμενον. Πρῶτος δὲ ὁ Πολυκράτης καὶ ναῦς πήξας, ἀπὸ τῆς πατρίδος Σαμίας ἐκάλεσε.

3.

ΠΕΡΙ ΑΥΤΑΡΚΕΙΑΣ.

Idem X, p. 418, E : Αἰγυπτίους δ' Ἑκαταῖος ἀρτοφάγους φησὶν εἶναι, κυλλήστιας ἐσθίοντας, τὰς δὲ κριθὰς εἰς ποτὸν καταλίοντας. Διὰ ταῦτα καὶ Ἄλεξις ἐν τῷ Περὶ αὐταρκείας ἔφη, μετρίᾳ τροφῇ κεχρῆσθαι τὸν Βόκχοριν καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ Νεόχαβιν. Cf. Diodor. I, 45,2. Manethon. fr. 65 not. Hic Alexis num Samius noster sit, ut Schweighaeuserus suspicatur, an alius, nescimus. De Alexide, Polycleti discipulo, v. Plinius XXXIV, 8,19. Alexis Sicyonius Canthari statuarii pater, ap. Pausan. VI, 3,6. De Alexide comico v. Meinek. tom. I, p. 374 sqq.

---

sæpius distulit. Semel victo eo, Albani se ad convivia dederunt : quos Tullus vino captos adortus, regem eorum duobus pollis equinis alligatum discerpsit. Alexarchus in quarto Italicorum.

ANNALES SAMIORUM.

1.

Alexis Samius secundo Annalium Samiacorum hæc scribit : « Venerem, quæ Sami consecrata est, quam alii *in Arundinibus*, alii *in Palude* vocant, dedicarunt meretrices Atticæ, quæ Periclem secutæ, quum Samum oppugnaret, magnam ex prostituta forma quæstum fecerant. »

2.

Alexis Annalium Samiorum libro tertio : « Multis e civitatibus, ait, ornatam esse Samum a Polycrate; qui canes adscivisset Molossos et Laconicos, capras e Scyro et Naxo, oves Mileto et ex Attica. Arcessivit vero, inquit, etiam artifices maxima mercede proposita. Idem, priusquam tyrannidem occupasset, pretiosa stragula et pocula, quæ parata habebat, omnibus utenda dare consueverat, qui nuptias aut solemniora quædam epula celebrabant. » Quæ omnia quum legimus, mirari subit nusquam memoriæ prodi, tyrannum mulieres etiam et formosos pueros arcessisse; qui quidem masculæ veneris insano studio tenebatur, et in amando puero rivalis fuit Anacreontis poetæ, iraque incensus comam amasii detondit. Primus etiam Polycrates, quas ædificavit naves, eas *Samias* a patria nominavit.

3.

DE FRUGALITATE.

Ægyptios vero, Hecatæus ait, *panivoros* esse; qui *cyllestibus* (id nomen panis subacidi est) vescantur, et hordeum in potionis etiam usum mola frangant. Quare etiam Alexis, in libro de Frugalitate, modico victu usum esse ait Bocchorin et ejus patrem Neochabin.

AMPHICRATES (ATHENIENSIS).

ΠΕΡΙ ΕΝΔΟΞΩΝ ΑΝΔΡΩΝ.

1.

Athenæus XIII, p. 576, C : Οὐ καὶ αὐτὸς Θεμιστοκλῆς ἐξ ἑταίρας ἦν γεγεννημένος, ὄνομα Ἀβροτόνου; ὡς Ἀμφικράτης ἱστορεῖ ἐν τῷ Περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν συγγράμματι·

Ἀβρότονον Θρήισσα γυνὴ γένος· ἀλλὰ τεκέσθαι
τὸν μέγαν Ἕλλησιν φασὶ Θεμιστοκλέα.

V. Plutarchus in Vit. Themistocl. c. 1.

2.

Diogenes Laert. II, 101, de Theodoro atheo : Καὶ μέντοι παρ' ὀλίγον ἐκινδύνευσεν εἰς Ἄρειον ἀναχθῆναι πάγον, εἰ μὴ Δημήτριος αὐτὸν ὁ Φαληρεὺς ἐρρύσατο. Ἀμφικράτης δὲ ἐν τῷ Περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν φησὶ κωνεῖον αὐτὸν πιεῖν καταδικασθέντα.

Hic Amphicrates probabiliter est Atheniensis ille orator, qui Luculli temporibus vixit. De eo hæc Plutarchus Lucull. c. 22 : Ἐτελεύτησε δὲ παρὰ τῷ Τιγράνῃ καὶ Ἀμφικράτης ὁ ῥήτωρ· εἰ δεῖ καὶ τούτου μνήμην τινὰ γενέσθαι διὰ τὰς Ἀθήνας. Λέγεται γὰρ φυγεῖν μὲν αὐτὸν εἰς Σελεύκειαν τὴν ἐπὶ Τίγριδι· δεομένων δ' αὐτόθι σοφιστεύειν, ὑπεριδεῖν, καταλαζονευσάμενον, ὡς οὐδὲ λεκάνη δελφῖνα χωροίη· μεταστάντα δὲ πρὸς Κλεοπάτραν, τὴν Μιθριδάτου θυγατέρα, Τιγράνῃ δὲ συνοικοῦσαν, ἐν διαβολῇ γενέσθαι ταχύ, καὶ τῆς πρὸς τοὺς Ἕλληνας ἐπιμιξίας εἰργόμενον ἀποχαρτερῆσαι. Ταφῆναι δὲ καὶ τοῦτον ἐντίμως ὑπὸ τῆς Κλεοπάτρας, καὶ κεῖσθαι περὶ Σαφάν, ἐκεῖ τι χωρίον οὕτω καλούμενον.

Longin. De subl. 3, 2, postquam Gorgiæ, Callisthenis, Clitarchi ampullas vituperaverat : Τά γε μὴν Ἀμφικράτους τοιαῦτα καὶ Ἡγησίου καὶ Μάτριδος. Πολλαχοῦ γὰρ ἐνθουσιᾶν ἑαυτοῖς δοκοῦντες, οὐ βακχεύουσιν, ἀλλὰ παίζουσιν. Cf. id. ib. 4,4 : Ἀμφικράτει καὶ οὐ Ξενοφῶντι (Rep. Lac.) ἔπρεπε τὰς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν κόρας λέγειν παρθένους αἰδήμονας.

Idem nomen restituendum Weisk. (ad Longin. l. l.) putat apud Lucian. Rhetor. præc. c. 9, p. 573 ed. Didot. : Εἶτά σε κελεύσει ζηλοῦν ἐκείνους τοὺς ἀρχαίους ἄνδρας, ἑωλα παραδείγματα παρατιθεὶς τῶν λόγων οὐ ῥᾴδια μιμεῖσθαι, οἷα τὰ τῆς παλαιᾶς ἐργασίας ἐστὶν, Ἡγησίου καὶ τῶν ἀμφὶ Κράτην (Κρίτιον ed. Paris.; l. ἀμφὶ Ἀμφικράτην) καὶ Νησιώτην, κτλ.

« Matris intelligendus videtur Matris Thebanus, qui encomium in Herculem scripsit, idque soluta oratione, si Langbeinio credideris. Athenæus X, p. 412 : Μάτρις δὲ ἐν τῷ τοῦ Ἡρακλείους ἐγκωμίῳ, καὶ εἰς πολυποσίαν φησὶ τὸν Ἡρακλέα προκληθῆναι ὑπὸ τοῦ Λεπρέως, καὶ πάλιν νικηθῆναι (v. Casaub. ad h. l.). Idem II, p. 44 *Atheniensem* vocat : Μάτρις δὲ ὁ Ἀθηναῖος, ὅσον ἐβίω χρόνον, οὐδὲν ἐσιτεῖτο ἢ μυρσίνης ὀλίγον. Verum Ptolemæus Hephæstionis (p. 187,2 in Mythogr. ed. Westerm.), unde hanc fabulam mutuatus est Athenæus, *Thebanum* vocat : Μάτρις ὁ Θηβαῖος ὑμνογράφος μυρσίνας παρ' ὅλεν τὸν βίον ἐσιτεῖτο. Quare ap. Athen. leg. videtur M. ὁ Θηβαῖος. » Toup. Eundem in Herculis historia laudat Diodor. I, 24, 4.

AMPHILOCHUS.

Amphilochus apud Clement. Alex. Strom. VI, p. 267,9 cum Aristocle, Leandro, Anaximene, Hellanico, Hecatæo, aliis inter eos recensetur, qui Melesagoræ scripta expilasse dicuntur.

Schol. Eurip. Phœn. 670 : Ἀμφίλοχος διὰ τὸ ἐπεσπάρθαι τοῖς οἰκοῦσιν ἐν Θήβαις (sc. τοὺς Σπαρτοὺς κληθῆναί φησιν).

Alius Amphilochus fuerit Atheniensis qui de historia naturali scripsisse videtur. Nomen ejus ponitur in Indice auctorum ad Plinii Hist. Nat. lib. VIII, X, XII, XIII, XIV, XV et XVIII, 16, ubi ejus *De cytiso* volumen memoratur; add. Auctor. latin. Rei rust. p. 54. 164. Apud schol. Nicandr. Ther. 617 citatur Ἀντίλοχος ἐν τῷ Περὶ κυτίσου. Scribe Ἀμφίλοχος. Similiter Amphilochi nomen reponendum atque Melesagoræ expilatorem intelligendum esse putaveris ap. Theodoret. Therap. VIII, p. 908 : Ἀθήνησιν, ὡς Ἀντίλοχος ἐν

DE VIRIS ILLUSTRIBUS.

1. Nonne et ipse Themistocles ex meretrice natus erat, cui nomen Abrotonum? ut tradit Amphicrates in libro De viris illustribus :

Abrotonum Thressa mulier genere; sed peperisse
magnum Græcis aiunt Themistoclem.

2.

Parum abfuit quin Theodorus raperetur in jus ad Areopagum, nisi eum Demetrius Phalereus periculo eripuisset. Amphicrates vero in libro De viris illustribus ait illum damnatum cicutam bibisse.

τῇ ἐννάτῃ γέγραφεν ἱστορίᾳ, ἄνω γε ἐν τῇ ἀκροπόλει Κέκροπός ἐστι τάφος παρὰ τὴν Πολιοῦχον αὐτήν. Verum pro Ἀντιλόχῳ, quod est in vetustioribus codicibus, recentiores præbent Ἀντίοχος; quod ut præferamus facit Clemens Alex. Protr. p. 13, 24 et Arnobius VI, 6, qui eandem rem ex *Antiocho* referunt. Is vero Antiochus procul dubio est auctor τῶν Κατὰ πόλιν μυθικῶν, quorum librum secundum laudat Ptolemæus Hephæstionis ap. Photium cod. 190, p. 150 *b*. 4 (v. fragm. Athenodori Eretriensis). Eundem intellige ap. Schol. Aristid. p. 103 ed. Frommel (v. Pherecyd. fr. 101). Amphilochus nescio qui laudatur apud Boissonad. An. I, p. 38 : Ἀμφιλόχου. Ἡ προπετὴς γλῶττα οὐδὲν ἄξιον ἐρευγομένη, καὶ ἀσύγγνωστός ἐστιν καὶ ἑαυτὴν ἐστηλίτευσεν. Sequuntur ibid. aliæ sententiæ ejusdem, ut videtur, Amphilochi. Ceterum hæc hominis sunt ævi infimi Christianique.

AMPHION THESPIENSIS.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΝ ΕΛΙΚΩΝΙ ΜΟΥΣΕΙΟΥ.

Athenæus XIV, p. 629, A : Ἀμφίων δὲ ὁ Θεσπιεὺς ἐν δευτέρῳ Περὶ τοῦ ἐν Ἑλικῶνι μουσείου ἄγεσθαί φησιν ἐν Ἑλικῶνι παίδων ὀρχήσεις μετὰ σπουδῆς, παρατιθέμενος ἀρχαῖον ἐπίγραμμα τόδε·

Ἀμφότερ', ὠρχεύμαν τε καὶ ἐν Μώσαις ἐδίδασκον
ἄνδρας· ὁ δ' αὐλητὰς ἦν Ἄναξος Φιαλεύς·
εἰμὶ δὲ Βακχείδας Σικυώνιος. Ἦ ῥα θεοῖσι
τοῖς Σικυῶνι καλὸν τοῦτ' ἀπέκειτο γέρας.

Cf. Müller. *Min.* p. 381. Περὶ τοῦ ἐν Ἑλικῶνι ἀγῶνος dixit etiam Nicocrates ap. Schol. Il. ν', 21.

ANAXICRATES.

1.

ΑΡΓΟΛΙΚΑ.

E LIBRO SECUNDO.

Schol. Venet. in Eurip. Androm. 224 : Ὦ φίλταθ' Ἕκτορ... μαστὸν ἥδη πολλάκις νόθοισι σοῖς] Τοῦτο παρ' ἱστορίαν φασὶν εἰρῆσθαι· μὴ γὰρ ἱστορεῖσθαι Ἕκτορι ἐξ ἄλλης γυναικὸς γεγενῆσθαι υἱούς. Ἀπερίσκεπτοι δέ εἰσιν οἱ ταῦτα λέγοντες. Ἀναξικράτης γὰρ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Ἀργολικῶν οὕτω λέγει· « Οἱ δ' ἀμφ' ἐνέαο (ὁ δὲ Ἀμφινέα schol. vulg.) καὶ Σκαμάνδριον τὸν Ἕκτορος υἱὸν καὶ πρεσβύτερον (παλαίτερον schol. vulg.). Ἦσαν δὲ αὐτῷ οὗτος μὲν νόθος, ὃς ῑ (i. e. ἐν Ἰλίῳ?) κατελήφθη (ὃς κατελήφθη ἐν Ἰλίῳ sch. vulg.) καὶ ἀπόλλυται. Οὗτοι δὲ διασώζονται. Σκαμάνδριος δὲ ἀφίκετο εἰς Ταναΐδα, Αἰνείου δὲ Ἀγχίσης ὁ πατὴρ ῑ (sic) καὶ ἄλλοι τινὲς, παῖδες αὐτῶν, καὶ Ἀγέστας, οἰκεῖος ὢν Ἀγχίσῃ, καὶ Αἰνείας εἰς Δάρδανον μεταπίπτονται. »

« Plurima sunt in hoc scholio pessime corrupta. » Conet. *Amphineum* Hectoris filium memorari dicunt apud Dictyn Cret. III, 20. At in Dederichi editione nihil invenio nihi hæc : *Astyanacta quem nonnulli Scamandrium appellabant, et Laodamanta... præ se habens* (Andromache), etc. Huc accedit *Amphineus* nomen per se suspectum esse. Eundem Hectoris filium esse puto, quem Conon Narrat. 46, cum Scamandrio jungens Ὀξύνιον appellat. Attamen hoc quoque corruptum esse mihi videtur. Vera nominis forma fuerit Ὀφρύνιος vel Ὀφρυνεύς. Scilicet fictus ille Hectoris filius est de Mysiæ loco Ὀφρυνίῳ vel Ὀφρυνείῳ, ubi Hectoris sepulcrum lucusque ei sacratus erat (v. Strabo XIII, p. 595; Herodot. VII, 43; Xenophon. Anab. VII, 8, 5; Aristodemi fragm. 6, supra p. 310). — In sequentibus scripserim : τὸν Ἕκτορος υἱὸν τὸν πρε-

DE MUSARUM TEMPLO IN HELICONE.

Amphion Thespiensis secundo libro De Musarum templo in Helicone, saltationes puerorum ait studiose agi in Helicone, vetus apponens epigramma hujusmodi :

Ambo hæc præstiti : saltavi et musicam docui
Homines. Tibicen mihi fuit Anacus Phialensis.
Sum vero Bacchides Sicyonius. Hoc ergo diis
positum est munus, Sicyoni honorificum.

ARGOLICA.

1.

Carissime Hector, sæpius mammam præbui nothis tuis.] Hoc contra historiam dictum esse aiunt, quum ex alia muliere liberos ab Hectore genitos esse historia non tradat. At hæc qui dicunt, parum circumspecti sunt. Nam Anaxicrates de rebus Argolicis libro secundo ita habet : « Alii vero dicunt *Ophryneum* et Scamandrium Hectoris filium natu majorem. Etenim hi nothi erant; filius legitimus in Ilio relictus perierat; nothi autem illi servati sunt. Scamandrius venit in Tanaidem, (*Ophryneus* vero) et Anchises Æneæ pater, et alii quidam ex liberis eorum, et Agestas, Anchisæ cognatus, ipseque Æneas in Dardanum confugiunt. »

σεύτερον· ἦσαν δὲ αὐτῷ οὗτοι μὲν νόθοι· [ὁ δὲ γνήσιος, sc. Σκαμάνδριος ὁ καὶ Ἀστύαναξ] ἐν Ἰλίῳ κατελείφθη καὶ ἀπόλλυται. Postrema item laborant. Pro Αἰνείου δὲ desideras mentionem alterius Hectoris filii, qui salvus evasisse dicitur. Fuerit : Ὀφρύντιος δὲ καὶ Ἀγχίσης ὁ πατὴρ Αἰνείου, καὶ Αἰνείας καὶ ἄλλοι τινὲς, παῖδες αὐτῶν... ἐς Δ. μεταπίπτονται. Cf. Nicolai Dam. fr. 29, not.

2.

Schol. Eurip. Med. 19 : Περὶ δὲ τῆς Κρέοντος θυγατρὸς οὐχ ὁμοφωνοῦσι τῷ Εὐριπίδῃ οἱ συγγραφεῖς· Κλειτόδημος μὲν γὰρ Κρέουσάν φησι καλεῖσθαι, γήμασθαι δὲ Ξούθῳ, Ἀναξικράτης δὲ Γλαύκην. Hæc quoque probabiliter ex Argolicis fluxerunt. — Ad opus geographicum, ut videtur, pertinent quæ ex Anaxicrate, Seleuci Nicatoris æquali (sive is noster sit, sive alius), apud Strabonem referuntur.

3.

Strabo XVI, p. 768 : Τοῦ δὲ Ἀραβίου κόλπου τὸ παρὰ τὴν Ἀραβίαν πλευρὰν ἀρχομένοις ἀπὸ τοῦ Ἐλανίτου μυχοῦ, καθάπερ οἱ περὶ Ἀλέξανδρον ἀνέγραψαν καὶ Ἀναξικράτη, μυρίων καὶ τετρακισχιλίων σταδίων ἐστίν· εἴρηται δὲ ἐπὶ πλέον. Hæc et quæ sequuntur Strabo ex Eratosthene affert. Alexander, qui hoc loco una cum Anaxicrate laudatur, idem est, mea sententia, quem Ælianus H. An. XVII, 1, ἐν Περίπλῳ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης (v. Alex. Polyhist. fr. 135 *a*) excitat. Anaxicrates vero, quem Strabo citat, non diversus fuerit ab eo, cujus meminit Tzetzes Hist. VII, 174 :

> Ταύτην τὴν Ἀντιόχειαν Σέλευκος κτίζει πόλιν
> καὶ ἄλλας ἑβδομήκοντα καὶ τέσσαρας δὲ πόλεις.
> Τοὺς δ' ἀμαθῶς Ἀντίοχον λέγοντας ταύτην κτίσαι,
> Ἀτταῖός τε καὶ Περιττὰς, Ἀναξικράτης ἅμα
> ἐλέγξουσι σαφέστατα καὶ δείξουσι ληροῦντας
> σὺν οἷς Ἀσκληπιόδωρος δὲ οἰκιστὴς τυγχάνων,
> οὓς τότε Σέλευκος ποιεῖ κτισμάτων ἐπιστάτας.

Asclepiodorus probabiliter is est quem Syriæ satrapam commemorat Arrian. Exp. Al. III, 6, 8, IV, 13, 4, etc.

ANAXILAUS. Vide fr. Anaximenis in Script. Rer. Alex. p. 34, not. 2.

ANDREAS PANORMITANUS.

ΣΙΚΕΛΙΚΑ ΚΑΤΑ ΠΟΛΙΝ.

E LIBRO XXXIII.

Athenæus XIV, p. 634, A : Καλεῖται δέ τι καὶ τῶν πολιορκητικῶν ὀργάνων σαμβύκη, οὗ τό τε σχῆμα καὶ τὴν κατασκευὴν ἀποδείκνυσι Βίτων ἐν τῷ πρὸς Ἄτταλον Περὶ ὀργάνων. Καὶ Ἀνδρέας ὁ Πανορμίτης ἐν τῷ τριακοστῷ τρίτῳ τῶν Σικελικῶν τῶν κατὰ πόλιν, ὡς ἀπὸ δύο ὄνων (νεῶν Lipsius) προσάγοιτο τοῖς τῶν ἐναντίων τείχεσι· καλεῖσθαί τε σαμβύκην, ἐπειδὴ, ὅταν ἐξαρθῇ, γίνεται σχῆμα νεὼς καὶ κλίμακος ἑνοποιούμενον, ὅμοιον δέ τί ἐστι καὶ τὸ τῆς σαμβύκης.

« Cf. Mongitor. Bibl. Sic. tom. I, p. 23 sq. Fabric. B. Gr. tom. XI, p. 66. » *Westermann*. ad Voss. p. 384, 36.

ANDRISCUS.

ΝΑΞΙΑΚΑ.

E LIBRO PRIMO.

Parthenius Erot. c. 9 : Περὶ Πολυκρίτης. Ἡ ἱστορία αὕτη ἐλήφθη ἐκ τῆς α' Ἀνδρίσκου Ναξιακῶν· γράφει περὶ αὐτῆς καὶ Θεόφραστος ἐν τῷ δ' τῶν Πρὸς τοὺς καιρούς. Καθ' ὃν δὲ χρόνον ἐπὶ Ναξίους Mi-

2.

De Creontis filia non concinunt cum Euripide historici. Clitodemus enim Creusam nominatam esse atque Xutho nupsisse, Anaxicrates vero Glaucen appellatam dicit.

3.

Arabici sinus latus, quod præter Arabiam est, ab Elanitico recessu sumpto initio (ut Alexander et Anaxicrates scripserunt) quattuordecim millia stadiorum comprehendit : id autem justo amplius dicitur.

RES SICULÆ OPPIDATIM EXPOSITÆ.

Vocatur etiam bellica quædam machina *sambuca*, oppugnandis urbibus inserviens : cujus formam structuramque declarat Biton in libro De machinis ad Attalum. Et Andreas Panormitanus, tertio et trigesimo libro Rerum Sicularum oppidatim expositarum, ait muris hostium eam admoveri duabus suculis [*sive*, duabus navibus impositam]; vocari autem *sambucam*, quoniam, postquam erecta est, forma navis et scalæ in unum juncta similis sit quodammodo figuræ quam sambuca refert.

DE REBUS NAXIIS.

1.

De Polycrita. Hæc historia transcripta est ex libro primo Andrisci De rebus Naxiis. Meminit ejus etiam Theophrastus in quarto libro De opportunitatibus. — Quo tempore contra

Hieronymi, Syracusarum tyranni, assentatorem Thrasonem fuisse, qui Carcharus (*Asper*) cognominatus est, Bato Sinopensis narrat in libro quem de Hieronymi tyrannide composuit; ubi eundem plurimo mero se proluere solitum ait. Hunc vero deinde ut e medio tolleret Hieronymus, effecit alius ejusdem assentator, cui Osis nomen: ipsique Hieronymo persuasit, ut diadema sumeret et purpuram et reliquum omnem ornatum, quem gestaverat Dionysius tyrannus.

ΠΕΡΙ ΘΕΣΣΑΛΙΑΣ ΚΑΙ ΑΙΜΟΝΙΑΣ.

4.

Athenæus, XIV, p. 639, E: Βάτων ὁ Σινωπεὺς, ὁ ῥήτωρ, ἐν τῷ Περὶ Θεσσαλίας καὶ Αἱμονίας σαφῶς ἐμφανίζει τὴν τῶν Σατουρναλίων ἑορτὴν Ἑλληνικωτάτην, φάσκων αὐτὴν παρὰ τοῖς Θεσσαλοῖς Πελώρια καλεῖσθαι, γράφων οὕτως· « Θυσίας κοινῆς τοῖς Πελασγοῖς γινομένης ἀναγγεῖλαί τινα τῷ Πελασγῷ ἄνδρα, ᾧ ὄνομα ἦν Πέλωρος, διότι ἐν τῇ Αἱμονίᾳ σεισμῶν μεγάλων γενομένων ῥαγεῖη τὰ Τέμπη ὄρη ὀνομαζόμενα, καὶ διότι διὰ τοῦ διαστήματος ὁρμῷησαν τὸ τῆς λίμνης ὕδωρ ἐμβάλλοι εἰς τὸ τοῦ Πηνειοῦ ῥεῖθρον, καὶ τὴν πρότερον λιμνάζουσαν χώραν ἅπασαν γεγυμνῶσθαι, καὶ ἀναξηραινομένων τῶν ὑδάτων, πεδία θαυμαστὰ τῷ μεγέθει καὶ τῷ κάλλει ἀναφαίνεσθαι. Ἀκούσαντα οὖν τὸν Πελασγὸν τὴν τράπεζαν ἀρθόνως αὐτῷ κεκοσμημένην τῷ Πελώρῳ παρατεθεῖναι. Καὶ τοὺς ἄλλους δὲ φιλοφρονουμένους ἕκαστον φέρειν ὅ τι ἔχοι παρ' αὐτῷ βέλτιστον, καὶ παρατιθέναι ἐπὶ τὴν τράπεζαν τῷ ἀπαγγείλαντι, καὶ αὐτὸν τὸν Πελασγὸν προθύμως διακονεῖν, καὶ τῶν ἄλλων τοὺς ἐν ἀξιώματι ὄντας ὑπηρετεῖν, καθότι ἑκάστῳ ὁ καιρὸς παρέπιπτε. Διόπερ φασὶν, ἐπεὶ τὴν χώραν κατέσχον, ἀπομίμημα τῆς τότε γενομένης ἑορτῆς, θύοντας Διὶ Πελώρῳ, τραπέζας τε λαμπρῶς κοσμοῦντας προτιθέναι, καὶ οὕτως φιλάνθρωπον τὴν πανήγυριν

DE THESSALIA ET HÆMONIA

4.

Bato Sinopensis rhetor libro de Thessalia et Hæmonia perspicue declarat Saturnalium festum quam maxime Græcanicum esse, dicitque apud Thessalos *Peloria* nominari. Verba ejus hæc sunt: « Quo tempore sacrificium epulumque publicum celebrabant Pelasgi, renunciavit Pelasgo vir quidam, cui nomen *Pelorus* erat, vehementibus terræ motibus exortis in Hæmonia disruptos esse montes qui Tempe vocantur, et per intervallum erumpentem aquam paludis in Penei alveum influxisse, regionemque universam quæ antea palustris fuisset, denudatam esse, et exsiccatis aquis campos apparuisse miræ pulchritudinis et amplitudinis. Quibus auditis, Pelasgus mensam sibi laute instructam Peloro apposuit, et reliqui multa comitate attulere singuli quidquid quisque optimum habebat, mensæ nuncii imponentes, ipseque Pelasgus prompte ei ministravit, et reliquorum quisque honoratiorum eidem famulabantur, prout cuique offerebatur occasio. Quamobrem, postquam regionem illam occuparunt, ad imitationem, ut aiunt, festi tunc celebrati, Jovi Peloro sacra facientes, mensas splendide instructas proponunt, tantaque liberalitate humanitateque panegyrin illam celebrant, ut et peregrinos cunctos ad epulas adhibeant, et vinctos solvant, et servos accum-

συντελεῖν, ὥστε καὶ τοὺς ξένους ἅπαντας ἐπὶ τὴν θοίνην παραλαμβάνειν, καὶ τοὺς δεσμώτας λύειν, καὶ τοὺς οἰκέτας κατακλίναντας μετὰ πάσης παρρησίας ἑστιᾶν, διακονούντων αὐτοῖς τῶν δεσποτῶν· καὶ τὸ σύνολον ἔτι καὶ νῦν Θεσσαλοὺς μεγίστην ἑορτὴν ἄγοντας προσαγορεύειν Πελωρίαν. » Cf. Panofka in *Abhdl. d. Berlin. Akad.* 1839, p. 35, citante Hermanno in Antiqq. sacrr. § 64, 21, et Preller. in *Pauly's Realencycl.* s. v. *Jupiter*, tom. IV, p. 591.

ΑΤΤΙΚΑΙ ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

5.

E LIBRO SECUNDO.

Schol. Pindar. Isthm. III (IV), 104 : Βάτος δὲ ἐν δευτέρῳ Ἀττικῶν ἱστοριῶν Πολύδωρον, Ἀνίκητον, Μηκιστόφονον, Πατροκλέα, Τοξόκλειτον, Μενεβρόντην, Χερσίβιον, sc. Herculis e Megara filios recenset. — « Βάτος nomen corruptum videtur; scripserim Βάτων. » *Boeckh.*

6.

Plutarch. Agid. c. 15. Ætolis Peloponnesum invadentibus, Aratus auxilia petit a Lacedæmoniis; qui mittunt exercitum duce Agide. Hic ubi advenit, Arato prœlium evitare visum est satius : Ὁ δὲ Σινωπεὺς Βάτων αὐτὸν οὐκ ἐθέλειν μάχεσθαί φησι Ἄγιν Ἀράτου κελεύοντος, οὐκ ἐντετυχηκὼς οἷς Ἄρατος γέγραφε περὶ τούτων ἀπολογιζόμενος κτλ. (v. Arati fr. 1). Fortasse alia quædam de Arato ex eodem fonte hausit Plutarchus. V. Droysen. *Hellen.* II, p. 391 *not.*

ΠΕΡΙ ΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ.

7.

Athenæus X, p. 436, F : Βάτων δ' ὁ Σινωπεὺς ἐν τοῖς Περὶ Ἴωνος τοῦ ποιητοῦ φιλοπότην φησὶ γενέσθαι καὶ ἐρωτικώτατον τὸν Ἴωνα. Καὶ αὐτὸς δὲ ἐν τοῖς ἐλεγείοις ἐρᾶν μὲν ὁμολογεῖ Χρυσίλλης τῆς Κορινθίας, Τελέου δὲ θυγατρός· ἧς καὶ Περικλέα τὸν Ὀλύμπιον ἐρᾶν φησι Τηλεκλείδης ἐν Ἡσιόδοις.

BION SOLENSIS.

Diogenes L. IV, 58 : Γεγόνασι δὲ Βίωνες δέκα... Πέμπτος Σολεὺς, Αἰθιοπικὰ γεγραφώς. Ἕκτος, ῥητορικὸς, οὗ φέρεται ἐννέα βιβλία Μουσῶν ἐπιγραφόμενα. Plinius H. N. VI, 35, p. 388 : *Simili modo et de mensura ejus varia prodidere : primus Dalion ultra Meroen longe subvectus, mox Aristocreon et Bion et Basilis.* V. Basilis fragm.

Præter Æthiopica Bion Solensis De historia naturali scripsisse videtur. Nam apud Varronem (De re r. 1, 1) recensetur inter eos qui rei rusticæ studiosis consulendi sint. Eundem inter auctores suos recenset Plinius in elencho libr. VIII, X, XIV, XV, XVII, XVIII. Quæritur num idem sit *Cæcilius Bion*, cujus Περὶ δυνάμεων opus laudat Plinius XXVIII, 57, p. 199 ed. Tchn. : *Datur* (ad sedandum lienem) *et equi lingua inveterata ex vino, præsentaneo medicamento, ut didicisse se ex Barbaris Cæcilius Bion tradit.* Ejusdem meminit Plinius XXIX, 28, p. 236 : *Tertium genus est eodem phalangii nomine araneus lanuginosus, grandissimo capite. Quo dissecto inveniri dicuntur intus vermiculi duo, adalligatique mulieribus cervina pelle ante solis ortum, præstare ne concipiant, ut Cæcilius in Commentariis reliquit. Vis ea annua est.* Pertinent hæc ad commenta magica. (Pro *Bion* vel *Dalion* corrupte legitur *Bialcon* lib. XXVIII, 80, p. 214.) Nomen *Cæcilius* arguit patronum Romanum. Æthiopicon vero scriptor quum Basili antiquior vel certe æqualis ejus fuisse videatur, non est probabile eundem esse cum Cæcilio. Laudatur denique Bion una cum Alexandro Polyhistore de rebus Assyriorum. Quodsi recte nomen se habet, neque Dinon potius esse debet, hæc fortasse ei vindicanda Bioni sunt, qui novem Musarum libros, sicuti Herodotus et Cephalion, scripsit.

---

bere et cum omni libertate epulari jubeant, ministeria obeuntibus dominis : et omnino etiam nunc Thessali maxima celebritate festum illud agunt, et *Peloriam* nominant. »

ATTICÆ HISTORIÆ.

5.

Baton libro secundo Historiarum Atticarum Herculis et Megaræ filios recenset Polydorum, Anicetum, Mecistophonum, Patroclem, Toxoclitum, Menebrontem, Chersibium.

6.

Baton Sinopensis ait Ἄγιν, etsi jubente Arato, pugnare non voluisse. At non legit ille quæ ipse Aratus de his defendens se conscripsit.

DE IONE POETA.

7.

Bato Sinopensis in libro, quem de Ione poeta conscripsit, et bibacem et amoribus delitissimum Ionem fuisse ait. Et ipse quidem Ion in Elegiis, amore se captum Chrysillæ Corinthiæ profitetur, Telei filiæ; quam eandem a Pericle quoque Olympio adamatam Teleclides ait in Hesiodis.

ΑΙΘΙΟΠΙΚΑ.

1.

Plinius H. N. VI, 35, p. 387 ed. Tchn.: *A Syene, et prius Arabiæ latere, gens Catadupi; deinde Syenitæ. Oppida: Tacompson, quam quidam appellaverunt Thathicen, Aranium, Sesanium, Sandura, Nasaudum, Anadoma, Cumara, Peta et Bochiana, Leuphithorga, Tantarene, Moechindira, Noa, Gophoa, Cystate, Megeda, Lea, Rhemnia, Nupsia, Direa, Pataga, Bagada, Dumana, Rhadata, in quo felis aurea pro deo colebatur, Boron in mediterraneo, Mallos, proximum Meroæ. Sic prodidit Bion. Juba aliter.* (V. Jubæ fr. 42, tom. III, p. 477.)

2.

Idem ib. p. 388 Tchn.: *Ex Africæ latere tradita sunt eodem nomine Tacompsos altera, sive pars prioris: Magora, Lea, Edosa, Pelenaria, Pyndis, Magusa, Bauma, Linitima, Spintum, Sydopta, Gensora, Pindicitora, Agugo, Orsima, Suasa, Maumarum, Urbim, Mulon, quod oppidum Græci Hypaton vocarunt; Pagoargas, Zamnes, unde elephanti incipiunt; Mamblia, Berresa, Cetuma. Fuit quondam et Epis oppidum contra Meroen, antequam Bion scriberet deletum.*

3.

Idem ib. p. 390 Tchn.: *Inde* (sc. a Tole oppido) *dierum duodecim* (itinere) *Esar Ægyptiorum oppidum, qui Psammetichum fugerint. In eo produntur annis trecentis habitasse... Bion autem Sapen vocat, quod ille* (sc. Aristocreon) *Esar, et ipso nomine advenas ait significari.* Antecedit Aristocreontis fr. 1.

Idem ib. p. 391 Tchn.: *Bion alia oppida in insulis tradit, a Sembobiti Meroen versus dierum toto itinere viginti. Proximæ insulæ oppidum Semberritarum sub regina, et aliud Asar: alterius oppidum Daron. Tertiam Medoen vocant, in qua oppidum Asel. Quartam eodem quo oppidum nomine Garoden. Inde per ripas oppida: Navos, Modundam, Andatim, Setundum, Colligat, Secande, Navectabe, Cumi, Agrospi, Ægipam, Candrogari, Arabam, Summaram.*

4.

Athenæus XIII, p. 566, C: Καθίστων δὲ καὶ πολλοὶ τοὺς καλλίστους βασιλέας, ὡς μέχρι νῦν οἱ Ἀθάνατοι καλούμενοι Αἰθίοπες, ὥς φησι Βίων ἐν Αἰθιοπικοῖς. Ὡς ἔοικε γὰρ τὸ κάλλος βασιλείας οἰκεῖόν ἐστι. Cf. Herodot. III, 20; Aristot. Pol. IV, 3, 7. Nicolai fr. 142.

5.

Schol. ad Actor. VIII, 27 ap. Albert. in Gloss. Gr. N. T. p. 213 et Cramer. Anecd. III, p. 415: Κανδάκην Αἰθίοπες πᾶσαν τὴν τοῦ βασιλέως μητέρα καλοῦσιν. Οὕτω Βίων ἐν πρώτῳ Αἰθιοπικῶν· « Αἰθίοπες τοὺς βασιλέων πατέρας οὐκ ἐκφαίνουσιν, ἀλλ' ὡς ὄντας υἱοὺς ἡλίου παραδιδόασι· ἑκάστου δὲ τὴν μητέρα καλοῦσι Κανδάκην. » Cf. Hesych.: Κάνδη, γυνὴ ἢ Καν.

ΑΣΣΥΡΙΑΚΑ.

(6.)

Syncell. p. 359, C: Ἐβασίλευσαν Ἀσσύριοι ἀπὸ Νίνου καὶ Σεμιράμεως μέχρι Βελεοῦν τοῦ Δελκετάδου. Εἰς τοῦτον γὰρ τοῦ Σεμιράμεως γένους λήξαντος, Βελιταρᾶν κηπουργὸς ἐβασίλευσε καὶ τὸ ἐκείνου γένος ἕξῆς μέχρι Σαρδαναπάλλου, καθὰ Βίωνι καὶ Ἀλεξάνδρῳ δοκεῖ τῷ Πολυΐστορι. Syncellus hauserit ex Agathia (II, 25), qui de iisdem rebus fusius exponit (v. Polyhistoris fr. 2). Bionis mentio ex Alexandro fluxerit.

BOTRYAS MYNDIUS.

Ptolemæus Heph. ap. Phot. cod. 190, p. 147, 21: Βοτρύας ὁ Μύνδιος τῆς Νιόβης παῖδας πάντας ὑπὸ Ἀπόλλωνός φησιν ἀνῃρῆσθαι.

Βότρυας] idem quod Βότρυς, cujus nominis viros v. ap. Dindorf. in Steph. s. v. et in Meinek. Hist. crit. com. p. 408 *not.*

DE ÆTHIOPIA.

4.

Multi etiam pulcerrimos creabant reges, uti etiamnum Æthiopes qui Athanati, *Immortales*, (*Macrobii* ap. Herodot.) vocantur, uti Bion narrat in Æthiopicis.

5.

Candacen Æthiopes quamque regis matrem appellant, teste Bione in primo De Æthiopia, ubi hæc: « Æthiopes patres regum non exhibent, quos pro Solis filiis habent, matrem vero uniuscujusque Candacen appellant. »

DE REBUS ASSYRIORUM.

6.

Regnarunt Assyrii a Nino et Semiramide usque ad Beleum Delcetadæ filium. In quo quum Semiramidea stirps deficeret, Belitaran hortulanus regno potitus est, quod apud posteros ejus mansit usque ad Sardanapallum, uti Bioni et Polyhistori videtur.

BRUTTIUS s. BRETTIUS, chronographus, homo Christianus, quem laudant Euseb. Chron. p. 379 ad Ol. 218, 3, Syncell. p. 344, A, Malala p. 34, 22; 139, 17; 262, 21 ed. Bonn., serioris est ætatis, quam ut fragmenta ejus hic locum inveniant. Vide quæ de eo disputat Bentlej. ad Millium p. 71, ad calcem Malalæ edit. Bonn.

BUTORIDES ap. Plinium H. N. XXXVI, c. 12, inter eos recensetur, qui de pyramidibus Ægyptiis scripserunt.

CÆMARO, Indicòn auctor, apud Plutarch. De fluv. 4. V. Daimachi fragm. 4 *a*. tom. II, p. 441.

CALLICRATES Περὶ Ἀθηνῶν scripsit. Vid. Menecles Barcæus.

CALLIDEMUS.

Plinius H. N. IV, 12, 21 : (Eubœa) *antea vocitata est..., ut Aristides Macra, ut Callidemus, Chalcis.* Eadem Solin. c. 17. Idem nomen est in indice auctorum lib. IV. Nihilominus fortasse corruptum ex *Clidemus*.

CALLIPHANES.

Plinius VII, c. 2, p. 5 ed. Tchn. : *Supra Nasamones confinesque illis Machlyas, Androgynos esse utriusque naturæ inter se vicibus coeuntes Calliphanes tradit. Aristoteles adjicit dextram mammam iis virilem, lævam muliebrem esse.*

Qui sit hic Calliphanes, cujus nomen recurrit in catalogo auctorum ad lib. III. V. VI, parum liquet. Calliphanes quidam, ὁ τοῦ Παραβύχοντος κληθείς, memoratur ap. Athenæum, I, p. 4, C. Lysiæ contra Καλλιφάνη orationem citat Harpocrat. v. Νωθεία.

CALLIPPUS CORINTHIUS.

ΕΣ ΟΡΧΟΜΕΝΙΟΥΣ ΣΥΓΓΡΑΦΗ.

1.

Pausanias IX, 29, 1 : Θῦσαι δὲ ἐν Ἑλικῶνι Μούσαις πρώτους καὶ ἐπονομάσαι τὸ ὄρος ἱερὸν εἶναι Μουσῶν Ἐφιάλτην καὶ Ὦτον λέγουσιν, οἰκίσαι δὲ αὐτοὺς καὶ Ἄσκρην· καὶ δὴ καὶ Ἡγησίνους ἐπὶ τῷδε ἐν τῇ Ἀτθίδι ἐποίησεν·

> Ἄσκρη δ' αὖ παρέλεκτο Ποσειδάων ἐνοσίχθων·
> ἣ δή οἱ τέκε παῖδα περιπλομένων ἐνιαυτῶν
> Οἶοκλον, ὃς πρῶτος μετ' Ἀλωΐος ἔκτισε παίδων
> Ἄσκρην, ἣθ' Ἑλικῶνος ἔχει πόδα πιδακόεντα.

Ταύτην τοῦ Ἡγησίνου τὴν ποίησιν οὐκ ἐπελεξάμην· ἀλλὰ πρότερον ἄρα ἐκλελοιπυῖα ἦν πρὶν ἢ ἐμὲ γενέσθαι. Κάλλιππος δὲ Κορίνθιος ἐν τῇ Ἐς Ὀρχομενίους συγγραφῇ μαρτύρια ποιεῖται τῷ λόγῳ τὰ Ἡγησίνου τὰ ἔπη. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἡμεῖς πεποιήμεθα παρ' αὐτοῦ Καλλίππου διδαχθέντες.

Cf. Müller. *Min.* p. 17 sq.; Welcker. *Cycl.* p. 325.

Idem IX, 38, 9 : Ἀσπληδόνα δὲ ἐκλιπεῖν τοὺς οἰκήτορας φασιν, ὕδατος σπανίζοντας· γενέσθαι δὲ τὸ ὄνομα ἀπὸ Ἀσπληδόνος τῇ πόλει· τοῦτον δὲ εἶναι νύμφης τε Μιδείας καὶ Ποσειδῶνος· ὁμολογεῖ δὲ καὶ ἔπη σφίσιν, ἃ ἐποίησε Χερσίας, ἀνὴρ Ὀρχομένιος·

> Ἐκ δὲ Ποσειδάωνος ἀγακλειτῆς τε Μιδείας
> Ἀσπληδὼν γένετ' υἱὸς ἀν' εὐρύχορον πτολίεθρον.

Τοῦδε τοῦ Χερσίου τῶν ἐπῶν οὐδεμία ἦν ἔτι κατ' ἐμὲ μνήμη· ἀλλὰ καὶ τάδε ἐπηγάγετο ὁ Κάλλιππος ἐς τὸν αὐτὸν λόγον τὸν ἔχοντα ἐς Ὀρχομενίους. Τούτου δὲ τοῦ Χερσίου καὶ ἐπίγραμμα οἱ Ὀρχομένιοι τὸ ἐπὶ τῷ Ἡσιόδου τάφῳ (v. Pausan. l. l. § 4) μνημονεύουσι. Cf. Müller. l. l.

DE REBUS ORCHOMENIORUM.

1.

In Helicone primos omnium sacra Musis fecisse et Musis eum montem consecrasse Ephialtem et Otum tradunt; eosdem etiam Ascram condidisse; quod Hegesinus in Atthide poemate his versibus indicavit :

> Ast Ascræ optato potitur Neptunus amore :
> mox illi quæ progenuit volventibus annis
> Œoclum, natis primus qui junctus Abaei
> urbi ad radices Heliconis condidit Ascram.

Hanc Hegesini poesin ego nunquam legi, quandoquidem ante me natum prorsus evanuerat; sed Callippus Corinthius in historia quam de Orchomeniorum rebus conscripsit, eorum Hegesini versuum testimonio utitur; idem nos quoque facimus a Callippo edocti.

2.

Aspledonem ob aquarum penuriam desertam tradunt; nomen vero urbi contigisse ab Aspledone, quem Midea nympha Neptuno pepererit. Id confirmant versus a Chersia facti, viro Orchomenio :

> Neptunoque tridentifero insignique Midea
> Aspledon satus est, ampla spectandus in urbe.

Ætate quidem mea Chersiæ hujus carmina jam vetustas aboleverat; sed hos quoque versus Callippus retulit in libro De Orchomeniis. Eidem Chersiæ epigramma Orchomenii attribuunt, quod Hesiodi sepulcro inscriptum est.

DOMITIUS CALLISTRATUS.

Auctor noster qui Heracleæ Ponticæ historiam condidit libris minimum septem, modo Callistratus simpliciter dicitur (fr. 1-3), modo addito prænomine *Domitius* Callistratus (fr. 4-8). Hinc conjicimus Callistratum (sicuti Corn. Alexandrum Polyhistorem) Romani patroni fuisse libertum, qui fortasse post eversam bello Mithridatico Heracleam patriam captivus in Italiam abductus erat. Distinguendus ab eo est Callistratus Aristophaneus, qui commentariis suis in Homerum, Pindarum, tragicos et comicos, grammaticis notissimus est (*).

Præter Heracleæ historiam laudatur Callistrati *De Samothracia* opus; quod num ad Domitium C. pertineat necne, nescimus. *Callistratus Tenedius* inter Arati interpretes recensetur in antiquo catalogo Petrii Victorii, ut ex Vossio disco. Sed vereor magnopere ne ille Callistratus fuerit *Cleostratus*; ejus enim nominis familiam astronomorum in Tenedo ins. habitasse arguunt Cleostratus Tenedius, octaeteridis inventor (Censorin. 18. Cf. Ideler. Chron. II, p. 605 sq.), atque alius junior Tenedius, qui *Phænomena* scripsit (Vit. Arat. in Biογρ. Westermanni p. 57, 29 et schol. Vatican. in Euripid. Rhes. 524, p. 299 ed. Cobet.). Præterea Callistrati nomen haud semel cum Callisthenis confusum esse ostendimus ad fragm. Callisthen. p. 32. Jam quum schol. Apollon. Rhod. duobus locis (I, 1037. II, 672. V. Callisth. fr. 39. 40, p. 28) Periplum Callisthenis laudet de locis Ponticis, suspicio est his quoque locis pro notiore *Callisthene* reponendum esse *Callistratum*, eumque nostrum esse Domitium Heracleotam, qui Περίπλουν Πόντου condiderit, sicuti Ἀσίας περίπλουν composuerat Nymphis Heracleota.

(*) Non distinguendum esse fortasse inde aliquis colligat, quod Athenæus VI, p. 363, E. ex Callistrato Aristophaneo narrat Mariandynos servos δωροφόρους appellatos esse, sicuti *Penestæ* dicebantur apud Thessalos, *Claroti* apud Cretenses. Exscripsi locum fr. 10. Sed hujus rei memorandæ opportunitatem Commentarii in comicos poetas glossarumque collectiones sæpissime præbere poterant; neque quidquam præterea indagare potui, quod ejusmodi sententiæ probabilitatis speciem conciliaret. Ceterum de Callistrati Commentariis *Homericis* vid. schol. et Eustath. Ad *Pindarum* laudatur a schol. P. II, 1, N. III, 1. VII, 150, Isthm. II, 1. 18. IV, 1; ad *Euripidem* a schol. Orest. 301. 424. 1030; ad *Aristophanem* citatur sexcenties. Ejus in *Cratinum* comment. laudat Athen. XI, p. 495; idem aliis etiam comicis operam suam navasse videtur. Cum hoc argumento conjunctus quodammodo erat liber Περὶ ἑταιρῶν. (Athenæus XIII, p. 591, D: Ἐπλούτει δὲ σφόδρα ἡ Φρύνη, καὶ ὑπισχνεῖτο τειχιεῖν τὰς Θήβας, ἐὰν ἐπιγράψωσι Θηβαῖοι, « Ἀλέξανδρος μὲν κατέσκαψεν, ἀνέστησε δὲ Φρύνη ἡ ἑταίρα, » ὡς ἱστορεῖ Καλλίστρατος ἐν τῷ Περὶ ἑταιρῶν.) Ejusdem Σύμμικτα citat Athenæus III, p. 125, B (βιβλ. ζ. de Simonide), et Erotian. v. χειαι (βίβλ. ς'). Ex iisdem libris fluxerit quod Athenæus habet I, p. 21, C: Καλλίστρατός τε ὁ Ἀριστοφάνειος Ἀρίσταρχον ἐν συγγράμματι κακῶς εἰρηκεν ἐπὶ τῷ μὴ εὐρύθμως ἀμπέχεσθαι, φέροντός τι καὶ τοῦ τοιούτου πρὸς παιδείας ἐξέτασιν. — Præterea vid. indices auctorum ad Phot. Lex.; Hesych., Harpocrat. (v. ἁπλᾶς), Suidam, Zonaram, Bekker. Anecd. Plurima ex iis enotavit Clintonus F. H. III, p. 530. Accuratius hæc pervestigaturo præsto erit R. Schmidt. *Comment. De Callistrato Aristophaneo.* Halæ 1838. *Callistratus*, qui in nonnullis codd. Suidæ, Harpocrationis, Photii una cum *Menecle* Περὶ Ἀθηνῶν laudatur, esse debet *Callicrates*. Vide fragmenta Meneclis Barcæi. Eadem nomina permutata sunt ap. Plutarch. Vit. X Orat. in Demosthen. (p. 281, 9 in Biογρ. Westermanni). — Alios Callistratos vide ap. Fabric. B. Gr. V, p. 560 sq.

ΠΕΡΙ ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ.

E LIBRO SECUNDO.

1.

Apollonius Rhodius II, 780, Priolaum (*a Priola urbe prope Heracleam*), fratrem Lyci, Dascylo nati, regis Mariandynorum, prœlio contra Mysos commisso interfectum esse dicit, atque mortem ejus etiam nunc cantilenis a Mariandynis defleri. Ad hæc scholiasta:

Ἰδίως τὸν θρηνούμενον (θρυλλούμενον vulg.; em. Dindorf.) Πριόλαόν φησι, τῶν ἄλλων Βάρυνον λεγόντων τὸν Τιτίου υἱόν, ὡς Νύμφις καὶ Καλλίστρατος.

Nymphis (fr. 9) de patris nomine nihil tradidit, neque Βάρυνον sed Βῶρμον dixit, uti Hesychius s. v; eamque formam etiam n. l. reponi jure vult Dindorf. in Steph. Thes. v. Βώρμος. In codice Paris. est ita: Τιτίου δὲ υἱὸς Βαρίνος κατὰ Νύμφιν καὶ Καλλίστρατον, κατὰ δὲ ἄλλους Πριόλαος. Postrema de suo adjecit. Nam ita schol. Æschyl. Pers. 941: Καλλίστρατος ἐν δευτέρῳ Περὶ Ἡρακλείας, Τιτίου (vg. Τιτυοῦ) παῖδας εἶναί φησι δύο, Πριόλαν καὶ Μαριανδυνόν, ὃν κυνηγοῦντα ἀπολέσθαι, καὶ μέχρι τοῦ νῦν Μαριανδυνοὺς ἐν ἀκμῇ θέρους θρηνεῖν αὐτόν· τὸν δὲ Μαριανδυνὸν αὐξῆσαι μάλιστα τὴν θρηνητικὴν αὐλῳδίαν καὶ

DE HERACLEA.

1. Quod Priolaus dicitur ille, quem cantilenis Mariandyni lugeant, proprium est Apollonii; nam ceteri Barynum (*Bormum*) dicunt Titiæ filium, ut Nymphis et Callistratus.

Callistratus libro de Heraclea secundo dicit Titiæ filios esse Priolaum et Mariandynum, *et præter hos Bormum*, qui in venatione perierit: Mariandynum vero multum excoluisse aulodiam threneticam, eamque docuisse Hyagnim, patrem Marsyæ.

διδάξαι ταύτην Ὕαγνιν τὸν Μαρσύου πατέρα. Verum hic nihil de Bormo sive *Baryno*, qui olim post Μαριανδυνὸν excidisse videtur. Integram sententiam Callistrati dabit Pollux : Βώριμος δὲ Μαριανδυνῶν γεωργῶν ἄσμα, ὡς Αἰγυπτίων Μανέρως, καὶ Λιτυέρσας Φρυγῶν... Ὁ δὲ Βώριμος ἦν Ἰόλλα (l. Ἰριόλας) καὶ Μαριανδυνοῦ ἀδελφὸς, Οὐπίου (l. Τιτίου) βασιλέως παῖς. De mortis causa aliter Nymphis l. l. Quod de Mariandyno *post mortem fratris* aulodiam threneticam excolente et magistro Hyagnis affert schol. Æschyli, in sua transtulit Eustathius ad Dion. Perieg. v. 787, p. 251 ed. Bernhardy. — Ceterum Βῶρμον nomen in aliis hoc genus fabulis dici Βῶρον monui ad fragm. Chronolog. p. 174 sq. Nominis ratio latet. Quum tamen et Priolaus et Titias et Mariandynus et Cyzicus ex urbium et regionum nominibus ficti sint, simile quid suberit Boro s. Bormo. Βωρεῖς, tribules tribus Cyzicenæ in Inscr. Cyzic. ap. Caylum *Recueil d'Antiq. égypt.* I, 2, *pl.* 60. Βῶρον Lydiæ urbem ex Lex. Septemv. affert Dindorf. in Stephan. Thes. v. Βῶροι coll. v. Βωρεύς. — De cantilenis istis adi Bode. Hist. poes. Gr. tom. II, p. 92 sqq.

2.

Schol. Apoll. Rhod. I, 1126 : Καλλίστρατος δὲ ἐν τῷ δευτέρῳ τοῦ καθ' Ἡράκλειαν περὶ Τιτίου φησί· « Τιτίας, ἥρως ἐγχώριος, ὃν οἱ μὲν μυθεύονται παῖδα Διὸς, οἱ δὲ πρεσβύτερον (l. τὸν πρεσβύτατον) τῶν Μαριανδυνοῦ τοῦ Κιμμερίου παίδων· ὃς ἐν μάλιστα τὸ ἔθνος ηὔξηται, καὶ προάγεται ἔτι εἰς εὐδαιμονίαν. » Καὶ Προμαθίδας δὲ ἐν τοῖς Περὶ Ἡρακλείας λέγει περὶ Τιτίου ὅστις ἦν, καὶ Θεοφάνης. Ἀπευεώθη δὲ ἀπὸ Μαριανδυνῶν.

Cf. idem II, 780 : Τὸν Τιτίαν οἱ μέν φασι Διὸς παῖδα, [οἱ δὲ] ἕνα τῶν Ἰδαίων Δακτύλων, οἱ δὲ τὸν πρεσβύτατον τῶν Μαριανδυνοῦ παίδων. Ὁ δὲ Μαριανδυνὸς Φινέως ἢ Φρίξου ἢ Κιμμερίου λέγεται παῖς εἶναι. Ἀπὸ δὲ Τιτίου φασὶ Τίτιον τὴν πόλιν κληθῆναι. Verba [οἱ δὲ] habet cod. Paris.; in vulg. absunt, recte. — Apollonius II, 780 Titiam ab Hercule in ludis funebribus Priolai in honorem celebratis occisum esse tradit. Lib. I, 1126 Titiam et Cyllenum, πρώτους πόλεων μοιραγέτας ἠδὲ παρέδρους Μητέρος Ἰδαίης dicit. Atque ita Apollonius dixit, notante scholiasta, ἀκολουθῶν Μενάνδρῳ, λέγοντι Μιλησίους, ὅταν θύωσι τῇ Ῥέᾳ, προθύειν Τιτίᾳ καὶ Κυλλήνῳ. Cf. Welcker. *Trilog.* p. 172; Lobeck. Aglaoph. p. 1165. Menander ille, aliunde non notus, fortasse est Heracleota, quem Plinius H. N. in indic. lib VIII et IX apponit. Sed fieri etiam potest ut nomen corruptum sit, ac intelligi debeat Μαιάνδριος ὁ Μιλήσιος, de quo v. tom. II, p. 334.

E LIBRO TERTIO.

3.

Stephan. Byz. : Τάφραι καὶ Τάφρη, ἐνικῶς, χώρα ταφρευθεῖσα περὶ τὴν Μαιῶτιν λίμνην ὑπὸ δούλων ταῖς δεσποίναις συμμιγέντων κατὰ τὸν πολυχρόνιον πόλεμον τῶν Σκυθῶν, τῶν δεσποτῶν πολεμούντων τοῖς Θραξὶν ἢ τοῖς ἐντὸς Ἴστρου, ὡς Καλλίστρατος ἐν τρίτῳ. Ταύτην τὴν χώραν κατοικῆσαι Σατορχαίους. Οἱ οἰκοῦντες Σατορχαῖοι. Rem fusius exponit Herodotus IV, 1 sqq. Fossam ductam dicit (c. 3) ἐκ τῶν Ταυρικῶν οὐρίων ἐς τὴν Μαιῆτιν λίμνην. De *Taphris* cf. Mela II, 1, 39; Plinius IX, 12, 26; Ptolemæus III, 6; Eustath. ad Dion. 163; Strabo VII, p. 308. Recentiores, qui de his dixerunt, laudat Bæhr. ad Herodot. l. l. p. 277 sq.

4.

Idem : Ψῖλιον, ποταμὸς μεταξὺ Θυνίας καὶ Βιθυνίας. Δομίτιος Καλλίστρατος ἐν τρίτῳ Περὶ Ἡρακλείας· « Ἐγκυριεύσαντες ἀπὸ τοῦ Σαγγαρίου χωρίου ἕως τοῦ Ψῖλίου ποταμοῦ· » Ἔστι καὶ ἄλλος Ψῖλις ποταμὸς τῆς Βιθυνίας, ἐκρέων εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον.

Ἐγκυριεύσαντες.. ἕως, Holsten.; ἐνκυριεσσαντος.. εὖ libri. De *Psili* vel potius *Psilli* (Strabo p. 543 et aliis, Ψῖλλιος ap. Marcian. p. 69) constat; *Psilium* Callistrati nescio an alius memoraverit. Neque vero diversus est fluvius, uti Stephanus putat.

E LIBRO QUARTO.

5.

Idem : Ἀρκιρόεσσα, πόλις ἐν Πόντῳ, Ἡρακλείας ὑποτελής. Δομίτιος Καλλίστρατος ἐν τετάρτῃ Περὶ Ἡρακλείας. Codex Vossianus ἐν ς' Περὶ Ἡ. Num aliunde de hac urbe constat?

2.

Callistratus libro de Heraclea secundo, « Titias, ait, heros fuit indigena, quem alii fabulantur Jovis esse filium unumque ex Idæis Dactylis, alii natu maximum inter filios Mariandyni Cimmerio nati. Atque Titias ille est, per quem maxime gens augetur et producitur etiamnum ad felicitatem. » Promathidas quoque in suis de Heraclea libris quis fuerit Titias exponit, nec non Theophanes. Ceterum Titias inter deos a Mariandynis relatus est.

3.

Taphræ, aut Taphre singulariter, regio fossa munita circa Mæotin paludem a servis, qui cum dominorum uxoribus congressi erant tempore diuturni Scytharum belli, quum domini bellarent cum Thracibus vel cum iis qui intra Istrum sunt, ut Callistratus libro tertio.

4.

Psilium, fluvius inter Thyniam et Bithyniam. Domitius Callistratus in tertio de Heraclea : « Regione potiti a Sangario castello usque ad Psilium fluvium. »

5.

Arciroessa, urbs Ponti, Heracliensibus subjecta, Domitius Callistratus libro de Heraclea quarto.

6.

Idem : Μόκατα, Βιθυνίας πόλις, ὡς Δομίτιος Καλλίστρατος ἐν τῷ Περὶ Ἡρακλείας τετάρτῳ. Cod. Rhedig. : Μόκαρτα π. Βιθ., ὡς Δομάτιος. Aliunde non nota urbs, nisi forte est ea quæ τὰ Μόδρα appellatur ap. Strabon. p. 543.

LIBER VI.

Idem : Ὀδισύπολις, χωρίον Ἡρακλείας τῆς πρὸς τῷ Πόντῳ. Δομίτιος Καλλίστρατος ἕκτῳ τῶν Περὶ Ἡρακλείας.

8.

Idem v. Ὕπιος. Vide Nymphidis fr. 4, tom. II, p. 13.

E LIBRO SEPTIMO.

9.

Idem : Ὀλύμπη, πόλις Ἰλλυρίας, ὡς Δομίτιος Καλλίστρατος ἑβδόμῳ Περὶ Ἡρακλείας.

---

(10).

Athenæus VI, p. 263, E : Τάχ' οὖν διὰ τοῦτο καὶ Εὐφορίων ὁ ἐποποιὸς τοὺς Μαριανδυνοὺς δωροφόρους κέκληκεν·

Δωροφόροι καλεοίαθ' ὑποφρίσσοντες ἄνακτας.

Λέγει δὲ καὶ Καλλίστρατος ὁ Ἀριστοφάνειος, ὅτι τοὺς Μαριανδυνοὺς ὠνόμαζον μὲν δωροφόρους, ἀφαιροῦντες τὸ πικρὸν τῆς ἀπὸ τῶν οἰκετῶν προσηγορίας, καθάπερ Σπαρτιᾶται μὲν ἐποίησαν ἐπὶ τῶν Εἱλώτων, Θετταλοὶ δ' ἐπὶ τῶν πενεστῶν, Κρῆτες δ' ἐπὶ τῶν κλαρωτῶν. Καλοῦσι δὲ οἱ Κρῆτες τοὺς μὲν κατὰ πόλιν οἰκέτας χρυσωνήτους, ἀμφαμιώτας δὲ τοὺς κατ' ἀγρὸν, ἐγχωρίους μὲν ὄντας, δουλωθέντας δὲ κατὰ πόλεμον· διὰ τὸ κληρωθῆναι δὲ κλαρώτας. De re cf. Meinek. Euphor. p. 141; Müller. *Dor.* II, 63; Hermann. *Antiq.* § 19, et quos laudat. Ceterum v. Introduct.

ΠΕΡΙ ΣΑΜΟΘΡΑΚΗΣ.

Dionys. Hal. A. R. I, 68, postquam de diis Penatibus dixerat, quorum signa Romæ in templo non procul a Foro sita visuntur, pergit : Ὁρᾶν μὲν δὴ ταῦτα ἔξεστι, ἀκούειν δὲ καὶ γράφειν ὑπὲρ αὐτῶν, ἃ Καλλίστρατός τε ὁ Περὶ Σαμοθράκης συνταξάμενος ἱστορίαν, καὶ Σάτυρος ὁ τοὺς ἀρχαίους μύθους συναγαγὼν καὶ ἄλλοι συχνοὶ, παλαιότατος δὲ, ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, ποιητὴς Ἀρκτῖνος. Λέγουσι γοῦν ὧδε· Χρύσην τὴν Πάλλαντος θυγατέρα γημαμένην Δαρδάνῳ, φερνὰς ἐπενέγκασθαι δωρεὰς Ἀθηνᾶς, τὰ δὲ Παλλάδια καὶ τὰ ἱερὰ τῶν μεγάλων θεῶν, διδαχθεῖσαν αὐτῶν τὰς τελετάς. Ἐπειδὴ δὲ τὴν ἐπομβρίαν φεύγοντες Ἀρκάδες Πελοπόννησον μὲν ἐξέλιπον, ἐν δὲ τῇ Θρᾳκίᾳ νήσῳ τοὺς βίους ἰδρύσαντο, κατασκευάσαι τὸν Δάρδανον ἐνταῦθα τῶν θεῶν τούτων ἱερὸν, ἀρρήτους τοῖς ἄλλοις ποιοῦντα τὰς ἰδίας αὐτῶν ὀνομασίας καὶ τὰς τελετὰς αὐτοῖς, τάς καὶ εἰς τόδε χρόνου γινομένας ὑπὸ Σαμοθράκων, ἐπιτελεῖν. Ὡς δὲ μετῆγε τοῦ λαοῦ τὴν πλείονα μοῖραν εἰς τὴν Ἀσίαν, τὰ μὲν ἱερὰ τῶν θεῶν καὶ τὰς τελετὰς τοῖς ὑπομείνασιν ἐν τῇ νήσῳ καταλιπεῖν· τὰ δὲ Παλλάδια καὶ τὰς τῶν θεῶν εἰκόνας κατασκευασάμενον (ἀνασκευασάμενον Sylb.) ἀγαγέσθαι μετ' αὐτοῦ. Διαμαντευόμενον δὲ περὶ τῆς οἰκήσεως τά τε ἄλλα μαθεῖν, καὶ περὶ τῶν ἱερῶν τῆς φυλακῆς τόνδε χρησμὸν λαβεῖν·

Εἰς πόλιν, ἣν κτίσηαι, θεοῖς σέβας ἄρθιτον αἰεὶ
θεῖναι, καὶ φυλακαῖς τε σέβειν θυσίαις τε χοροῖς τε.
Εὖτ' ἂν (ἐς τ' ἂν Reisk.) γὰρ τάδε σεμνὰ καθ' ὑμετέραν χώραν ᾖ,
δῶρα Διὸς κούρης, ἀλόχου σέθεν, ἡ δὲ πόλις σοι
ἔσται ἀπόρθητος τὸν ἀεὶ χρόνον ἤματα πάντα.

Δάρδανον μὲν οὖν ἐν τῇ κτισθείσῃ τε ὑφ' ἑαυτοῦ καὶ ὀνομασίας ὁμοίας τυχούσῃ πόλει τὰ ἕδη καταλιπεῖν.

6.

Mocata, urbs Bithyniæ, ut ait Dom. Callistratus libro de Heraclea quarto.

7.

Hodiupolis, castellum Heracleæ juxta Pontum, cujus meminit Domitius Callistratus libro sexto de Heraclea.

9.

Olympus, urbs Illyriæ, ut Dom. Callistratus lib. VII.

DE SAMOTHRACE.

Hæc igitur videre fas est; fas etiam est audire et scribere de illis, quæ tradidit Callistratus historiæ de Samothracia rebus auctor, et Satyrus priscarum fabularum collector, et quum alii multi tum Arctinus poeta, omnium, quos novimus, antiquissimus. Sic igitur illi scribunt : Chrysen, Pallantis filiam, quum Dardano nupsisset, pro dote attulisse Minervæ munera, Palladia scilicet et magnorum deorum sacra, quorum mysteria didicerat. Sed quum Arcades, diluvium fugientes, Peloponnesum reliquissent, et in insula Thraciæ sedes collocassent, Dardanum hic diis istis templum exstruxisse, nec aliis proprium ipsorum nomen declarasse : et ritus illis instituisse, quos ad hoc usque tempus Samothraces observant. Sed quum majorem populi partem in Asiam traduxisset, sacra eorum et mysteria illis reliquisse, qui in insula remanserant; sed Palladia et deorum imagines cum reliquis rebus, quas convasarat, secum asportasse. Quum autem de sedibus oraculum consuleret, inter multa alia quæ didicit, hoc etiam oraculum de sacrorum custodia tunc accepisse :

In urbe quam condetus diis cultum purum semper
statues, et observantia coles sacrisque chorique.
Nam dum hæc veneranda in vestra regione fuerint
dona Jovis virginis, conjugis tuæ, ista urbe tibi
erit inexpugnabilis in perpetuum omnes dies.

Dardanum igitur in urbe quam condidit et quam de suo nomine nominavit, hæc simulacra reliquisse. Postea vero,

Ἰλίου δ' ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ συνοικισθέντος, ἐκεῖ μετενεχθῆναι πρὸς τῶν συγγόνων (ἐκγόνων Sylb.) αὐτοῦ τὰ ἱερά. Ποιήσασθαι δὲ τοὺς Ἰλιεῖς νεών τε καὶ ἄδυτον αὐτοῖς ἐπὶ τῆς ἄκρας, καὶ φυλάττειν δι' ἐπιμελείας ἧς ἐδύναντο πλείστης, θεόπεμπτά τε ἡγουμένους εἶναι καὶ σωτηρίας κύρια τῇ πόλει. Ἁλισκομένης δὲ τῆς κάτω πόλεως, τὸν Αἰνείαν κύριον τῆς ἄκρας γενόμενον, ἅραντα ἐκ τῶν ἀδύτων τά τε ἱερὰ τῶν μεγάλων θεῶν καὶ ὅπερ ἔτι περιῆν Παλλάδιον. Θάτερον γὰρ Ὀδυσσέα καὶ Διομήδη νυκτὸς εἰς Ἴλιον ἀφικομένους λαβεῖν. Οἴχεσθαι δὲ κομίσαντα τὸν Αἰνείαν ἐκ τῆς πόλεως καὶ ἐλθεῖν ἄγοντα εἰς Ἰταλίαν. Ἀρκτῖνος δέ φησιν ὑπὸ Διὸς δοθῆναι Δαρδάνῳ Παλλάδιον ἓν καὶ εἶναι τοῦτο ἐν Ἰλίῳ ἕως ἡ πόλις ἑλίσκετο, κεκρυμμένον ἐν ἀδύτῳ. Εἰκόνα δὲ ἐκείνου κατεσκευασμένην μηδὲ ἓν τοῦ ἀρχετύπου διάφορον, ἀπάτης τῶν ἐπιβουλευόντων ἕνεκα, ἐν φανερῷ τεθῆναι, καὶ αὐτὴν Ἀχαίους ἐπιβουλεύσαντας λαβεῖν. Τὰ μὲν οὖν εἰς Ἰταλίαν ὑπ' Αἰνείου κομισθέντα ἱερὰ, τοῖς εἰρημένοις ἀνδράσι πειθόμενος, γράφω τῶν τε μεγάλων θεῶν εἰκόνας εἶναι, οὓς Σαμοθρᾷκες Ἑλλήνων μάλιστα ὀργιάζουσι, etc.

Callistrati κεχωρισμένην ἱστορίαν περὶ Σαμοθράκης commemorat Joh. Magister Canabutius in Commentario epistolari in Dionys. Hal. l. l.; « cujus summarium exhibet Wesselius in Catalog. Biblioth. Vind. P. V. N. CXVII p. 164 sq.

« Hinc pauca capita excerpam quæ haud vulgarem viri eruditionem ostendant : C. 43 : Γενεαλογία τοῦ Δαρδάνου. — C. 50 : Ὅτι ὁ Δάρδανος ἐξελθὼν ἀπὸ τῆς Ἀρκαδίας κατήντησεν εἰς τὴν Σαμοθράκην. — C. 54 : Περὶ τοῦ θανάτου Ἰάσου ὑπὸ κεραυνοῦ. — C. 57 : Ὅπως ἐμερίσθησαν Δάρδανος καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἰδαῖος, καὶ ὅτι ὁ Ἰδαῖος κατῴκησεν εἰς τὰ ὄρη τῆς Φρυγίας. — C. 62 : Περὶ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν. — C. 84 : Ὅτι ὁ Δάρδανος ἔκτισε ναὸν εἰς τὴν Σαμοθράκην καὶ ἔθηκε τοὺς θεοὺς καὶ τὰ παλλάδια. — Ὅπως ἐξῆλθεν ἀπὸ τῆς Σαμοθράκης καὶ κατέλιπεν ἐκεῖ τὸν Σάμωνα (*) · quæ manifestum faciunt Canabutium nostrum pleraque quæ ad hanc fabulam pertinent, cognita habuisse, sive is Callistrati κεχωρισμένην ἱστορίαν περὶ Σαμοθράκης legit, quam c. 81 commemorat, sive, quod probabilius, mythographos recentiores. Postremum c. 90 inscriptum est : Τί γράφει ὁ ποιητὴς Ἀρκτῖνος περὶ τοῦ κλαπέντος παλλαδίου ὑπὸ Διομήδους καὶ Ὀδυσσέως. » *Lobeck.* Aglaoph. p. 1206.

(*) « His interponuntur plura de Vestæ, Minervæ et Martis templis aliaque cum his rebus minus conjuncta, quæ tamen aliquando edi velim : Περὶ νυμφῶν καὶ ὅτι γένη δαιμόνων εἰσὶν, ἃ καλοῦσι βαρβαρίζοντες Νεγαρίδας · quæ vulgo vocantur νεγάριδας · tum Περὶ ναυτῶν καὶ τοῦ ἀστέρος τῆς τραμοντάνας · quod nomen quoniam adhuc in hominum ore viget, addam schol. Eur. Or. 1626 : Τὸ τῆς Ἑλένης ἄστρον, ἣν ἰδιωτικῶς φασι Τραμοντάναν, ἀεὶ πᾶσιν ὁρᾶται · τοῦτο δὲ καὶ ναῦται ὁρῶντες ἴσασι ἃ δεῖ. Hinc Tramontanam perdere dicuntur qui cursu excidunt. De *Canabutii* codice et argumento Fabricius tom. IV, p. 393, ait Lambecium et Kollarium longe accuratius disseruisse, quorum libros adire non potui. »

CARYSTIUS PERGAMENUS.

Carystius *Pergamenus* (fr. 1. 7. 10. 14. 15. 17. 19) Nicandro, quem citat fr. 6, fuit junior; Nicander autem florere cœpit extremis temporibus Ptolemæi V Epiphanis (205-181), inque scribendo adhuc versatus est sub Attalo tertio (138-135). V. Clinton. ad an. 182. Num Carystius quoque postrema viderit tempora regni Pergameni, an serius vixerit, in medio relinquendum.

Scripsit Didascalias in fabulas scenicorum, librum de Sotade, et Ἱστορικὰ ὑπομνήματα. Hæc non exhibuisse historiam continuam, ex temporum ordine adornatam, ex iis colligis quæ laudantur e libro tertio (fr. 10. 11); neque aliud auctor egisse videtur, nisi ut memorabilia cogeret tum ex populorum institutis tum vero ex moribus repetita et indole et fatis virorum clarorum (Philippi fr. 1. 2. 3; Alexandri 4. 5. 6; Antipatri fr. 7; Cassandri fr. 8; Lysimachi fr. 9; Demetrii Poliorcetæ fr. 10; Philetæri fr. 12. Aristophontis fr. 11).

ΙΣΤΟΡΙΚΑ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ.

1.

Athenæus XI, p. 506, E : Οὗτος δ' ἐστὶ Πλάτων, ὃν Σπεύσιππός φησι φίλτατον ὄντα Ἀρχελάῳ, Φιλίππῳ

quum Ilium conditum fuisset, hæc sacra ab ejus cognatis (nepotibus) eo fuisse translata; Ilienses autem templum et adytum ipsis in arce fecisse, et quanta maxima cura potuerunt hæc servasse, quod ea divinitus sibi missa, publicamque ex iis salutem pendere crederent : sed quum urbis pars inferior caperetur, Æneam, arce potitum ex adytis sacra magnorum deorum et Palladium, quod adhuc supererat, abstulisse; alterum enim a Diomede et Ulysse Ilium noctu profectos surreptum fuisse. Æneam igitur ex urbe discessisse eaque secum tulisse et in Italiam transportasse. Sed Arctinus ait unum Palladium Dardano a Jove datum atque hoc Ilii, donec urbs caperetur, in adyto reconditum fuisse. Sed imaginem ejus effictam fuisse, quæ ne minimum quidem ab exemplari differebat : et in propatulo fuisse positam, ad eos fallendos, qui insidias ipsi struxissent, atque hanc a Græcis per insidias fuisse surreptam. Sacra igitur quæ Æneas in Italiam transtulit, viros supra nominatos secutus aio fuisse magnorum deorum simulacra, quos inter Græcos Samothraces potissimum colunt.

CARYSTIUS PERGAMENUS.

1.

Scribit Carystius Pergamenus, in Commentariis Historicis, in hunc modum : « Speusippus quum cognovisset Philippum

τῆς βασιλείας αἴτιον γενέσθαι. Γράφει γοῦν Καρύστιος ὁ Περγαμηνὸς ἐν τοῖς Ἱστορικοῖς ὑπομνήμασιν οὕτως· « Σπεύσιππος, πυνθανόμενος Φίλιππον βλασφημεῖν περὶ Πλάτωνος, εἰς ἐπιστολὴν ἔγραψέ τι τοιοῦτον, ὥσπερ ἀγνοοῦντας τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς βασιλείας Φίλιππος διὰ Πλάτωνος ἔσχεν. Εὐφραῖον γὰρ ἀπέστειλε τὸν Ὠρείτην πρὸς Περδίκκαν Πλάτων, ὃς ἔπεισεν ἀπομερίσαι τινὰ χώραν Φιλίππῳ. Διατρέφων δ' ἐνταῦθα δύναμιν, ὡς ἀπέθανε Περδίκκας, ἐξ ἑτοίμου δυνάμεως ὑπαρχούσης, ἐπέπεσε τοῖς πράγμασι. »

2.

Idem XI, p. 508, D : Εὐφραῖος μὲν γὰρ, παρὰ Περδίκκᾳ τῷ βασιλεῖ διατρίβων ἐν Μακεδονίᾳ, οὐχ ἧττον αὐτοῦ ἐβασίλευε, φαῦλος ὢν καὶ διάβολος. Ὃς οὕτω ψυχρῶς συνέταξε τὴν ἑταιρίαν τοῦ βασιλέως, ὥστε οὐκ ἐξῆν τοῦ συσσιτίου μετασχεῖν, εἰ μή τις ἐπίσταιτο τὸ γεωμετρεῖν ἢ τὸ φιλοσοφεῖν. Ὅθεν Φιλίππου τὴν ἀρχὴν παραλαβόντος, Παρμενίων αὐτὸν ἐν Ὠρειῷ λαβὼν ἀπέκτεινεν, ὡς φησι Καρύστιος ἐν Ἱστορικοῖς ὑπομνήμασιν.

3.

Idem X, p. 435, D : Καρύστιος δὲ ἐν τοῖς Ἱστορικοῖς ὑπομνήμασιν, « Ὅτε (φησὶ) μεθύειν προῃρεῖτο Φίλιππος, τοῦτ' ἔλεγε, Χρὴ πίνειν, Ἀντίπατρος γὰρ ἱκανός ἐστι νήφων. Κυβεύοντος δέ ποτε αὐτοῦ, καί τινος ἀγγείλαντος ὡς Ἀντίπατρος πάρεστι, διαπορήσας ὤσεν ὑπὸ τὴν κλίνην τὸν ἄβακα. »

4.

Idem X, p. 434, F : Εἰς τοσοῦτον δὲ Ἀλέξανδρος ἐμέθυεν, ὡς φησι Καρύστιος ὁ Περγαμηνὸς ἐν Ἱστορικοῖς ὑπομνήμασιν, ὡς καὶ ἐπὶ ὄνων ἅρματος κωμάζειν. Ἐποίουν δὲ τοῦτο, φησὶ, καὶ οἱ τῶν Περσῶν βασιλεῖς.

5.

Idem XIII, p. 603, B : Καρύστιος ἐν Ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι, « Χάρωνι, φησὶ, τῷ Χαλκιδεῖ παῖς καλὸς ἦν, καὶ εἶχεν εὖ πρὸς αὐτόν. Ὡς δ' Ἀλέξανδρος παρὰ Κρατέρῳ αὐτὸν ἐπήνεσε γενομένου πότου, ὁ Κράτερος ἐκέλευσε τὸν παῖδα καταφιλῆσαι τὸν Ἀλέξανδρον· καὶ ὃς, Μηδαμῶς, εἶπεν, οὐ γὰρ οὕτως ἐμὲ εὐφρανεῖ, ὡς σὲ λυπήσει. Ὥσπερ γὰρ ἦν ἐρωτικὸς ὁ βασιλεὺς οὗτος, οὕτως καὶ πρὸς τὸ καθῆκον ἐγκρατὴς καὶ πρὸς τὸ πρεπωδέστατον. Αἰγιαλώτους γοῦν λαβὼν τὰς Δαρείου θυγατέρας καὶ τὴν γυναῖκα κάλλει διαπρεπεστάτην οὖσαν, οὐ μόνον ἀπέσχετο, ἀλλ' οὐδ' ἐκείνας μαθεῖν ἐποίησεν, ὅτι εἰσὶν αἰχμάλωτοι, ἀλλ' ὡς ἔτι Δαρείου ἐν τῇ βασιλείᾳ ὄντος πάντα αὐταῖς χορηγεῖσθαι ἐκέλευσε. Διόπερ καὶ Δαρεῖος τοῦτο μαθὼν ηὔξατο τῷ Ἡλίῳ τὰς χεῖρας ἀνατείνας, ἢ αὐτὸν βασιλεύειν ἢ Ἀλέξανδρον. »

6.

Idem XV, p. 684, E : Καὶ ἀμβροσίαν δὲ ἄνθος τι ἀναγράφει ὁ Καρύστιος ἐν Ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι, λέγων οὕτως· « Νίκανδρός φησιν, ἐξ ἀνδριάντος τῆς κεφαλῆς Ἀλεξάνδρου τὴν καλουμένην ἀμβροσίαν φύεσθαι ἐν Κῷ. » Προείρηται δ' ἄνω περὶ αὐτῆς, ὅτι τὸ κρίνον οὕτω λέγουσι.

7.

Idem XII, p. 548, E : Καρύστιος δ' ὁ Περγαμηνὸς ἐν Ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι, « Κηφισόδωρος, φησὶν, ὁ Θηβαῖος, Πολύδωρον τὸν Τήιον ἰατρὸν Ἀντιπάτρῳ

---

calumniari Platonem, in epistola quadam tale quidpiam scripsit : *Quasi vero ignorarent homines, Platonis opera regnum etiam adeptum esse Philippum.* Euphræum enim Oritam ad Perdiccam miserat Plato, qui illi persuasit, ut Philippo aliquam regionem tribueret. In qua quum ille milites aleret, mortuo Perdicca in parato habens copias, rerum potitus est. »

2.

Euphræus, quum apud Perdiccam regem in Macedonia versaretur, non minus quam ille regnavit, et pravus et calumniator fuit; qui regis sodalitatem ita frigide ordinavit, ut nemo ad convivium ejus admitteretur, nisi qui geometriam aut philosophiam calleret. Quare postquam Philippus regno potitus est, Parmenio Orei eum nactus occidit, ut Carystius narrat in Commentariis historicis.

3.

Carystius in Commentariis Historicis ait : « Quoties compotare constituisset Philippus, sic dicere solebat : *Nunc est bibendum : Antipatrum enim sufficit sobrium esse.* Quum vero aliquando tesseris luderet, nunciaretque ei aliquis, adesse Antipatrum; dubius aliquantisper consilii, aleam sub lectum detrusit. »

4.

Ut Carystius Pergamenus in Commentariis historicis refert, eo usque processit temulentiæ Alexander M., ut etiam in plaustro asinis juncto comessatum iret. Faciebant id autem, inquit, etiam Persarum reges.

5.

Carystius in Commentariis historicis scribit : « Charon Chalcidensis puerum habebat formosum, valde sibi carum. Quem quum apud Craterum aliquando inter pocula Alexander laudasset, puerum Charon jussit osculari regem : at rex, Minime vero, inquit : nec enim ille tantum mihi voluptatis, quantum tibi molestiæ est allaturus. Ut enim erat in amorem pronus rex, sic et ad honesti rationem continens et decori observantissimus. Qui quum captivas cepisset Darii filias uxoremque formosissimam, non modo abstinuit, sed curavit etiam, ut ne ipsæ quidem captivas se esse sentirent; et perinde ac si in regno adhuc Darius esset, omnia illis ministrari jussit. Quare etiam Darius, hoc cognito, manibus ad solem elatis precatus est, ut aut ipse regnum obtineret, aut Alexander. »

6.

Etiam ambrosiam florem quendam memorat Carystius in Historicis commentariis ita scribens : « Nicander ait e capite statuæ Alexandri in Co insula nasci ambrosiam quam vocant. » De hac autem supra dictum est lilium ita vocari.

7.

Carystius Pergamenus in Commentariis historicis scribit, tradi a Cephisodoro Thebano : Polydorum Teium me-

συσσιτεῖν, ψιλοτάπιδα ἔχοντι κριχωτὴν καθάπερ τοὺς στρωματεῖς εὐτελῆ, ἐφ' ἧς κατακεῖσθαι, κάδους δὲ χαλκοῦς καὶ ποτήρια ὀλίγα· γεγονέναι γὰρ ὀλιγοδίαιτον καὶ τρυφῆς ἀλλότριον.

8.

Athen. XIV, p. 620, B : Περὶ οὗ (sc. περὶ Κασάνδρου τοῦ Μακεδονίας βασιλεύσαντος) φησι Καρύστιος ἐν Ἱστορικοῖς ὑπομνήμασιν, ὅτι οὕτως ἦν φιλόμηρος, ὡς διὰ στόματος ἔχειν τῶν ἐπῶν τὰ πολλά· καὶ Ἰλιὰς ἦν αὐτῷ καὶ Ὀδυσσεία ἰδίως γεγραμμέναι.

9.

Idem XIII, p. 610, E : Εἶτ' οὐκ ἐγὼ δικαίως πάντας ὑμᾶς τοὺς φιλοσόφους μισῶ, μισοφιλολόγους ὄντας; οὓς οὐ μόνον Λυσίμαχος ὁ βασιλεὺς ἐξεκήρυξε τῆς ἰδίας βασιλείας ἀπελαύνων, ὡς ὁ Καρύστιός φησιν ἐν Ἱστορικοῖς ὑπομνήμασιν, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναῖοι.

E LIBRO TERTIO.

10.

Idem XII, p. 542, E : Καρύστιος δὲ ὁ Περγαμηνὸς ἐν τρίτῳ Ὑπομνημάτων, « Δημήτριος, φησὶν, ὁ Φαληρεὺς, Ἱμεραίου τοῦ ἀδελφοῦ ἀναιρεθέντος ὑπ' Ἀντιπάτρου, αὐτὸς μετὰ Νικάνορος διέτριβεν, αἰτίαν ἔχων, ὡς τὰ Ἐπιφάνεια τοῦ ἀδελφοῦ θύων. Κασάνδρῳ δὲ γενόμενος φίλος, μέγα ἴσχυσε. Καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν ἦν αὐτοῦ τὸ ἄριστον ὀξύβαφα παντοδαπὰς ἐλάας ἔχοντα καὶ τυρὸν νησιωτικόν. Ὡς δ' ἐπλούτησε, Μοσχίωνα, τὸν ἄριστον τῶν τότε μαγείρων καὶ δειπνοποιῶν, ἐωνήσατο, καὶ τοσαῦτα ἦν τὰ παρασκευαζόμενα καθ' ἡμέραν, ὥστε, χαρισαμένου τῷ Μοσχίωνι τὰ λείψανα, Μοσχίων ἐν ἔτεσι δύο τρεῖς συνοικίας ἐωνήσατο, παῖδάς τ' ἐλευθέρους ὕβριζε καὶ γυναῖκας τὰς τῶν ἐπιφανεστάτων. Ἐζηλοτύπουν δὲ πάντες οἱ παῖδες τὸν ἐρώμενον αὐτοῦ Θέογνιν· καὶ τοσοῦτον ἦν τῷ Δημητρίῳ προσελθεῖν, ὥστε, μετ' ἄριστον αὐτοῦ περιπατήσαντος παρὰ τοὺς Τρίποδας, συνῆλθον εἰς τὸν τόπον παῖδες κάλλιστοι ταῖς ἑξῆς ἡμέραις, ἵν' ὀφθείεν αὐτῷ. »

EX EODEM LIBRO.

11.

Idem XIII, p. 577, C : Ἀριστοφῶν δὲ ὁ ῥήτωρ, ὁ τὸν νόμον εἰσενεγκὼν ἐπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος, ὃς ἂν μὴ ἐξ ἀστῆς γένηται νόθον εἶναι, αὐτὸς ἀπεδείχθη ὑπὸ Καλλιάδου τοῦ κωμικοῦ ἐκ Χορηγίδος τῆς ἑταίρας παιδοποιησάμενος, ὡς ὁ αὐτὸς ἱστορεῖ Καρύστιος ἐν τρίτῳ Ὑπομνημάτων.

Euclides archon fuit Ol. 94, 1. 403. De lege v. Demosth. p. 1308, 25. Eodem loco Carystius memoraverit quæ antecedunt apud Athenæum similia :

12.

Idem XIII, p. 577, B : Φιλέταιρον δὲ, τὸν Περγάμου καὶ τῆς Καινῆς ταύτης λεγομένης βασιλεύσαντα χώρας, Βόας αὐλητρίδος, ἑταίρας, τὸ γένος ἀπὸ Παφλαγονίας, υἱόν φησι γενέσθαι Καρύστιος ἐν Ἱστορικοῖς ὑπομνήμασιν. De hoc Philetæro v. Strabo XII, p. 543. XIII, p. 623. Pergamum tenuit per annos viginti usque ad 263 (vel 260). Vide Clinton. F. H. tom. III, p. 400 sq.

13.

Idem XIV, p. 639, B : Περιηνέχθησαν ἡμῖν καὶ

---

dicum convictu usum esse Antipatri; habuisseque regem vile tapetum glabrum annulis instructum, velut vulgaria aulæa, cui incumberet, et cados æneos et pocula pauca : victu enim parco usum esse et a luxuria alienum fuisse.

8.

De Cassandro qui Macedoniæ regno potitus est, Carystius in Commentariis historicis ait, eum adeo studiosum fuisse Homeri, ut majorem carminum ejus partem constanter in ore haberet : qui etiam Iliadem et Odysseam proprio studio sibi ipse descripserat.

9.

Atqui nonne merito vos ego omnes philosophos odi eruditionis inimicos? quos non solum Lysimachus rex publico edicto e regno suo expulit, ut Carystius ait in Historicis commentariis, verum etiam Athenienses.

10.

Carystius Pergamenus tertio libro Commentariorum ait : « Demetrius Phalereus, interfecto Himeræo fratre ejus ab Antipatro, ipse apud Nicanorem versabatur; perhibeturque Epiphania celebrasse fratris. Deinde per Cassandri benevolentiam ad magnam potestatem pervenit. Et initio quidem prandium ei fuerat, acetabula omnifariis olivis repleta, et insularis caseus. Ut vero ditatus est, Moschionem coquorum ea ætate optimum et cœnarum parandarum peritissimum emit : et tanta ciborum copia quotidie parabatur, ut, quum Moschioni reliquias donaret Demetrius, intra duos annos Moschion tres in urbe insulas emeret, et liberis pueris et illustrissimorum virorum uxoribus stuprum inferret. Theogni amasio ejus omnes pueri invidebant : et tanti habebatur ad Demetrium accedere, ut, quum ille post prandium obambulasset apud Tripodas, insequentibus diebus formosissimi quique pueri eum in locum convenirent, quo ab illo conspicerentur. »

11.

Aristophon orator, qui legem rogaverat prætore Euclide, ut quisquis non ex cive Attica natus esset, spurius haberetur, ipse convictus est a Calliade comico filios generasse ex Choregide meretrice, ut tradit idem Carystius tertio libro Commentariorum.

12.

Philetærum, Pergami et Novæ hujus, quæ vocatur, provinciæ regem, filium fuisse Boæ meretricis et tibicinæ, genere Paphlagoniæ, Carystius scribit in Commentariis historicis.

13.

Circumferebantur nobis quoque secundæ quæ vocantur

αἱ δεύτεραι καλούμεναι τράπεζαι, πολλάκις ἡμῖν διδόμεναι οὐ μόνον ταῖς τῶν Κρονίων ἡμέραις, ἐν αἷς Ῥωμαίων παισὶν ἔθος ἐστὶν ἑστιᾶν τοὺς οἰκέτας, αὐτοὺς τὰς τῶν οἰκετῶν ἀναδεχομένους λειτουργίας. Ἑλληνικὸν δὲ τοῦτο τὸ ἔθος. Ἐν Κρήτῃ γοῦν τῇ τῶν Ἑρμαίων ἑορτῇ τὸ ὅμοιον γίνεται, ὡς φησι Καρύστιος ἐν Ἱστορικοῖς ὑπομνήμασιν. Εὐωχουμένων γὰρ τῶν οἰκετῶν οἱ δεσπόται ὑπηρετοῦσι πρὸς τὰς διακονίας. Καὶ ἐν Τροιζῆνι δὲ μηνὶ Γεραιστίῳ· πανήγυρις δὲ τότε γίνεται πολυήμερος, ἧς ἐν μιᾷ οἱ δοῦλοι μετὰ τῶν πολιτῶν κοινῇ τε ἀστραγαλίζουσι, καὶ οἱ κύριοι τοὺς δούλους ἑστιῶσιν, ὡς ὁ αὐτός φησι Καρύστιος.

14.

Idem I, p. 24, B: Ὅτι Καρύστιος ὁ Περγαμηνὸς ἱστορεῖ, τὰς Κερκυραίας γυναῖκας ἔτι καὶ νῦν σφαιριζούσας ᾄδειν. Σφαιρίζουσι δὲ παρ' Ὁμήρῳ οὐ μόνον ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες.

15.

Schol. Aristoph. Av. 574: Αὐτίκα Νίκη πέτα-ται] Νεωτερικὸν τὸ τὴν Νίκην καὶ τὸν Ἔρωτα ἐπτερῶσθαι. Ἄργεννον γάρ φασι, τὸν Βουβάλου καὶ Ἀθηνιδος πατέρα, οἱ δὲ Ἀγλαοφῶντα, τὸν Θάσιον ζωγράφον, πτηνὴν ἐργάσασθαι τὴν Νίκην, ὡς οἱ περὶ Καρύστιον τὸν Περγαμηνόν φασιν.

16.

Schol. Theocrit. XIII, 22: Κυανέων] Καρύστιος ὁ Περγαμηνός φησι Κυανέας μὲν ὑπὸ ἀνθρώπων, ὑπὸ δὲ θεῶν Φόρκου πύλας κεκλῆσθαι.

ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΙ.

17.

Athenæus VI, p. 235, E: Τὸν δὲ νῦν λεγόμενον παράσιτον Καρύστιος ὁ Περγαμηνὸς ἐν τῷ Περὶ διδασκαλιῶν εὑρεθῆναί φησιν ὑπὸ πρώτου Ἀλέξιδος, ἐκλαθόμενος ὅτι Ἐπίχαρμος ἐν Ἐλπίδι ἢ Πλούτῳ παρὰ πότον αὐτὸν εἰσήγαγεν.

18.

Vita Sophocl.: Νίκας δὲ ἔλαβεν (Σοφοκλῆς) εἴκοσιν, ὡς φησι Καρύστιος.

ΠΕΡΙ ΣΩΤΑΔΟΥ.

19.

Athenæus XIV, p. 620, F: Ἤκμασε δὲ ἐν τῷ εἴδει τούτῳ (sc. ἐν τῷ κιναιδολόγῳ) Σωτάδης ὁ Μαρωνίτης, ὡς φησι Καρύστιος ὁ Περγαμηνὸς ἐν τῷ Περὶ αὐτοῦ Σωτάδου συγγράμματι, καὶ ὁ τοῦ Σωτάδου υἱὸς Ἀπολλώνιος. Cf. Hegesander ap. Athenæum l. l.

CASSANDER SALAMINIUS ap. Tzetzem ad Lyc. 177. Vid. Hegesander Salaminius.

CERCIDAS MEGALOPOLITANUS.

Cercidam Megapolitanum Historica quædam scripsisse colligas ex Æliano V. H. XIII, 20: Ἀνὴρ Μεγαλοπολίτης τῆς Ἀρκαδίας, Κερκιδᾶς ὄνομα, ἀποθνήσκων ἔλεγε πρὸς τοὺς οἰκείους ἀθυμουμένους, ἡδέως ἀπολύεσθαι τοῦ ζῆν, δι' ἐλπίδος γὰρ ἔχειν συγγενέσθαι τῶν μὲν σοφῶν Πυθαγόρᾳ, τῶν δὲ ἱστορικῶν Ἑκαταίῳ, τῶν δὲ μουσικῶν Ὀλύμπῳ, τῶν δὲ

mense, quæ quidem sæpius nobis exhibebantur, nec solum Saturnalium diebus, quibus solent Romani servos convivio excipere, ipsi servilia ministeria obeuntes. Est autem Græcanicus hic mos. In Creta certe feriis Mercurialibus idem faciunt, ut ait Carystius in Historicis commentariis. Epulantur enim servi, et ministrant famulanturque heri. Idem fit Trœzene, mense Geræstio, quo celebrantur plurium dierum feriæ, quorum dierum uno servi una cum civibus talis ludunt, et heri servos epulis excipiunt, ut idem tradit Carystius.

14.

Carystius Pergamenus narrat Corcyræas mulieres etiam nunc pila ludentes canere. Apud Homerum quidem non modo viri pila ludunt, sed etiam mulieres.

15.

Victoriam et Amorem alis instructos repræsentari innovatio est. Archennum scilicet Bubali et Athenidis patrem, vel secundum alios Aglaophontem Thasium pictorem, Victoriam alis præditam primum exhibuisse Carystius Pergamenus tradit.

16.

Carystius Pergamenus dicit *Cyaneas* quas mortales vocent, a diis *Phorci portas* appellari.

DIDASCALIÆ.

17.

Qui autem nunc parasitus vocatur, cum Carystius Pergamenus in libro De didascaliis ait primum apud Alexidem reperiri; oblitus scilicet jam ab Epicharmo in fabula Spe vel Pluto talem hominem in compotationem introduci.

18.

Sophocles viginti reportavit victorias, teste Carystio.

DE SOTADE.

19.

Floruit in hoc obscœnæ poeseos genere Sotades Maronita, ut ait Carystius Pergamenus in libro quem de ipso hoc Sotade edidit, item Sotadis filius Apollonius.

ποιητῶν Ὁμήρῳ. Καὶ ἐπὶ τούτοις, ὡς λόγος, τὴν ψυχὴν ἀπέλιπεν. — Stephan. Byz. : Μεγαλόπολις.. ἀφ' ἧς Κερκιδᾶς, ἄριστος νομοθέτης καὶ μιμιάμβων ποιητής. Ceterum Cercidas hic haud dubie idem est cum eo, quem Philippo patriam prodidisse (344 a. C.) Demosthenes (De coron. § 295, p. 171 ed. Didot) dicit, et contra Demosthenem defendit Polybius XVII, 14. Carminum fragmenta quædam servarunt Diogenes Laert., Stobæus in Florilegio, alii. V. Perizonium ad Ælian. l. l., Menagium ad Diog. L. VI, 76. Peculiarem de Cercida commentationem (qua uti non licuit) scripsit Meinekius in Actis Academ. Borussicæ a. 1831. De nominis scriptura v. Steph. Thes. s. v.

CHARICLES.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΣΤΙΚΟΥ ΑΓΩΝΟΣ.

E LIBRO PRIMO.

Athenæus VII, p. 350, B : Γυμνικοὺς δὲ ἀγῶνας, ἔφη (sc. Στρατόνικος ὁ κιθαριστής), διατιθέτωσαν Ἠλεῖοι, Κορίνθιοι δὲ θυμελικούς, Ἀθηναῖοι δὲ σκηνικούς. Εἰ δέ τις τούτων πλημμελοίη, μαστιγούσθωσαν Λακεδαιμόνιοι· ἐπισκώπτων τὰς παρ' αὐτοῖς ἀγομένας μαστιγώσεις, ὡς φησι Χαρικλῆς ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ τοῦ ἀστικοῦ ἀγῶνος (i. e. περὶ τῶν ἐν ἄστει Διονυσίων).

Auctor haud dubie Atheniensis fuit, ut Charicles, Phocionis gener, de quo v. Plutarch. Phoc. 21. 22. 33. 35; et Charicles Apollodori f., unus e triginta viris, Thucyd. VII, 20; Xenophon. Hell. II, 3, 2; Aristot. Pol. V, 5, 4, etc.; et *Chariclides comicus* ap. Athen. VII, p. 325, D.

CHARON NAUCRATITES ET CHARON CARTHAGINIENSIS.

Suidas : Χάρων Ναυκρατίτης, ἱστορικός. Ἱερεῖς τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ καὶ τὰ ἐπὶ ἑκάστου πραχθέντα, Βασιλεῖς τοὺς ἐκ παλαιοῦ γεγονότας ἐν ἑκάστῳ ἔθνει, καὶ Περὶ Ναυκράτεως καὶ ἄλλα τινὰ περὶ Αἰγύπτου. Cf. Eudoc. p. 435, ubi : ἔγραψεν ἱστορίαν Περὶ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἱερέων καὶ τῆς διαδοχῆς αὐτῶν, καὶ Περὶ τῶν ἐπὶ ἑκάστου πραχθέντων, Περὶ βασιλέων τῶν ἐκ παλαιοῦ γεγονότων.

Fragmenta non exstant. Eundem vero Naucratitam nostrum esse cum eo, qui historias in Apollonii Naucratitæ sive Rhodii carminibus tractatas illustraverit, probabilis conjectura est Jonsii II, 7, 4. Schol. Apoll. Rhod. II, 1054 : Στυμφαλίδες λέγονται περὶ αὐτὴν (τὴν Στυμφαλίδα λίμνην) ὄρνιθες, ἃς πλωΐδας εἶπεν Ἀπολλώνιος. Οὕτως δὲ αὐτὰς ὀνομάζει καὶ Σέλευκος καὶ Χάρων, αὐτοῦ τοῦ Ἀπολλωνίου γνώριμος, ἐν τῷ Περὶ ἱστοριῶν τοῦ Ἀπολλωνίου. Idem laudatur ap. Apulej. De orthogr., ubi de Busiride et Hercule quædam narrantur *auctore Argone* (sic pro *Charone*) *in quarto Apollonii Commentario et Pherecyde* (fr. 33 f).

Haud magis constat de *Charone Carthaginiensi*, de quo ita Suidas : Χάρων Καρχηδόνιος, ἱστορικός. Ἔγραψε τυράννους ὅσοι ἐν τῇ Εὐρώπῃ καὶ Ἀσίᾳ γεγόνασι, Βίους ἐνδόξων ἀνδρῶν ἐν βιβλίοις δ', Βίους ὁμοίως γυναικῶν ἐν δ'. Cf. Ebert. Sicul. p. 90.

Fortasse Carthaginiensi vel Naucratitæ tribuenda sunt Αἰθιοπικὰ sive Λιβυκά, Κρητικὰ (de legibus Minois), necnon Περίπλους τῶν ἐκτὸς τῶν Ἡρακλείων στηλῶν (nisi hic fortasse est Ἄννωνος περίπλους), quæ omnia Suidas vindicat Charoni Lampsaceno (v. Prolegg. ad fragm. Hist. p. XVI sq.).

CHRESTODEMUS, Θηβαϊκῶν scriptor, apud Apostol. XVIII, 42, esse debet Aristodemus, cujus vide fragm. 5, tom. III, p. 309.

CHRISTODORI Αυδιακὰ laudantur in schol. Il. β, 461 : Ἄσιος, υἱὸς Κότυος καὶ Μυτοῦς, Αυδῶν βασιλεύς, ὡς φησι Χριστόδωρος ἐν τοῖς Αυδιακοῖς· « Κότυς λευκώλενον ἄλλην Ἤγετο κουριδίην ὁμοδέμνιον, οὔνομα Μυΐαν· Ἣ δ' Ἄσίην (l. Ἄσιον) τέκε κοῦρον. » Vides hæc carmine scripta. Auctor igitur fuerit Christodorus Coptites, qui sub Anastasio imp. (491-518 p. C.) floruit, teste Suida : Χριστόδωρος Πανίσκου, ἀπὸ Κοπτοῦ πόλεως τῆς Αἰγύπτου, ἐποποιὸς, ἤκμαζεν ἐπὶ τῶν Ἀναστασίου τοῦ βασιλέως χρόνων. Ἔγραψεν Ἰσαυρικὰ ἐν βιβλίοις ς' (ἔχει δὲ τὴν Ἰσαυρίας ἅλωσιν τὴν ὑπ' Ἀναστασίου γενομένην), Πάτρια Κωνσταντινουπόλεως ἐπικῶς, βιβλία ιβ', Πάτρια Θεσσαλονίκης βιβλία κε', Πάτρια Νάκλης (ἔστι δὲ πόλις περὶ Ἡλιούπολιν, ἐν ᾗ τὰ καλούμενα Ἄφακα), Πάτρια Μιλήτου τῆς Ἰωνίας, Πάτρια Τράλλεων, Πάτρια Ἀφροδισιάδος, Ἔκφρασιν τῶν ἐν τῷ Ζευξίππῳ ἀγαλμάτων, καὶ ἄλλα πολλά. Cf. Eudocia p. 436, ubi inter scripta Chri-

DE LUDIS URBANIS.

Gymnicos ludos (Stratonicus citharista inquit) agant Elei, Corinthii thymelicos, Athenienses scenicos; si quis vero in his peccaverit, flagellis cædantur Lacedæmonii » . irridens nempe usitatas apud hos flagellationes, ut Charicles scribit libro primo De ludis (Atheniensium) urbanis.

stodori recensentur etiam : Ἐπιγραμμάτων βιβλία γ', Ἐπιστολῶν δ'.

CHRYSERMUS CORINTHIUS.

ΠΕΛΟΠΟΝΝΗΣΙΑΚΑ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Plutarch. De flum. 18, 7 : Χρύσερμος δὲ ὁ Κορίνθιος ἐν α' Πελοποννησιακῶν ἱστορίας μέμνηται τοιαύτης. Περσέως φερομένου μετεώρου, καὶ κατὰ τὸν λόφον (Ἀπαίσαντον) γενομένου τοῦτον, ἐξέπεσεν αὐτοῦ τῆς λαβῆς τοῦ ξίφους ὁ μύκης. Γοργοφόνος δὲ, ὁ βασιλεὺς Ἐπιδαυρίων, ἐκπεσὼν τῆς ἀρχῆς ἔλαβε χρησμὸν ἐμπεριελθεῖν τὰς Ἀργολικὰς πόλεις, καὶ ὅπου ἂν εὕρῃ ξίφους μύκητα, ἐκεῖ κτίσαι πόλιν. Γενόμενος δὲ κατὰ τὸ Ἄργιον ὄρος, καὶ εὑρὼν τὴν ἐλεφαντίνην λαβὴν, πόλιν ἔκτισεν, ἣν ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος προσηγόρευσε Μυκήνας. Cf. Hecatæi fr. 360.

E LIBRO TERTIO.

2.

Plutarch. Paral. min. c. 3 (p. 376 Didot.) : Ἀργείων καὶ Λακεδαιμονίων ὑπὲρ Θυρεάτιδος χώρας πολεμούντων, οἱ Ἀμφικτύονες ἔκριναν πολεμῆσαι ἑκατέρους, καὶ τῶν νικησάντων εἶναι τὴν χώραν. Λακεδαιμόνιοι μὲν οὖν Ὀθρυάδην ἐποίησαν στρατηγὸν, Ἀργεῖοι δὲ Θέρσανδρον. Πολεμούντων δὲ, δύο ἐκ τῶν Ἀργείων περιελείφθησαν, Ἀγήνωρ καὶ Χρόμιος, οἵτινες εἰς τὴν πόλιν ἤγγειλαν τὴν νίκην. Ἠρεμίας δ' ὑπαρχούσης, ὁ Ὀθρυάδης ἐπιζήσας καὶ ἡμικλάστοις δόρασιν ἐπερειδόμενος, τὰς τῶν νεκρῶν ἁρπάζων ἀσπίδας περιείλετο· καὶ τρόπαιον στήσας, ἐκ τοῦ ἰδίου αἵματος ἐπέγραψε Διὶ τροπαιούχῳ. Καὶ τῶν δύο στάσιν ἐχόντων, οἱ Ἀμφικτύονες αὐτόπται γενόμενοι Λακεδαιμονίους προκρίνουσι· καθάπερ Χρύσερμος ἐν τρίτῳ Πελοποννησιακῶν. Cf. Müller. *Dor.* I, p. 158.

ΠΕΡΣΙΚΑ.

E LIBRO SECUNDO.

3.

Idem ibid. c. 10, p. 379 : Περσῶν τὴν Ἑλλάδα λεηλατούντων, Παυσανίας, ὁ τῶν Λακεδαιμονίων στρατηγὸς, πεντακόσια χρυσοῦ τάλαντα παρὰ Ξέρξου λαβὼν, ἔμελλε προδιδόναι τὴν Σπάρτην. Φωραθέντος δὲ τούτου, Ἀγησίλαος ὁ πατὴρ μέχρι τοῦ ναοῦ τῆς Χαλκιοίκου συνεδίωξεν Ἀθηνᾶς, καὶ τὰς θύρας τοῦ τεμένους πλίνθῳ φράξας, λιμῷ ἀπέκτεινεν· ἡ δὲ μήτηρ καὶ ἄταφον ἔρριψεν· ὡς Χρύσερμος ἐν δευτέρῳ Ἱστορικῶν. Scribe Περσικῶν cum Stobæo in Floril. XXXIX, 31, ubi eadem.

ΙΝΔΙΚΑ.

E LIBRO OCTAVO?

4.

Plutarch. De flum. I, 4 : Οἱ δ' ἐγχώριοι τὰς ἀσεβῶς ἀναστρεφομένας παρθένους σταυροῖς προσηλώσαντες, εἰς αὐτὸν (τὸν Ὑδάσπην) βάλλουσι, τῇ σφῶν διαλέκτῳ τὸν Ἀφροδίτης ὕμνον ᾄδοντες. — Κατορύσσουσι δὲ κατ' ἐνιαυτὸν γραῦν κατάκριτον, παρὰ τὸν ὀνομαζόμενον λόφον Θηρόγονον· ἅμα γὰρ τὴν πρεσβῦτιν ἑρπετῶν πλῆθος ἐκ τῆς ἀκρωρείας ἐξέρχεται, καὶ τὰ περιῒπτάμενα τῶν ἀλόγων ζῴων κατεσθίει· καθὼς

PELOPONNIESIACA.

1.

Chrysermus Corinthius primo Peloponnesiacorum hujus historiæ meminit. Quum Perseus in sublime ferretur, et ad hunc (Apæsantum) montem appulisset, decidit forte gladii, quem ferebat, capulum. Gorgophono autem, Epidauriorum regi, ab imperio pulso respondit oraculum, ut Argolicas circumiret civitates, et ibi urbem conderet, ubi gladii capulum offenderet. Quum ergo ad montem Argium venisset, ibique capulum eburneum reperisset, civitatem condidit, quam ab eventu Mycenas appellavit.

2.

Argivis et Lacedæmoniis de agro Thyreatico altercantibus, Amphictyones pugna utrinque lectorum hominum rem decernendam censuerunt, victorique agrum istum deferendum esse. Lacedæmonii a sua parte Othryadem summæ rei, Argivi Thersandrum præfecerunt. Prælio de Argivis duo superstites fuerunt, Agenor et Chromius, qui de victoria civibus nuntium attulerunt. Facta autem quiete, Othryades etiamnum vivens, fultusque hastilibus semifractis, mortuorum scuta abstulit, tropæum erexit, suoque sanguine id Jovi tropæorum tutori inscripsit. Integrata lite Amphictyones in rem præsentem venerunt, litemque secundum Lacedæmonios dederunt. Sic Chrysermus libro tertio Rerum Peloponnesiacarum.

PERSICA.

3.

Persis Græciam populantibus, Pausanias Lacedæmoniorum dux acceptis a Xerxe quingentis talentis voluit Spartam prodere. Re comperta, pater Agesilaus eum usque ad fanum Minervæ Chalciœcæ prosecutus est, obturatisque fani foribus latere cocto, fame necavit. Mater etiam insepultum abjecit. Chrysermus Persicorum libro secundo.

INDICA.

4.

Indigenæ virgines quæ non caste vixerint, clavis cruci affigunt et in hunc fluvium (in Hydaspen) dejiciunt, dialecto vernacula Veneris hymnum canentes. Defodiunt et vetulam condemnatam quotannis juxta verticem Therogonum. Illuc enim reptilium multitudo ad vetulam ex cacumine statim accedit, et quæ circumvolant muta animalia vorat, ut narrant

Χρύσερμος ἐν π' (η' ?) Ἰνδικῶν. Μέμνηται δὲ τούτων ἀκριβέστερον Ἀρχέλαος ἐν ιγ' Περὶ ποταμῶν.

ΠΕΡΙ ΠΟΤΑΜΩΝ.

E LIBRO TERTIO.

5.

Plutarch. De flum. VII, 4 : Γεννᾶται (sc. ad Pactolum fl.) δὲ βοτάνη πορφυράνθεμος, καλουμένη Χρυσοπόλη· πρὸς αὐτὴν γὰρ αἱ ἀστυγείτονες πόλεις τὸν ἀκέραιον χρυσὸν δοκιμάζουσιν· ἅμα γὰρ αὐτὸν χωνευθῆναι ἅπτουσι τὴν βοτάνην· καὶ ἐὰν μὲν ἀνόθευτον τὸ χρυσίον ᾖ, τὰ φύλλα χρυσοῦται, καὶ διατηρεῖ τῆς ὕλης τὴν οὐσίαν· ἐὰν δ' ἐφθαρμένον ὑπάρχῃ, τὴν ἠλλαγμένην ὑγρασίαν ἀποπτύει, καθὼς Χρύσερμος ἐν γ' Περὶ ποταμῶν.

E LIBRO DECIMO TERTIO.

6.

Plutarch. De flum. 20. 3 : Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ (τῷ Εὐφράτῃ) λίθος Ἀστιγὴς (Ἀετίτης Stob.) καλούμενος, ὃν αἱ μαῖαι ταῖς δυστοκούσαις ἐπὶ τὰς γαστέρας ἐπιτιθέασι, καὶ παραχρῆμα τίκτουσι ἄτερ ἀλγηδόνος. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ καὶ βοτάνη, Ἔξαλλα (Ἄξαλλα Stob.) καλουμένη, μεθερμηνευομένη θερμόν· ταύτην οἱ τεταρταίζοντες, ὅταν ἐπὶ τοῦ στήθους θῶσιν, ἀπαλλάττονται παραχρῆμα τῆς ἐπισημασίας· καθὼς ἱστορεῖ Χρύσιρμος ἐν ιγ' Περὶ ποταμῶν. Eadem Stobæus Floril. C, 11.

Chrysermum medicum Herophileum memorant Galenus et Plinius (XXII, 5, 32). Porro Chrysermi nomen Casaubonus reponendum suspicabatur apud Theophilum Ad Autolyc. III, 26, ubi laudatur Chryseros, Aurelii imperatoris libertus, auctor Chronicorum (vid. tom. III, p. 656). Chrysermus, pater Ptolemæi, qui apud regem Ptolem. Philopatora versabatur, memoratur a Plutarch. Cleom. 36. *Chrysarmum* (sic), avum Ptolemæi, sacerdotis sub Ptolemæo Epiphane, v. ap. Letronn. *Inscr. de l'Eg.* I, p. 259.

Chrysermus Indicorum octogesimo (?), ac fusius exponit Archelaus decimo tertio De fluminibus.

DE FLUVIIS.

5.

Nascitur ad Pactolum herba purpureis floribus, Chrysopole dicta, qua vicinarum urbium incolæ aurum probant. Nam ipso tempore quo id conflant, hanc herbam admovere solent, cujus folia, si adulteratum non sit aurum, inaurantur, et materiæ substantiam servant; sed si corruptum sit, immutatum liquorem respuunt, ut refert Chrysermus tertio De fluviis.

6.

Nascitur in Euphrate lapis Astiges (Aetites) dictus, quem obstetrices mulierum quæ difficulter pariunt, ventri imponunt, et statim sine dolore illæ parturiunt. Provenit in eo etiam herba, quæ Exalla *sive Axalla* (i. e. *calidum*) vocatur : quam si, qui quartana laborant, in pectore posuerint, paroxysmo statim liberantur, ut testatur Chrysermus Corinthius decimo tertio De fluviis.

CHRYSIPPUS.

ΓΑΛΑΙΚΑ.

E LIBRO PRIMO.

Plutarch. Parall. min. c. 28 : Παπίριος Τολουκερ, γήμας Ἰουλίαν Πούλχραν, ἔσχεν ἐξ θυγατέρας, καὶ τοὺς ἴσους ἄρρενας. Τούτων ὁ πρεσβύτατος Παπίριος Ῥωμάνος, τῆς ἀδελφῆς ἐρασθεὶς Κανουλίας, ἔγκυον ἐποίησε. Μαθὼν δὲ ὁ πατὴρ, τῇ θυγατρὶ ξίφος ἔπεμψεν· ἡ δὲ ἑαυτὴν ἀνεῖλε· τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ὁ Ῥωμάνος ἔπραξεν· ὡς Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ Ἰταλικῶν.

Quis sit ille Chrysippus haud liquet. De Chrysippo Solensi stoico, qui Ptolemæi III et IV temporibus floruit, fortasse cogitandum esse censet Vossius p. 152. Ac sane quidem Solensis præter grammatica et philosophica etiam historica scripsisse perhibetur ap. Suidam v. Χρύσιππος. Hinc tamen de Ἰταλικῶν auctore nihil dirimitur; nam historicis libris Suidas annumerare potuit opus Περὶ τῶν ἀρχαίων φυσιολόγων, fortasse etiam opus Περὶ βίων, quamquam id non historicum sed philosophicum fuisse ex fragmentis luculenter apparet. Ex eodem Περὶ βίων opere petita esse quæ affert Strabo VII, p. 301 : Ὅσα δὲ καὶ ἃ λέγει Χρύσιππος περὶ τῶν τοῦ Βοσπόρου βασιλέων τῶν περὶ Λεύκωνα κτλ., liquet ex Plutarcho De stoicor. repugn. p. 1043, A-D. Cf. Ebert. Diss. Sic. p. 113, 226, qui recte, puto, Chrysippum Italicorum auctorem a Solensi philosopho distinguendum esse statuit. De Chrysippo Ciceronis liberto v. Cicero Ad. Qu. Fr. III, 4, 5; 5, 6; Ad Att. VII, 2, 8.

CLAUDIUS IOLAUS.

Claudium Iolaum Romani cujusdam libertum fuisse ex prænomine recte concludere videtur Vossius. Alterum nomen varie in codd. exaratur :

ITALICA.

Papirius Tolucer ducta in uxorem Julia Pulchra, sex filios totidemque filias procreavit. Filiorum natu maximus, Papirius Romanus nomine, Canuliam sororem, amore victus, gravidam fecit : pater, re cognita, gladium filiæ misit : ea se confodit, idemque fecit Romanus. Narrat Chrysippus primo Italicorum.

Ἴόλαος fr. 3; Ἴουλλος fr. 2; Ἴουλος fr. 1; Ἰούλιος fr. 4. Quod primum posui, unice verum habeo. Quam sæpe Ἰόλαος abierit in Ἰόλλας et Ἰόλας, exempla docebunt, quæ G. Dindorfius collegit in Steph. Thes. s. h. v. Hinc haud longe aberat, ut *Iulium* nobis Romani ævi Græculi effingerent. Iolaus medicus memoratur ap. Galenum XIII, p. 867, Celsum V, 22, 5, Plinium XX, s. 73, 76, schol. Nicandri Ther. 683. Idem aut alius est Iolaus Bithynus botanicus, de quo v. Epiphan. I, p. 3, C, et Dioscorides in præfat. Ex eadem fortasse familia oriundus noster Φοινικικῶν scriptor. Certe historiæ naturalis studium haud alienum ab eo fuisse coarguit κολοκασίου plantæ descriptio (fr. 1). Judæorum originem deducit ab Judæo Thebano (fr. 3). Hinc colligat aliquis ipsum nostrum auctorem Thebis oriundum fuisse, quippe ubi non solum Iolai herois cultus floruerit, sed etiam familia Iolaidarum exstiterit, testante Iolaida, duce Thebanorum in pugna Mantineensi (Ælian. V. H. II, 12, 3. Plutarch. Mor. p. 194, C). Sed hoc fortasse ludicrum est. Vixit auctor post Augusti tempora, uti ex Cæsareæ urbis mentione (fr. 2) colligimus. — *Iolaus*, quem de Poleponnesi urbibus scripsisse dicit schol. Nicandri Ther. 521, non est noster, ut Vossio videtur, sed is, qui aliis dicitur Apollas vel Apellas (v. supra Apellæ fr. 4).

ΦΟΙΝΙΚΙΚΑ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Stephan. Byz.: Ἄκη, πόλις Φοινίκης... Κλαύδιος δὲ Ἴουλος ἐν πρώτῃ Φοινικικῶν φησὶν ὅτι ἐκλήθη ἀπὸ Ἡρακλέους. Χαλεπωτάτων γὰρ ὑπὸ Εὐρυσθέως ἐν ἐπιταγαῖς ἄθλων περισχεθείς, τῷ τῆς Λερναίας ὕδρας ἰῷ [καὶ] τοῖς τῶν ὀηγμάτων ἐπονείτο ἕλκεσιν. Ἀνεῖλε δὲ τὸ Δελφικὸν μαντεῖον ἐπ' ἀνατολὰς ἰτέον, μέχρι ἂν ἐντύχῃ ποταμῷ φύοντι πόαν τῇ ὕδρᾳ παραπλήσιον· ἐκείνης γὰρ καταπλασάμενον τῶν ἑλκῶν ἀπαλλαγήσεσθαι. Εὗρε δὲ τὸν ποταμὸν καὶ τὴν πυθόχρηστον πόαν, ἧς ὁ καυλὸς ἥ τε ῥίζα πάντως ἐστὶν ὀφιώδης τῷ ποικίλῳ [καὶ] ταῖς κεφαλαῖς· ὁπόσα γὰρ ἄν τις ἀποχείρῃ, φύονται αὖθις ἕτεραι. Κολοκάσιον μέντοι καλοῦσι τὴν ῥίζαν. Τὸ δ' ὑπερπεφυκὸς κιβώριον ὄψιν ἡδεῖαν ἰδωδίμους τε τὰς φλέβας παρέχον Αἰγυπτίοις· περὶ δὲ τὸν Νεῖλον φύεται πολλή. Ἡ δὲ περὶ τὸν Βῆλον ἕλκη θεραπεύει δυσίατα. Τριβομένη δὲ μετὰ τῆς ῥίζης λευκὸν ἀναδίδωσιν ὀπόν. Τούτῳ, φησὶ, καὶ Ἡρακλῆς ἰάθη. Καὶ καλέσαι τὴν πόλιν Ἄκην. Cf. Steph. Thes. v. Κολοκασία. Pro Ἴουλος Westermannus scripsit Ἰούλιος.

E LIBRO TERTIO.

2.

Idem: Δῶρος, πόλις Φοινίκης... Νῦν δὲ Δῶρα καλεῖται... Κλαύδιος Ἴουλλος ἐν γ' Φοινικικῶν· « Μετὰ Καισάρειαν Δῶρα κεῖται βραχεῖα πολίχνη, Φοινίκων αὐτὴν οἰκούντων, οἳ διὰ τὸ ὑπόπετρον τῶν τε αἰγιαλῶν καὶ τὸ πορφύρας γόνιμον συνελθόντες καλιὰς αὐτοῖς ᾠκοδομήσαντο καὶ περιβαλλόμενοι χάρακας, ὡς ὑπήκουεν αὐτοῖς τὰ τῆς ἐργασίας, τεμνόμενοι τὰς πέτρας διὰ τῶν ἐξαιρουμένων λίθων τὰ τείχη κατεβάλοντο, καὶ τὴν ἔνορμον (εὔορ.?) χειλὴν (leg. χηλὴν) ὅπως τε (γε?) ἀσφαλῶς ἕθεντο, ἐπώνυμον αὐτὴν τῇ πατρίῳ γλώσσῃ Δῶρα (Δὼρ?) καλοῦντες. Οἱ δὲ Ἕλληνες χάριν τοῦ τῆς φωνῆς εὐπροφόρου καλεῖν ἀρκοῦνται Δῶρα τὴν πόλιν. Καί τινες ἱστοροῦσι Δῶρον τὸν Ποσειδῶνος οἰκιστὴν αὐτῆς γεγονέναι. »

2, a.

Etym. M. p. 219, 32: Γάδειρα. Τὰ Γάδειρα λέγονται πληθυντικῶς, ἀπὸ τοῦ γῆ καὶ τοῦ δειρά, οἱονεὶ γῆς δειρά. Τὰ γὰρ Γάδειρα τῆς γῆς ἐξοχή ἐστιν. Ἡ, ὡς

DE REBUS PHŒNICUM.

1.

Ace, Phœnices urbs. Claudius Iolaus primo Rerum Phœniciarum ait Herculem ei nomen indidisse. Nam quum ipsi ab Eurystheo difficillima injuncta essent certamina, laborabat ulceribus, quæ ex venenatis hydræ Lernææ morsibus acceperat. Tum a Delphico oraculo responsum tulit, orientem versus ipsi pergendum esse, donec inveniret amnem in quo herba nasceretur hydræ similis: quam si emplastri modo ulceribus imponeret, fore ut ab ulceribus liberaretur. Invenit fluvium et herbam Apollinis oraculo monstratam, cujus caulis atque radix varietate maculorum atque capitibus hydram imitantur: quot enim aliquis demetat, tot alia deinde renascuntur. Radicem hanc colocasium appellant. Ciborium vero enatum jucundum spectaculum et edules venas præbet Ægyptiis. Plurima circa Nilum nascitur: at illa circa Belum ulcera curatu difficilia sanat. Contrita herba cum radice album succum reddit. Hoc se Herculem sanasse ait, et urbem de hac causa *Acen* appellasse.

2.

Dorus, quæ nunc Dora vocantur, urbs Phœnices. Claudius Iolaus libro tertio Rerum Phœniciarum sic scribit: « Post Cæsaream sita sunt Dora, exiguum oppidulum, quod a Phœnicibus habitatur, qui propter saxosum et purpuris fœcundum litus ibi congressi gurgustia sibi aedificarunt, et fossas circumducentes, prouti opus procedebat, excisis e saxis muros fundarunt, et navium stationi aptam molem, quæ in mare procurrit, firmantes tutam reddiderunt, lingua patria eam *Dor* (?) vocantes. Græci vero facilioris enuntiationis causa urbem *Dora* vocare satis habent. Et nonnulli narrant Dorum Neptuni filium ejus conditorem fuisse. »

2 a.

Gadira, plurali numero dicitur. Nomen compositum ex vocibus γῆ et δειρά, ut sit pro γῆς δειρά, *terræ collum an-*

φησι Κλαύδιος Ἰούλιος ἐν ταῖς Φοινίκης ἱστορίαις, ὅτι Ἀρχαλεὺς υἱὸς Φοίνικος κτίσας πόλιν ὠνόμασε τῇ Φοινίκων γραφῇ· γάδον γὰρ παρ' αὐτοῖς τὸ ἐκ μικρῶν ᾠκοδομημένον. Cf. Steph. Byz.: Γάδειρα, πόλις καὶ νῆσος ἐν τῷ Ὠκεανῷ, στενὴ καὶ περιμήκης, ὡς οὖσα τῆς γῆς διρά, et Eustath. ad Dion. 64. Sec. Hesych. γάδειρα Phœnices vocant τὰ περιῤῥάγματα. Cf. Plinius IV, c. 22 : *Pœni Gadir, ita Punica lingua septem significante.* — In Etym. M. p. 185, 14, pro Κλαύδιος legendum esse χλάδος viri docti monuerunt.

EX LIBRIS INCERTIS.

3.

Steph. B.: Ἰουδαία. Ἀλέξανδρος ὁ Πολυίστωρ, ἀπὸ τῶν παίδων Σεμιράμιδος Ἰούδα καὶ Ἰδουμαία, ὡς δὲ Κλαύδιος Ἴόλαος, ἀπὸ Ἰουδαίου Σπάρτωνος ἐκ Θήβης μετὰ Διονύσου ἐστρατευκότος. Judæum Σπάρτωνος (nisi forte Σπάρτου scr.) finxit ex Udæo Sparto.

4.

Idem : Λάμπη, πόλις Κρήτης, Ἀγαμέμνονος κτίσμα, ἀπὸ Λάμπου τοῦ Ταρραίου. Τὸ ἐθνικὸν Λαμπαῖος. Κλαύδιος δὲ Ἰούλιος Λαμπέας αὐτούς φησιν.

CLAUDIUS THEON. CLODIUS NEAPOLITANUS.

« *Claudii Theonis* historia græca memoratur Hieronymo Præfat. in Danielem, ubi prodesse dicitur ad extremas Danielis partes intelligendas, esseque inter eas, quas secutum se ait Porphyrius quum contra Danielem librum scriberet duodecimum. » Voss. p. 416. V. Porphyrii fr. tom. III, p. 689. Inter varios, quos aliunde novimus, Theones nullus exstat, quem Porphyrii fontem fuisse cum probabilitatis specie contendere liceat.

Clodius Neapolitanus ab eodem Porphyrio laudatur in fragmento quod ex manuscr. Oxoniensi communicavit Bentleius in Epistol. ad Millium p. 49 Ox., ubi postquam de interpretatione verborum κναξζδί, χθύπτης, φλεγμὼ, δρὸψ exposuerat, pergit: Καὶ ἕτερα δὲ πλεῖστα τοιαῦτα διὰ τῶν κδ' στοιχείων ἁπαρτίζοντα ἴδιον σκοπὸν εὕρομεν, οἷον· Βέθυ, ζὰψ, χθὼ, πλῆκτρον, σφίγξ· δ ἐστιν οὕτως· βέθυ ἐστὶν ἡ ὑγρὰ οὐσία, ζὰψ ἡ πυρώδης οὐσία, χθὼ ἡ γῆ, πλῆκτρον δὲ ὁ ἀὴρ, σφὶγξ ἡ τούτων φιλία διὰ τὸ συνεσφίγχθαι. Κλώδιος δὲ ὁ Νεαπολίτης οὕτως ἡρμήνευσε τὸ προκείμενον· ἀὴρ, θάλασσα, γῆ, ἥλιος. Eundem Clodium non addita nota patriæ citat Porphyrius De abstin. I, 26, ubi ex eo refert Pythagoricos in sacrificiis non prorsus abstinuisse animatis.

Quæritur an diversus sit *Sextus Clodius*, qui De diis græce scripsit teste Arnobio Adv. gent. V, 18 : *Faunam igitur Fatuam, Bona quæ dicitur dea, transeamus, quam myrteis cæsam virgis, quod marito nesciente seriam meri ebiberit plenam, Sextus Clodius indicat sexto De diis græco.* Cf. Lactantius De fals. rel. I, 22 : *Sextus Clodius in eo libro quem græce scripsit, refert Fauni hanc* (Fatuam) *uxorem fuisse.* Fortasse hic est Sextus Clodius, *e Sicilia, Latinæ simul Græcæque eloquentiæ professor*, cui Antonius duo millia jugerum campi Leontini assignavit. Vide Sueton De rhet. c. 5; Cicero Phil. II, 17. III, 9.

Κλώδιός τις ἐν *Ὀλύγῳ χρόνων*, quem Plutarchus in Numa, c. 1, laudat, intelligendus est *Clodius Licinius*, cujus librum tertium rerum Romanarum citat Livius XXIX, 22. Hunc græce scripsisse quum non tradatur, nihil est cur nos putemus. Cf. Heeren. De fontt. Plut. p. 112; Krause Fragm. hist. Rom. p. 213.

CLEMENS.

Suidas : Κλήμης, ἱστορικός. Ἔγραψε Ῥωμαίων βασιλεῖς καὶ αὐτοκράτορας· καὶ πρὸς Ἱερώνυμον Περὶ τῶν Ἰσοκρατικῶν σχημάτων· καὶ ἄλλα. Eadem Eudocia p. 267.

Clementem historicum, in quem verba Suidiana (ἔγραψε... αὐτοκράτορας) cadere possint, novimus chronographum, cujus sæpe meminit Malalas (p. 34, 10. 228, 18. 231, 11. 240, 2. 242, 21. 280, 2. 428, 13 ed. Bonn.). Eundem laudant Cedrenus p. 19; Hesych. in fragm. in Christi natalem, Anonymus in Combefis. Origg. Constant. p. 32. Vixit homo post Justinianum (v. Malala p. 428, 13), ideoque ad nos nihil pertinet. Quod vero addit Suidas eundem scripsisse ad Hieronymum nescio quem (Rhodium peripateticum intelligit Westermannus *Gesch. d. Bered.* § 49, 1) περὶ Ἰσοκρατικῶν σχημάτων, aperte aliena miscuit,

---

gustum; nam Gadira est terræ eminentia; aut, sicuti Claudius Iolaus dicit in Phœnices historia, nomen inde venit, quod Archaleus Phœnicis filius urbisque conditor eam Phœnicum lingua sic appellavit. Nam γάδον apud Phœnices significat quod a parvis initiis ædificatum est.

3.

Judæa (*et Idumæa*) secundum Alexandrum Polyhistorem a Semiramidis liberis Juda et Idumæa, vocata; secundum Claudium Iolaum Judæa nomen habet a Judæo, Spartonis f., qui Thebis cum Baccho in expeditionem profectus est.

4.

Lampe, urbs Cretæ, ab Agamemnone condita, nomen habet a Lampo Tarrhæi filio. Gentile Lampæus. Claudius vero Lampenses incolas vocat.

chronographum confundens cum grammatico, quem citant Etym. M. v. ζάλη, Suidas v. ζάλην, Ἥρας, παλίμβολος, monente Ruhnkenio ad Tim. Lex. p. x. Conferri Bernhardyus et Westermannus jubent Ebertum in Dissertt. Sic. p. 150.

CLEOBULUS.

Plinius V, 11 : *Metrodorus et Cleobulus Chium a Chione nympha* sc. appellatam esse dicunt. — Memoratur Cleobulus etiam in indice auctorum ad lib. IV et XIII. Idem aut alius est Cleobulus, qui De re rustica scripsit, teste Columella I, 1, 1.

CLEON MAGNESIUS.

Pausanias X, 4, 6 : Κλέων δὲ ἀνὴρ Μάγνης (οἱ τῷ Ἑρμῳ προσοικοῦσιν) ἔφασκεν ἐς τὰ παράδοξα ἀπίστους εἶναι τῶν ἀνθρώπων, οἷς ἂν μὴ παρὰ τὸν αὐτῶν γένηται βίον θεάμασιν ἐπιτυχεῖν λόγου μείζοσιν· αὐτὸς δὲ καὶ Τιτυὸν καὶ ἄλλους ἔφη πείθεσθαι γεγονέναι κατὰ τὴν φήμην· τυχεῖν γὰρ δὴ ὢν ἐν Γαδείροις, καὶ ἐκπλεῦσαι μὲν αὐτός τε καὶ τὸν ἄλλον πάντα ὄχλον ἐκ τῆς νήσου κατὰ τὸ Ἡρακλέους πρόσταγμα· ὡς δὲ αὖθις ἐπανήκειν ἐς τὰ Γάδειρα, ἄνδρα εὑρεῖν θαλάσσιον ἐκπεπτωκότα ἐς τὴν γῆν· τοῦτον πλέθρα μὲν πέντε μάλιστα ἐπέχειν, κεραυνωθέντα δὲ ὑπὸ τοῦ θεοῦ καίεσθαι. Οὗτος μὲν δὴ ταῦτα ἔλεγε. Ex quonam opere hæc deprompta sint, incertum. Commentarios de rebus portentosis intelligi vult Vossius.

CLEON SYRACUSANUS.

ΠΕΡΙ ΛΙΜΕΝΩΝ.

Stephanus Byz. v. Ἀσπίς... ἔστι καὶ νῆσος πρὸς ταῖς Κυκλάσιν.... Ἔστι καὶ νῆσος ἄλλη Ψύρων ἔγγυς. Ἔστι καὶ ἄλλη, ὡς Κλέων ὁ Συρακούσιος ἐν τῷ Περὶ τῶν λιμένων, ἄδενδρος οὖσα.

νῆσος πρὸς ταῖς Κ.] « Existimo hanc insulam in sinu Saronico esse collocandam, atque inter illas insulas numerandam, quæ Atheniensium portui objacent. Plinius H. N. IV, 12 : *Siræo promontorio objacent Eleusa, Dendros, Craugiæ duæ, Selachusa, Cenchreis, Aspis.* In membranis Bibliothecæ publicæ pro *Dendros* conspicitur *Alendros*, quod mihi suspicionem injicit olim in Plinii exemplaribus *Adendros* fuisse exaratum, eamque esse insulam, cujus situm Stephanus infra reticet ; atque ab arborum raritate ex Cleone Syracusano sic dictam perhibet. » Bekker.

Cleonem Siculum una cum Timosthene, qui item Περὶ λιμένων scripsit, inter fontes suos recensent Scymnus Chius (v. 118 : καὶ τῷ Σικελῷ Κλέωνι καὶ Τιμοσθένει) et Marcianus Heracl. p. 112 ed. Miller. (...καὶ Ἀνδροσθένης Θάσιος, καὶ Κλέων ὁ Σικελιώτης, Εὔδοξος δὲ ὁ Ῥόδιος κτλ.) et Avienus in Ora marit. 48. Fortasse est Cleon Siculus, Alexandri Magni comes vilisque adulator, de quo v. Curtium VIII, 5. Ceterum Cleonis nomen, opinor, reponendum est ap. schol. Apollon. Rh. II, 297 : Ἔστι γὰρ καὶ Αἶνος ὄρος τῆς Κεφαλληνίας, ὅπου Διὸς ἱερόν ἐστι· οὗ μνημονεύει καὶ Λέων (l. οὗ μν. Κλέων) ἐν Περίπλῳ (fort. ἐν τῷ Περὶ λιμένων) καὶ Δημοσθένης (l. Τιμ.) ἐν τοῖς Λιμέσιν. — Denique nescio an Cleontis nomen lateat apud schol. Il. ε, 6, ubi *Cleander* Syracusius de argumento ad geographiam pertinente laudatur : Κλέανδρος [Κλέων δέ?] ὁ Συρακούσιος ἐν τῷ Περὶ τοῦ ὁρίζοντος Ὁμηρόν φησι πρῶτον ἔννοιαν ὁρίζοντος δηλῶσαι, οὐκ ὀνομάσαντα μὲν ὁρίζοντα (μαθηματικὴ γὰρ ἦδε κλῆσις), εἰπόντα δὲ ἐπὶ τοῦ κυνός· « λαμπρὸν παμφαίνῃσι λελουμένος Ὠκεανοῖο, » ἐπεὶ ἔτι κέκρυπται, ὑπερκύψας δὲ τὸν ὁρίζοντα λαμπρὸν παμφαίνῃσι λελουμένος Ὠκεανοῖο· ὁ γὰρ τοιοῦτος ἄνεισι μὲν ἐκ τοῦ Ὠκεανοῦ, ὅτι ἔτι κέκρυπται. » — Οὐ λέληθε δὲ καὶ τὸν Ἄρατον, ἁρπάσαντα τὴν φωνὴν ἐπὶ τοῦ ὁρίζοντος φάναι « ὑφόθεν Ὠκεανοῖο. » Postrema de Arato non e Cleandro, sed ex Homeri commentatore fluxerint.

Tertius *Cleon* est *Curiensis*, Ἀργοναυτικῶν poeta (schol. Ap. Rhod. I, 77. 587. 625. Cf. Weichert. *Ueber d. Leb. u. d. Schft. d. Apollonius*), idem fortasse cum Cleone ἱλαροποιῷ, cujus meminit auctor Etym. M. p. 389 (cf. Meinck. ad Euphor. p. 154) et Pollux X, 97.

Cleon Magnesius (ex iis, qui Hermi sunt accolæ) eos maxime homines rerum miraculis fidem habere non consuesse dicebat, quibus in tota vita non contigisset ipsis quicquam intueri quod esset communi hominum opinione majus; se certe adduci posse ut crederet et Tityum et alios ea magnitudine, quam fama prodidit, fuisse. Venisse enim forte se aliquando Gades et ab ea insula cum tota sui comitatus turba Herculis jussu enavigasse; mox iterum Gades reversum, marinum hominem in litus ejectum invenisse nihilo breviorem jugerum quinque spatio, qui a deo fulmine ictus incensus erat. Atque hæc quidem ille.

DE PORTUBUS.

Aspis est quoque insula juxta Cycladas; et alia prope Psyra; et alia arboribus carens, ut Cleon in libro De portubus narrat.

CLINIAS.

Festus p. 269 ed. Müller.: *Galitas scribit, quum post obitum Æneæ imperium Italiæ pervenisset ad Latinum, Telemachi Circæque filium, is quod ex Rhome suscepisset filios, Romum Romulumque, urbi conditæ in Palatio causam fuisse appellandæ potissimum Rhomæ.*

Galitas] *Clinias* Dacier. ex Servio Æn. I, 273: *Clinias refert Telemachi filiam, Romen nomine, Æneæ nuptam fuisse, ex cujus vocabulo Romam appellatam.* « Et hæc sane cum Festi narratione satis concinunt, modo statuamus stemma a Clinia confictum hoc fuisse: Telemachus pater Latini et Romæ; hæc Æneæ uxor filios parit Romum Romulumque; Ænea mortuo Latinus imperium excipit, sed Æneæ filii propriam sibi urbem exstruunt. Alia opinio est Grauerti p. 94. » Müller. Cf. Calliæ fr. 5, tom. II, p. 383. — *is quod*] cod. *hisque*; Ursinus *isque*; Müller. *is quod*, sc. Æneas, non Latinus.

Ceterum de Clinia parum constat. Memoratur *Clinias* apud Agatharchidem ap. Phot. cod. 260; sed ibi Reinesius recte reposuit *Diniam* (v. fr. 4). Præterea ap. schol. ad Apoll. Rh. II, 1086 leguntur hæc: Κλεινίας δέ φησι καὶ τὸν ναόν ποτε οὕτως εἰρῆσθαι ἔνναιον διὰ τὸ ἐνναίειν ἐν αὐτῷ τοὺς θεούς. — De Clinia Pythagoreo v. Stobæus Floril. I, 65, 66. (LXIV, 16); schol. Il. 1, 189 in Cram. An. III, p. 56. Fabric. B. Gr. I, p. 840 ed. Harl.

CLEOPHANES.

ΠΕΡΙ ΑΙΩΝΩΝ.

Schol. Pindar. Ol. IX, 143: Ἐν τῇ Ἀρκαδίᾳ γὰρ ἄγοντο τῷ Διὶ τὰ Λύκαια. Κλεοφάνης ἐν τῷ Περὶ ἀγώνων.

Auctor hic aliunde non notus. *Cleophanes* rhetor Myrleanus (Democharis æqualis), commemoratur in libris Strabonis (VII, p. 566). Eundem Diogenes L. IV, 41 vocat *Leocharem*. At verum nomen esse Cleocharem censet Ruhnken. ad Rutilium Lupum (I, 2 et 10). Σύγκρισιν Δημοσθένους καὶ Ἰσοκράτους a Cleochare scriptam esse discimus e Photio (cod. 176. 21). Cf. Westermann. *Gesch. d. gr. Bereds.* § 76, 12. — *Cleophanes* quidam, qui cum Phocione contra Philippum pugnavit, est apud Plutarchum Phoc. 13. Antiphanis comœdiam, quæ Κλεοφάνης inscribitur, laudat Athenæus III, p. 98, F. — Cum nostro Cleophane confer Chariclem, qui Περὶ τοῦ ἀστικοῦ ἀγῶνος scripsit.

[CLEOPHORUS. Schol. Odyss. γ, 215, ἐπισπόμενοι θεοῦ ὁμφῇ.] Ἐν τῇ ἑξακαιδεκάτῃ (sic) ἱστορεῖ Κλεοφόρος [ἐν τῷ] Περὶ τοὺς θεούς, πολλάκις μεθίστησαν τοὺς βασιλεῖς μαντείᾳ. Bœckhius (ut Buttmannus in Addendis notat) corrigendum censet: Ἱστορεῖ ὁ Ἔφορος περὶ τοῦδε, ὡς πολλάκις κτλ. In cod. Harlei. ap. Cramer. Anecd. Parisin. III, p. 434: Πολλάκις μεθίστασι τοὺς βασιλεῖς μαντείαις ἐπισπόμενοι· ἱστορεῖ Κλεοφόρος ἐν τῷ ις' Περὶ τοὺς θεούς. Τούτῳ συνῳδόν ἐστι τὸ· Δεινὸν δὲ γένος βασιλήιόν ἐστι Κτείνειν· ἀλλὰ πρῶτα θεῶν εἰρώμεθα βουλάς. Odyss. Π, 401.].

CLITONYMUS.

ΙΤΑΛΙΚΑ.

1.

Plutarchus Par. Min. c. 10: Ῥωμαῖοι πρὸς Λατίνους πολεμοῦντες ἐχειροτόνησαν στατηγὸν Πόπλιον Δέκιον· νεανίσκος δέ τις τῶν ἐπισήμων πένης, τοὔνομα Κάσσιος Βροῦτος, ἐπὶ ῥητῷ μισθῷ νυκτὸς τὰς πύλας ἀνοῖξαι ἐβουλήθη. Φωραθεὶς δὲ, εἰς ναὸν ἔφυγεν Ἀθηνᾶς Αὐξιλήριας. Κάσσιος δὲ Σιγνίφερ, ὁ πατὴρ αὐτοῦ, κατέκλεισε, καὶ λιμῷ διέφθειρε, καὶ ἄταφον ἔρριψεν· ὡς Κλειτώνυμος ἐν Ἰταλικῶν*.

ΣΥΒΑΡΙΤΙΚΑ.

E LIBRO SECUNDO.

2.

Idem ib. c. 21: Ἐν Συβάρει, πόλει τῆς Ἰταλίας, νέος περίβλεπτος τὸ κάλλος Αἰμίλιος φιλοκύνηγος ἦν· ἡ δὲ νεόνυμφος δόξασα ἑτέρᾳ συνεῖναι εἰσῄει εἰς τὴν

DE CERTAMINIBUS.

In Arcadia Jovi Lycæa celebrabantur, ut Cleophanes in libro De certaminibus ait.

ITALICA.

Romani bello Latino Publium Decium imperatorem designaverunt. Quidam autem patricius juvenis, nomine Cassius Brutus, quum pauper esset hostibus pro certa mercede portas aperire instituit. Deprehensusque in templum Minervæ Auxiliariæ confugit. Pater autem ejus Cassius Signifer ibi eum inclusit, fameque interemptum inhumatum abjecit. Clitonymus in Italicis.

SYBARITICA.

2.

Sybari, quæ Italiæ urbs est, Æmilius, raræ formæ juvenis, deditus erat venationibus. Mulier, cum qua nuper nuptias peregerat, cum alia femina rem ei esse opinata,

νάπην. Τῶν δὲ δένδρων σεισθέντων, οἱ κύνες ἐπιδραμόντες, διέσπασαν· ὁ δὲ ἐπέσφαξεν ἑαυτόν· ὡς Κλειτώνυμος ἐν δευτέρῳ Συβαριτικῶν.

ΘΡΑΚΙΚΑ.

Idem De fluv. c. 3, 4 : Γεννᾶται δὲ καὶ ἐν τῷ Παγγαίῳ ὄρει βοτάνη, κιθάρα καλουμένη διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν. Διασπαράξασαι τὸν Ὀρφέα, τὰ μέλη τοῦ προειρημένου εἰς ποταμὸν ἔβαλον Ἕβρον. Καὶ ἡ μὲν κεφαλὴ τοῦ θνητοῦ κατὰ πρόνοιαν θεῶν εἰς δράκοντα μετέβαλε τὴν μορφὴν τοῦ σώματος· ἡ δὲ λύρα κατεστηρίχθη (κατηστερίσθη?) κατὰ προαίρεσιν Ἀπόλλωνος· ἐκ δὲ τοῦ ῥεύσαντος αἵματος ἐνεφάνη βοτάνη, κιθάρα καλουμένη. Τῶν δὲ Διονυσίων τελουμένων, αὕτη κιθάρας ἀναδίδωσι ἦχον· οἱ δὲ ἐγχώριοι νεβρίδας περιβεβλημένοι καὶ θύρσους κρατοῦντες, ὕμνον ᾄδουσιν·

Καὶ τότε φρονήσεις, ὅταν ἐσῃ μάτην φρονῶν·

καθὼς ἱστορεῖ Κλειτώνυμος ἐν τῷ γ' τῶν Θρᾳκικῶν (sic emend. Jonsius III, 2, 2 pro vg. Τραγικῶν).

CLITOPHON RHODIUS.

ΙΝΔΙΚΑ.

E LIBRO DECIMO

1.

Plutarch. De fluv. 25, 3 : Φύεται δὲ καὶ βοτάνη (sc. ἐν Ἰνδῷ), Καρπύκη καλουμένη, βουγλώσσῳ παρόμοιος· ποιεῖ δ' ἄριστα πρὸς ἰκτερικοὺς μεθ' ὕδατος χλιαροῦ διδομένη τοῖς πάσχουσι· καθὼς ἱστορεῖ Κλειτοφῶν ὁ Ῥόδιος ἐν ι' Ἰνδικῶν. Eadem Stobæus Florileg. C, 20.

ΚΤΙΣΕΙΣ.

E LIBRO DECIMO TERTIO.

2.

Plutarch. De fluv. 6, 4 : Παράκειται δ' αὐτῷ (sc. τῷ Ἄραρι ποταμῷ) ὄρος, Λούγδουνος καλούμενον· [μετ]ωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Μώμορος καὶ Ἀτεπόμαρος, ὑπὸ Σεσηρονέως τῆς ἀρχῆς ἐκβληθέντες, εἰς τοῦτον κατὰ προσταγὴν τὸν λόφον πόλιν κτίσαι θέλοντες. Τῶν δὲ θεμελίων ὀρυσσομένων, αἰφνιδίως κόρακες ἐπιφανέντες καὶ διαπτερυξάμενοι, τὸ πέριξ ἐπλήρωσαν τὰ δένδρα. Μώμορος δ', οἰωνοσκοπίας ἔμπειρος ὑπάρχων, τὴν πόλιν Λούγδουνον προσηγόρευσεν· λοῦγον γὰρ τῇ σφῶν διαλέκτῳ τὸν κόρακα καλοῦσι· δοῦνον δὲ τὸν ἐξέχοντα· καθὼς ἱστορεῖ Κλειτοφῶν ἐν ιγ' Κτίσεων.

ΓΑΛΑΤΙΚΑ.

E LIBRO QUINTO VEL PRIMO.

3.

Stobæus Floril. X, 71 : Κλειτοφῶντος ἐκ τοῦ ε' Ἰταλικοῦ (l. Γαλατικῶν). Βρέννος ὁ τῶν Γαλατῶν βασιλεὺς, λεηλατῶν τὴν Ἀσίαν, εἰς Ἔφεσον ἦλθε, καὶ στρατοπεδευσάμενος περιέμενε τοῦ πολέμου τὴν προθεσμίαν. Παρθένος δέ τις τῶν ἐπισήμων, τοὔνομα Δημονίκη, εἰς ἐπιθυμίαν ἐμπεσοῦσα τοῦ βαρβάρου, προδώσειν αὐτῷ τὴν Ἔφεσον ὑπέσχετο, ἐὰν μισθὸν λάβοι τὰ ψέλλια καὶ τοὺς ὅρμους· ὁ δὲ Βρέννος δεξάμενος αὐτὴν εἰς τόπον ὡρισμένον, ἤγαγε τοὺς ὑποτεταγμένους, καὶ προσέταξεν αὐτοῖς τὸν χρυσὸν ὅσον εἶχον κόσμου χάριν βάλλειν εἰς τὸν τῆς φιλαργύρου κόλπον. Πιησάντων δὲ αὐτῶν τὸ παραγγελθέν, ἡ Δημονίκη ὑπὸ τῆς δαψιλείας τοῦ βαλλομένου χρυσίου ζῶσα κατεχώσθη.

Plutarch. Par. min. c. 15 : Βρέννος, Γαλατῶν βασιλεὺς, λεηλατῶν τὴν Ἀσίαν, ἐπὶ Ἔφεσον ἦλθε, καὶ

---

nemus intravit. Ramis autem agitatis, canes accurrerunt, eamque discerpserunt. Clitonymus secundo Sybariticorum.

THRACICA.

3.

Nascitur in Pangæo monte herba *cithara* nuncupata hanc ob causam. Illæ quæ Orpheum discerpserunt, ejus membra in fluvium Hebrum projecerunt. Et caput quidem mortui dii mutarunt in dracontis formam, lyra autem ex Apollinis decreto inter astra relata est. At ex sanguine fluente orta est herba, cithara vocata, quæ dum peraguntur Dionysia, sonum emittit citharæ. Indigenæ vero nebridibus induti et thyrsos tenentes, hymnum canunt, cujus hæc sunt verba :

Tuncque sapies quum eris in vanum sapiens.

Refert Clitonymus tertio Thracicorum.

INDICA.

1.

Crescit in Indo herba Carpyce, buglosso simillima, quæ laborantibus regio morbo exhibita cum aqua tepida, eos liberat, ut refert Clitophon Rhodius decimo Indicorum.

URBIUM ORIGINES.

2.

Juxta Ararem adstat mons Lugdunus, qui hanc ob causam nomen hoc accepit. Quum Momorus et Atepomarus, a Seseroneo regno dejecti, in eo colle ex oraculi præcepto urbem ædificare vellent, jactis jam fundamentis, corvi subito apparentes expansis alis, arbores quæ circa erant repleverunt. Momorus autem augurii callentissimus civitatem Lugdunum vocavit. *Lugum* enim dialecto sua corvum vocant, *dunum* vero locum eminentem, ut refert Clitophon decimo tertio De urbium originibus.

GALATICA

3.

Brennus Gallorum dux Asiam vastans ad Ephesum venit, ibique puellam Demonicen nomine adamavit : ea se corporis sui usuram ipsi concessuram, Ephesumque traditurum pollicita est, pacta mercedis loco armillas et mundum mu-

ἠράσθη παρθένου δημοτικῆς (l. Δημονίκης)· ἡ δὲ συνελθεῖν ὑπέσχετο, ἐὰν τὰ ψέλλια καὶ τὸν κόσμον τῶν γυναικῶν δῷ αὐτῇ, καὶ τὴν Ἔφεσον προδοῦναι· ὁ δ' ἠξίωσε τοὺς στρατιώτας ἐμβαλεῖν εἰς τὸν κόλπον ὃν εἶχον χρυσὸν τῆς φιλαργύρου. Ποιησάντων δέ, ὑπὸ τῆς δαψιλείας τοῦ χρυσοῦ ζῶσα κατεχώσθη, καθάπερ ἱστορεῖ Κλειτοφῶν ἐν πρώτῳ Γαλατικῶν. Cf. Droysen. *Hellen.* II, p. 177.

4.

Plutarch. De fluv. 7, 6 : Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ (sc. ἐν τῷ Τμώλῳ) λίθος κισσήρει παρόμοιος, καὶ σπανίως εὑρίσκεται· τετράκις γὰρ τῆς ἡμέρας ἀλλάσσει τὴν χρόαν· βλέπεται δὲ ὑπὸ παρθένων τῶν μὴ τῷ χρόνῳ φρονήσεως ἐχουσῶν· αἱ δὲ ὥραν ἔχουσαι γάμων, ἐὰν ὁρῶσιν αὐτὸν, οὐδὲν ἀδικοῦνται παρὰ τῶν ὑβρίζειν θελόντων· καθὼς ἱστορεῖ Κλειτοφῶν. Eadem usque ad verbum ἐχουσῶν leguntur in Aristot. Mirab. c. 174 ed. Westermann.

5.

Schol. Venet. Il. υ, 404 : Νηλεὺς (in codd. BV. corrupte Ἀπλεὺς) ὁ Κόδρου χρησμὸν λαβὼν ἀποικίαν ἔστειλεν εἰς Μίλητον καὶ τὴν Καρίαν ἐξ Ἀθηνῶν καὶ τῆς Ἀχαϊκῆς Ἑλίκης. Παραγενόμενος εἰς τὴν Καρίαν ἱερὸν Ποσειδῶνος ἱδρύσατο καὶ ἀπὸ τοῦ ἐν Ἑλίκῃ τεμένους Ἑλικώνιον προσηγόρευσε. Δοκεῖ δ' ἐπὰν θύωσι [τὸν θεὸν], βοησάντων μὲν τῶν βοῶν προσδέχεσθαι τὸ θεῖον τὴν θυσίαν· σιγώντων δὲ, λυποῦνται, μηνίειν νομίζοντες. Ἡ ἱστορία παρὰ Κλειτοφῶντι. Quæritur an recte se nomen habeat. Fortasse erat : ἡ ἱστορία παρὰ Κλείτῳ. Certe Clytum (Κλεῖτον ap. Athen.) Milesiacorum scriptorem bene novimus (v. t. II, p. 333).

CONON.

Quæ in sequentibus e Cononе afferuntur, num omnia ejusdem auctoris sint, et ad Cononem pertineant Augusti æqualem, cujus Narrationes superstites sunt, quærimus.

ΙΤΑΛΙΚΑ.

1.

Servius ad Virgil. Æn. VII, 738 : *Sarrastis populos*] *Populi Campaniæ sunt a Sarno* (codd. Burm. *Sarro*) *fluvio. Conon in eo libro, quem de Italia scripsit, quosdam Pelasgos aliosque ex Peloponneso convenas ad eum locum Italiæ venisse dicit, cui nullum antea nomen fuerit, et flumini, quem incolerent, Sarno nomen imposuisse ex appellatione patrii fluminis, et se Sarrhastes appellasse : hi inter multa oppida Nuceriam condiderunt.*

2.

Macrobius Sat. I, 9 : *Xenon* (Conon?) *primo Italicôn tradit Janum in Italia primum dis templa fecisse et ritus instituisse sacrorum, ideoque eum in sacrificiis præfationem meruisse perpetuam. Xenionem*, qui Cretica scripsit, laudari putat Vossius p. 506. Mihi Macrobius et Servius eundem auctorem, cujus nomen alterutro loco corruptum est, citare videntur.

Josephus C. Apion. I, 23, inter eos qui de Judæorum antiquitate verba fecerint, laudat Theophilum, Theodotum, Mnaseam, Aristophanem, Hermogenem, Euemerum, *Cononem*, Zopyrionem.

ΗΡΑΚΛΕΙΑ.

ΝΗΣΙΑΣ.

E LIBRO TERTIO.

3.

Schol. Apoll. Rh. I, 1165 : Ὁ δὲ πρὸς τὸν Αἰγαίωνα μῦθος ὑπὸ Δημητρίου φέρεται τοῦ Κνιδίου (scr. Σκηψίου?). Κόνων δὲ ἐν τῇ Ἡρακλείᾳ φησὶν ὅτι Αἰγαίων καταγωνισθεὶς ὑπὸ Ποσειδῶνος κατεποντίσθη εἰς τὸ νυνὶ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ Ἀπολλωνίου ἦρίον

liebrem. Brennus militibus mandavit, ut quidquid auri haberent, id in sinum avaræ conjicerent. Itaque illa auri multitudine obruta periit, sicuti Clitophon narrat primo Galaticorum.

4.

Nascitur in Tmolo lapis pumici similis, qui infrequentius invenitur; is quater per diem mutat colorem; conspici solet a virginibus, qui propter ætatis imbecillitatem sapientia præditæ non sunt. Quodsi quæ plenis sunt nubiles annis, eum conspexerint, nequidquam laeduntur ab iis qui tentare eas volunt, uti auctor est Clitophon.

5.

Neleus, Codri filius, ex oraculi jussu coloniam deduxit Miletum in Cariam Athenis et ex Achaiæ urbe Helice. In Cariam ubi venerat, templum Neptuno consecravit, idque de fano, quod Helicæ erat, Heliconium nuncupavit. Videtur autem sacrificantibus, si boves mactandi vocem mittunt, grate deus sacrificium accipere; sin silent boves, contristantur, irasci numen putantes. Historia apud Clitophontem est.

HERACLEA. DE INSULIS.

Conon in Heraclea dicit Ægæonem certamine devictum a Neptuno demersum esse ubi est quod nunc Apollonius vocat

Αἰγαίωνος, (τὸν σὶ τοι καὶ Βριάρεων καλῶν). Περὶ δὲ τῆς κλήσεως τοῦ Αἰγαίου πελάγους ἐν μὲν τῷ τρίτῳ τῶν Περὶ τῆς Νησιάδος φησὶν ἐν τούτοις· « Τὸ Αἰγαῖον πέλαγος οἱ μὲν ἀπὸ τῆς Περκανίας Αἰγὸς ἐπώνυμον γεγονέναι φασίν· οἱ δὲ, ἀπὸ τῆς Καρυστίας τῆς Αἰγαίης ὀνομαζομένης. Αἱ μὲν γὰρ Αἰγαὶ, ἔνθεν τὸν Ποσειδῶνα παραγίνεσθαι φασὶ, κατὰ Πελοπόννησον εἰσίν, ἐν τοῖς περὶ Κρίσαν τόποις (ἐν τῷ κατὰ Κρίσαν κόλπῳ). »

Ἠρίον Αἰγ.] Ῥυνδακὸς, ποταμὸς Φρυγίας, ὃ νῦν Μέγιστος, πρὸς ᾧ κατὰ τὴν ἔξοδον καὶ Αἰγαίωνός τινος ἥρωος Μυσοῦ τάφος, schol. l. l. Si recte verba se habent, ἡ Νησιάς esse debet Cononis. Reines. ap. Suid. v. Σῆμος ed. Bernh. nomen auctoris excidisse censet, nempe *Semi*, cujus Νησιάδα uno loco laudat Athenæus III, p. 123, D. At probabiliter ap. Athen. reponendum Δηλιάδα, cujus sæpissime ille meminit.

COSMES.

ΑΙΓΥΠΤΙΑΚΑ.

E LIBRO PRIMO.

Schol. Apoll. Rh. IV, 262 : Κόσμης δὲ ἐν πρώτῃ Αἰγυπτιακῶν καὶ Λέων ... καὶ, Κνωσσος (l. Εὔδοξος) ἐν α' Γεωγραφουμένων τῆς Ἀσίας πάντων ἀρχαιοτάτους Αἰγυπτίους φασί· καὶ ἐν Αἰγύπτῳ πρώτην κτισθῆναι πόλιν Θήβας. Nomen auctoris fortasse mendam traxit. Sin genuinum est, scribendum certe Κοσμῆς s. Κοσμᾶς.

CRATES ATHENIENSIS.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΤΗΝΗΣΙ ΘΥΣΙΩΝ.

1.

Suidas v. Εἰρεσιώνη, et hinc schol. Ald. Aristoph. Eq. 729, p. 410 ed. Didot, de εἰρεσιώνη : Κράτης δὲ ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ Περὶ τῶν Ἀθήνῃσι θυσιῶν, ἀφορίας ποτὲ κατασχούσης τὴν πόλιν, θαλλὸν φησι καταστέψαντας ἐρίοις ἱκετηρίαν ἀναθεῖναι τῷ Ἀπόλλωνι.

2.

Suidas v. Κυνήειος et Photius v. Κύνειος : Κράτης ἐν τῷ Περὶ τῶν Ἀθήνῃσι θυσιῶν οὕτω γράφει· « Τὸ δὲ Κύννειόν ἐστι Ἀπόλλωνος ἱερὸν Κυννείου· [ἀναλίσκεται δὲ εἰς τὰς θυσίας τὰς τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Κυννείου] τὸ ἐκ τοῦ θυννείου γινόμενον. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ θυννεῖον Ἁλῆσι, καὶ γίνεται πρόσοδος μεγάλη. Ταύτην ἡ πόλις εἰς θυσίαν καταχωρίζει τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Κυννείῳ Ἁλῆσι, οὗ Δημήτριος ὁ βασιλεύς. »

Κύννειον] κυνήειον Phot. et Suid. — Κυννείου] sic h. l. Phot.; κυνηείου Suid. Uncis inclusa supplevit Hermannus. — Ἁλῆσι] ἀλήσει cod. Phot.; ἀλῆισι corrector; ἀλήσιον Suid. — Ἁλῆσι, οὗ] Ἀλησίου codd. Phot. et Suid., ἀλήσιον edit. Mediol. Demetrii statuam intelligendam esse censent Hemsterhusius et Hermannus. Ceterum cf. Socratis fr. 16.

3.

Harpocratio : Προχώνια... Δίδυμος δὲ προχώνια, φησὶ, πυροὶ μέλιτι κεχρισμένοι· Ἀριστοφάνης δὲ ὁ γραμματικὸς καὶ Κράτης τὰ ἐξ ἀφρύκτων κριθῶν οὕτως φασὶν ὀνομάζεσθαι· ἔοικε δὲ καὶ ἐκ πυρῶν καὶ ἐκ κριθῶν γίνεσθαι, ὡς Ἀντικλείδης ἐν τοῖς Ἐξηγητικοῖς ὑποσημαίνει. Δήμων δέ φησιν ἐν τῷ Περὶ θυσιῶν· « Καὶ προχώνιά ἐστι κάγχρος (κάχρυς Phot. et Suidas) κατηριγμένοι μετὰ ἀρωμάτων. » Hæc ad eundem Cratetem refero. Eadem Suidas et Photius.

Ægæonis (quem eundem etiam Briareum appellat) sepulcrum. Quod vero dominationem maris Ægæi attinet, idem libro e tertio De insulis dicit hæc : « Ægæum mare alii ab Ege Percania, alii a Carystia Ægæa, quam vocant, nomen habere aiunt. Nam Ægæ, unde Neptunum venisse dicunt, in Peloponneso sunt e regione Crissæ. »

DE REBUS ÆGYPTIACIS.

Cosmes in primo De rebus Ægyptiacis et Leon et Eudoxus in primo Geographicorum Asiæ Ægyptios omnium antiquissimos esse, ac primam in Ægypto urbem Thebas esse conditam.

DE SACRIFICIIS ATHENIENSIUM.

1.

Crates Atheniensis in libro De sacrificiis Atheniensium tradit, quum sterilitate aliquando urbs premeretur, cives ramum lana obvolutum supplicatorium dedicasse Apollini.

2.

Crates in libro De sacrificiis Atheniensium hæc scribit : « Cynneum est templum Apollinis Cynnei. In cujus sacra impenduntur reditus thynnei. Intelligo autem thynneum Halaense, unde magnum redit vectigal. Hoc civitas in sacrificia assignavit Apollini Cynneo, cujus templum Halis est, ubi Demetrius rex (*statua Dem. regis*). »

3.

Proconia, Didymus ait, triticum est melle perlitum. Aristophanes grammaticus et Crates farinam ita vocari aiunt ex hordeo non tosto confectum. Apparet autem ea tam ex tritico quam hordeo fieri, ut ex Anticlide in Exegeticis intelligere est. Demon vero in libro De sacrificiis ait : « Proconia dicitur hordeum decorticatum, aromatis conditum. »

4.

Harpocratio : Ὁμηρίδαι. Σέλευκος ἐν β' Περὶ βίων ἁμαρτάνειν φησὶ Κράτητα νομίζοντα ἐν ταῖς Ἱεροποιίαις Ὁμηρίδας ἀπογόνους εἶναι τοῦ ποιητοῦ.

Ἱεροποιίαις] alius titulus esse videtur libri Περὶ θυσιῶν. Sic Nitzsch. Histor. Hom. II, p. 72. Aliter Welcker. *Cycl.* p. 166 not.

5.

Schol. Soph. OEd. C. 100 : Καὶ οὐ μόνον θυσίας νηφαλίους, ἀλλὰ καὶ ξύλα τινὰ, ἐφ' ὧν ἔκαιον. Κράτης μὲν οὖν ὁ Ἀθηναῖος τὰ μὴ ἀμπέλινα τῶν ξύλων πάντα νηφάλια φησὶ προσαγορεύεσθαι. Ὁ δὲ Φιλόχορος ἀκριβέστερόν φησι κτλ. (Phil. fr. 31).

Quæ ex Cratetis libris Περὶ Ἀττικῆς διαλέκτου affert Athenæus, ad Atheniensem, non vero ad Mallotem Cratetem referenda sunt. *Librum secundum* laudat Athenæus VI, p. 235, B (De parasitis; quem locum Athenæum ex Polemone Cratetis testimonium adhibente exscripsisse censet Prellerus ad Polem. fr. 78); III, 114, A : Κράτης δ' ἐν δευτέρᾳ Ἀττικῆς διαλέκτου, θάργηλον καλεῖσθαι τὸν ἐκ τῆς συγκομιδῆς πρῶτον γινόμενον ἄρτον. — XI, p. 495, A : Κράτης δ' ἐν δευτέρῳ Ἀττικῆς διαλέκτου γράφει οὕτως· « Οἱ χόες πελίκαι, καθάπερ εἴπομεν, ὠνομάζοντο. Ὁ δὲ τύπος ἦν τοῦ ἀγγείου πρότερον μὲν τοῖς Παναθηναϊκοῖς ἐοικώς, ἡνίκα ἐκαλεῖτο πελίκη, ὕστερον δὲ ἔσχεν οἰνοχόης σχῆμα » κτλ. — XIV, p. 653, B : Κρ. ἐν β' Ἀττ. διαλ. ἐν τοῖς ὕμνοις τοῖς ἀρχαίοις φάσκων ἀντὶ τοῦ βότρυος τὴν σταφυλὴν κεῖσθαι κτλ. — E *libro quinto* Athenæus XI, p. 497, F : Κρ. ἐν ε' Ἀττικῆς διαλ. ἔκπωμά φησιν εἶναι οὕτως (σαννάκρα) καλούμενον. Adde IX, p. 366, F : Κράτης ἐν τοῖς Περὶ Ἀττικῆς λέξεως Ἀριστοφάνη παριστᾷ λέγοντα κτλ., καθά φησι Σέλευκος ἐν τοῖς Περὶ Ἑλληνισμοῦ. XIV, p. 640, C, ubi versus Philippidæ comici e Cratete laudantur.

ΒΟΙΩΤΙΑΚΑ.

6.

Schol. Hesiod. Theog. 5 : Περμησὸς, ὃν καλοῦσιν οἱ ἐγχώριοι διὰ τὸ πρῶτον φανῆναι Πάρμησον, ὡς φησι Κράτης ἐν τοῖς Βοιωτιακοῖς. Ἐμβάλλει δὲ εἰς τὴν Κωπαΐδα λίμνην, τὰς δὲ πηγὰς ἔχει ἐν τῇ Θεσπιακῇ χώρᾳ.

7.

Etym. M. p. 145, 53 : Ἄρνη, πόλις Βοιωτίας· ἔστι δὲ καὶ Θετταλίας· ἀπὸ Ἄρνης τῆς Αἰόλου· ὁ δὲ Κράτης φησὶ παρὰ τὸ ἄρνας· ἐπιτηδεία γὰρ εἰς τὸ ἄρνας τρέφειν ἡ πόλις. Καὶ οὐκ ἀπεικός· ὡς γὰρ ὁ αὐτός φησι, καὶ τὴν Κῶν τὴν ἐπιτηδείαν πρὸς τὰ πρόβατα τοὺς ἐνοικοῦντας Κᾶρας οὕτως ὀνομάζειν τῇ οἰκείᾳ φωνῇ. Κῶν γὰρ τὸ πρόβατον ὠνόμασαν. Οὕτω καὶ τὴν ἄρνην· καὶ γὰρ αὕτη εὔαρνος. Eadem Tzetzes ad Lyc. 644, ubi pro Κράτης codd. Κράτων et Κρίτων.

Crates hic, opinor, non diversus est a Pergameno grammatico, Cratete Mallote, qui sæpius in Scholl. ad Hesiodum laudatur. Eum vero peculiare opus de rebus Bœotorum condidisse hoc uno loco fisus haud contenderim; immo voce Βοιωτιακῶν nihil nisi commentariorum in Hesiodum locus indicari mihi videtur. Quantopere enim in his ad Geographica Crates attenderit, quum ex omni Crateteæ disciplinæ ratione patet, tum ex uno Strabone colligitur (v. Strabo p. 3. 4. 30. 31. 38. 103. 157. 439. 609. 676. 702). Similiter Eustathius ad Odyss. IX, 22, p. 1613, 13, Crateti opus Περὶ λιμένων affingit : Νήριτον] Κράτης δὲ ἐν τῷ Περὶ λιμένων Νήϊον γράφει, καὶ Φιλόξενος δὲ ὁμοίως. Ubi schol. : Ὁ Φιλόξενος Νήϊον αὐτό φησι... Τινὲς δὲ Νήϊον, ὥσπερ ὁ Κράτης, τὸν περὶ τὸν λιμένα τόπον. Neque aliud quidpiam inveni, unde opus historicum vel geographicum a Cratete Pergameno sive Mallote (quos Vossius perperam distinguit) jure colligi possit.

4.

Seleucus in secundo De vitis errare dicit Cratetem, qui in libro De sacrificiis Homeridas posteros poetæ esse dicat.

5.

Atque non modo sacra abstemia, sed etiam ligna quædam abstemia, quibus illa cremabant, habebant. Et Crates quidem Atheniensis præter vitem omnia ligna vocari abstemia ait, Philochorus vero accuratius dicit etc.

BŒOTIACA.

6.

Permessus, qui vocatur ab indigenis quod primum apparuerit Parmessus, ut Crates in Bœoticis dicit, in Copaidem lacum influit, fontes vero in Thespiensium regione habet.

7.

Arne, urbs Bœotiæ. Est etiam Arne Thessaliæ. Nomen habet ab Arne Æoli filia, vel, uti Crates dicit, ab ovibus (παρὰ τὸ ἄρνας), quod idonea ad oves alendas urbs sit. Neque id veri dissimile. Nam, ut idem Crates dicit, Con quoque, quod ovibus alendis apta esset, Cares incolæ sua lingua sic nominarunt. Scilicet ovem Cares *cón* appellant. Eodem igitur modo Arnen vocarunt, quæ item est ovibus dives.

CREON vel PÆON AMATHUSIUS.

ΚΥΠΡΙΑΚΑ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Schol. Aristoph. Nub. 10: Κρέων δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Κυπριακῶν κορδύλην φησὶ καλεῖσθαι τὸ πρὸς κεφαλῇ (κεφαλῆς Suid.) προσείλημα, ὃ δὴ παρὰ Ἀθηναίοις καλεῖται κρώβυλον, παρὰ δὲ Πέρσαις κιδάριον (νιδάριον Suid.).

Eadem habet Suidas vv. ἐγκεκορδυλημένος, coll. νιδάριον, φασκιόλιον, sed corrupte laudat Creontem ἐν τῷ α' τῶν Ῥητορικῶν. — Idem auctor (Vossio omissus), nisi egregie fallor, Plutarcho dicitur Παίων Ἀμαθούσιος.

2.

Plutarchus Thes. c. 20: Ἴδιον δέ τινα περὶ τούτων λόγον ἐκδέδωκε Παίων ὁ Ἀμαθούσιος. Τὸν γὰρ Θησέα φησὶν ὑπὸ χειμῶνος εἰς Κύπρον ἐξενεχθέντα, καὶ τὴν Ἀριάδνην ἔγκυον ἔχοντα, φαύλως δὲ διακειμένην ὑπὸ τοῦ σάλου καὶ δυσφοροῦσαν ἐκβιβάσαι μόνην· αὐτὸν δὲ τῷ πλοίῳ βοηθοῦντα πάλιν εἰς τὸ πέλαγος ἀπὸ τῆς γῆς φέρεσθαι. Τὰς οὖν ἐγχωρίους γυναῖκας τὴν Ἀριάδνην ἀναλαβεῖν καὶ περιέπειν ἀθυμοῦσαν ἐπὶ τῇ μονώσει, καὶ γράμματα πλαστὰ προσφέρειν, ὡς τοῦ Θησέως γράφοντος αὐτῇ, καὶ περὶ τὴν ὠδῖνα συμπονεῖν καὶ βοηθεῖν· ἀποθανοῦσαν δὲ θάψαι, μὴ τεκοῦσαν. Ἐπανελθόντα δὲ τὸν Θησέα καὶ περίλυπον γενόμενον τοῖς μὲν ἐγχωρίοις ἀπολιπεῖν χρήματα, συντάξαντα θύειν τῇ Ἀριάδνῃ· δύο δὲ μικροὺς ἀνδριαντίσκους ἱδρύσασθαι, τὸν μὲν ἀργυροῦν, τὸν δὲ χαλκοῦν. Ἐν δὲ τῇ θυσίᾳ τοῦ Γορπιαίου μηνὸς ἱσταμένου δευτέρᾳ, κατακλινόμενόν τινα τῶν νεανίσκων φθέγγεσθαι καὶ ποιεῖν, ἅπερ ὠδίνουσαι γυναῖκες· καλεῖν δὲ τὸ ἄλσος Ἀμαθουσίους, ἐν ᾧ τὸν τάφον δεικνύουσιν, Ἀριάδνης Ἀφροδίτης.

CREOPHYLUS.

ΕΦΕΣΙΩΝ ΩΡΟΙ.

Athenæus VII, p. 361, C: Κρεόφυλος δ' ἐν τοῖς Ἐφεσίων Ὥροις « Οἱ τὴν Ἔφεσον (φησὶ) κτίζοντες, πολλὰ ταλαιπωρηθέντες ἀπορίᾳ τόπου, τὸ τελευταῖον πέμψαντες εἰς θεοῦ, ἐρώτων, ὅπου τὸ πόλισμα θῶνται. Ὁ δ' αὐτοῖς ἔχρησεν, ἐνταῦθα οἰκίζειν πόλιν, ᾗ ἂν ἰχθὺς δείξῃ, καὶ ὃς ἄγριος ὑφηγήσηται. Λέγεται οὖν, ὅπου νῦν ἡ κρήνη ἐστὶν Ὑπέλαιος καλουμένη, καὶ ὁ ἱερὸς λιμήν, ἁλιέας ἀριστοποιεῖσθαι, καὶ τῶν ἰχθύων τινὰ ἀποθορόντα σὺν ἀνθρακιᾷ εἰσπεσεῖν εἰς φορυτόν, καὶ ἁφθῆναι ὑπ' αὐτοῦ λόχμην, ἐν ᾗ ἔτυχεν ὃς ἄγριος ὢν· ὃς, ὑπὸ τοῦ πυρὸς θορυβηθείς, ἐπέδραμε τοῦ ὄρους ἐπὶ πολὺ, ὃ δὴ καλεῖται Τρηχεῖα, καὶ πίπτει ἀκοντισθείς, ὅπου καὶ νῦν ἐστιν ὁ τῆς Ἀθηνᾶς ναός. Καὶ διαβάντες οἱ Ἐφέσιοι ἐκ τῆς νήσου, ἔτεα εἴκοσιν ἓν οἰκήσαντες, τῷ εἰκοστῷ δευτέρῳ κτίζουσι Τρηχεῖαν καὶ τὰ ἐπὶ Κόρησσον, καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος ἐπὶ τῇ ἀγορᾷ ἱδρύσαντο, Ἀπόλλωνός τε τοῦ Πυθίου ἐπὶ τῷ λιμένι. »

Κόρησσον] Aliis Κόρισσος. Cf. Strabo XIV, p. 634, A. Herodot. V, 100. Diodor. XIV, 99. Stephan. Byz.: Κορησσὸς, πόλις τῆς Ἐφεσίας. " διὰ τὸ τὴν Λητὼ τεκοῦσαν καὶ τὴν Ἄρτεμιν κομίζουσαν γενομένην κατὰ τὸν τόπον οὗ νῦν βωμὸς αὐτῆς· τῆς δὲ πυθομένης τὸν τόκον, ἀποκρίνασθαι τὸν θεὸν ἐν Δήλῳ κεῖσθαι. Ἐθνικὸν Κορήσσιος καὶ Κορησσεύς.

DE REBUS CYPRIIS.

1.

Creon libro primo De rebus Cypriis cordylen (apud Cyprios) vocari dicit capitis involucrum quod Athenienses orobylum, Persæ cidarium vocant.

2.

Singularem de his famam vulgavit Pæon Amathusius. Nam Theseum ait tempestate Cyprum delatum, quum gravidam secum haberet Ariadnam, maleque ex jactatione affectam et languentem solam exposuisset, succurrentem navigio in pelagus rursus a terra ablatum: feminas autem indigenas excepisse Ariadnam, mœstamque, quod relicta esset sola, fovisse, ac literas obtulisse ei fictas, velut a Theseo ad eam missas; adjuvisse etiam et præsto fuisse in partu, atque defunctam non edito partu; funerasse. Post hæc reversum Theseum et dolore confectum indigenis argentum reliquisse, instituisseque ut sacra facerent Ariadnæ: præterea duo ei exigua simulacra posuisse, argenteum unum, alterum æneum. In sacris autem, quæ altero die mensis Gorpiæi celebrantur, decumbentem quendam adolescentem voce et gestu feminas parturientes exprimere; et appellare Amathusios lucum, in quo tumulum ostendunt, Ariadnæ Veneris.

ANNALES EPHESIORUM.

Creophylus in Ephesiorum Annalibus hæc scribit: « Ephesi conditores, diu multas molestias passi inopia loci, postremo ad dei oraculum miserunt sciscitantes quo loco oppidum conderent. Quibus deus respondit, ibi conderent oppidum, quo piscis monstraturus esset viam, et aper esset præiturus. Igitur fama est, ubi nunc est fons Hypelæus dictus et sacer portus, ibi piscatores quosdam parasse cœnam, unum autem e piscibus simul cum pruna ardente desilientem, in aridas incidisse quisquilias: inde incensum fuisse dumetum, in quo forte latebat aper; qui exturbatus ab igne, in montem cucurrit cui Trachea nomen, ibique aliquantum progressus cecidit tandem jaculo transfixus quo loco nunc est Minervæ templum. Igitur transgressi Ephesii ex insula quam per unum et viginti annos habitaverant, vicesimo secundo Trachearn condunt, et quæ sunt ad Coressum, et Dianæ templum in foro erexerunt, et Apollinis Pythii templum ad portum. »

νης τίνος ἐστὶν ὁ τόπος; «Κόρη, σός,» εἶπεῖν. Quæ fortasse ex ipso Creophylo fluxerunt. Ejusdem indolis est fabula quam de Tei origine narrat Pherecydes fr. 112. Ionicæ dialecti vestigium superest in voce ἔτια. Nec improbabile est antiquioribus historicis horographum nostrum accensendum esse, quamquam erravit Schweighæuserus, qui putavit eundem esse auctorem quem ferunt carminis epici Ἡρακλεία (Οἰχαλίας ἅλωσις) inscripti (Pausan. IV, 2, 2), de quo v. Welckerum De cyclo epic. p. 229 sqq. Adde quæ idem de nominis significatione et orthographia disputat p. 219 sqq. Cf. Steph. Thes. v. Κρεώφυλος.

CRITOLAUS.

ΗΠΕΙΡΩΤΙΚΑ.

E LIBRO TERTIO.

1.

Plutarchus Par. min. c. 6 : Ῥωμαίων πρὸς Πύρρον Ἠπειρώτην πολεμούντων, Αἰμίλιος Παῦλος χρησμὸν ἔλαβε νικῆσαι, βωμὸν ἐὰν ποιήσῃ, ἔνθα ἂν ἴδῃ χάσματι κρυπτόμενον ἄνδρα τῶν ἐπισήμων μετὰ ἅρματος· μετὰ τρεῖς ἡμέρας Οὐαλέριος Κονάτος κατ' ὄναρ ἰδὼν ἀναλαβεῖν ἱερέως κόσμον (καὶ γὰρ ἦν μαντικῆς ἔμπειρος), στρατηγήσας καὶ πολλοὺς φονεύσας, ὑπὸ γῆς κατεπόθη. Ὁ Αἰμίλιος δὲ βωμὸν ἱδρύσας, ἐνίκησε καὶ ἑκατὸν ἑξήκοντα πυργοφόρους ἐλέφαντας εἰς Ῥώμην κατέπεμψεν. Ὁ δὲ βωμὸς μαντεύεται κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, καθ' ὃν ἐνικήθη Πύρρος, ὡς ἱστορεῖ Κριτόλαος τρίτῃ Ἠπειρωτικῶν. Cf. Droysen. *Hellenism.* II, p. 145 not.

EPIROTICA.

auctor memoratur ap. Eudoc. p. 128 : Δημήτριος Ἰλιεὺς ἱστορικὸς, ἔγραψε Τρωικὰ ἐν βιβλίοις εἴκοσι· et ap. Eustath. ad Hom. Odyss. λ, 534, p. 1696, 40 : Ἰστέον δὲ ὅτι Ὁμήρου καὶ τῶν πλειόνων ἕνα παῖδα λεγόντων Δηϊδαμείας καὶ Ἀχιλλέως, τὸν Νεοπτόλεμον, Δημήτριος ὁ Ἰλιεὺς δύο ἱστορεῖ, Ὄνειρόν τε καὶ Νεοπτόλεμον. Ὃν ἀνιλών φησιν ἐν Φωκίδι Ὀρέστης ἀγνοίᾳ, ὕστερον δὲ γνοὺς, τάφον αὐτῷ ἐποίησε περὶ Δαυλίδα, καὶ ἀναθεὶς τὸ ξίφος, ᾧ ἀνεῖλεν αὐτὸν ἀπῆλθεν εἰς τὴν Λευκὴν νῆσον, ἣν ὁ Λυκόφρων φαληριῶσαν σπίλον καλεῖ, καὶ τὸν Ἀχιλλέα ἐξιλιώσατο. (De Oniro ab Oreste occiso cf. Ptolem. Hephæst. p. 187, 21 Westerm.) Is Demetrius fortasse non diversus est a *Demetrio* Cratetis discipulo, qui *Scepsin* Troadis urbem patriam habuit, atque voluminibus triginta (ap. Eudociam nonnisi viginti habes) Τρωικὸν διάκοσμον sive Commentarium scripsit (*) in eam libri secundi Iliadis partem, qua copiæ Trojanorum recensentur. Opus amplissimum et eruditionis antiquariæ plenissimum (Strabo XIII, p. 603 : ἀνδρὶ ἐμπείρῳ καὶ ἐντοπίῳ, φροντίσαντί τε περὶ τούτων τοσοῦτον, ὥστε τριάκοντα βίβλους συγγράψαι στίχων ἐξήγησιν μικρῷ πλειόνων ἑξήκοντα [Il. II, 811-877] τοῦ καταλόγου τῶν Τρώων). Ejusdem auctoris Νεῶν διάκοσμον laudat (nescio an errore) schol. Pind. V, 42 (v. Bœckh. præfat. ad schol. Pind.). — Ceterum Scepsius ille procul dubie reponendus est apud schol. Apollon. Rh. I, 1165, ubi nunc in vulg. legitur Δημήτριος Κνίδιος, in cod. Paris. Δ. Κίδιος.

(*) Fragmenta commentariorum multa exstant luculentaque, quæ quum exscribere h. l. non liceat, indicasse satis habeo : Athenæus p. 141 E (α'); 658 C (β'); 346 C (γ'); 697 C (ι'); 300 D (ια'); 155 B et 644 A (ιβ'); 80 D (ιε'); 174 F (ις' et χδ'); 697 D (ιθ'); 91 C et 425 C (κς'); 44 E; 167 D; 236 D E. Steph. Byz. Σιλίνδιον (ις'); Κάλυμνα. Strabo I, 45. 46. 58. 59; VIII, 328. 339. 344. 375; IX, 439. 438; X, 456. 472. 473. 489; XII, 550. 551 sqq.; XIII, 594. 596 sq. 599. 600. 602 sq. 606. 607. 609 sq. 611. 626. 627; XIV, 680. Schol. Apollon. Rhod. I, 230 238. 1123. 1165; III, 134. Schol. Hom. Il. XI, 757. XIV, 229. XX, 3. 53. Schol. Pind. Ol 5, 42. Bekker. An. 342, 10. 364, 18; Etym. M. p. 808, 37 v. Χέραδες; Suidas Ἀδράστεια; Harpocrat. v. Ἀδράστεια, Θεργωνίδαι, Ἴων; Tzetzes Lyc. 530. Ptolem. Hephæst. V. p. 326 Gal. (s. Phot. Bibl. cod. 190). De temporibus scriptoris cf. Clinton F. Hell. tom. III. p. 527. — Haud magis ad nos pertinet *Demetrius Magnesius*, Ciceronis æqualis. Ejus Περὶ ὁμοιότητος librum commemorat Cicero Ad Attic. VIII, 11, coll. IV, 11. (v. Voss. Hist. Gr. p. 193; Westermann. Quæstion. Demosth. P. IV, p. 38 sqq.). Reliqui qui hujus auctoris mentionem faciunt, opus respiciunt Περὶ ὁμωνύμων (pro quo interdum ponunt Il. συνωνύμων), in quo tum poetas et prosæ orationis scriptores homonymos recte distinguere, simulque ab aliis ejusdem nominis viris, qui fama aliqua gaudebant, secernere et fata eorum breviter enarrare studebat, tum vero etiam urbium nominibus eandem operam navabat. Laudatur ap. Diog. L. I, 38. 79. 112; II, 52. 56. 57; V, 5. 75. 89; VI, 79. 84. 88; VII, 169. 185; VIII, 84. 85; IX, 15. 27. 35. 36; IX, 13. Ac videtur Diogenes tantum non omnia, quæ in suis homonymorum catalogis habet, ex Demetrio mutuatus esse. Adde Athenæum XIII, p. 611 B. Plutarch. Demosth. 15. 27. 28. 30. Vit. X Oratt. p. 847 A et 844 B (ex Ruhnk. conj. pro vulg. Ἡγησίας); Dionys. Hal. Dinarch. c. 1; Phot. cod. 267; Harpocration, Phot., Suid. v. Ἰσαῖος; Lexic. Seguer. p. 364. Ad urbium ὁμώνυμα pertinent quæ leguntur ap. Harpocrat. v. Ἀκτή, Ἀκτὴ Ἀκτή, Μεθώνη; Stephan. Byz. v. Ἀγβάτανα, Ἀκτή, Ἀλαβών, Ἀθῆναι, Ἀλθαῖα, Ἀπία, Ἀρκάδες, Ἀττάλεια. Photius v. Κυνεῖος

DEMETRIUS ODESSANUS.

Stephan. Byz. v. Ὀδησσός.. Ὁ πολίτης Ὀδησσίτης καὶ Ὀδησσεύς. Ἐχρημάτιζον δὲ Ἡρακλείδης ἱστοριογράφος καὶ Δημήτριος ὁ Περὶ τῆς πατρίδος γράψας.

DEMETRIUS SALAMINIUS.

Stephanus Byz.: Καρπάσια, πόλις Κύπρου. Δημήτριος δ' ὁ Σαλαμίνιος Καρβασίαν φησὶν, ὅτι πρὸς τὸν καλούμενον Κάρβαν ἄνεμον κεῖσθαι δοκεῖ. Ex cujusnam generis scripto hæc fluxerint, nescio. De Carba vento vide testimonia in Steph. Thes. v. Καρπασία.

Carpasia, urbs Cypri. Demetrius Salaminius Carbasiam dicit, quod ad Carban ventum, quem vocant, sita esse videtur.

DEMETRII ΠΑΜΦΥΛΙΑΚΑ.

Tzetzes ad Lyc. 440 : Ἡ δὲ Μέγαρσος, κατὰ Δημήτριον τὸν τὰ Παμφυλιακὰ συγγράψαντα, θυγάτηρ ἦν Παμφύλου, ἀφ' ἧς ἡ πόλις Μέγαρσος ἐκλήθη. Quinam sit hic Demetrius, quæro. Demetrius quidam Tarsensis apud Plutarchum in libro De defectu oraculorum unus est ex interlocutoribus (Δημήτριος ὁ γραμματικὸς ἐκ Βριτανν[ί]ας εἰς Τάρσον ἀναχομιζόμενος οἴκαδε, cap. 2). In hunc Pamphyliaca satis bene quadrarent, si ex patria ejus conjecturam facere licet. Idem fortasse etiam ea literis tradidit, quæ vidisse se in regionibus longinquis narrat apud Plutarch. l. l. c. 18, ubi hæc : Ὁ δὲ Δημήτριος ἔφη, τῶν περὶ τὴν Βρεττανίαν νήσων εἶναι πολλὰς ἐρήμους σποράδας, ὧν ἐνίας δαιμόνων καὶ ἡρώων ὀνομάζεσθαι· πλεῦσαι δὲ αὐτὸς ἱστορίας καὶ θέας ἕνεκα, πομπῇ τοῦ βασιλέως, εἰς τὴν ἔγγιστα κειμένην τῶν ἐρήμων, ἔχουσαν οὐ πολλοὺς ἐποικοῦντας, ἱεροὺς δὲ καὶ ἀσύλους πάντας ὑπὸ τῶν Βρεττανῶν ὄντας· ἀφικο-

PAMPHYLIACA.

Megarsus, secundum Demetrium qui Pamphyliaca conscripsit, filia erat Pamphyli, a qua Megarsus urbs nominata est.

μένου δ' αὐτοῦ νεωστὶ, σύγχυσιν μεγάλην περὶ τὸν ἀέρα καὶ διοσημείας πολλὰς γενέσθαι, καὶ πνεύματα καταρραγῆναι καὶ πεσεῖν πρηστῆρας. Ἐπεὶ δ' ἐλώφησε, λέγειν τοὺς νησιώτας, ὅτι τῶν χρεισσόνων τινὸς ἔκλειψις γέγονεν. Ὡς γὰρ λύχνος ἀναπτόμενος, φάναι, δεινὸν οὐδὲν ἔχει, σβεννύμενος δὲ πολλοῖς λυπηρός ἐστιν, οὕτως αἱ μεγάλαι ψυχαὶ τὰς μὲν ἀναλάμψεις εὐμενεῖς καὶ ἀλύπους ἔχουσιν, αἱ δὲ σβέσεις αὐτῶν καὶ φθοραὶ πολλάκις μὲν, ὡς νυνὶ, πνεύματα καὶ ζάλας τρέπουσι, πολλάκις δὲ λοιμικοῖς πάθεσιν ἀέρα φαρμάττουσιν. Ἔκειτο μέντοι μίαν εἶναι νῆσον, ἐν ᾗ τὸν Κρόνον καθεῖρχθαι φρουρούμενον ὑπὸ τοῦ Βριάρεω καθεύδοντα· δεσμὸν γὰρ αὐτῷ τὸν ὕπνον μεμηχανῆσθαι, πολλοὺς δὲ περὶ αὐτὸν εἶναι δαίμονας ὀπαδοὺς καὶ θεράποντας.

DEMETRII ARGOLIKA.

Clemens Alex. Protr. c. 4, p. 14, 7 : Δημήτριος ἐν δευτέρῳ τῶν Ἀργολικῶν τοῦ ἐν Τίρυνθι τῆς Ἥρας ξοάνου καὶ τὴν ὕλην ὄχνην καὶ τὸν ποιητὴν Ἄργον ἀναγράφει.

Demetrium quendam ex Argolide Trœzenium memorat Athenæus IV, p. 119, C : Καλεῖ δὲ τοῦτον (sc. Δίδυμον τὸν γραμματικὸν) ὁ Δημήτριος ὁ Τροιζήνιος βιβλιολάθαν, διὰ τὸ πλῆθος ὧν ἐκδέδωκε συγγραμμάτων· ἔστι γὰρ τρισχίλια πρὸς τοῖς πεντακοσίοις. Idem I, p. 29, A : Ἀριστοφάνους τὰς δευτέρας Θεσμοφοριαζούσας Δημήτριος ὁ Τροιζήνιος Θεσμοφοριασάσας ἐπιγράφει. Alius, puto, notatur ap. Diogen. L. II, 74, de Empedocle : Δημήτριος δὲ ὁ Τροιζήνιος ἐν τῷ Κατὰ σοφιστῶν βιβλίῳ φησὶν αὐτὸν, καθ' Ὅμηρον

> Ἄψάμενον βρόχον αἰπὺν ἀφ' ὑψηλοῖο κρανείης
> αὐχέν' ἀποκρεμάσαι, ψυχὴν δ' ἀϊδόσδε κατελθεῖν.

Aut hunc aut Demetrium peripateticum (Diogen. L. V, 83) intellexerit Dionysius Halicarn. Ad Cn. Pomp. De Platone (tom. VI, p. 757 R.), ubi post Aristotelem, Theopompum, Cephisodorum, Zoilum et Hippodamantem Demetrius inter eos ponitur qui Platonem variis modis reprehenderint.

DEMETRII ΤΑ ΚΑΤΑ ΑΙΓΥΠΤΟΝ.

Athenæus XV, p. 680, B : Δημήτριος δ' ἐν τῷ Περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον περὶ Ἄβυδον πόλιν τὰς ἀκάνθας ταύτας εἶναί φησι, γράφων οὕτως· « Ἔχει δὲ καὶ ὁ κάτω τόπος καὶ ἄκανθάν τινα δένδρον, ὃ τὸν καρπὸν φέρει στρογγύλον ἐπί τινων χλωνίων περιφερῶν. Ἀνθεῖ δ' οὗτος, ὅταν ὥρα ᾖ, καὶ ἔστι τῷ χρώματι τὸ ἄνθος καλλιφεγγές. Λέγεται δέ τις μῦθος ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων, ὅτι οἱ Αἰθίοπες, στελλόμενοι εἰς Τροίαν ὑπὸ τοῦ Τιθωνοῦ, ἐπεὶ ἤκουσαν τὸν Μέμνονα τετελευτηκέναι, ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ τοὺς στεφάνους ἀνέβαλον ἐπὶ τὰς ἀκάνθας. Ἔστι δὲ παραπλήσια τὰ χλώνια στεφάνοις, ἀφ' ὧν τὸ ἄνθος φύεται. »

Quæ antecedunt lege in fragmento 150 Hellanici. Hic Demetrius fortasse idem est cum eo qui *De Judæis* scripsit. Vid. Alex. Polyh. Introd. p. 208.

DEMOCRITUS EPHESIUS.

Diogenes Laert. IX, 49, varios Democritos recensens : Τέταρτος Περὶ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν Ἐφέσῳ γεγραφὼς καὶ τῆς πόλεως Σαμοθράκης.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΝ ΕΦΕΣΩ ΝΑΟΥ.

E LIBRO PRIORE.

Athenæus XII, p. 525, C : Ἀπώλοντο δὲ καὶ Μάγνητες οἱ πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ διὰ τὸ πλέον ἀνεθῆναι, ὡς φησι Καλλῖνος ἐν τοῖς ἐλεγείοις, καὶ Ἀρχίλοχος. Ἐάλωσαν γὰρ ὑπὸ Ἐφεσίων. Καὶ περὶ αὐτῶν δὲ τῶν Ἐφεσίων Δημόκριτος Ἐφέσιος ἐν τῷ προτέρῳ Περὶ τοῦ ἐν Ἐφέσῳ ναοῦ, διηγούμενος περὶ τῆς χλιδῆς αὐτῶν καὶ ὧν ἐφόρουν βαπτῶν ἱματίων, γράφει καὶ τάδε· « Τὰ δὲ τῶν Ἰώνων ἰοβαφῆ καὶ πορφυρᾶ καὶ κρόκινα ῥόμβοις ὑφαντά· αἱ δὲ κεφαλαὶ κατ' ἴσα διειλημμέναι ζώοις. Καὶ σαράπεις μήλινοι καὶ πορφυροῖ καὶ λευκοί, οἱ δὲ ἁλουργεῖς. Καὶ χαλασίρεις Κορινθιουργεῖς· εἰσὶ δὲ αἱ μὲν πορφυραῖ τούτων, αἱ δὲ ἰοβαφεῖς, αἱ δὲ ὑακίνθιναι· λάβοι δ' ἄν τις καὶ φλογίνας καὶ θαλασ-

---

ARGOLICA.

Demetrius in secundo Argolicorum Junonis in Tirynthe urbe simulacrum e pyri ligno ab Argo fabricatum esse tradit.

DE REBUS ÆGYPTI.

Demetrius in Rebus Ægypti, circa Abydum urbem istas esse spinas ait, ita scribens : « Habet vero locus inferior etiam spinam quandam arborem, quæ fructum fert rotundum in ramulis quibusdam orbicularibus. Floret vere, et colorem flos habet splendidissimum. Narratur vero etiam fabula quædam ab Ægyptiis, Æthiopas Troiam missos a Tithono, postquam cognoverunt obisse Memnonem, hoc in loco coronas in istas spinas conjecisse. Sunt autem ipsi ramuli, e quibus flos nascitur, coronis similes. »

DE TEMPLO EPHESIO.

Perierunt etiam Magnetes, illi qui ad Mæandrum incolunt, eo quod voluptatibus nimis indulserant, ut ait Callinus in Elegiis, et Archilochus. Nam in servitutem redacti sunt ab Ephesiis. De ipsis porro Ephesiis Democritus Ephesius primo libro De templo Ephesio, luxuriam eorum exponens et pictas quas gestabant vestes, hæc scribit : « Vestes ionum violacei sunt coloris, et purpurei, et crocei, intextis rhombis : summitates vero formis figurisque æquabiliter distinctæ. *Sarapes* item lutei et purpurei et albi; alii

σειδεῖς. Ὑπάρχουσι δὲ καὶ Περσικαὶ καλασίρεις, αἵπερ εἰσὶ κάλλισται πασῶν. Ἴδοι δ' ἄν τις, φησὶ, καὶ τὰς καλουμένας ἀκταίας, ὅπερ ἐστὶ καὶ πολυτελέστατον ἐν τοῖς Περσικοῖς περιβλήμασιν. Ἔστι δὲ τοῦτο σπαθητὸν ἰσχύος καὶ κουφότητος χάριν· καταπέπλασται δὲ χρυσοῖς κέγχροις· οἱ δὲ κέγχροι νήματι πορφυρῷ πάντες εἰς τὴν ἴσω μοῖραν ἅμματ' ἔχουσιν ἀνὰ μέσον. » Τούτοις πᾶσι χρῆσθαί φησι τοὺς Ἐφεσίους ἐπιδόντας εἰς τρυφήν.

DEMOGNETUS.

ΠΕΡΙ ΚΝΙΔΟΥ.

Herodianus Π. μον. λέξ. p. 11, 27 : Δημόγνητος ἐν τῷ Περὶ Κνιδίου (l. Κνίδου)· « Καὶ Κόκκυνα τὸν Τελέστερον (Τελεστέρου?) καὶ Κόλλον τὸ (l. τὸν) Σκίρου, καὶ Λωγάων (?) τὸν αὐτὸν ὁμοῦ (Αὐτονόμου?) καὶ Κτῆσιν (Κτησίαν?) τὸν Μνησιθέου. »

λωγάων] num Λωγάνιον (Λωγάνιον, ὄνομα κύριον Suidas)?

DEMOSTHENES BITHYNUS.

Demosthenes Bithynus (fr. 5) (*) Βιθυνιακὰ, quæ decem minimum libros complectebantur, carmine scripsit, atque Κτίσεις, incertum num versibus an oratione soluta. Ætatem auctoris certius constituere non possumus. Alexandro Polyhistore atque Polybio antiquiorem fuisse colligas e fragm. 15. At dubia res est num recte ibi se habeat nomen Demosthenis, et ad Nostrum scriptorem sit referendum. Meinekius ad Euphor. p. 31, æqualem Euphorionis fuisse suspicabatur. Scilicet quum apud Chœroboscum in Bekk. Anecd. p. 1383 legatur : Καὶ ἐν τῷ Εὐφορίωνος Δημοσθένει ὁμοίως ἐκτεταμένον (sc. τὸ ᾱ in voce Ἄλαος) εὑρίσκεται, οἷον· « Δαίμονος Ἄλάοιο, » Euphorionem carmen aliquod Demostheni cuidam inscripsisse, eumque Demosthenem esse Bithynum poetam opinatur. Quæ neque negare neque affirmare licet.

(*) Alius Demosthenes *Bithynus* est Demosthenes Philalethes, Alexandri Philalethæ discipulus, medicus Herophilius, qui tres *De oculis* libros scripsit, teste Galeno tom. III, p. 46 Basil., tom. VIII, p. 10 ed. Paris. — Qui apud Schol. Apoll. Rhod. II, 297 laudatur Δημοσθένης ἐν τοῖς Λιμέσιν, esse debet Τιμοσθένης.

ΒΙΘΥΝΙΑΚΑ.

Ε ΛΙΒΡΟ ΣΕΚΥΝΔΟ.

1.

Steph. Byz. v. Τάρας : Ἔστι καὶ Τάραντος ἀρσενικῶς λεγομένη πόλις Βιθυνίας, ἔνθα τιμᾶται Ταραντῖος Ζεὺς, ὡς Δημοσθένης ἐν δευτέρῳ Βιθυνιακῶν. Εὕρηται καὶ διὰ τοῦ δ' Δάρανδος.

2.

Idem v. Ταρσός : Ἔστι καὶ Ταρσὸς ἄλλη τῆς Βιθυνίας. Τὸ ἐθνικὸν ταύτης Τάρσιος καὶ Ταρσία. Δημοσθένης ἐν δευτέρῳ Βιθυνιακῶν Ταρσείαν διὰ τῆς ει διφθόγγου τὴν πόλιν οἶδε. Τὸ ἐθνικὸν Τάρσειος· ἔστι καὶ χωρίον Βιθυνίας Τάρσος λεγόμενον.

Ε ΛΙΒΡΟ ΤΕΡΤΙΟ.

3.

Idem : Τευμησσὸς, ὄρος Βοιωτίας. Ὅμηρος ἐν τῷ εἰς Ἀπόλλωνα ὕμνῳ (v. 224) (ἄστυ, ὡς Δημοσθένης ἐν τρίτῳ Βιθυνιακῶν)·

εἰς Μυκαλησσὸν ἰὼν καὶ Τευμησσὸν λεχαποίην.

Turbatum aliquid videtur, quum Demosthenis mentio inter Homeri mentionem et versum Homericum interjecta sit inepte.

---

marina purpura tincti. Tum *calasires* opere Corinthio confectæ, quarum aliæ purpureæ sunt, aliæ violaceæ, aliæ hyacinthinæ ; videas etiam flammeas et marini coloris. Sunt vero etiam Persicæ calasires, quæ sunt omnium pulcherrimæ. Videas etiam quas *actæas* vocant : quod ex omnibus Persicis amiculis pretiosissimum est. Est autem hoc dense textum, ut simul firmum sit et leve : et aureis milii granis conspersum ; et quodlibet granum filo purpureo per medium transeunte in interiore amiculi latere revinctum est. » His omnibus uti ait Ephesios in luxuriam effusos.

DE CNIDO.

Demogneius in libro De Cnido : « Et Coccynem Telesteri (?) filium, et Collum Sciri f., et Logaonem Autonomi f., et Ctesiam Mnesithei filium. »

BITHYNIACA.

1.

Est etiam Tarantus masculine dicta urbs Bithyniæ, ubi colitur Taranteus Juppiter, teste Demosthene in secundo De Bithynia. Reperitur etiam per *d* literam Darandus.

2.

Tarsus etiam est Bithyniæ urbs. Civis ejus Tarsius et Tarsia. Demosthenes in secundo De Bithynia Ταρσειαν per ει diphthongum urbis nomen scribit. Civis Tarseus. Est etiam castellum Bithyniæ, cui Tarsus nomen.

3.

Teumessus, mons Boeotiæ. Homerus in Hymno in Apollinem (tanquam urbem memorat Demosthenes tertio De Bithynia) :

Mycalessum tendens et Teumessum herbosam.

E LIBRO QUARTO.

4.

Idem : Ἀλεξάνδρεια, πόλεις ὀκτωκαίδεκα... Δευτέρα ἐστὶ πόλις Τροίας, ἐν ᾗ ἐγένετο Ἡγήμων ἐποποιὸς, ὃς ἔγραψε τὸν Λευκτρικὸν πόλεμον τῶν Θηβαίων καὶ Λακεδαιμονίων· περὶ ἧς Δημοσθένης ἐν τετάρτῳ Βιθυνιακῶν.

5.

Idem : Ἡραία, ἄκρα οὕτω λεγομένη καταντικρὺ Χαλκηδόνος. Ταύτην δ' ἐν τῇ συνηθείᾳ Ἠέρειάν φασι τινες, κακῶς, ἄλλοι δὲ Ἤριον, μυθοποιοῦντες ὡς ἐκεῖσε ὀρύξαντες τάφους χύτρας εὗρον καὶ ὀστᾶ. Πειστέον δὲ μᾶλλον τῷ Βιθυνῷ Δημοσθένει ἐν τῷ ὄ βιβλίῳ·

Ἔστι δέ τις προπάροιθε κλυτῆς Χαλκηδόνος ἄκρη
Ἡραία τρηχοῦσα, πολυσπιλάς· ἔνδοθι δ' αὐτῆς
λαῖτμον περὶ τεῖχος ἰὼν κοιλαίνεται εἴσω
κόλπος ἁλός· φαίης κεν ἰδὼν βαθυδίνια πάντη
ἔμμεναι. Εἰαμενὴ δὲ καὶ οὐ βύθος ἐστὶ θαλάσσης,
ἔνθα τε νῆας ἀνῆγον, ὀιόμενοι σκέπας εἶναι
αὐτοφυοὺς ὅρμοιο, κακῷ δ' ἐνέκυρσαν ἑτοίμῳ.

Eadem Etym. M. p. 437, 40, omissis verbis inde a τρηχοῦσα usque ad ἁλός. Ibidem pro ἔνθα τε νῆας ἀνῆγον est : ἔνθα θοὰς νῆας ἦγον, κ. δ' ἐν. ἑτοίμως. Vocem ἦγον pro ἀνῆγον præbet etiam cod. Rhedig.

6.

E LIBRO NONO.

Idem . Ἀρτάκη, πόλις Φρυγίας, ἄποικος Μιλησίων... Τὸ ἐθνικὸν Ἀρτακηνός. Σοφοκλῆς δὲ Ἀρτακεὺς εἶπε... καὶ Ἀρτάκιος εἶπε Δημοσθένης ἐν ἐννάτῳ Βιθυνιακῶν·

Νάσσατο δ' Ἀρτακίοισιν ἐφέστιος αἰγιαλοῖσι.

Οὕτω γὰρ αὐτόθι ἡ Ἀφροδίτη καλεῖται. In ultimis excerptorem negligentem accusamus.

7.

E LIBRO DECIMO.

Idem : Κοσσὸς, ὄρος Βιθυνίας, ὡς Δημοσθένης Βιθυνιακῶν δεκάτῳ. Οἱ οἰκοῦντες Κοσσαῖοι.

8.

Idem : Μαυσωλοὶ, οἱ Κᾶρες, ἀπὸ Μαυσωλοῦ. Δημοσθένης δεκάτῳ Βιθυνιακῶν· « Δαίδαλα Μαυσωλῶν. »

E LIBRIS INCERTIS.

9

Idem : Ἄμαστρις, πόλις Παφλαγονίας,... ἀπὸ γυναικὸς Περσίδος Ἀμαστρίδος, θυγατρὸς Ὀξυάθρου τοῦ ἀδελφοῦ Δαρείου, ἣ συνῴκησε Διονυσίῳ τῷ Ἡρακλείας τυράννῳ. Δημοσθένης δ' ἐξ Ἀμαζόνος οὕτω λεγομένης.

10.

Idem : Ἀπολλωνία, πρώτη πόλις Ἰλλυρίας... κϐ', τῶν ἐπὶ Θράκης Ἰώνων, ἣν Δημοσθένης φησίν.

11.

Idem : Δορυλάειον, πόλις Φρυγίας, ὃ καὶ Δορύλαιον Δημοσθένης φησί.

12.

Idem : Κρῆσσα, πόλις Παφλαγονίας, ἣν Μηριόνης μετὰ Τροίαν ἔκτισε, Ζήλας δὲ εἷλεν ὁ Νικομήδους υἱός. Δημοσθένης γράφει τὸ ἐθνικὸν Κρησσαῖος.

4.

Alexandria. Secunda ejus nominis urbs in Troade est, ex qua Hegemon poeta epicus oriundus est, qui Leuctricum bellum Thebanorum et Lacedæmoniorum scripsit. De hac urbe Demosthenes dicit in quarto De Bithynia libro.

5.

Heræa, promontorium sic nominatur Chalcedonis e regione situm, quod nonnulli ex consuetudine Heeriam vocant, perperam. Alii vero Herium, fabulantes quod ibi fodientes sepulcra (τάφοι) invenerint urnas et ossa. Sed fides habenda potius est Demostheni Bithyno, qui libro quarto ita habet :

Est vero ante celebrem Chalcedonem promontorium,
Heræa, asperum, scopulis obsitum. Intra illud,
saxosum circa murum, procedens cavatur
sinus maris. Quem conspiciens dixeris profundum
ubique esse. At humectum quidem solum, sed nulla maris
profunditas. Ibi naves subduxerunt, credentes tutamen esse
portus natura facti ; at in paratum inciderunt malum.

6.

Artaces, urbs Phrygiæ, Milesiorum colonia. Gentile Artacenus. Sophocles vero Artaceus dixit, et Demosthenes in nono De Bithynia *Artacius* habet :

Habitavit in Artaciis sedem figens oris.

Sic enim (Artacia) ibi Venus dicitur.

7.

Cossus, mons Bithyniæ, teste Demosthene in libro decimo De Bithynia. Incolæ Cossæi.

8.

Mausoli, Cares, a Mausolo. Demosthenes decimo De Bithynia : « Dædala Mausolorum. »

9.

Amastris, urbs Paphlagoniæ... a muliere Perside Amastride, filia Oxyathræ, Darii fratris, quæ nupsit Dionysio Heracleæ tyranno. Demosthenes vero ab Amazone Amastride urbem nomen habere ait.

10.

Apollonia, urbs Ionum in Thracia, quam Demosthenes memorat.

11.

Dorylaeum, urbs Phrygiæ, quam etiam Dorylæum Demosthenes dicit.

12.

Cressa, urbs Paphlagoniæ, quam Meriones post Troica condidit ; Zelas vero Nicomedis filius cepit. Demosthenes gentile scribit Cressæus.

ΚΤΙΣΕΙΣ.

13.

Steph. : Ὀλιζών, πόλις Θεσσαλίας... Ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ τοῦ μικρὰ εἶναι. Θεσσαλοὶ γὰρ, ὡς ἱστορεῖ Δημοσθένης ἐν Κτίσεσι, τὸ μικρὸν ὄλιζον καλοῦσι. Τὸ ἐθνικὸν Ὀλιζώνιος.

14.

Idem : Λάμψακος, πόλις κατὰ τὴν Προποντίδα, ἀπὸ Λαμψάκης, ἐπιχωρίας τινὸς κόρης. Ἔστι δὲ Φωκαέων κτίσμα, πάλαι Πιτυοῦσα λεγομένη, ὡς Δήϊοχος ὁ Κυζικηνός... ἔστι δὲ εὔοινος... Δημοσθένης δὲ διὰ τὸ εὔοινον καὶ Πριάπου κτίσμα ταύτην φησὶ, τοῦ υἱοῦ Ἀφροδίτης καὶ Διονύσου.

15.

Idem : Χαλκεῖα, πόλις Λιβύης· ὁ Πολυΐστωρ ἐν Λιβυκῶν τρίτῳ, ὡς Δημοσθένης, ᾧ μεμφόμενος Πολύβιος ἐν τῷ δωδεκάτῳ ὧδε γράφει· « Ἀγνοεῖ δὲ μεγάλως καὶ τὰ περὶ τῶν Χαλκείων· οὔτε γὰρ πόλις ἐστὶν, ἀλλὰ χαλκουργεῖα. » Num recte sese habeat h. l. nomen Demosthenis, viri docti addubitarunt. V. not. ad Callisthenis fr. 35, p. 26.

DEMOTELES.

ΑΙΓΥΠΤΙΑΚΑ.

Demoteles apud Plinium H. N. XXXVI, 12, inter eos recensetur qui de pyramidibus scripserunt. Vide fragmenta Aristagoræ. — Præterea mentionem ejus injicit Plinius XXXVI, 13, 19, 1 : *Dicamus et labyrinthos, vel portentosissimum humani impendii opus, sed non, ut existimari potest, falsum. Durat etiamnum in Ægypto, Heracleopolite* (deb. *Arsinoite*) *nomo, qui primus factus est ante annos, ut tradunt, MMMDC a Petesuchi rege Sevecnefroe* (sic Bunsen.; libri : *Petesuchi vel Petesucco rege sive Tithoe*), *quamquam Herodotus totum opus XII regum dicit esse novissimique Psammetichi. Causam faciendi varie interpretantur. Demoteles regiam Menevidis* (sic Bunsen.; *Moteridis* cod. Bamberg., *Motherudis* vgo), *Lyceas sepulcrum Mœridis; plures Soli sacrum id exstructum, quod maxime creditur.* V. Bunsen. *Ægypten* tom. III, p. 89; tom. II, p. 54, not. Manethon. fragm. tom. II, p. 542.

DERCYLUS (ARGIVUS).

Nomen auctoris vario modo exaratur : Δερκύλος, Δέρκυλος, Δέρκυλλος. Similiter Δερκυλίδας in multis libris scribitur Δερκυλλίδας. (*) Præferendum duplici lambda simplex esse demonstravit L. Dindorfius in Steph. Thes. Gr. s. h. v., ubi vide. Patriam Dercyli Argolidem fuisse puto. Dialecti patriæ formas cum sermoni suo admiscuisse docemur ab auctore Etym. Mag. p. 391, 12 : Ἀργεῖοι, inquit, καὶ Λάκωνες καὶ Παμφύλιοι καὶ Ἐρετριεῖς καὶ Ὠρώπιοι, ἔνδειαν τοῦ σ ποιοῦντες, ἕασεῖαν χαράττουσι τοῖς ἐπιφερομένοις φωνήεσι, ὡς ἐπὶ τοῦ ποιῆσαι ποιῆάι, καὶ βουσόα βουόα, καὶ μουσικὰ μωϊα· κέχρηται τούτῳ τῷ εἴδει τῆς ἕασείας καὶ Δέρκυλλος (**).

Quod ætatem scriptoris attinet, post Alexandri M. tempora eum vixisse liquet ex fr. 8. Serioris ævi hominem arguit etiam Panemi mensis nomen Macedonicum (fr. 3). Ubi simul cum Dinia vel Agia Noster laudatur, loco ponitur postremo; unde illos antiquiores esse, eorumque memoriam ex ipso Dercylo excitari suspiceris.

ΑΡΓΟΛΙΚΑ.

1.

Athenæus III, p. 86, F, et schol. Vatic. Eurip. Troad. 14. Vide Agiæ fr. 1 et 3.

(*) Dercyllidas quidam ἐν τ' Περὶ Πλάτωνος φιλοσοφίας laudatur ap. Simplicium in Aristot. Phys. p. 54 b, 56 b. Cf. Proclus in Platon. p. 7.

(**) Valckenar. ad Adoniaz. p. 274 : « Hinc discimus historicum antiquissimum (?) Argivum Dercyllum Argolica sua scripsisse patria dialecto; ut adeo λέξεις Ἀργεῖαι inter Hesychianas videri possint ab grammatico partim etiam ex historiis Dercylli derivatas. »

URBIUM ORIGINES.

13.

Olizon, urbs Thessaliæ, nomen ex eo habet, quod est parva. Thessali enim, ut Demosthenes narrat in Urbium originibus, ὄλιζον dicunt pro *parvo*. Gentile Olizonius.

14.

Lampsacus, urbs ad Propontidem, nomen habet a Lampsace, puella quadam indigena. Est vero Phocensium colonia, olimque Pityusa vocabatur, teste Deiocho Cyziceno. Vini ferax est. Quare etiam Priapi Baccho et Venere nati opus eam Demosthenes dicit.

15.

Chalcea, urbs Libyæ. Polyhistor De Libya libro tertio, secundum Demosthenem, quem reprehendens Polybius libro duodecimo sic scribit : « Ignorat vero magnopere etiam quæ pertinent ad Chalcea. Neque enim urbs est, sed metalli officinæ sunt. »

2.

Schol. Pindar. Ol. VII, 49, de Tlepolemo Licymnii interfectore : Οἱ δὲ περὶ Δεινίαν (fr. 6) καὶ Δέρκυλόν φασιν ἀκούσιον τὸν φόνον γενέσθαι.

3.

E LIBRO TERTIO.

Clemens Alex. Strom. I, p. 139, 5 Sylb. : Ἀγίας δὲ καὶ Δερκύλος ἐν τῇ τρίτῃ μηνὸς Πανέμου ὀγδόῃ φθίνοντος sc. Ilium captum esse statuunt. Euseb. P. E. p. 293, ubi Κερκύλος.

(ΒΟΙΩΤΙΚΑ?)

4.

Schol. Eur. Phœn. 7 : Δέρκυλλος Θηβαίου τινὸς, Δράκοντος τοὔνομα, βασιλέως δὲ Θηβαίων, θυγατέρα τὴν Ἁρμονίαν εἶναί φησιν, ὃν φονεύσας Κάδμος ἔγημεν Ἁρμονίαν. Ἔφορος δὲ κ. τ. λ. (Eph. fr. 12)... Δημαγόρας δὲ κ. τ. λ. (v. fr.).

« Cod. August. : Δέρκυλος δὲ Θηβαίου τινὸς Δράκοντος, Ἄρεως Θηβαίου, φησὶν εἶναι τὴν Ἁ. 0. quocum consentit Havn. et Taurin., nisi quod hic δὲ ponit post Ἄρεως. Valck. scriptum fuisse suspicatur : Δ. μὲν, Θ. τ., Δρ. τοὔνομα, Ἄρεως υἱοῦ, βασιλέως δ. Θηβ. Cf. Palæphatus c. 6. » Mattiæ. — Vocem Θηβαίου post Ἄρεως non mutaverim, quippe quam expresse addidisse historicus noster videtur, ne de deo Marte cogites. Ceterum fragmentum peti potuit e Κτίσεων libris.

ΑΙΤΩΛΙΚΑ.

E LIBRO TERTIO.

5.

Plutarch. De fluv. 22, 5 : Γεννᾶται ἐν αὐτῷ (Ἀχελώῳ) βοτάνη ἡ μύωψ προσαγορευομένη· ἣν ἐάν τις εἰς ὕδωρ βαλὼν νίψηται τὸ πρόσωπον, ἀποβάλλει τὴν ὅρασιν, Ἄρτεμιν δ' ἐξιλασάμενος ἀνακτᾶται τὸ φῶς· καθὼς ἱστορεῖ Δέρκυλλος ἐν γ' Αἰτωλικῶν.

ΙΤΑΛΙΚΑ.

E LIBRO TERTIO.

6.

Plutarch. Par. m. c. 38 : Ἡρακλῆς τὰς Γηρυόνου βοῦς ἐλαύνων δι' Ἰταλίας ἐπιξενώθη Φαύνῳ βασιλεῖ, ὃς ἦν Ἑρμοῦ παῖς, καὶ τοὺς [γε] ξένους τῷ γεννήσαντι ἔθυεν· ἐπιχειρήσας δὲ τῷ Ἡρακλεῖ ἀνῃρέθη· ὡς Δέρκυλλος ἐν τρίτῳ Ἰταλικῶν.

ΚΤΙΣΕΙΣ.

E LIBRO PRIMO.

7.

Idem ibid. c. 17 : Ἐν Ἰλίῳ τοῦ ναοῦ τῆς Ἀθηνᾶς ἐμπρησθέντος, προσδραμὼν Ἶλος τὸ διοπετὲς ἥρπασε παλλάδιον, καὶ ἐτυφλώθη· οὐ γὰρ ἐξὸν ὑπ' ἀνδρὸς βλέπεσθαι· ὕστερον δ' ἐξιλασάμενος ἀνέβλεψεν· ὡς Δέρκυλλος ἐν πρώτῳ Κτίσεων.

ΠΕΡΙ ΟΡΩΝ.

E LIBRO TERTIO.

8.

Plutarch. De fluv. I, 4 : Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος μετὰ στρατεύματος εἰς Ἰνδίαν ἐλθόντος, καὶ τῶν

ARGOLICA.

2.

Dinias et Dercylus libro tertio invitum Tlepolemum eadem commisisse aiunt.

3.

Agias et Dercylus die vicesimo tertio Panemi mensis Ilium captum esse statuunt.

4.

Dercylus Thebani cujusdam, cui Dracontis (Areo Thebano nati) nomen, filiam Harmoniam esse dicit. Quo interfecto Cadmus Harmoniam duxit.

ÆTOLICA.

5.

Nascitur in Acheloo herba quæ myops vocatur : eam si quis in aquam jecerit et faciem lavarit, visum amittit, quem, simulac Dianam placaverit, recuperat, ut testatur Dercylus tertio Ætolicorum.

ITALICA.

6.

Hercules Geryonis boves per Italiam agens hospitio usus est Fauni regis, qui Mercurii fuit filius, ac patri immolare hospites solebat : is aggressus Herculem, ab ipso est trucidatus. Dercylus tertio Italicorum.

URBIUM ORIGINES.

7.

In Ilio Minervæ templo ardente, Ilus occurrens coelo delapsum Palladium eripuit, ac captus est luminibus, quod illud videri a viro nefas erat. Postmodo tamen placato numine visum recepit, testante Dercylo in primo De urbium originibus.

DE MONTIBUS.

8.

Quum Alexander Macedo in Indiam venisset cum exercitu, et indigenæ ei totis viribus resistere decernerent, elephas

ἐγχωρίων κρίσιν ἐχόντων ἀντιπολεμεῖν αὐτῷ, Πώρου τοῦ βασιλέως τῶν τόπων ἑλέφας αἰφνιδίως οἰστροπλήξ γενόμενος, ἐπὶ τὸν Ἡλίου λόφον ἀνέδη, καὶ ἀνθρωπίνῃ φωνῇ χρησάμενος εἶπεν· Δέσποτα βασιλεῦ, τὸ γένος ἀπὸ Γηγασίου κατάγων, μηδὲν ἐξ ἐναντίας Ἀλεξάνδρου ποιήσῃς· Διὸς γάρ ἐστι Γηγάσιος. Καὶ τελέσας τὸν λόγον ἔθανεν. Ἀκούσας δὲ τούτων ὁ Πῶρος, ψοφοδεὴς τοῦ Ἀλεξάνδρου γόνασι προσέπεσεν, εἰρήνην αἰτούμενος· τυχὼν δὲ ὧν ἤθελε, τὸ ὄρος Ἐλέφαντα μετωνόμασεν· καθὼς ἱστορεῖ Δέρκυλλος ἐν γ' Περὶ ὀρῶν.

9.

Plutarch. De fluv. 8, 4 : Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ (τῷ Λυκόρμᾳ ποταμῷ) Λευκόϊον ἄνθος, ὃ μητρυιᾶς ὀνομασθείσης, μαραίνεται· καθὼς ἱστορεῖ Δέρκυλλος ἐν γ' Περὶ ὀρῶν. Lege quæ antecedunt ap. Plutarchum.

ΠΕΡΙ ΛΙΘΩΝ.

E LIBRO PRIMO.

10.

Plutarch. De fluv. 19, 4 : Παράκειται (Ἀλφειῷ ποταμῷ) ὄρος, Κρόνιον καλούμενον ἀπ' αἰτίας τοιαύτης. Μετὰ τὴν γιγαντομαχίαν Κρόνος, τὰς Διὸς ἀπειλὰς ἐκκλίνων, εἰς ὄρος παρεγένετο Κτοῦρον, ὃ ἀπ' αὐτοῦ Κρόνιον μετωνόμασεν· λαθὼν δὲ πρὸς ὀλίγον καιρὸν, καὶ ἀφορμῆς δραξάμενος, διῆρεν εἰς Καύκασον τῆς Σκυθίας. Γεννᾶται δ' ἐν τῷ ὄρει τούτῳ Κύλινδρος καλούμενος λίθος ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος· ὁσάκις γὰρ ἂν ἀστράψῃ Ζεὺς ἢ βροντήσῃ, τοσαυτάκις ἀπὸ τῆς ἀκρωρείας διὰ φόβον κυλίεται· καθὼς ἱστορεῖ Δέρκυλλος ἐν α' Περὶ λίθων.

11.

Joh. Lydus De mens. p. 104 ed. Rœther. : Δέρκυλλος δέ φησιν, ὅτι γεννᾶται ἐν τῷ Ὑδάσπῃ ποταμῷ λίθος λυχνὶς καλούμενος· οὗτος, σελήνης αὐξομένης, ἦχον μελῳδίας ἀποδίδωσι. Eadem brevius in Boissonad. Anecd. I, p. 417. Plutarch. De fluv. 1, 2 de hoc lapide ait : Σελήνης δ' αὐξομένης εὑρίσκεται πρὸς μελῳδίαν αὐλῶν.

ΣΑΤΥΡΙΚΑ.

E LIBRO PRIMO.

12.

Plutarch. de fluv. 10, 3 : Γεννᾶται δ' ἐν τῷ ποταμῷ τούτῳ (Μαρσύᾳ) βοτάνη, αὐλὸς ὀνομαζομένη, ἣν ἐάν πρὸς ἄνεμον σείσῃ τις, μουσικὴν ἔχει μελῳδίαν, καθὼς ἱστορεῖ Δέρκυλλος ἐν α' Σατυρικῶν.

DIEUCHIDAS

ΜΕΓΑΡΙΚΑ.

1.

Clemens Alex. Strom. VI, p. 267, 9 Sylb. : Διευχίδας τε ὁ Μεγαρικὸς τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου ἐκ τῆς Ἑλλανίκου Δευκαλιωνίας μετέλαβεν.

E LIBRO TERTIO.

2.

Harpocratio : Ἀγυιᾶς... Ἀγυιεὺς δέ ἐστι κίων εἰς ὀξὺ λήγων, ὃν ἱστᾶσι πρὸ τῶν θυρῶν. Ἰδίους δὲ εἶναί φασιν αὐτοὺς Ἀπόλλωνος, οἱ δὲ Διονύσου, οἱ δὲ ἀμφοῖν. ... Φασὶ δ' αὐτὸ ἴδιον εἶναι Δωριέων, ὡς δῆλον ποιεῖ Διευχίδας (codd. Διυχίδας; em. Casaub.) ἐν τῇ γ' τῶν Μεγαρικῶν.

Pori, illius regionis regis, derepente œstro percitus Solis collem adscendit, et vocem humanam depromens in hæc erupit : « Domine rex, qui a Gegasio genus ducis, ne quicquam contra Alexandrum suscipias : Jovis enim Gegasius est. » Et absoluto sermone occubuit. Quibus auditis Porus supplex Alexandri genua amplexus est pacem expetens; quam quum consecutus esset, montem illum Elephantem nominavit, ut testatur Dercylus libro tertio De montibus.

9.

Nascitur in Lycorma fluvio flos Leucoium (*alba viola*), qui pronuntiato novercæ vocabulo, statim marcescit, ut narrat Dercylus in tertio De montibus.

DE LAPIDIBUS.

10.

Adjacet Alpheo mons Cronius, id est Saturnius, ea de causa sic dictus. Post Gigantomachiam Saturnus, Jovis minas declinans, ad montem Cturum pervenit, quem de se denominavit Cronium. Quum autem per aliquod tempus latuisset, rapta occasione, divertit in montem Caucasum Syriæ. Provenit in eo monte lapis, quem ab eventu cylindrum vocant; nam quotiescunque fulgurat aut tonat Jupiter, toties de cacumine præ timore volvitur, ut narrat Dercylus primo De lapidibus.

11.

Dercylus narrat nasci in Hydaspe lapidem, qui lychnis nominatur, qui crescente luna sonum melodicum edit.

12.

Nascitur in Marsya fluvio herba aulus, id est *tibia*, dicta, quæ si ad ventum moveatur, musicos sonos edit, referente Dercylo libro primo Satyricorum.

MEGARICA.

1.

Dieuchidas Megaricus initium historiæ suæ e Deucalionia mutuatus est.

2.

Agyieus est columna in acutum desinens, quam pro foribus statuunt. Eas alii Apollini, alii Baccho, alii utrique sacras esse dicunt.... Aiunt vero proprium hoc esse Doriensium, ut exponit Dieuchidas in tertio Megaricorum.

Schol. Aristoph. Vesp. 875 : Περὶ τοῦ ἀγυιέως Ἀπόλλωνος Διευχίδας (Διευτυχίδας cod. Ven.; ἰδίως εὐτυχίας Ald.) οὕτως γράφει· « Ἐν δὲ τῷ ἰατρῷ τοῦτο διαμένει, καὶ ἔτι καὶ νῦν ἐστιν ὡς ἀγυιεὺς τῶν Δωριέων οἰκησάντων ἐν τῷ τόπῳ ἀνάθημα. Καὶ οὗτος καταμηνύει ὅτι Δωριέων ἐστὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων· τούτοις γὰρ ἐπὶ τὰς στρατιὰς * φάσματος οἱ Δωριεῖς ἀπομιμούμενοι τὰς ἀγυιὰς ἱστᾶσιν ἔτι καὶ νῦν τῷ Ἀπόλλωνι. »

ἰατρῷ κτλ.] cod. Ven. : ἰατρῷ τούτῳ ὃ. ἔτι καὶ νῦν ἐστι καὶ ὡς αγ. Unde Dindorf. conj. : ἐν δὲ τῷ ἰατρείῳ τούτῳ διαμένει ἔτι καὶ νῦν, ἕστηκε βωμὸς ἀγ. Etiam sequentia mutila esse patet. Ceterum cf. Müller. *Dor.* I, 299.

3.

Schol. Pind. Nem. IX, 30 : Διευχίδας (sic Bœckh. pro vg. Διευτυχίδας) ὃὲ ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Μεγαρικῶν τὸ μὲν κενήριον Ἀδράστου ἐν Σικυῶνί φησιν, ἀποκεῖσθαι δὲ αὐτὸν ἐν Μεγάροις.

E LIBRO QUARTO.

4.

Clemens Alex. Strom. I, p. 141, 46 Sylb. : Διευχίδας γὰρ ἐν τετάρτῳ Μεγαρικῶν περὶ τὸ διακοσιοστὸν ἔτος ὕστερον τῆς Ἰλίου ἁλώσεως τὴν ἀκμὴν Λυκούργου φέρει. Cf. Müller. *Dor.* I, p. 132 sq.

5.

Plutarch. Lycurg. c. 2 : Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς οὐκ Εὐνόμου λέγει τὸν Λυκοῦργον πατρὸς, ἀλλὰ Πρυτάνιδος καὶ τὸν Λυκοῦργον καὶ τὸν Εὔνομον, οἱ δὲ πλεῖστοι σχεδὸν οὐχ οὕτω γενεαλογοῦσιν, ἀλλὰ Προκλέους μὲν τοῦ Ἀριστοδήμου γενέσθαι Σόον· Σόου δὲ Εὐρυπῶντα, τούτου δὲ Πρύτανιν, ἐκ τούτου δὲ Εὔνομον, Εὐνόμου δὲ Πολυδέκτην ἐκ προτέρας γυναικὸς, Λυκοῦργον δὲ νεώτερον ἐκ Διωνάσσης, ὡς Διευτυχίδας (scr. Διευχίδας) ἱστόρηκεν, ἕκτον μὲν ἀπὸ Προκλέους, ἑνδέκατον δὲ ἀφ' Ἡρακλέους.

E LIBRO QUINTO.

6.

Diog. L. I, 57, de Solone : Τά τε Ὁμήρου ἐξ ὑποβολῆς γέγραφε ῥαψῳδεῖσθαι, οἷον ὅπου ὁ πρῶτος ἔληξεν, ἐκεῖθεν ἄρχεσθαι τὸν ἑξόμενον. Μᾶλλον οὖν Σόλων Ὅμηρον ἐφώτισεν ἢ Πεισίστρατος, ὥς φησι Διευχίδας ἐν πέμπτῳ Μεγαρικῶν. Cf. Welcker. *Cycl.* p. 378. 380.

E LIBRIS INCERTIS.

7.

Athenæus VI, p. 262, E : Διευχίδας δ' ἐν τοῖς Μεγαρικοῖς « ** τὰς καλουμένας (φησὶν) Ἀραιὰς (μεταξὺ δὲ τῆς Κνίδου καὶ τῆς Σύμης εἰσί), γενομένης διαφορᾶς τοῖς συνεξορμήσασι τῷ Τριόπᾳ μετὰ τὸν ἐκείνου θάνατον, καὶ τῶν μὲν εἰς τὸ Δώτιον ἀναχωρησάντων, οἱ μὲν μετὰ Φόρβαντος μείναντες εἰς Ἰηλυσὸν ἦλθον, οἱ δὲ μετὰ Περιέργου τὴν Καμιρίδα κατέσχον. Τότε λέγεται καταράσασθαι τὸν Περίεργον τῷ Φόρβαντι, καὶ διὰ τοῦτο τὰς νήσους Ἀραιὰς κληθῆναι. Ναυαγήσας δ' ὁ Φόρβας καὶ Παρθενία, ἡ τοῦ Φόρβαντος καὶ τοῦ Περιέργου ἀδελφὴ, διενήξαντο εἰς Ἰηλυσὸν περὶ τὸν καλούμενον τόπον Σχεδίαν. Καὶ αὐτοῖς περιτυχὼν Θαμνεὺς, ὃς ἐτύγχανε κατὰ τὴν Σχεδίαν κυνηγετῶν, ἦγεν ὡς ξενίσων εἰς οἶκον, καὶ τὸν οἰκέτην ἀπέστειλεν ἀπαγγελοῦντα τῇ γυναικὶ ταπιτήδεια παρασκευάζειν, ὡς ἄγοντος αὐτοῦ ξένους. Ἐλθὼν δ' εἰς οἶκον, ὡς οὐδὲν εὗρε παρεσκευασμένον, αὐτὸς ἐπιβαλὼν τὸν σῖτον ἐπὶ τὸν ἀλετῶνα, καὶ τἆλλα τἀκόλουθα, ἔπειτα ἀλίσας ἐξένισεν αὐτούς. Καὶ ὁ Φόρβας οὗτος ἐπὶ τῷ ξενισμῷ

3.

Dieuchidas in tertio Megaricorum cenotaphium quidem Adrasti Sicyone esse, ipsum vero corpus Megaris jacere ait.

4.

Dieuchidas in quarto Megaricorum circa ducentesimum post captam Trojam annum Lycurgum floruisse statuit.

5.

Simonides poeta Lycurgi patrem non Eunomum dicit, sed Prytanidem patrem Lycurgi et Eunomi; plerique vero non ita seriem generis deducunt, sed e Procle, Aristodemi filio, natum produnt Soum, huic filium fuisse Eurypontem, hoc natum Prytanim, cujus filius Polydectes fuerit ex priore uxore, ex posteriore, cui Dionassæ nomen, Lycurgus, ut Dieuchidas narrat Lycurgum a Procle sextum, ab Hercule undecimum dicens.

6.

Homeri poemata ut vicium ordine et quasi tenore ab rhapsodis recitarentur, scripsit, tali modo, ut, ubi primus desineret, inde alter exciperet seriem. Magis ergo Solon quam Pisistratus Homerum illustravit, ut in quinto Megaricorum Dieuchidas ait.

7.

Dieuchidas in Megaricis hæc scribit : « Circa Araeas insulas (sunt hæ inter Cnidum et Symen) orto post Triopæ obitum inter eos, qui cum illo expeditionem susceperant, dissidio, aliisque domum repetentibus, Phorbas cum suis manens, Ialysum venit; Periergus vero cum suis Camiridis portum tenuit. Tunc dicitur Phorbantem diris imprecationibus prosecutus esse Periergus; indeque aiunt *Araeas* (ab eisdem illis *imprecationibus*) nominatas insulas esse. Igitur naufragium passus Phorbas, cum Parthenia, Phorbantis et Periergi sorore, Ialysum enatavit, et eo loco, cui Schedia nomen, terram attigit. In quos incidens Thamneus, qui forte circa Schediam venabatur, domum suam eos deduxit hospitio excepturus, præmisso servo qui uxori nunciaret, ut pararet necessaria hospitibus quos esset adducturus. Verum quum domum pervenisset, nihilque offendisset paratum, ipse frumentum in molam conjectum moluit; reliquisque rebus paratis, cibavit hospites. Qua hospitali benignitate ita delectatus Phorbas est, ut in extremo vitæ

ἴσθη, ὡς καὶ τὸν βίον τελευτῶν ἐπέσκηψε τοῖς φίλοις, ἀεὶ ἐλευθέρων τοὺς ἐναγισμοὺς ἐπιτελεῖν αὐτῷ, καὶ τὸ ἔθος διαμένει ἐν τῇ θυσίᾳ τοῦ Φόρβαντος. Ἐλεύθεροι γάρ εἰσιν οἱ διακονοῦντες, δούλῳ δὲ προσελθεῖν οὐκ ἔστιν ὅσιον. » Cf. Müller. *Dor.* I, p. 107. Aristidis fr. 24.

8.

Schol. Apollon. Rhod. I, 517 : Διευχίδας (vg. Διρηχίδας) δὲ ἐν τοῖς Μεγαρικοῖς ἱστορεῖ, ὅτι Ἀλκάθους ὁ Πέλοπος διὰ τὸν Χρυσίππου φόνον φυγαδευθεὶς ἐκ Μεγάρων, ἀπήρχετο κατοικήσων εἰς ἑτέραν πόλιν. Καὶ δὴ περιπεσὼν λέοντι λυμαινομένῳ τὰ Μέγαρα (ἐφ' ὃν καὶ ἕτεροι ἦσαν ἀπεσταλμένοι ὑπὸ τοῦ βασιλέως τῶν Μεγάρων) καταγωνίζεται τοῦτον, καὶ τὴν γλῶτταν αὐτοῦ εἰς πήραν θέμενος, ἐπανῆλθεν αὖθις εἰς τὰ Μέγαρα. Καὶ ἀπαγγελλόντων τῶν ἀπεσταλμένων ἐπὶ τὴν θήραν, ὅτι αὐτοί εἰσιν οἱ κατηγωνισμένοι τὸ θηρίον, προσκομίσας τὴν πήραν, ἤλεγξεν αὐτούς. Διόπερ θύσας τοῖς θεοῖς ὁ βασιλεὺς, τὸ τελευταῖον τὴν γλῶσσαν ἐπέθηκε τοῖς βωμοῖς· καὶ ἀπὸ τότε ἔθος τοῦτο διέμεινεν Μεγαρεῦσι. Φιλόχορος δὲ (fr. 173) ἐν τῷ Περὶ θυσιῶν κ. τ. λ. Cf. Müller. *Dor.* I, p. 229.

9.

Idem ibid. I, 118 : Ἀμυθάονος, τοῦ Κρηθέως, τοῦ Αἰόλου, τοῦ Ἕλληνος, τοῦ Διὸς καὶ Δωρίππης, γίνεται Μελάμπους, ὡς φησι Διευχίδας (vgo Δηριχίδας; cod. Par. Διρυχίας). Κληθῆναι δὲ αὐτὸν οὕτως διὰ τὸ τεκοῦσαν τὴν μητέρα ἐκθεῖναι αὐτὸν εἰς σύνδενδρον τόπον, τοὺς δὲ πόδας μελανθῆναι τῷ ἡλίῳ, ἀσκίους ὄντας.

10.

Steph. Byz. : Σκίρφαι, πόλις Φωκική. Τὸ ἐθνικὸν Σκίρφιος καὶ Σκιρφαῖος, ὡς Διευχίδας φησίν.

11.

Harpocratio : Γερανία... ἔστι δὲ ὄρος Μεγαρίδος, ὡς Διευχίδας.

12.

Parthenius Erot. c. 13. Περὶ Ἁρπαλύκης. Ἱστορεῖ Εὐφορίων Θρᾳκὶ καὶ Δεκτάδας (l. Διευχίδας). Κλύμενος δὲ ὁ Τελέως ἐν Ἄργει γήμας Ἐπικάστην γεννᾷ παῖδας, ἄρρενας μὲν Ἴδαν καὶ Θήραγρον, θυγατέρα δὲ Ἁρπαλύκην, πολύ τι τῶν ἡλίκων θηλειῶν κάλλει διαφέρουσαν. Ταύτης εἰς ἔρωτα ἐλθὼν χρόνον μέν τινα ἐκαρτέρει καὶ περιῆν τοῦ παθήματος· ὡς δὲ πολὺ μᾶλλον αὐτὸν ὑπέρρει τὸ νόσημα, τότε διὰ τῆς τροφοῦ κατεργασάμενος τὴν κόρην, λαθραίως αὐτῇ συνῆλθεν. Ἐπεὶ μέντοι γάμου καιρὸς ἦν καὶ παρῆν Ἀλάστωρ, εἷς τῶν Νηλειδῶν, ἀξόμενος αὐτήν, ᾧ καθωμολόγητο, παραχρῆμα μὲν ἐνεχείρισε, πάνυ λαμπροὺς γάμους δαίσας· μεταγνοὺς δὲ οὐ πολὺ ὕστερον διὰ τὸ ἔκφρων εἶναι καταθεῖ (μεταθεῖ Schneid.) τὸν Ἀλάστορα, καὶ περὶ μέσην ὁδὸν αὐτῶν ἤδη ὄντων, ἀφαιρεῖται τὴν κόρην, ἀγόμενός τε εἰς Ἄργος ἀναφανδὸν αὐτῇ ἐμίσγετο. Ἡ δὲ δεινὰ καὶ ἔκνομα πρὸς τοῦ πατρὸς ἀξιοῦσα πεπονθέναι, τὸν νεώτερον ἀδελφὸν κατακόπτει, καί τινος ἑορτῆς καὶ θυσίας παρ' Ἀργείοις τελουμένης, ἐν ᾗ δημοσίᾳ πάντες εὐωχοῦνται, τότε σκευάσασα τὰ κρέα τοῦ παιδὸς παρατίθησι τῷ πατρί. Καὶ ταῦτα ὁράσασα αὐτὴ μὲν εὐξαμένη θεοῖς ἐξ ἀνθρώπων ἀπαλλαγῆναι, μεταβάλλει τὴν ὄψιν εἰς καλχίδα ὄρνιν· Κλύμενος δὲ, ὡς ἔννοιαν ἔλαβε τῶν συμφορῶν, διαχρῆται ἑαυτόν.

---

spiritu injungeret amicis, ut per liberos homines inferias sibi fieri curarent. Qui mos constanter dein in Phorbantis sacro duravit : ministrant enim liberi homines; servisque accedere nefas habetur. »

8.

Dieuchidas in Megaricis narrat Alcathoum Pelopis filium ob cæsum Chrysippum Megaris abiisse in exilium, aliaque in urbe sedem figere voluisse. Incidisse tum in leontem Megara infestantem, contra quem complures a rege Megarensium emissi fuerant. Hunc Alcathous interfecit, atque linguam ejus in peram suam condens Megara rediit. Et quum ii qui in venationem emissi erant, nuntiarent ipsos bestiam debellasse, peram ille afferens coarguit eos. Quare sacra diis faciens rex, postremo linguam in aris ponit, qui mos ab hoc inde tempore apud Megarenses mansit.

9.

Amythaon, Crethei, Æoli, Hellenis, Jovis et Doripppes filius, pater est Melampodis, testante Dieuchida. Melampus vero inde est nominatus, quod in lucem editum mater exposuerit in locum arboribus consitum, ita tamen ut pedes, extra umbram positi, solis radiis nigrescerent.

10. 11.

Scirphæ, oppidum Phocidis. Gentile Scirphius et Scirphæus, teste D. — Gerania, mons Megaridis, ut D. ait.

12.

De harpalyce. *Scribit Euphorion ad Thracem et Dieuchidas.* Clymenus Telei filius Argis uxore ducta Epicaste, filios genuit masculos quidem Idam et Theragrum, filiam vero Harpalycen, multum sane coætaneas puellas forma præcellentem. In ejus amorem Clymenus incidit, et tempore quidem aliquo se continebat ac superabat affectum. Quum autem multo magis increscceret morbus, per nutricem conciliavit sibi puellam, ac clam cum ea coivit. Postea vero ubi nuptiarum tempus advenisset, adessetque Alastor, cui desponsata erat, unus Nelidarum, eam ducturus, statim sane splendidis nuptiis instructis eam illi concessit. Pœnitentia autem non longe post ductus propter amentiam, Alastorem insequitur e medioque itinere aufert puellam, ductamque Argos palam habuit pro uxore. Illa autem gravia atque enormia se passam a parente existimans, juniorem fratrem mactat, ac festo quopiam sacrificiorum apud Argivos die, in quo publice omnes convivabantur, apparatas pueri carnes parenti apponit : quo perpetrato a diis petiit ex hominibus auferri. Mutata itaque est in chalcidem avem. Clymenus autem mente calamitates suas volvens, se ipsum interemit.

« Alios auctores secutus est Hyginus fab. 206, ubi Clymenus non Telei sed Schœnei filius dicitur et suam ipse filiam occidit. » *Meineke* ad Euphor. p. 74. — Διχτάδας] Διυχίδας conjecit Gale, quod probant Meinekius, Legrand et Passovius. Bast. (epist. crit. p. 231) maluit Ἀθανάδας (Ἀμβρακιχῶν auctor). Conjicere etiam possis Ἀριστάδας (Cnidius).

DINARCHUS.

Demetrius Magnes Περὶ ὁμωνύμων ap. Dionys. Hal. De Dinarch. c. 1 (tom. V, p. 631 R.) : Διινάρχοις δ' ἐνετύχομεν τέτταρσιν· ὧν ἐστιν ὁ μὲν ἐκ τῶν ῥητόρων τῶν Ἀττικῶν· ὁ δὲ τὰς περὶ Κρήτην συναγήοχε μυθολογίας. Ὁ δὲ πρεσβύτερος μὲν ἀμφοῖν τούτοιν, Δήλιος δὲ τὸ γένος, πεπραγματευμένος τοῦτο μὲν ἔπος, τοῦτο δὲ πρᾶγμα (γράμμα Bentl.)· τέταρτος δὲ ὁ περὶ Ὅμηρον λόγον συντεθεικώς.

Delii poetæ meminit Euseb. Chron. p. 292 ed. Mai., ad an. Abrah. 712 : *Ut nonnulli aiunt, Bacchi gesta resque ejus in India, itemque Lycurgi et Actæonis et Penthei, et quomodo Bacchus in prœlio adversatus periit, uti dicit Dinarchus poeta, non rhetor. Qui autem voluerit, licet ei adhuc spectare Bacchi sepulcrum Delphis juxta aureum Apollinem.* Sequuntur alia ex Philochoro (fr. 23), qui Dinarchum laudasse videtur. Cf. Cyrill. C. Jul. X, 341 : Ὁ Δείναρχος ποιητὴς οὐκ ἄσημος ὢν τὰς Διονύσου πράξεις ἀφηγούμενος, ὅσα τε αὐτῷ πεπόνηται, καὶ μὴν καὶ Ἀκταίονα καὶ Λυκοῦργον ὅπως εἴη πεφονευκώς, εὖ μάλα διειρηκὼς ἀνῃρῆσθαι καὶ αὐτὸν ὑπὸ Περσέως καὶ κεκηδεῦσθαι παρὰ τὸν χρυσοῦν Ἀπόλλωνα. Augustin. Civ. D. XVII, 12. Cedrenus I, p. 24. Syncell. p. 162. Tatian. C. Gr. VIII, 251. Lobeck. Agl. p. 573. Cf. etiam Malala p. 45 ed. Bonn., ubi postquam narraverat cur Bœoti Lycurgum contra Bacchum Bœotiæ imperio potiturum auxilio advocaverint, pergit : Καὶ γνοὺς τοῦτο ὁ Διόνυσος, ὅτι ὡπλίσατο κατ' αὐτοῦ, ἔφυγε τὸν Λυκοῦργον· καὶ εἰς Δελφοὺς ἀπελθὼν ἐκεῖ τελευτᾷ. Καὶ ἐτέθη τὸ λείψανον τοῦ αὐτοῦ Διονύσου ἐκεῖ ἐν σορῷ· καὶ τὰ ὅπλα δὲ αὐτοῦ αὐτὸς ἐκεῖ εἰς τὸ ἱερὸν ἐκρέμασε, καθὼς Δείναρχος ὁ σοφώτατος συνεγράψατο περὶ τοῦ αὐτοῦ Διονύσου. Ibi Δείναρχος pro vulg. Δήμαρχος correxit Bentlej. Ad Millium Ep. p. 72 Ox.

Prosaicum de Delo scriptum, sive Δηλιακὸν sc. λόγον, memorat Dionys. l. l. : Δηλιακὸς· Ἀπόλλωνος καὶ Ῥοιοῦς τῆς Σταφύλου· οὗτος οὐ τοῦ ῥήτορος ἀλλ' ἑτέρου τινὸς συγγραφέως ἐστί. Δηλοῖ δ' ἐκ τοῦ τρόπου καὶ τοῦ χαρακτῆρος, ἀρχαϊκὸς ὢν καὶ περιτρέχων τὴν τοπικὴν Δήλου καὶ Αἴρου ἱστορίαν.

Ap. Dionysium Halicarnassensem (Exc. de Virt. tom. IV, p. 2362 R.) templi Junonis expilandi consilium Pyrrho suggessisse dicuntur οἱ κάκιστοι καὶ ἀνοσιώτατοι τῶν φίλων, Εὐήγορος (l. Εὐαγόρας) Θεοδώρου καὶ Βάλακρος Νικάνδρου καὶ Δείναρχος Νικίου, τῶν ἀθέων καὶ ἐξαγίστων δογμάτων ζηλωταί. Tempora obstant ne ille Dinarchus veteris religionis contemptor idem sit cum nostro scriptore.

Inserere huc liceat mentionem Dionis Academici, qui de Ægypto quædam scripsisse videtur, si quid ex unico loco Athenæi colligere licet. Etenim Athenæus Ep. I, p. 34, B : Ἑλλάνικος δέ φησιν, ἐν τῇ Ηλινθίνῃ πόλει Αἰγύπτου πρώτῃ εὑρεθῆναι τὴν ἄμπελον. Διὸ καὶ Δίων, ὁ ἐξ Ἀκαδημίας, φιλοίνους φησὶ καὶ φιλοπότας τοὺς Αἰγυπτίους γενέσθαι· εὑρεθῆναί τε βοήθημα παρ' αὐτοῖς, ὥστε τοὺς διὰ πενίαν ἀποροῦντας οἴνου τὸν ἐκ τῶν κριθῶν γενόμενον πίνειν· καὶ οὕτως ἥδεσθαι τοὺς τοῦτον προσφερομένους, ὡς καὶ ᾄδειν καὶ ὀρχεῖσθαι καὶ πάντα ποιεῖν, ὅσα τοὺς ἐξοίνους γινομένους.

Dionem hunc Academicum tamquam ἀρχιπρεσβευτὴν legationis, quam Alexandrini Romam adversus Ptolemæum Auleten miserunt, commemorat Strabo XVII, p. 796 (Cf. Cicero Pro Cœlio c. 10; Academ. II, 4). Fortasse idem est cum Ælio Dio, quem de rebus Alexandriæ scripsisse infra videbimus.

DIOGENES CYZICENUS.

Suidas : Διογένης [ὁ Διογενιανὸς] Κυζικηνός, γραμματικός. Ἔγραψε Πάτρια Κυζίκου· Περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων, Περὶ ποιητικῆς, Περὶ στοιχείων.

Is qui de Cyzico scripsit, apud Stephanum constanter audit *Diogenes*; quare verba ὁ Διογενιανὸς uncis inclusi, quippe quæ Suidæ deberi videantur diversa confundenti. Erroris origo fortasse in eo quærenda, quod Suidas opera grammatica Περὶ τῶν ἐν τ. β. σημείων, Περὶ ποιητικῆς, Περὶ στοιχείων, in codice aliquo depravato Diogeni tributa reperiret, quum ab aliis rectius tribuerentur Diogeniano (Heracleotæ Pontico) grammatico, Hadriani temporibus claro. Vide Bernhardyum ad Suid. l. l. Contra Rankius De Hesych. p. 56 non ea tantum, quæ h. l. Suidas recenset, sed præterea etiam libros Περὶ ποταμῶν, λιμνῶν, χρηνῶν, ὄρων, ἀκρωρειῶν, et Περὶ ποταμῶν (ubi παροιμιῶν emend. Schottus, Küster., Schneidewin. in Paræm. p. XXVII) κατὰ στοιχεῖον ἐπίτομον ἀναγραφήν, Συναγωγὴν καὶ πίνακα τῶν ἐν πάσῃ τῇ γῇ πόλεων, καὶ

τὰ λοιπά, quos Diogeniano Suidas dedit, Diogeni Cyziceno nostro vindicandos esse opinatur. Ceterum in operibus istis Περὶ ποταμῶν etc. atque in ethnicis res non tam geographice tractatas, quam ad rationes grammaticæ accommodatas esse Küsterus aliique recte monuerunt. Historicum Diogeniani opus non novi, nisi quod semel ap. Etym. M. p. 34, 5, nescio an perperam, laudantur Χρονικά : Αἴλιος ὁ Ἀδριανὸς ὁ βασιλεὺς ἐκαλεῖτο· ὅθεν Αἴλιοι χρηματίζουσι· καὶ Αἰλία πόλις Παλαιστίνης· ὁ πολίτης Αἰλιώτης. Ὅτι δὲ Αἴλιος ἐκαλεῖτο, Διογενιανὸς ἐν τοῖς Χρονικοῖς φησιν. — Ex titulo Πάτρια Κυζίκου conjeceris seri ævi scriptorem Diogenem nostrum esse. Nam ut ab antiquioribus scriptoribus titulus ille alienus, sic Byzantino ævo frequentissimus est.

ΠΕΡΙ ΚΥΖΙΚΟΥ.

1.

Ε LIBRO PRIMO.

Stephan. Byz. : Βέσβικος, νησίδιον περὶ Κύζικον, ὡς Διογένης ὁ Κυζικηνὸς ἐν πρώτῃ περὶ τῶν ἑπτὰ τῆς πατρίδος νήσων, λέγων· « Προκόννησος καὶ Φοίβη καὶ Ἀλόνη καὶ Φυσία καὶ Ὀφιόεσσα καὶ Βέσβικος, γόνιμοι καὶ λιπαραί. »

Περὶ τῶν ἑπτὰ τ. π. ν.] ita scribendum esse jam Vossius p. 430 significavit vertens *de septem patriæ suæ insulis*, quamquam in eo errasse mihi videtur, quod totum opus de insulis istis fuisse credit; quum nihil nisi caput libri primi operis De Cyzico citari consentaneum sit. Codd. : ἐν πρώτῃ τῶν ἑπτὰ περὶ τῆς π. ν. Bernhardius legi vult ἐν πρώτῃ Περὶ τῶν τῆς π. ν., deleto ἑπτά. Cujus rei causam idoneam non video, etsi in sequentibus sex tantum insulæ memorantur. Rankius De Hesych. p. 55 in vulgata asquiescens septem operis libros fuisse putat, orationem vero ita distingui vult, ut νήσων ad verba Cyziceni scriptoris revocaretur. Quod merito improbavit Bernhardy. « Nam et obest λέγων, ait, præter Stephani morem inculcatum, et ipsa formulæ insolentia, ἐν πρώτῃ τῶν ἑπτά, cujus ad integritatem requirebatur saltem τῶν εἰς ἑπτά. » — De Besbico ante Rhyndaci ostia continenti olim juncta cf. Plin. II, 88. V, 22; Agathoclis fr. 1 (tom. IV, p. 12); Strabo p. 576. Forbiger. *Alt. Geogr.* II, p. 160 sq.

2.

Idem : Ἀδράστεια, μεταξὺ Πριάπου καὶ τοῦ Παρίου, ἀπὸ Ἀδράστου βασιλέως, ὃς καὶ πρῶτος ἱδρύσατο τὸ Νεμέσεως ἱερόν. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ ἡ χώρα Ἀδράστεια καὶ Ἀδραστείας πεδίον, καὶ ἡ πόλις. Διογένης οὕτως ἐν πρώτῃ [Περὶ] Κυζίκου φησὶν ἀπὸ Ἀδραστείας κεκλῆσθαι, μιᾶς τῶν Ὀρεστειάδων νυμφῶν. De re vide Marquardt. *Cyzicus* p. 110 sqq.

3.

Ε LIBRO TERTIO.

Idem : Ζέλεια, πόλις Τρωάδος... Ἔστι καὶ Ζέλεια φρούριον Κυζίκου, ὡς Διογένης ἐν τρίτῃ Περὶ Κυζίκου. Cf. Marquardt. *Cyzicus* p. 22.

DIOGENIS ΠΕΡΣΙΚΑ.

4.

Clemens Alex. Protr. I, p. 19, 31 Sylb. : Περσῶν δὲ οἱ μάγοι τὸ πῦρ τετιμήκασι καὶ τῶν τὴν Ἀσίαν κατοικούντων πολλοί, πρὸς δὲ καὶ Μακεδόνες, ὡς φησι Διογένης ἐν πρώτῃ Περσικῶν. Eadem in pagina Clemens de eadem re laudat Dinonem (fr. 9). Diogenem hunc Cyzicenum esse suspicor. Ceterum cf. not. ad Dioclis Peparethii fr. 3.

DIOGENES SICYONIUS, ὁ γράψας Τὰ περὶ Πελοπόννησον, inter varios Diogenes recensetur ap. Diog. L. VI, 81.

Apud Parthen. Erot. c. 6 pro Διογένης καὶ Ἡγήσιππος ἐν Παλληνιακοῖς legendum est Θεαγένης κτλ. — Antonius Diogenes qui Τὰ ὑπὲρ Θούλην ἄπιστα scripsit (Porphyrius Vit. Pyth. c. 8. Photius cod. 166. Servius ad Virg. Georg. I, 30. Photii excerpta ed. Passov. una cum Parthenio), sicuti reliqui ejus nominis auctores, ad nos nihil pertinet.

DE CYZICO.

1.

Besbicus, parva insula non longe a Cyzico dissita, ut testatur Diogenes in primo, de septem patriæ insulis dicens : « Proconnesus et Phœbe et Alone et Physia et Ophioessa et Besbicus, feraces et pingues. »

2.

Adrastea inter Priapum et Parium, ab Adrasto rege, qui etiam primus Nemesis fanum consecravit. Vocabatur et regio Adrastea et Adrasteæ campus, et urbs. Diogenes in primo De Cyzico nomen illud inditum esse ait ab una ex Orestiadibus nymphis.

3.

Zelea, urbs Troadis. Est etiam Zelea Cyzici castellum, ut Diogenes in tertio De Cyzico ait.

PERSICA.

Persarum magi ignem coluerunt, sicuti etiam alii multi Asiam inhabitantes, nec non Macedones, ut Diogenes ait primo Persicorum.

DIONYSIUS CHALCIDENSIS.

Dionysius Chalcidensis De urbium originibus scripsit libros quinque. Testis est Scymnus Chius v. 115, ubi præ ceteris auctoribus se usum esse dicit Eratosthene,

> Ἐφόρῳ τε καὶ τῷ τὰς κτίσεις εἰρηκότι
> ἐν πέντε βίβλοις Χαλκιδεῖ Διονυσίῳ.

Quodsi ordine chronologico scriptorum nomina se excipiunt, Ephoro Dionysius antiquior est. Opinioni favet Plinius IV, 21 (fr. 9), qui de Eubœa loquens laudat *Dionysium et Ephorum;* nam Chalcidensem innui vix dubium esse potest. Porro Strabo (fr. 7) de Mysis Bithyniæ veterum testimonia recensens: Πρῶτον, ait, μαρτυρήσει Σκύλαξ... εἶτα Διονύσιος ὁ τὰς Κτίσεις συγγράψας. Schol. Apollon. I, 538 (fr. 6) a junioribus ad antiquiores, ut videtur, progrediens excitat: Suidam et Aristotelem, qui de Eubœa scripserunt, τὸν τοὺς Φρυγίους λόγους γράψαντα, Daimachum, Dionysium Chalcidensem. Certiora indicia desidero; ex iis quæ præbentur, colligas Dionysium floruisse circa 350 a. C. vel etiam paullo prius.

A Tatiano Or. adv. Gr. c. 49, inter eos qui de Homeri genere et ætate dixerint, præter Theagenem, Stesimbrotum, Antimachum, afferuntur Ἡρόδοτος ὁ Ἁλιξ. καὶ Διονύσιος ὁ Ὀλύνθιος, deinde Ephorus, alii. Nescio an Olynthius ille a Nostro non sit diversus (*). Chalcidenses φιλαπόδημοι Dicæarcho sunt; Olynthus Chalcidensium colonia; Homeri historia haud uno modo cum Κτίσει Ἰωνίας conjungebatur.

In fragmentis Dionysius noster sexies (fr. 1. 5. 6. 10. 11. 13) nominatur ὁ Χαλκιδεύς, semel (fr. 12) ὁ Ἀθηναῖος; contra Dionysius poeta ille et orator et πολιτικός, quem omnes novimus, quum ceteris sit Atheniensis, Photio et Suidæ (v. Θουριομάντεις; τὴν γὰρ εἰς Σύβαριν ἀποικίαν οἱ μὲν Ἀάμπωνι ἀνατιθέασιν... οἱ δὲ τῷ Χαλκιδεῖ Διονυσίῳ κτλ.) dicitur Chalcidensis. Putari igitur possit Κτίσεων auctorem eundem esse cum Dionysio poeta. At parum hoc probabile. Chalcidem patriam poetæ pepererit τοῦ χαλκοῦ cognomen et stupor librariorum (Cf. Osann. *Beitrage z. gr. u. rœm. Lit.* fasc. I, p. 80. Schiller. De Thuriorum Rep. p. 16). Vice versa ex Dionysio Chalcidensi nasci potuit D. ὁ χαλκοῦς, hinc deinceps ὁ Ἀθηναῖος. Quamquam hoc fortasse argutius est quam verius (v. not. ad fr. 12).

De auctoritate scriptoris ut bene auguremur, inprimis faciunt verba Scymni modo appicta, ac facile principem inter Κτίσεων auctores locum Dionysius obtinuerit. Certe malam ei notam ex parcis quæ perdurarunt fragminibus adspergere non licet. Si qua minus recte posita, sunt ea ejusmodi, ut summi nominis scriptorum exemplo excusari queant. Quod dispositionem operis attinet, nihil nisi chronologici ordinis indicia ex reliquiis (1. 2. 2 a) eruere potui.

(*) Simili modo Ephippum Olynthium ab Arriano dici Chalcidensem probabiliter statuit Geier.

ΚΤΙΣΕΙΣ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Schol. Apollon. Rh. IV, 264: Οἱ Ἀρκάδες δοκοῦσι πρὸ τῆς σελήνης γεγονέναι, ὡς καὶ Εὔδοξος ἐν τῇ Περιόδῳ. Θεόδωρος δὲ ἐν εἰκοστῷ ἐννάτῳ (ἐν κδ cod. Par.), ὀλίγῳ πρότερον φησὶ τοῦ πρὸς τοὺς γίγαντας πολέμου Ἡρακλέους τὴν σελήνην φανῆναι. Καὶ Ἀρίστων ὁ Χῖος ἐν ταῖς Θέσεσι (Κτίσεσι em. Rutgersius), καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεὺς ἐν πρώτῳ Κτίσεων τὰ αὐτά φασι· καὶ ἔθνος δέ Ἀρκαδίας Σεληνίτας εἶναι. Μνασέας δέ κτλ. Sequuntur sententiæ Mnaseæ, Aristotelis, Duridis. Totum locum Musurus transtulit in schol. Ald. ad Aristoph. Nub. 397 (p. 431 ed. Dübner.). Cf. Eudoc. p. 481.

E LIBRO TERTIO.

2.

Harpocrat. v. Ἡφαιστία: Ὅτι β' πόλεις ἦσαν τῆς Λήμνου Μύρρινά τε καὶ Ἡφαιστία δηλοῖ καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεὺς ἐν γ' Κτίσεων.

Polycrates in Laconicis narrat, Hyacinthiorum sacrum Lacedæmonios per tres continuos dies celebrare; et ob luctum quo interemptum Hyacinthum deflent, nec coronari in cœnis nec panem apponere, sed (nec?) placentas et quæ sunt ejus generis dare, neque pæanem in deum canere solent, neque simile quidquam introducunt, sicuti in aliis solent sacrificiis, sed magna cum molestia cœnantes discedunt. Medio autem trium dierum varium spectaculum celebratur, et solemnitas est egregia atque magna. Pueri siquidem citharam in sagulis succincti pulsant, ad tibiamque canentes et plectro omnes simul chordas percurrentes, rhythmo anapæsto acutoque vocis sono deum canunt : alii vero equis insidentes ornati per theatrum transvehuntur : et frequentes juvenum ingrediuntur chori, patria quædam carmina canentes; et saltatores his immixti priscos motus ad tibiam et ad canentium vocem peragunt. Virginum autem aliæ canathris, fornicatis ligneis carpentis, vehuntur magnifice instructis; aliæ, veluti certamina circensia agen-

mon. p. 135) ἁρμάτων ἐζευγμένων πομπεύουσιν, ἅπασα δ' ἐν κινήσει καὶ χαρᾷ τῆς θεωρίας ἡ πόλις καθίστηκεν. Ἱερεῖά τε παμπληθῆ θύουσι τὴν ἡμέραν ταύτην καὶ δειπνίζουσιν οἱ πολῖται πάντας τοὺς γνωρίμους καὶ τοὺς δούλους τοὺς ἰδίους· οὐδεὶς δ' ἀπολείπει τὴν θυσίαν, ἀλλὰ κενοῦσθαι συμβαίνει τὴν πόλιν πρὸς τὴν θέαν.

Hæc Athenæus ex Didymo contra Polemonem disputante. De re cf. Müller. *Dor.* II, p. 282.

Distinguendus, puto, a nostro Polycrates de quo Josephus C. Apion. I, 24: Καὶ γὰρ ἐθνῶν τινες καὶ τῶν ἐνδοξοτάτων πόλεων ῥυπαίνειν τὴν εὐγένειαν καὶ τὰς πολιτείας ἐπεχείρησαν λοιδορεῖν, Θεόπομπος μὲν τὴν Ἀθηναίων, τὴν δὲ Λακεδαιμονίων Πολυκράτης, ὁ δὲ τὸν Τριπολιτικὸν γράψας... καὶ τὴν Θηβαίων πόλιν διέβαλε. Hic procul dubio est Polycrates Atheniensis rhetor, Isocratis æqualis et adversarius, de quo adi Westermannum in *Gesch. d. gr. Bereds.* 50, 22. 68, 25.

POLYGNOSTUS sive POLYGNOTUS, operis De Cyzico auctor, laudatur apud Schol. Apoll. Rhod. I, 995. Vide Deiochi fr. 5, t. II, p. 18.

POLYZELUS RHODIUS.

De Polyzelo Rhodio antiquæ comœdiæ poeta v. Meinek. Hist. crit. Com. p. 262. Distinguendus ab eo est Rhodiacorum scriptor. De Polyzelo Messenio diximus tom. II, p. 12. Polyzelum nescio quem ἐν τῷ Περὶ εἱμαρμένης laudat Alexander Aphrodis. in Aristot. De an. p. 162 b. Fortasse intelligendus Polyzelus Cyrenæus ὁ ἀγέλαστος, de quo Ptolem. Hephæst. lib. III, p. 187 ed. West.

ΠΕΡΙ ΡΟΔΟΥ.

1.

Hygin. Poet. Astron. II, 14: *Ophiuchus. Polyzelus autem Rhodius hunc Phorbanta nomine demonstrat, qui Rhodiis auxilio maximo fuisse demonstratur. Nam quum eorum insulam serpentum multitudine occupatam cives Ophiusam appellassent, et in ea multitudine ferarum draco fuisset ingenti magnitudine, qui plurimos eorum interfecisset, et patria denique deserta carere coegisset, dicitur Phorbas, Triopæ filius ex Hiscylla Myrmidonis filia natus, eo tempestate delatus, omnes feras et eum draconem interfecisse, qui quum maxime Apollini dilectus esset, locatus inter sidera dicitur, ut interficiens draconem laudis et memoriæ causa videretur. Itaque Rhodii quotiescunque a litore longius producunt classes, prius sacrificant Phorbantis adventui, talis ut illis eventus inopinatæ virtutis accidat, qualis inscium Phorbanta futuræ laudis ad sidera gloriæ pertulit casus.*

Hiscilla] alii libri *Hiocla*, *Hyocla*, Hiscela, *Hischela*. *Ischylla* probabiliter scribendum esse censet Schneidewinus ad Heraclid. 104, laudato nomine Ἴσχυλλος, quod occurrit in Inscript. (Keil. Anall. p. 170). Ap. Diodor. V, 58 Phorbas Lapithæ et Orsinomes f., jussu Apollinis a Rhodiis ex Thessalia arcessitur. Cf. Müller. *Min.* p. 195. Plura dabit Heffter. in libro De Rhodo.

2.

Athenæus VIII, p. 360 sq.: De Phalantho et Iphiclo narratio, quam v. in fragmentis. Ergiæ Rhodii.

3.

Plutarch. Solon. c. 15, 9: Πρᾶγμα δ' αὐτῷ συμπεσεῖν λέγεται πάντων ἀνιαρότατον ἀπὸ τῆς σεισαχθείας. Ὡς γὰρ ὥρμησεν ἀνιέναι τὰ χρέα καὶ λόγους ἁρμόττοντας ἐζήτει καὶ πρέπουσαν ἀρχήν, ἐκοινώσατο τῶν φίλων οἷς μάλιστα πιστεύων καὶ χρώμενος ἐτύγχανε, τοῖς περὶ Κόνωνα καὶ Κλεινίαν καὶ Ἱππόνικον· ὅτι γῆν μὲν οὐ μέλλει κινεῖν, χρεῶν δὲ ποιεῖν ἀποκοπὰς ἔγνωκεν. Οἱ δὲ προλαβόντες εὐθὺς καὶ φθάσαντες ἐδανείσαντο συχνὸν ἀργύριον παρὰ τῶν πλουσίων καὶ μεγάλας συνεωνήσαντο χώρας· εἶτα τοῦ δόγματος ἐξενεχθέντος τὰ μὲν κτήματα καρπούμενοι, τὰ δὲ χρήματα τοῖς δανείσασιν οὐκ ἀποδιδόντες, εἰς αἰτίαν τὸν Σόλωνα μεγάλην καὶ διαβολήν, ὥσπερ οὐ συναδικούμενον, ἀλλὰ συναδικοῦντα κατέστησαν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν εὐθὺς ἐλύθη τὸ

---

tes, junctis curribus pompam ducunt, universaque civitas in motu spectandique gaudio detinetur. Permulta fiunt hoc die sacrificia, atque amicis omnibus suisque servis convivium exhibent. Neque quisquam est qui sacrificiis non intersit, ita ut tota civitas vacua fiat, universis ad spectaculum effusis.

DE RHODO.

3.

Hoc in negotio traditum est accidisse Soloni rem longe omnium adversissimam. Quum enim statuisset æs alienum remittere sermonemque ei proposito aptum commodumque initium circumspiceret, amicis suis, quibus et maxime fidebat et summopere utebatur, Cononi, Cliniæ et Hipponico indicavit, agros se intactos relicturum, novas autem tabulas facturum. Huic rei antevertentes illi magna pecuniæ vi a divitibus mutuo sumpta, multos agros coemerunt: post decreto publicato, quum ipsi fructus ex agris perciperent, creditoribus autem debitum non redderent, magnis criminibus calumniisque Solonem objecerunt, tanquam non ferendæ, sed faciendæ injuriæ particeps ipse fuisset. Hanc tamen infamiam ipse statim diluit, quinque talentis (tot enim ei debebantur) secundum legem a se primo omnium

ἔγκλημα τοῖς πέντε ταλάντοις· τοσαῦτα γὰρ εὑρέθη δανείζων καὶ ταῦτα πρῶτος ἀφῆκε κατὰ τὸν νόμον. Ἔνιοι δὲ πεντεκαίδεκα λέγουσιν, ὧν καὶ Πολύζηλος ὁ Ῥόδιός ἐστι. Τοὺς μέντοι φίλους αὐτοῦ χρεωκοπίδας καλοῦντες διετέλεσαν.

Num de Solone in Rhodi historia Polyzelus egit? Incerta res est; quanquam excurrendi occasionem præbuisse putaveris Solorum urbs, Ἀχαιῶν καὶ Ῥοδίων κτίσμα τῶν ἐκ Λίνδου (Strabo XIV, p. 671), quam a Solone nomen habere ferunt. Stephan. Byz.: Σόλοι, Κιλικίας πόλις,.. κέκληται ἀπὸ Σόλωνος, ὡς Εὐφορίων ἐν Ἀλεξάνδρῳ (p. 56 ed. Meinek.). Lindium hunc Solonem esse dicit auctor Vit. Arati (p. 57 ed. Westerm.). Contra Atheniensem intellexisse videtur Eustath. ad Dion. Per. 875: Λέγονται δὲ Σόλοι κατά τινας ἀπὸ Σόλωνος, οἱ δὲ Ἀχαιῶν καὶ Ῥοδίων κτίσμα τὴν πόλιν φασί. Sed hæc procul dubio ipsi debentur Eustathio qui sua ex Stephano et Strabone (cujus ipsa verba retinuit) congerens distinxit quæ distinguenda non erant. Nihilominus quum Cypri urbs Soli in Solonis Atheniensis honorem sic nominata esse a Plutarcho dicatur (Solon. c. 26), nescio an idem ad Solos Ciliciæ Polyzelus transtulerit. Cf. Anonymus Περὶ ἀπίστων p. 326 ed. Westerm.: Κροῖσος μετὰ τὴν τοῦ Σόλωνος ἐρώτησιν ἐν Κιλικίᾳ γεγονὼς Σόλους πόλιν ᾤκισεν, ἐν ᾗ καί τινας τῶν Ἀθηναίων κατῴκισεν, οἳ χρόνῳ βαρβαρωθέντες ἐλέγοντο σολοικίζειν.

4.

Hesiod. Op. et D. 9:

Κλῦθι ἰδὼν αἴσων τε, δίκη δ' ἴθυνε θέμιστας,
Τύνη, ἐγὼ δέ κε, Πέρση, ἐτήτυμα μυθησαίμην.

Ad hæc schol. cod. Dorvillii: Τύνη, ὅτι πρὸς τὸν Δία· Πολύζηλος δὲ ἐν τοῖς Ῥοδιακοῖς Τύνην ἄρχοντα Χαλκιδέα φησὶν, ἀφ' οὗ κρίνεσθαι τὸν Ἡσίοδον μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ.

Quid ansam dederit ineptæ isti interpretationi quærendum est in iis, quæ de vita Hesiodi circumferebantur hodie ignorata. Ceterum Τύνης (nisi potius Τύννης, quod proxime accedit ad Τύμνης, nomen patris Histiæi ap. Herodot. V, 37. VII, 98) idem est, ni fallor, qui Bœotica vocis forma Τυννώνδας dicitur Plutarcho in Solon. c. 14, ubi Solonem reprehensum ab amicis esse ait, quod διὰ τοὔνομα δυσωπεῖται τὴν μοναρχίαν, ὥσπερ οὐκ ἀρετῇ τοῦ λαβόντος εὐθὺς ἂν βασιλείαν γενομένην, καὶ γεγενημένην πρότερον μὲν Εὐβοεῦσι Τυννώνδαν, νῦν δὲ Μιτυληναίοις Πιττακὸν ᾑρημένοις τύραννον.

In eadem de Solone narratione Polyzelum Tynnæ Eubœi mentionem injecisse suspicor.

POSIDIPPUS.

ΠΕΡΙ ΚΝΙΔΟΥ.

Clemens Alex. Protr. p. 17, 31 Sylb.: Ἀφροδίτη δὲ ἄλλη ἐν Κνίδῳ λίθος ἦν καὶ καλὴ ἦν· ἕτερος ἠράσθη ταύτης καὶ μίγνυται τῷ λίθῳ. Ποσείδιππος ἱστορεῖ.. ἐν τῷ Περὶ Κνίδου.

Arnobius VI, p. 206: *Consimili ratione Posidippus in eo libro quem scriptum Super Cnido indicat super rebus ejus, adolescentem haud ignobilem memorat, sed vocabulum ejus obscurat, correptum amoribus Veneris propter quam Cnidus in memoria est, amatorias et ipsum miscuisse lascivias, cum ejusdem numinis signo genialibus fusum toris, et voluptatum consequentium finibus.*

Clemens ib. p. 16, 14: Ὁ Πραξιτέλης δέ, ὡς Ποσείδιππος ἐν τῷ Περὶ Κνίδου διασαφεῖ, τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἄγαλμα τῆς Κνιδίας κατασκευάζων, τῷ Κρατίνης τῆς ἐρωμένης εἴδει παραπλήσιον πεποίηκεν αὐτήν, ἵν' ἔχοιεν οἱ δεῖλαιοι τὴν Πραξιτέλους ἐρωμένην προσκυνεῖν.

Arnobius VI, p. 198: *Quis Praxitelem nescit, Posidippi si relegat, ad formam Cratinæ meretricis, quam infelix perdite diligebat, os Veneris Cnidiæ solertiarum coegisse certamine?*

Ceterum vereor ne hæc quæ de Cnidiorum artis operibus traduntur, non ex prosæ orationis opere historico fluxerint, sed ex poemate. Veri enim admodum simile est Posidippum nostrum non diversum esse a Posidippo poeta epico et epigrammatico, cujus sæpe mentionem injecit Athenæus. Atque de artis operibus eum versibus egisse patet ex Tzetz. Hist. VII, v. 665 sqq., ubi quæ de suo narrat Tzetzes (coll. VIII, 633), inepta plane sunt. Cf. etiam epigramma Εἰς τὴν ἐν τῷ Ζεφυρίῳ τιμωμένην Ἀφροδίτην, ap. Athenæum VII, p. 318, D. Ex epigrammate fluxerunt etiam quæ de Aglaide tibicine ejusque voracitate narrat Ælian. V. H. I, 26, uti colligis ex iis quæ similia de Theagene athleta ex eodem laudat Athenæus X, p. 412, D. Ceterum præter Athenæum (ubi v. Schweigh. in Ind.) v. Stephan. Byz. v. Ζέλεια et Βᾶρις.

condonatis. Quidam, in quibus est Polyzelus Rhodius, quindecim talenta in nominibus habuisse Solonem scribunt; amici vero ejus semper χρεωκοπίδαι, *hoc est novarum tabularum auctores*, cognominati sunt.

4.

Polyzelus Tynen archontem Chalcidensem fuisse ait, a quo lis quæ Hesiodo cum fratre erat, judicata sit.

POSSIS MAGNESIUS.

ΜΑΓΝΗΤΙΚΑ.

E LIBRO TERTIO.

Athenæus XII, p. 533, D : Πόσσις δ' ἐν τρίτῳ Μαγνητικῶν τὸν Θεμιστοκλέα φησὶν, ἐν Μαγνησίᾳ τὴν στεφανηφόρον ἀρχὴν ἀναλαβόντα, θῦσαι Ἀθηνᾷ, καὶ τὴν ἑορτὴν Παναθήναια ὀνομάσαι, καὶ Διονύσῳ Χοοπότῃ θυσιάσαντα καὶ τὴν Χοῶν ἑορτὴν αὐτόθι καταδεῖξαι. Cf. Idomenei fr. ex h. l. Ante Schweigh. editt. Πόσις, quod etiam sequente loco contra codd. auctoritatem restitui voluit Casaubonus; nam ὑποκοριστικὸν nomen esse pro *Posidonius*, sicuti *Amphis* pro Amphiaraus.

ΑΜΑΖΟΝΙΣ.

E LIBRO TERTIO.

Idem VII, p. 296, D : Πόσσις δ' ὁ Μάγνης ἐν τρίτῳ Ἀμαζονίδος τῆς Ἀργοῦς φησι δημιουργὸν γενέσθαι τὸν Γλαῦκον, καὶ κυβερνῶντα αὐτὴν, ὅτε Ἰάσων μετὰ τῶν Τυρρηνῶν ἐμάχετο, μόνον ἄτρωτον γενέσθαι ἐν τῇ ναυμαχίᾳ· κατὰ δὲ Διὸς βούλησιν ἐν τῷ τῆς θαλάττης βυθῷ φανῆναι, καὶ οὕτως γενέσθαι θαλάττιον δαίμονα, ὑπὸ μόνου τε Ἰάσονος θεωρηθῆναι.

Prosa oratione Amazonidem scriptam fuisse censet Welckerus De Cycl. p. 320; poeticam fuisse putavit Schweighæuser.; atque tali melius convenit titulus; quanquam nihil hoc decernitur, quum de ætate scriptoris non constet, atque nota res sit serioris ævi auctores prosariis libris sæpe poeticos præfixisse titulos. — De re cf. Müller. *Min.* p. 285 et 264.

PRAXION.

ΜΕΓΑΡΙΚΑ.

E LIBRO SECUNDO.

Harpocratio v. Σκίρον : Καὶ Ἀθηνᾶν δὲ Σκιράδα τιμῶσιν Ἀθηναῖοι, ἣν Φιλόχορος μὲν ἐν δευτέρᾳ Ἀτθίδος (fr. 42) ἀπὸ Σκίρου τινὸς Ἐλευσινίου μάντεως κεκλῆσθαι, Πραξίων δὲ ἐν β' Μεγαρικῶν ἀπὸ Σκίρωνος [τοῦ συνοικίσαντος Σαλαμῖνα].

Eadem Suidas et Photius, unde in schol. Ald. Aristoph. Eccl. 18 transtulit Musurus, additis verbis τοῦ συν. Σαλαμῖνα. Ac sane supplendum esse tale aliquid in aprico est. V. Strabo IX, p. 393; Pausan. 1, 39, 5; Plutarch. Thes. c. 10; Steph. Byz. v. Σκίρος. — Πραξίων] cod. G. Παραξίων. Idem videtur Πραξίλας ap. Eudoc. p. 251 (monente Westermanno ad Voss. p. 491) : Κάρνεα ἑορτὴ Δωρικὴ τελουμένη Καρνείῳ Ἀπόλλωνι κατὰ τὴν Πελοπόννησον ἀπὸ Κάρνου μάντεως κτλ. (v. Theopomp. fr. 171). Ὁ δὲ Πραξίλας ἀπὸ Καρνείου φησὶν ὠνομάσθαι τοῦ Διὸς καὶ Εὐρώπης υἱοῦ, ὃς ἦν ἐρώμενος τῷ Ἀπόλλωνι· Ἁλκμὰν δὲ ἀπὸ Καρνέου τινὸς Τρωικοῦ· Δημήτριος δὲ ἀπὸ τοῦ κρᾶναι, ὅ ἐστι τελέσαι.

Praxitelem quendam, Megarensem, ut videtur, periegetam introducit Plutarchus in Qu. Conv. V, 3, 1, ubi quæritur cur pinus Neptuno et Baccho sacra sit : Πραξιτέλης μὲν οὖν ὁ περιηγητὴς τὸ μυθῶδες ἐπῆρεν, ὡς λεγόμενον εὑρεθῆναι τὸ σῶμα τοῦ Μελικέρτου πίτυι προσβεβρασμένον ὑπὸ τῆς θαλάττης· καὶ γὰρ οὐ πρόσω Μεγάρων εἶναι τόπον, ὃς Καλῆς δρόμος ἐπονομάζεται, δι' οὗ φάναι Μεγαρεῖς τὴν Ἰνὼ τὸ παιδίον ἔχουσαν δραμεῖν ἐπὶ τὴν θάλασσαν.

PROCLES CARTHAGINIENSIS.

Procles, Carthaginiensis, Eucratis filius, quem ex uno Pausania novimus, periegetis, nisi fallor, annumerandus est. Ætas incerta, neque tamen secundum ante Christum natum sæculum superaverit, uti ex iis quæ *Romæ* se vidisse Procles testatur, colligas. Alius Procles est Xenocratis discipulus, de quo v. tom. II, p. 342 in not. ad fragm. Menecratis Elaitæ.

1.

Pausanias II, 21, 6 : Τοῦ δὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ τοῦ Ἀργείων οἰκοδομήματος οὐ μακρὰν χῶμά γῆς ἐστιν· ἐν δὲ

DE REBUS MAGNETUM.

1.

Possis tertio librum Rerum Magneticarum ait Themistoclem Magnesiæ, suscepta coronifera dignitate, Minervæ sacra fecisse, illumque festum diem Panathenæa vocasse; itemque Baccho Choopotæ sacra facientem, Choorum (*Congiorum*) festum ibidem instituisse.

AMAZONIS.

2.

Possis Magnes, tertio libro Amazonidis, navis Argûs architectum fuisse Glaucum tradit, eamque gubernantem, quum Iason pugnaret cum Tyrrhenis, unum absque vulnere e pugna navali discessisse : ex Jovis autem voluntate in fundo maris apparuisse, atque ita marinum deum exstitisse, et ab uno Iasone fuisse conspectum.

MEGARICA.

Sciradem quoque Minervam colunt Athenienses, quam Philochorus secundo Atthidis a Sciro quodam Eleusinio vate, Praxion vero a Scirone, qui Salaminem civibus frequentavit, vocatam dicit.

1.

Non longe ab eo opere, quod in foro Argivorum est, tu-

αὐτῷ κεῖσθαι τὴν Μεδούσης λέγουσι τῆς Γοργόνος κεφαλήν. Ἀπόντος δὲ τοῦ μύθου, τάδε ἄλλα ἐς αὐτήν ἐστιν εἰρημένα· Φόρβου μὲν θυγατέρα εἶναι, τελευτήσαντος δέ οἱ τοῦ πατρὸς, βασιλεύειν τῶν περὶ τὴν λίμνην τὴν Τριτωνίδα οἰκούντων, καὶ ἐπὶ θήραν τε ἐξιέναι καὶ ἐς τὰς μάχας ἡγεῖσθαι τοῖς Λίβυσι, καὶ δὴ καὶ τότε ἀντικαθημένην στρατῷ πρὸς τὴν Περσέως δύναμιν (ἕπεσθαι γὰρ καὶ τῷ Περσεῖ λογάδας ἐκ Πελοποννήσου) δολοφονηθῆναι νύκτωρ, καὶ τὸν Περσέα τὸ κάλλος ἔτι καὶ ἐπὶ νεκρῷ θαυμάζοντα, οὕτω τὴν κεφαλὴν ἀποτεμόντα αὐτῆς, ἄγειν τοῖς Ἕλλησιν ἐς ἐπίδειξιν. Καρχηδονίῳ δὲ ἀνδρὶ Πρόκλει τῷ Εὐκράτους ἕτερος λόγος ὅδε ἐφαίνετο εἶναι τοῦ προτέρου πιθανώτερος. Λιβύης ἡ ἔρημος καὶ ἄλλα παρέχεται θηρία ἀκούσασιν οὐ πιστὰ, καὶ ἄνδρες ἐνταῦθα ἄγριοι, καὶ ἄγριαι γίγνονται γυναῖκες· εἶναί τε ὁ Πρόκλῆς ἀπ' αὐτῶν ἄνδρα ἰδεῖν κομισθέντα ἐς Ῥώμην. Εἶκαζεν οὖν, πλανηθεῖσαν γυναῖκα ἐκ τούτων καὶ ἀφικομένην ἐπὶ τὴν λίμνην τὴν Τριτωνίδα λυμαίνεσθαι τοὺς προσοίκους, ἐς ὃ Περσεὺς ἀπέκτεινεν αὐτήν· Ἀθηνᾶν δέ οἱ συνεπιλαβέσθαι δοκεῖν τοῦ ἔργου, ὅτι οἱ περὶ τὴν λίμνην τὴν Τριτωνίδα ἄνθρωποι ταύτης εἰσὶν ἱεροί.

2.

Idem IV, 35, 3 : Πρόκλῆς δὲ ὁ Καρχηδόνιος, τύχης μὲν χρηστῆς εἵνεκα, καὶ διὰ λαμπρότητα ἔργων, ἔνεμεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Φιλίππου πλέον· τάξαι δὲ ὁπλίτας τε καὶ ἱππικὸν καὶ στρατηγήματα ἐπὶ ἄνδρας πολεμίους εὑρεῖν, Πύρρον ἔφασκεν ἀμείνονα γενέσθαι.

Hæc Pausanias inseruit narrationi de Mothonæis magna calamitate affectis ab Illyriis, qui, everso regum Epirotarum regno, prædabundi in Messeniam appulerunt. Eadem occasione Proclem de Pyrrho monuisse veri simillimum est.

PROTAGORIDES CYZICENUS.

Protagorides fortasse vixit temporibus Antiochi Grypi (qui primum solus, deinde cum Antiocho Cyziceno regnavit inde ab an. 125 a. C.). Is enim quum præ ceteris immani luxu ludos Daphnicos celebraverit (v. Posidon. fr. 31), facile auctor exsistere alicui potuit ut ludorum istorum magnificentiam voluminibus consignaret.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΠΙ ΔΑΦΝΗ ΠΑΝΗΓΥΡΕΩΝ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Athenæus IV, p. 150, C : Τίνα δ' ἦν τὰ Αἰγύπτια δεῖπνα Πρωταγορίδης ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ Δαφνικῶν ἀγώνων διδάσκει ἡμᾶς λέγων οὕτως· « Τρίτη δ' ἐστὶν ἰδέα δείπνων Αἰγυπτιακὴ, τραπεζῶν μὲν οὐ παρατιθεμένων, πινάκων δὲ περιφερομένων. »

E LIBRO SECUNDO.

2.

Idem IV, p. 176, A : Πρωταγορίδης δ' ὁ Κυζικηνὸς ἐν δευτέρῳ Περὶ τῶν ἐπὶ Δάφνῃ πανηγύρεων φησι· « Παντὸς δ' ὀργάνου καταμίτου ἧπται, κροτάλων, ὑποφανοῦ (?) πανδούρου, τῷ τε ἡδεῖ μοναύλῳ τὰς ἡδίστας ἁρμονίας ἀναμινυρίζει. »

3.

Idem IV, p. 183, F : Τοῦ δὲ καλουμένου πανδούρου Εὔφορίων μὲν, ὡς προείρηται, καὶ Πρωταγορίδης ἐν δευτέρῳ Περὶ τῶν ἐπὶ Δάφνῃ πανηγύρεων.

---

mulus terræ consurgit, in quo conditum ferunt Medusæ Gorgonis caput : de qua præter fabulam hæc quoque alia memoriæ prodita sunt. Phorbi eam filiam fuisse : patre mortuo, acceptum ab illo regnum eorum populorum, qui Tritonidem paludem accolunt, tenuisse. Solitam in venationes et pugnas exire cum Libyum, quibus imperabat, manu. Quare quum Persei copiis, quas ille lectissimas ex Peloponneso adduxerat, acie occurrisset, noctu per insidias oppressam. Mortuæ pulchritudinem admiratum Perseum, præcisum caput, ut spectaculo esset, in Græciam reportasse. At Procli Carthaginiensi, Eucratis filio, veri fere similior illa priore historia hæc videbatur. In Africæ desertis bestias gigni multas mirabili specie et incredibili, ferosque ibi viros et feminas esse : ac virum se Romam illinc deportatum vidisse testatur. Conjiciebat itaque ex illis feminis unam fuisse Medusam : quæ quum a suis gregibus aberrans venisset ad Tritonidem paludem, ejus accolas male mulctarit, usque dum a Perseo esset occisa. Adjutricem vero Perseo Minervam fuisse idcirco esse proditam, quod, qui Tritonidem lacum accolunt homines, Minervæ sacri sunt.

2.

Pyrrhum Procles Carthaginiensis fortunæ et rerum gestarum Alexandro Philippi filio inferiorem fuisse testatur : in disponendis vero in acie peditum equitumque copiis, et item capiendi consilii, quo hostis caperetur, arte illo multo meliorem.

DE LUDIS DAPHNICIS.

E LIBRO PRIMO.

1.

Quales fuerint cœnæ Ægyptiæ docet nos Protagorides primo libro De ludis Daphnicis, ubi sic ait : « Tertium est genus cœnarum, Ægyptiarum : in quo cibi non imponuntur mensæ, sed circumferuntur patinæ. »

E LIBRO SECUNDO.

2.

Protagorides Cyzicenus libro secundo De ludis ad Daphnen (*suburbanum Antiochiæ Syriacæ*) celebratis ait : « Omni vero instrumento fidibus intenso canit, crotalis, humilem sonum edente panduro; dulcique monaulo suavissimas harmonias cantillat. »

3.

Panduræ instrumenti Euphorio, ut dixi, et Protagorides secundo De ludis Daphnicis meminerunt.

ΚΩΜΙΚΑΙ ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

E LIBRO SECUNDO.

4.

Athenæus III, p. 124, D: Πρωταγορίδης δ' ἐν δευτέρῳ τῶν Κωμικῶν ἱστοριῶν, τὸν Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως κατὰ τὸν ποταμὸν διηγούμενος πλοῦν, λέγει τι καὶ περὶ ἐπιτεχνήσεως ψυχρῶν ὑδάτων, ἐν τούτοις· « Τὴν γὰρ ἡμέραν ἀνηλιάζοντες αὐτὸ, τῆς νυκτὸς ἀπηθοῦντες τὸ παχύτατον, τὸ λοιπὸν ἐξαιθριάζουσιν ἐν ὑδρίαις κεραμέαις ἐπὶ τῶν μετεωροτάτων μερῶν τῆς οἰκήσεως, δι' ὅλης τε τῆς νυκτὸς δύο παῖδες ὕδατι τὰ τεύχη καταρραίνουσιν. Ὄρθρου δὲ καθαιροῦντες, καὶ τὴν ὑποστάθμην πάλιν ὑποσπῶντες, λεπτόν τε ποιοῦντες αὐτὸ καὶ πρὸς ὑγίειαν οἷον ἄριστον, ἐν ἀχύροις τιθέασι τὰς ὑδρίας, εἶθ' οὕτως χρῶνται, χιόνος οὐδ' ἡντινοῦν χρείαν ἔχοντες. » Quemnam Antiochum auctor intellexerit, quæritur.

Πρωταγορίδου Ἀκροάσεις ἐρωτικὰς inter similis argumenti libros recenset Athenæus p. 162, C.

PROTARCHUS TRALLIANUS.

Macrobius Sat. I, 7 : *Regionem istam, quæ nunc vocatur Italia, regno Janus obtinuit, qui ut Hyginus, Protarchum Trallianum secutus, tradit, cum Camese æque indigena terram hanc ita participata potentia possidebat, ut regio Camesene, oppidum Janiculum vocitaretur.*

Stephan. Byz. : Ὑπερβόρειοι, ἔθνος. Πρώταρχος δὲ τὰς Ἄλπεις Ῥίπαια ὄρη οὕτω προσηγορεῦσθαι, καὶ τοὺς ὑπὲρ τὰ Ἄλπεια ὄρη κατοικοῦντας πάντας Ὑπερβορέους ὀνομάζεσθαι. Cf. Müller, *Dor.* I, p. 277.

Alios Protarchos v. ap. Strabon. XIV, 658; Celsum V, 18. 28. VIII, 20; Philopon. in Aristot. Phys. p. 3; Simplic. ad eund. p. 78; Themist. ad Arist. p. 27; Euseb. P. E. p. 629. 770. 771, etc. De Protarcho geographo, qui γεωμετρίαν τῆς οἰκουμένης libris sex composuit, suo dicemus loco.

PTOLEMÆUS MENDESIUS.

ΑΙΓΥΠΤΙΑΚΑ. ΧΡΟΝΙΚΑ.

1.

Tatianus Or. ad Gr. c. 59 : Αἰγυπτίων δ' εἰσὶν ἀκριβεῖς χρόνων ἀναγραφαί. Καὶ τῶν κατ' αὐτοὺς γραμμάτων ἑρμηνεὺς Πτολεμαῖος, οὐχ ὁ βασιλεὺς, ἱερεὺς δὲ Μένδητος (sic), οὗτος τὰς τῶν βασιλέων πράξεις ἐκτιθέμενος, κατὰ Ἄμωσιν Αἰγύπτου βασιλέα γεγονέναι Ἰουδαίοις φησὶ τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν εἰς ἅπερ ἤθελον χωρία, Μωσέως ἡγουμένου. Λέγει δὲ οὗτος· « Ὁ δὲ Ἄμωσις ἐγένετο κατὰ τὸν Ἶναχον τὸν βασιλέα. » Μετὰ δὲ τοῦτον Ἀπίων... φησὶν ὅτι κατέσκαψε τὴν Αὔαριν Ἄμωσις, κατὰ τὸν Ἀργεῖον γενόμενος Ἶναχον, ὡς ἐν τοῖς Χρόνοις ἀνέγραψεν ὁ Μενδήσιος Πτολεμαῖος. Eadem afferunt ex Tatiano Clemens Alex. Strom. I, 21, p. 138, 23 Sylb. et Euseb. P. E. p. 493, D. 497, A. Adde Euseb. Chron. p. 490; Syncell. p. 65, A; Cyrill. C. Jul. I, 15; Justin. Mart. Coh. ad Gent. p. 9 Par. Ceterum Clemens l. l. addit hæc : Ὁ δὲ Πτολεμαῖος οὗτος ἱερεὺς μὲν ἦν, τὰς δὲ τῶν Αἰγυπτίων βασιλέων πράξεις ἐν τρισὶν ὅλαις ἐκθέμενος βίβλοις. De quibus quum ap. Tatianum nihil legatur, fortasse cum Ptolemæo confunditur Manetho, quem nonnullos Mendesium dixisse supra vidimus. Mentionem Ptolemæi tanquam Ægyptiorum scriptoris injicit etiam Tertullianus Apolog. c. 19.

2.

Schol. ad Odyss. IV, 228 : Φάρμακα.. τά οἱ (Ἑλένῃ) Πολύδαμνα πόρεν, Θῶνος παράκοιτις Αἰγυπτίη] Ἐκείνην Θοῦριν Πτολεμαῖος ἐν τῷ πρώτῳ (?) Χρόνῳ (Χρονικῶν Barnes.) φησί.

4.

Protagorides, secundo libro Comicarum Historiarum, Antiochi regis in flumine navigationem enarrans, nonnihil etiam de artificiosa aquæ refrigeratione tradit, his verbis : « Interdiu aquam insolantes, et sub noctem quod crassissimum est colo secernentes, reliquum urnis fictilibus exceptum in excelsissima ædium parte aeri exponunt, et duo pueri tota nocte aqua irrigant vasa. Diluculo tollunt, et sedimento denuo detracto ita tenuem reddunt aquam, ut ad bibendum sit saluberrima : quo facto, in paleis recondunt urnas; et sic deinde ea aqua utuntur, ut nive prorsus non indigeant. »

Protarchus Alpes fuisse Rhipæos montes nominatos, et trans Alpes qui habitent, eos omnes vocari Hyperboreos.

DE REBUS ÆGYPTIORUM.

1.

Ægyptiorum accurati sunt temporum recensus. Scriptorumque, quæ apud eos sunt, interpres Ptolemæus, non rex ille, sed sacerdos Mendesius, res gestas regum exponens, sub Amosis regno Judæis concessum esse, ut Ægypto relicta, quo vellent abirent, ducente Mose. Dicit vero : « Amasis hic regnavit Inachi temporibus. » Post Ptolemæum denique Apio dicit Amasin, Inachi Argivi æqualem, evertisse Auarin, testemque ejus rei apponit Mendesium Ptolemæum.

2.

Polydamnæ maritum, quem Homerus Thonem dicit, Ptolemæus in primo Chronicorum Thumin appellat.

Vossius Hist. Gr. p. 226 : « Facile assentio amicissimo... Meursio, qui eundem Ptolemæum intelligit in illis Ammonii verbis De diff. voc. : Ἰδουμαῖοι καὶ Ἰουδαῖοι διαφέρουσιν, ὥς φησι Πτολεμαῖος ἐν πρώτῳ Περὶ Ἡρώδου τοῦ βασιλέως. Quodsi de Herode scripsit, Augusto esse antiquior non potest; nam Herodes iste sine dubio est Herodes Magnus, qui annis quattuordecim decessit ante obitum Augusti. At Mendesii Ptolemæi meminit Apion, qui sub Tiberio jam maximi nominis erat. Quare hinc verisimile fit, Augusti et fortasse etiam Tiberii tempore vixisse, præsertim quum ante Apionem nec multæ adeo lectionis Strabo nec veterum alius, quod sciam, meminerit hujus Ptolemæi. » — Westermanno ad h. l. verba Ammonii sapere videntur Ptolemæum Ascalonitam, cujus testimonio usus etiam Ammon. v. σταφύλην et τριτής. At de historico aliquo hujus grammatici opere non constat. Cogitari possit de Ptolemæo fratre Nicolai Damasceni.

PYRRHANDER.

ΠΕΛΟΠΟΝΝΗΣΙΑΚΑ.

1.

Plutarch. Par. min. c. 37 : Μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν Ἀγαμέμνων μετὰ Κασσάνδρας ἀνῃρέθη. Ὀρέστης δὲ παρὰ Στροφίῳ ἀνατραφεὶς τοὺς φονεῖς τοῦ πατρὸς ἐτιμωρήσατο· ὡς Πύρανδρος (Πύρρανδρος?) ἐν τετάρτῳ Πελοποννησιακῶν.

2.

Tzetzes ad Lycophr. 1339 : Ἡ γὰρ μήτηρ τοῦ Ἀλεξάνδρου, ἡ Ὀλυμπιάς, εἰς Πύρρον τὸν Ἀχιλλέως καὶ Ἕλενον τὸν Πριάμου τὸ γένος ἀνέκαθεν ἀνέφερεν, ὥς φησι Θεόπομπος (fr. 232) καὶ Πύρανδρος. Ἀνάγει δὲ τὸ γένος ὁ μὲν Πύρρος εἰς Αἰακὸν, ὁ δὲ Ἕλενος εἰς Δάρδανον. Cf. Justin. XVII, 3.

« Fortasse legendum Πείσανδρος. Cf. *Bibl. d. alt. Lit. u. Kst.* II, p. 164 et Heyne ad Virgil. Æn. II, p. 233. » Müller. Qua conjectura facile caremus. Fortasse Μακεδονικά vel Ἠπειρωτικά Pyrrhander scripsit. Quamquam poterant hæc etiam in eo Πελοποννησιακῶν loco legi, quo de Pyrrhi in Pelop. rebus gestis sermo erat.

3.

Vita Hom. ed. Yriart.: Πύρανδρος (cod. Ὕρανδρος) δὲ καὶ Ὑψικράτης ἡλικώτην (sc. Ἡσιόδου τὸν Ὅμηρον γεγονέναι φασί). Scripsisse Pyrrhander videtur Περὶ ποιητῶν καὶ μουσικῶν.

ΠΕΡΙ ΑΥΛΗΤΩΝ.

Athenæus XIV, p. 634, D : Aristarchus grammaticus γένος αὐλοῦ φησιν εἶναι τὸν μάγαδιν. Nihil de his Aristoxenus, nihil Archestratus. Οὐκ εἶπε δὲ τοῦτο οὐδὲ Πύρρανδρος ἐν τῷ Περὶ αὐλητῶν, οὐδὲ Φίλλις ὁ Δήλιος.

PYRGION.

ΚΡΗΤΙΚΑ ΝΟΜΙΜΑ.

E LIBRO TERTIO.

Athenæus IV, p. 143, E : Πυργίων δ' ἐν τρίτῳ Κρητικῶν Νομίμων « Ἐν τοῖς συσσιτίοις (φησὶν) οἱ Κρῆτες καθήμενοι εὐσιτοῦσι· » καὶ ὅτι ἀβαμβάκευτα τοῖς ὀρφανοῖς παρατίθεται· καὶ ὅτι οἱ νεώτατοι αὐτῶν ἑστῶσι διακονοῦντες· καὶ ὅτι μετ' εὐφημίας σπείσαντες τοῖς θεοῖς μερίζουσι τῶν παρατιθεμένων ἅπασιν· ἀπονέμουσι δὲ καὶ τοῖς υἱοῖς, κατὰ τὸν θᾶκον τοῦ πατρὸς ὑφιζάνουσιν, ἐξ ἡμισείας τῶν τοῖς ἀνδράσι παρατιθεμένων. Τοὺς δ' ὀρφανοὺς ἰσομερεῖς εἶναι· παρατίθεται δ' αὐτοῖς ἀβαμβάκευτα τῇ χράσει καθ' ἕκαστα τῶν νενομισμένων. Ἦσαν δὲ καὶ ξενικοὶ θᾶκοι καὶ τράπεζα

1.

PELOPONNESIACA.

Post Ilii excidium Agamemno cum Cassandra interfectus est. Orestes autem apud Strophium educatus, occisores patris ultus est. Pyrander quarto Peloponnesiacorum.

2.

Mater Alexandri Olympias genus deducebat a Pyrrho Achillis, et ab Heleno Priami filio, ut ait Theopompus et Pyrander.

3.

Pyrander et Hypsicrates Homerum Hesiodi æqualem fuisse dicunt.

CRETICA INSTITUTA.

Pyrgion tertio libro Institutorum Cretensium, ait : « In Syssitiis sedentes Cretenses hilariter epulantur. » Orphanis cibos apponi ait nullo lenocinio conditos; ætate minimos autem adstare ministerium facientes. Fausta precati diis, distribuunt inter omnes fercula apposita : etiam filiis, post patrum sedes assidentibus, partem tribuunt dimidiam eorum quæ viris apposita sunt. Orphanis vero portio æqualis (atque viris) apponitur de omnibus quæ ex instituto apponi solent; sed horum quidem portio nullo artificio aut exquisita mixtura condita est. Erant vero etiam sedes hospitibus destinatæ, et tertia mensa, ad dextram

τρίτη δεξιᾶς εἰσιόντων εἰς τὰ ἀνδρεῖα· ἣν ξενίου τε Διὸς ξενίαν τε προσηγόρευον. Cf. Müller. *Dor.* II, p. 274, 278.

PYRRHO LIPARÆUS. V. Pisistratus Liparæus p. 478.

PYTHÆNETUS.

ΑΙΓΙΝΗΤΙΚΑ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Tzetzes ad Lyc. 175, p. 446 ed. Müll. : Ἡ Αἴγινα πρότερον Οἰνώνη ἐλέγετο ἀπὸ Οἰνώνης τῆς Βουδίωνος θυγατρὸς, καθά φησι Πυθαίνετος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Αἰγινητικῶν. V. C. O. Müller. Æginetic. p. 8; Heyn. ad Apollodor. III, 12, 6.

2.

Schol. Pind. Nem. VI, 63 : Βασσίδαισιν] Ὁ Δίδυμός φησι· Προσήκει γράφειν Βουδίδαι· γενέσθαι γάρ τινα Βουδίωνα ἐν Αἰγίνῃ, ἀφ' οὗ κατάγεσθαι γενεὰν τὴν Βουδιδῶν· μνημονεύειν δέ φασι (φησι?) τοῦ Βουδίωνος Πυθαίνετον ἐν πρώτῳ Αἰγινητικῶν γράφοντα οὕτως· « Περὶ δὲ ταῦτα τούτων λεγομένων λίγεται Βουδίωνα τυγχάνειν διηνεγμένον πρὸς Οἰνώνην τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα. »

3.

Schol. Apoll. Rh. IV, 1712 : Νῆσος ἡ Ἱππουρὶς πλησίον Θήρας. Μνημονεύει δὲ αὐτῆς καὶ Τιμοσθένης, καὶ Πυθαίνετος ἐν πρώτῳ Περὶ Αἰγίνης. Cf. Müller. Ægin. p. 84.

4.

Sch. Pind. Ol. IX, 107 : Πυθαίνετος δὲ Διὶ συνελθοῦσαν Αἴγιναν γεννῆσαι Αἰακὸν καὶ Δαμοκράτειαν, ἣν γαμηθῆναι Ἄκτορι ἐν Θεσσαλίᾳ καὶ τεκεῖν Μενοίτιον· ὕστερον δὲ τοῦτον εἰς Ὀποῦντα ἐλθεῖν. Συγγενὴς γὰρ ὑπῆρχε τοῦ Λοκροῦ.

5.

Schol. Pind. Nem. V, 81 : Παρ' Αἰγινήταις Δελφίνιος μὴς ἄγεται Δελφινίου Ἀπόλλωνος ἱερὸς, ἐν ᾧ ἴσως φησὶ γεγενῆσθαι τὰ Νέμεα. Περιλῆσθαι γάρ φησι τὸν μῆνα τοῦτον ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος. Καὶ εἴη ἂν ὁ μὲν οὗτος, ἐν ᾧ θύουσιν Αἰγινῆται Ἀπόλλωνι οἰκιστῇ καὶ δωματίτῃ, καθά φησι Πυθαίνετος. Cf. Müller. l. l. p. 150.

E LIBRO TERTIO.

6.

Athenæus XIII, p. 589, F : Πυθαίνετος ἐν τρίτῳ Περὶ Αἰγίνης Περίανδρόν φησιν, ἐξ Ἐπιδαύρου τὴν Προκλέους θυγατέρα Μέλισσαν ἰδόντα, Πελοποννησιακῶς ἠσθημένην (ἀναμπέχονος γὰρ καὶ μονοχίτων ἦν, καὶ ὠνοχόει τοῖς ἐργαζομένοις), ἐρασθέντα γῆμαι. Cf. Müller. Ægin. p. 63 sq.; *Dor.* II, p. 265.

PYTHAGORÆ (Orthagoræ), qui De mari Rubro scripsit, fragmenta exhibebimus in fragmentis Geographorum.

PYTHERMUS EPHESIUS.

Pythermus Ephesius vixit post Antiochum I vel II (fr. 2) et ante Hegesandrum Delphum (fr. 3), quem non ante regnum Antiochi Magni scripsisse scimus, quemque non ita multo post Antiochum M. vixisse conjecimus. Pythermi igitur ætatem circumscribi putamus eo tempore quod inter regnum Antiochi Dei et finem Antiochi Magni interjectum

---

ingredientibus cœnacula, quam *Jovis hospitalis*, et *Hospitalem mensam* vocabant.

ÆGINETICA.

1.

Ægina olim Œnone vocabatur ab Œnone Budionis filia, ut ait Pythænetus primo Ægineticorum.

2.

Didymus ait scribendum apud Pindarum esse *Budidæ*: fuisse enim Budionem quendam in Ægina, a quo Budidarum genus originem duxisse. Meminisse vero aiunt Budionis Pythænetum primo Ægineticorum ita scribentem : « Dum de his hæc dicebantur, Budioni ferunt dissidium intercessisse cum Œnone filia sua. »

3.

Hippuris insula est prope Theram sita, cujus meminit Timosthenes et Pythænetus primo De Ægina.

4.

Pythænetus e Jove Æginam peperisse dicit Æacum et Damocratiam, quæ nupserit Actori in Thessalia, eique Menœtium pepererit. Postea vero hunc venisse Opuntem; nempe cognatus fuit Locri.

5.

Apud Æginetas Delphinius mensis est sacer Apollini Delphinio; hoc fortasse Nemea fuisse dicit; nam carum hunc mensem Apollini ait. Porro hic fuerit mensis quo Æginetæ Apollini conditori et domestico sacra faciunt, ut ait Pythænetus.

6.

Pythænetus tertio libro De Ægina ait, Periandrum, cum Proclis Epidaurici filiam Melissam vidisset Peloponnesiaco cultu vestitam (sine stola enim erat, simplicem tunicam induta, et vinum fundebat operariis), amore ejus fuisse captum et uxorem eam duxisse.

est (246–181). — De *Pythermo Teio* poeta v. Athen. XIV, p. 625, C. Prov. cod. Bodl. 700 et cod. Vat. III, 14. Cf. Schneidewin. ad Hippon. fr. 21. *Pythermum Phocæensem* habes ap. Herodot. I, 152.

ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

1.

Athenæus II, p. 44, C : Πύθερμος δὲ ἐν τοῖς Πειραιῶς τυραννεύουσι καταγράφει καὶ Γλαύκωνα ὑδροπότην. Ἡγήσανδρος δὲ (fr. 24) etc.

2.

E LIBRO OCTAVO.

Idem VII, p. 289, F : Καὶ Θεμίσων δ' ὁ Κύπριος, τὰ Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως παιδικά, ὥς φησι Πύθερμος ὁ Ἐφέσιος ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν Ἱστοριῶν, οὐ μόνον ἐν ταῖς πανηγύρεσιν ἀνεκηρύττετο, Θεμίσων Μακεδὼν, Ἀντιόχου βασιλέως Ἡρακλῆς, ἔθυον δὲ αὐτῷ πάντες οἱ ἐγχώριοι, ἐπιλέγοντες Ἡρακλεῖ Θεμίσωνι, καὶ παρῆν αὐτὸς, ὁπότε τις τῶν ἐνδόξων θύοι, καὶ ἀνέκειτο, στρωμνὴν καθ' αὑτὸν ἔχων, ἠμφιεσμένος λεοντῆν· ἐφόρει δὲ καὶ τόξα Σκυθικὰ καὶ ῥόπαλον ἐκράτει.

Ἀντιόχου] Antiochum I Soterem intelligit Schweighæuser.; A. II Deum Niebuhr. Opusc. p. 268. Cf. Phylarch. fr. 7. Droysen. *Hellenism.* II, p. 206. 280.

3.

Idem II, p. 51, F : V. Hegesandri Delphi fr. 41.

4.

Sotionis Paradox. c. 34, p. 189 ed. Westerm. : Πύθερμός φησιν· « Ἐάν τις σκύφον εἰς τὰς τοῦ Στρύμονος ποταμοῦ δίνας ἐμβάλῃ, τοῦτον εὑρήσει ἐν τῇ περὶ Ἀπολλωνίαν λίμνῃ. »

PYTHOCLES SAMIUS.

ITALICA.

E LIBRO TERTIO.

1.

Plutarch. Par. min. c. 14 : Ποίνων καὶ Σικελιωτῶν τὴν κατὰ Ῥωμαίων συμμαχίαν ἑτοιμαζόντων, Μέτελλος στρατηγὸς μόνῃ τῇ Ἑστίᾳ οὐκ ἔθυσεν· ἡ δὲ πνεῦμα ἀντέπνευσε ταῖς ναυσί. Γάϊος δὲ Ἰούλιος μάντις εἶπε λωφῆσαι, ἐὰν προθύσῃ τὴν θυγατέρα. Ὁ δ' ἀναγκασθεὶς Μεταλίαν τὴν θυγατέρα προσῆγεν· ἡ δὲ Ἑστία ἐλεήσασα, ὰμαλιν ὑπέβαλε, καὶ αὐτὴν ἐκόμισεν εἰς Λαμούσιον, καὶ ἱέρειαν τοῦ σεβομένου παρ' αὐτοῖς δράκοντος ἀπέδειξεν· ὡς Πυθοκλῆς ἐν τρίτῃ Ἰταλικῶν.

E LIBRO QUARTO.

2.

Clem. Al. Str. I, p. 144, 47 : Θεόπομπος δὲ καὶ Ἔφορος καὶ Τιμαῖος Ὀρθαγόραν τινὰ μάντιν ἀναγράφουσι, καθάπερ ὁ Σάμιος Πυθοκλῆς ἐν τετάρτῳ Ἰταλικῶν Γάϊον Ἰούλιον Νέπωτα.

ΓΕΩΡΓΙΚΑ.

E LIBRO TERTIO.

3.

Plutarch. Par. min. 41 : Ἡγησίστρατος, ἀνὴρ Ἐφέσιος, ἐμφύλιον φόνον δράσας, ἔφυγεν εἰς Δελφοὺς, καὶ ἠρώτα τὸν θεὸν, ποῦ οἰκήσειεν. Ὁ δ' Ἀπόλλων ἀνεῖπεν, ἔνθα ἂν ἴδῃ χορεύοντας ἀγροίκους θαλλοῖς ἐλαίας ἐστεφανωμένους. Γενόμενος δὲ κατὰ τὸν τόπον τῆς Ἀσίας, καὶ θεασάμενος φύλλοις ἐλαίας ἐστεφανω-

HISTORIÆ.

1.

Pythermus inter eos qui in Piræeo tyranni erant, etiam Glauconem aquæ potatorem recenset.

2.

Etiam Themison Cyprius, Antiochi regis amasius, ut scribit Pythermus Ephesius octavo Historiarum, non modo in publicis hominum conventibus hac formula proclamatus est : *Themison Macedo, Antiochi regis Hercules*, sed et sacra ei faciebant indigenæ omnes, acclamantes : *Themisoni Herculi!* Et quoties ex illustribus aliquis sacra faceret, aderat ipse seorsim sublimi in lecto cubans, leonis pelle vestitus. Gestabatque etiam Scythicum arcum, et clavam manu tenebat.

4.

Pythermus ait, « Si quis poculum in Strymonis fluvii gurgites injecerit, receperit eum in lacu ad Apolloniam. »

ITALICA.

1.

Quum Pœni societatem cum Siculis adversus Romanos machinarentur, Metellus Romanorum dux soli Vestæ rem sacram non fecit : ea ventum classi adversum immisit. Caius autem Julius haruspex cessaturum edixit, si filiam dux immolasset. Coactus itaque hic filiam Metaliam produxit mactatum. Vesta ejus miserta, buculam in ejus locum submisit, ipsamque Lamusium detulit, et draconis qui ibi colitur antistitam fecit. Sic Pythocles tertio Italicorum.

2.

Theopompus et Ephorus et Timæus Orthagoram quendam vatem commemorant, sicuti Pythocles Samius quarto Italicorum Caium Julium Nepotem.

GEORGICA.

3.

Hegesistratus Ephesius civili nece perpatrata Delphos fugit, scitatusque deum est, ubinam locorum sedem poneret.

μένους γεωργοὺς καὶ χορεύοντας, ἔκτισεν αὐτοῦ πόλιν, καὶ ἐκάλεσεν Ἐλαιοῦντα· ὡς Πυθοκλῆς ὁ Σάμιος ἐν τρίτῳ Γεωργικῶν.

ΠΕΡΙ ΟΜΟΝΟΙΑΣ.

4.

Clem. Al. Protr. p. 12, 36 Sylb. : Φωκαεῖς δὲ Πυθοκλῆς ἐν τρίτῳ Περὶ ὁμονοίας τῇ ταυροπόλῳ Ἀρτέμιδι ἄνθρωπον ὁλοκαεῖν ἱστορεῖ.

SCAMON MYTILENÆUS.

Scamon, qui Περὶ εὑρημάτων duobus minimum libris scripsit, oriundus fuit ex Mytilene urbe Lesbia. Ita enim Clemens Alexandrinus (fr. 4). Nomen scriptoris ap. Athenæum p. 637, B, in nonnullis codd. est Σκάμνων, quod ortum est ex Σκάμμων uti vulgo legitur apud Eusebium P. E. p. 476. Verior forma est Σκάμων. Cf. Suidas : Σκάμων, ὄνομα κύριον. Apostolius XX, 29 exhibet Κάμων, quæ nominis forma, quamvis ap. Apostolium scribarum negligentiæ deberi putaverim, non caret tamen exemplis, ut eam dialectica varietate niti diceres. Sic ap. Suidam pater Charaxi *Mytilenæi* et Sapphûs poetriæ dicitur Κάμων, quum apud Herodotum (II, 135) nominetur Σκαμανδρώνυμος. Ex quorum locorum comparatione patet Κάμων idem esse quod Σκάμων, quæ est forma diminutiva vocis Σκαμανδρώνυμος. Similiter κάμων pro σκαμωνία (σκαμμωνία) dixit Nicander Alex. 484, ubi schol.: Τὸ κάμωνος κατ' ἐνδειαν τοῦ σ· λέγει δὲ τὸν σκαμωνίας χυλόν. Cum Κάμων confer simile nomen Κάμμης ap. Demosthen. p. 1019,19 : Κάμμῃ τῷ τυραννοῦντι Μυτιλήνης. Literæ μ duplicatio nullius momenti. Sic idem, ut videtur, nomen scribitur Καμμῦς ap. schol. Dionys. in Bekk. An. p. 857,7, et Καμῦς ap. Chœrob. ib. p. 1195 et Dracon. p. 104. — Ut ad Scamonem redeam, aliud ejus nominis exemplum præbet Suidas : Ἑλλάνικος, Μυτιληναῖος, υἱὸς, οἱ μὲν Ἀριστομένους, οἱ δὲ Σκάμωνος, οὗ ὁμώνυμον ἔσχεν υἱόν.

Putari igitur possit Nostrum esse filium Hellanici antiqui istius historici. Ac satis vetustum scriptorem esse inde quoque collegeris, quod apud Clementem (fr. 5) inter varios Εὑρημάτων scriptores primo ponitur loco, et ab Athenæo (fr. 3) cum Ephoro compositum habes. Verum Clemens in recensendis auctoribus ordinem chronologicum minime observavit. Deinde vero ii, qui Hellanicum patrem et filium Scamonis dixerunt, non de logographo cogitasse, sed alium quendam serioris ævi scriptorem intellexisse videntur; recteque Eudocia egerit verba οἱ δὲ Σκάμμωνος... υἱὸν omittens. De his pluribus disseruimus in Vit. Hellanici p. XXVI, ubi conjecimus posterioris Hellanici mentionem fieri apud Suidam verbis hisce : Σάνδων (an Σκάμων?), Ἑλλανίκου, φιλόσοφος. Ἔγραψεν Ὑποθέσεις εἰς Ὀρφέα, βιβλίον α'. Utut est, qui pater fuerit Scammonis nostri certius dici nequit.

ΕΥΡΗΜΑΤΑ.

1.

E LIBRO PRIMO.

Athenæus XIV, p. 630, B : Σκάμων δ' ἐν πρώτῳ Περὶ εὑρημάτων, σίκιννιν αὐτὴν εἰρῆσθαι ἀπὸ τοῦ σείεσθαι· καὶ πρῶτον ὀρχήσασθαι τὴν σίκιννιν Θέρσιππον.

2.

E LIBRO SECUNDO.

Suidas Lex. Φοινικήϊα γράμματα : Λυδοὶ καὶ Ἴωνες τὰ γράμματα ἀπὸ Φοίνικος τοῦ Ἀγήνορος τοῦ εὑρόντος ἔλαβον· τούτοις δὲ ἀντιλέγουσι Κρῆτες ὡς εὑρέθη ἀπὸ τοῦ γράφειν ἐν φοινίκων πετάλοις· Σκάμων δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Εὑρημάτων ἀπὸ Φοινίκης τῆς Ἀκταίονος ὀνομασθῆναι· μυθεύεται δ' οὗτος ἀρσένων μὲν παίδων ἄπαις γενέσθαι δ' αὐτῷ θυγατέρας Ἄγλαυρον, Ἕρσην, Πάνδροσον, Φοινίκην· τὴν δὲ Φοινίκην ἔτι παρθένον οὖσαν τελευτῆσαι· διὸ καὶ Φοινικήϊα καλέσαι γράμματα τὸν

Respondit Apollo, ibi ubi rusticos visurus esset choreas ducere frondibus olivæ coronatos. Quod quum ille in quadam Asiæ regione deprehendisset, urbem ibi condidit, et (ab oleis) Elæuntem appellavit. Sic Pythocles narrat tertio Georgicorum.

DE CONCORDIA.

4.

Phocæenses Pythocles tertio De concordia Dianæ Tauropolo hominem integrum comburere narrat.

INVENTIONES.

1.

Scamon primo libro De inventionibus, *sicinnin* nomen invenisse ait a *quatiendo* (σείεσθαι), primumque qui sicinnin saltaverit, fuisse Thersippum.

2.

Lydi et Iones Phœnicias literas acceperunt a Phœnice Agenoris filio, qui eas invenerit. His refragantur Cretenses, dicentes inde nominari quod primum scripta sint in palmarum (φοινίκων) foliis. Scamon vero in secundo Inventionum nomen habere ait a Phœnice, Actæonis filia. Fabulantur enim Actæonem mascula prole carentem filias habuisse, Aglaurum, Hersen, Pandrosum et Phœnicen. Phœnicen virginem adhuc diem obiisse; quare Actæonem Phœnicias literas appellasse, ut sic honorem filiæ tribueret.

Ἀχταίονα, βουλόμενόν τινος τιμῆς ἀπονεῖμαι τῇ θυγατρί. Eadem Photius et Apostol. XX, 29 (ubi Κάμων).

EX LIBRIS INCERTIS.

3.

Athenæus XIV, p. 637, B : Φοίνικα δὲ τὸ ὄργανον Ἔφορος καὶ Σκάμων ἐν τοῖς Περὶ εὑρημάτων ὑπὸ Φοινίκων εὑρεθέντα ταύτης τυχεῖν τῆς προσηγορίας.

4.

Idem XIV, 637, B : Τῇ σαμβύκῃ πρώτην φησὶ χρήσασθαι Σίβυλλαν Σκάμων ὁ προειρημένος· ὀνομασθῆναι δ' αὐτὴν εὑρεθεῖσαν ὑπὸ Σάμβυκος τινός.

5.

Clemens Alex. Strom. I, 74, p. 132 S. : Αἰγύπτιοι γοῦν πρῶτοι ἀστρολογίαν εἰς ἀνθρώπους ἐξήνεγκαν, ὁμοίως δὲ καὶ Χαλδαῖοι. Αἰγύπτιοι λύχνους τε αὖ καίειν πρῶτοι κατέδειξαν καὶ τὸν ἐνιαυτὸν εἰς δώδεκα μῆνας διεῖλον καὶ ἐν ἱεροῖς μίσγεσθαι γυναιξὶν ἐκώλυσαν, μηδ' εἰς ἱερὰ εἰσιέναι ἀπὸ γυναικὸς ἁλούστους ἐνομοθέτησαν, γεωμετρίας τε αὖ εὑρεταὶ γεγόνασιν. Εἰσὶν δὲ οἱ Κᾶρας τὴν δι' ἀστέρων πρόγνωσιν ἐπινενοηκέναι λέγουσιν. Πτήσεις δὲ ὀρνίθων παρεφυλάξαντο πρῶτοι Φρύγες· καὶ θυτικὴν ἠκρίβωσαν Τοῦσκοι Ἰταλίας γείτονες. Ἴσαυροι δὲ καὶ Ἄραβες ἐξεπόνησαν τὴν οἰωνιστικήν, ὥσπερ Τελμισεῖς τὴν δι' ὀνείρων μαντικήν. Τυρρηνοὶ σάλπιγγα ἐπενόησαν καὶ Φρύγες αὐλόν· Φρύγες γὰρ ἦστην Ὄλυμπός τε καὶ Μαρσύας.

75. Κάδμος δὲ Φοῖνιξ ἦν ὁ τῶν γραμμάτων Ἕλλησιν εὑρετής, ὡς φησιν Ἔφορος, ὅθεν καὶ Φοινικήια τὰ γράμματα Ἡρόδοτος κεκλῆσθαι γράφει. Οἱ δὲ Φοίνικας καὶ Σύρους γράμματα ἐπινοῆσαι πρώτους λέγουσιν. Ἰατρικὴν δὲ Ἆπιν Αἰγύπτιον αὐτόχθονα πρὶν εἰς Αἴγυπτον ἀφικέσθαι τὴν Ἰώ. Μετὰ δὲ ταῦτα Ἀσκληπιὸν τὴν τέχνην αὐξῆσαι λέγουσιν. Ἄτλας δὲ ὁ Λίβυς πρῶτος ναῦν ἐναυπηγήσατο καὶ τὴν θάλασσαν ἔπλευσε. Κέλμις τε αὖ καὶ Δαμναμενεὺς οἱ τῶν Ἰδαίων Δάκτυλοι πρῶτοι σίδηρον εὗρον ἐν Κύπρῳ, Δέλας δὲ ἄλλος Ἰδαῖος εὗρε χαλκοῦ κρᾶσιν, ὡς δὲ Ἡσίοδος, Σκύθης. Ναὶ μὴν Θρᾷκες πρῶτοι τὴν καλουμένην ἅρπην εὗρον, ἔστι δὲ μάχαιρα καμπύλη, καὶ πρῶτοι πέλταις ἐπὶ τῶν ἵππων ἐχρήσαντο. Ὁμοίως δὲ καὶ Ἰλλύριοι τὴν καλουμένην πέλταν ἐξεῦρον. Ἔτι φασὶ Τυσκανοὺς τὴν πλαστικὴν ἐπινοῆσαι, Ἴτανόν τε — Σαυνίτης οὗτος ἦν — πρῶτον θυρεὸν κατασκευάσαι. Κάδμος γὰρ ὁ Φοῖνιξ λιθοτομίαν ἐξεῦρε καὶ μέταλλα χρυσοῦ τὸ περὶ τὸ Πάγγαιον ἐπενόησεν ὄρος. Ἤδη δὲ καὶ ἄλλο ἔθνος Καππάδοκες πρῶτοι εὗρον τὸν νάβλαν καλούμενον, ὃν τρόπον καὶ τὸ δίχορδον Ἀσσύριοι. Καρχηδόνιοι (Χαλκηδόνιοι?) γὰρ πρῶτοι τετρήρη κατεσκεύασαν, ἐναυπήγησε δὲ αὐτὴν Βόσπορος αὐτοσχέδιον.

76. Μήδειά τε ἡ Αἰήτου ἡ Κολχὶς πρώτη βαφὴν τριχῶν ἐπενόησεν. Ἀλλὰ καὶ Νώροπες — ἔθνος ἐστὶ Παιονικὸν, νῦν δὲ Νωρικοὶ καλοῦνται — κατειργάσαντο χαλκὸν καὶ σίδηρον ἐκάθηραν πρῶτοι. Ἄμυκός τε ὁ Βεβρύκων βασιλεὺς ἱμάντας πυκτικοὺς πρῶτος εὗρε. Περί τε μουσικὴν Ὄλυμπος ὁ Μυὸς τὴν Λύδιον ἁρμονίαν ἐφιλοτέχνησεν. Οἵ τε Τρωγλοδύται καλούμενοι σαμβύκην εὗρον ὄργανον μουσικόν. Φασὶ δὲ καὶ τὴν πλαγίαν σύριγγα Σάτυρον εὑρεῖν τὸν Φρύγα· [τρίχορδον

3.

Phœnicem instrumentum Ephorus et Scamon in opere De inventis appellatum esse inde tradunt, quod a Phœnicibus sit inventum.

4.

Sambyce primam usam esse Sibyllam Scamon modo laudatus refert; nomen vero habere e Sambyce quodam, qui eam invenerit.

5.

Primi Ægyptii astrologiam ad homines deduxere. Similiter autem etiam Chaldæi. Ægyptii rursus lucernas primi accendere docuerunt, et annum in menses duodecim diviserunt, et in templis cum mulieribus coire prohibuerunt, neque ad sacra ab uxore illotis adeundum esse lege sanxerunt. Et rursus inventores fuere geometriæ. Sunt autem qui dicant Cares eam quæ ex astris colligitur, invenisse præscientiam. Avium autem volatus primi Phryges observarunt. Aruspicinam autem seu extispicinam perfecte tenuerunt Tusci qui fuere vicini Italiæ. Isauri autem et Arabes auguriis studuere, sicut Telmisenses ei quæ per somnia fit divinationi. Etrusci tubam, et Phryges tibiam excogitavere. Phryges enim erant Olympus et Marsyas. Cadmus autem erat Phœnix, qui fuit Græcis literarum inventor, ut ait Ephorus. Unde etiam scribit Herodotus literas appellatas fuisse Phœnicias. Alii autem dicunt, Phœnices et Syros primos excogitasse literas. Medicinam autem Apim Ægyptium indigenam, priusquam Io veniret in Ægyptum; postea autem Æsculapium dicunt artem amplificasse. Atlas autem Libys primus navem est fabricatus, et mare navigavit. Et rursus Celmis et Damnaneus ex Idæis Dactylis ferrum primi invenerunt in Cypro. Alius autem Idæus ferri invenit temperaturam, ut autem Hesiodus, Scytha. Ac Thraces quidem primi eam quæ ἅρπη vocatur, invenerunt: est autem incurvus gladius; et peltis primi usi sunt in equis. Similiter autem Illyrii quoque peltam invenerunt. Tuscanos aiunt plasticen excogitasse, Itanumque (Samnites is fuit) primo clypeum fecisse. Cadmus autem Phœnix primus invenit lapicidinam: et in monte Pangæo excogitavit auri metalla. Jam vero alia quoque gens, Cappadoces, primi invenerunt id quod Nablium appellatur, quemadmodum Assyrii quoque Dichordon. Carthaginienses autem primi construxerunt quadriremem. Eam autem ex tempore et absque ulla præmeditatione fabricatus est Bosporus. Medea autem Æetæ filia, Colchis, prima pilos tingere excogitavit. Quin etiam Noropes (est autem gens Pæoniæ, nunc autem appellantur Norici) æs elaborarunt, et primi ferrum purgarunt: et Amycus rex Bebrycum, lora pugilum, id est cestus, primus excogitavit: et Olympus Mysius in musica harmoniam Lydiam artificiose invenit: et qui vocantur Troglodytæ, sambucam instrumentum invenere musicum. Aiunt autem

δὲ δμοίως καὶ τὴν διάτονον ἁρμονίαν Ὑαγνιν τὸν καὶ αὐτὸν Φρύγα·] κρούματα δὲ Ὄλυμπον ὁμοίως τὸν Φρύγα, καθάπερ Φρύγιον ἁρμονίαν καὶ μιξοφρύγιον καὶ μιξολύδιον Μαρσύαν τῆς αὐτῆς ὄντα τοῖς προειρημένοις χώρας, καὶ τὴν Δώριον Θάμυριν ἐπινοῆσαι τὸν Θρᾷκα. Πέρσας τε πρώτους ἀκηκόαμεν ἀπήνην καὶ κλίνην καὶ ὑποπόδιον ἐργάσασθαι, τούς τε Σιδονίους τρίκωπον ναῦν κατασκευάσαι. Σικελοί τε οἱ πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ πρῶτοι φόρμιγγα εὗρον οὐ πολὺ τῆς κιθάρας λειπομένην καὶ κρόταλα ἐπενόησαν. Ἐπί τε Σεμιράμεως βασιλέως Αἰγυπτίων (sic) τὰ βύσσινα ἱμάτια εὑρῆσθαι ἱστοροῦσιν. Καὶ πρώτην ἐπιστολὰς συντάξαι Ἄτοσσαν τὴν Περσῶν βασιλεύσασάν φησιν Ἑλλάνικος.

Σκάμων μὲν οὖν ὁ Μυτιληναῖος καὶ Θεόφραστος ὁ Ἐρέσιος, Κύδιππός τε ὁ Μαντινεὺς, ἔτι τε Ἀντιφάνης καὶ Ἀριστόδημος καὶ Ἀριστοτέλης, πρὸς τούτοις δὲ Φιλοστέφανος, ἀλλὰ καὶ Στράτων ὁ περιπατητικὸς ἐν τοῖς Περὶ εὑρημάτων ταῦτα ἱστόρησαν. Cf. Euseb. P. E. p. 476.

6.

ΠΕΡΙ ΛΕΣΒΟΥ.

Schol. Iliad. γ, 250 : Μήτηρ Πριάμου, ὡς φησι Πορφύριος ἐν τῷ περὶ τῶν παραλελειμμένων τῷ ποιητῇ ὀνομάτων, κατὰ μὲν Ἀλκμᾶνα τὸν μελοποιὸν Ζευξίππη, κατὰ δὲ Ἑλλάνικον Στρυμώ (Τρυμώ D.). Στάμις (codd. Paris. 2676 Σταμὼν, 2679 Στάμων, notante Cramero in Anecd. Paris. III, p. 159. Unde repono Σκάμων) δὲ ἐν τῷ Περὶ Λέσβου φησὶ Θόασαν τὴν Τεύκρου.

SCYTHINUS TEIUS.

ΙΣΤΟΡΙΗ.

Athenæus XI, p. 461, F : Ἕρμιππος ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐν τοῖς Ἰάμβοις φησίν·

> Εἰς τὸ Κυλικράνων βαθίζων σπληνόπεδον ἀφικόμην·
> εἶδον οὖν τὴν Ἡράκλειαν καὶ μάλ' ὡραίαν πόλιν.

Ἡρακλεῶται δ' εἰσὶν οὗτοι οἱ ὑπὸ τῇ Οἴτῃ κατοικοῦντες, ὥς φησι Νίκανδρος ὁ Θυατειρηνὸς, ὀνομασθῆναι φάσκων αὐτοὺς ἀπό τινος Κύλικος, γένος Αὐδοῦ, ἑνὸς τῶν Ἡρακλεῖ συστρατευσαμένων. Μνημονεύει δὲ αὐτῶν καὶ Σκυθῖνος ὁ Τήιος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Ἱστορίῃ, λέγων οὕτως· « Ἡρακλῆς, λαβὼν Εὔρυτον καὶ τὸν υἱὸν ἔκτεινε φόρους πρήσσοντας παρ' Εὐβοέων. Κυλικρῆνας [δ'] ἐξεπόρθησε λῃζομένους, καὶ αὐτόθι πόλιν ἐδείματο Ἡράκλειαν τὴν Τρηχινίαν καλεομένην. »

De re vide O. Müller. *Dor.* I, p. 412. 413. 427. Auctorem nostrum ad antiquiores Ioniæ logographos pertinere conjicio. Eundem signaverit Stephan. Byz. v. Τέως : Ἔστι γὰρ πρῶτον Τέϊος καὶ Τεῖος καὶ Ἰωνικῶς Τήιος· ἀφ' οὗ Πρωταγόρας Τήιος καὶ Σκυθῖνος ἰάμβων ποιητὴς Τήιος. Scythinum Περὶ φύσεως laudat Stobæus Ecl. Ph. I, p. 43. Σκυτίνος ὁ Χῖος ap. Apollon. Mirab. c. 15 in Σκύμνος correxit Meursius. Cf. Meinek. in Scymno Chio, p. xix.

SELEUCUS EMESENUS.

Suidas : Σέλευκος Ἐμισηνὸς, γραμματικός. Ἀσπαλιευτικὰ δι' ἐπῶν βιβλία δ'· Εἰς τοὺς λυρικοὺς ὑπόμνημα· Παρθικὰ β' (Παρθενικά cod. Par. B.).

obliquam quoque fistulam Satyrum invenisse Phrygem; κρούματα autem seu modos Olympum similiter Phrygem, quemadmodum Phrygiam harmoniam et mixophrygiam et mixolydiam Marsyam, qui erat ejusdem regionis cum iis qui ante dicti sunt : et Doricam Thamyrim Thracem excogitasse. Persas quoque primos audivimus currum et lectum et pedum scabellum effecisse, et Sidonios triremem navem ædificasse. Siculi quoque qui sunt sub Italia primi invenere phormingem, quæ non multum differt a cithara : et invenere crepitacula quæ dicuntur Crotala. Quinetiam tempore Semiramidis *reginæ Assyriorum* narrant inventas fuisse vestes byssinas. Et primam scripsisse epistolas Atossam Persarum reginam dicit Hellanicus. Scamon quidem Mytilenæus et Theophrastus Eresius, et Cydippus Mantinensis, et præterea Antiphanes, et Aristodemus, et Aristoteles, quinetiam Philostephanus, et Strato quoque peripateticus, in libris suis De iis quæ sunt inventa, hæc narrarunt.

6.

DE LESBO.

Mater Priami, ut Porphyrius ait in scripto De omissis apud Homerum nominibus, secundum Alcmanem lyricum fuit Zeuxippe, secundum Hellanicum Strymo; Scamon vero in libro De Lesbo Thoasam, Teucri filiam, dicit.

HISTORIA.

Hermippus comicus in iambis ait :

> In Cylicranum tæniæ-similem agrum iter faciens perveni :
> vidi igitur Heracleam, pulcrum valde oppidum.

Sunt autem hi Heracleotæ, qui sub Œta monte habitant, ut ait Nicander Thyatirenus, nomen illos invenisse dicens a Cylice quodam, e Lydia oriundo, uno ex Herculis commilitonibus. Meminit eorumdem Scythinus Teius in opere, quod Historia inscribitur, ubi ait : « Hercules, Eurytum ejusque filium captos occidit, quod tributa exegissent ab Eubœensibus. Cylicranas devastavit, rapina viventes : ibique urbem condidit Heracleam, quæ Trachinia appellatur »

Seleucum Tarsensem, qui item Halieutica, sed prosa oratione, composuit, memorat Athenæus p. 13, C, et p. 320, A, coll. Suida v. Κιχίλιος. Commentarii in Lyricos fortasse non Emeseni sunt, sed Alexandrini Seleuci, quem omnes pæne poetas explicasse Suidas testatur.

SEMERONIUS BABYLONIUS.

Chron. Paschal. p. 38 Par. (p. 68 Bonn.): Μετὰ τὸν Νίνον ἐβασίλευσεν Θούρρας ὀνόματι, ὅντινα ὠνόμασεν ὁ τούτου πατὴρ Ζάμης ὁ τῆς Ῥέας ἀδελφὸς Ἄρεα εἰς ὄνομα τοῦ πλάνητος ἀστέρος... Καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν Ἄρεως ἐβασίλευσεν ὁ Λάμης· καὶ μετὰ Λάμην ἐβασίλευσεν Ἀσσυρίων Σαρδανάπαλλος ὁ μέγας, ὅντινα Περσεὺς ὁ Δανάης ἐφόνευσεν καὶ ἀφείλετο τὴν βασιλείαν ἀπὸ Ἀσσυρίων, καὶ βασιλεύσας αὐτῶν εἰς τὸ ἴδιον ὄνομα ἐπεκάλεσεν αὐτοὺς Πέρσας. Ἅτινα συνεγράψατο Σεμηρώνιος ὁ Βαβυλώνιος Πέρσης.

Nomen Persicum auctoris fortasse fuit Σειράμνης. Siramnæ Persæ dictum affert Plutarch. Moral. p. 172, E.

SEMUS DELIUS.

Suidas: Σῆμος, Ἠλεῖος, γραμματικός. Ἔγραψε Δηλιακῶν βιβλία ἡ'. Περιόδους β'. Περὶ Πάρου α'· Περὶ Περγάμου α'. Περὶ παιάνων. Sequuntur nonnulla ex Athenæo XIV, p. 622 excerpta [v. fr. 20]. Eadem Eudocia p. 386.

Σῆμος] sic Bernhardy.; Σημὸς libri; nomen corruptum in Δῆμος et Σῖμος fr. 12. — Ἠλεῖος] scr. Δήλιος, ut ipse Suidas v. Πράμνιος (fr. 5) et reliqui omnes (fr. 1. 4. 5. 7. 10. 12. 14. 15). — Δηλιακῶν] Hunc titulum etiam Harpocration exhibet fr. 2. Ceteris locis (fr. 1. 3. 5. 6. 7. 8 — 11. 13. 19. 20) laudatur Δηλιάς. In exquisitioribus istis inscriptionibus placere sibi solebant serioris ævi auctores. Pro Δηλιάδος fr. 12 legitur Ἰλιάδος. Semus ἐν δευτέρῳ Νησιάδος (*) citatur fr. 4, ubi item, puto, reponendum est Δηλιάδος. Quamquam indicari aliquis censuerit Periodi libros duos. Ex argumento fragminis, quod est de Cimolo insula, colligi nihil potest, quum de aliis quoque insulis, ut de Naxo (fr. 12) et de Icaro (fr. 5) in Deliade sermo fuerit, atque omnino ea sit indoles periegeseos antiquariæ, ut res diversissimæ in eodem libro exponantur vel certe tangantur. Opus de Pæanibus bis laudatur ap. Athenæum. Ex reliquis scriptis quæ Semo tribuuntur, nihil, quod certo judicio assignare iis possis, servatum habemus. Ceterum liber De Pergamo indicio est, auctorem diutius versatum esse Pergami, discendi vel docendi causa.

ΔΗΛΙΑΣ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Athenæus XIV, p. 637, B: Σῆμος δὲ ὁ Δήλιος ἐν πρώτῳ Δηλιάδος (sc. Φοίνικα τὸ ὄργανον κληθῆναί φησι) διὰ τὸ ἐκ τοῦ ἐν Δήλῳ φοίνικος τοὺς ἀγκῶνας αὐτοῦ ἐξεργάσασθαι.

2.

Harpocratio: Ἑκάτης νῆσος. Λυκοῦργος Κατὰ Μενεσαίχμου. Πρὸ τῆς Δήλου κεῖταί τι νησύδριον, ὅπερ ὑπ' ἐνίων καλεῖται Ψαμμητίχη, ὡς Φανόδημος ἐν α' Δηλιακῶν. Ψαμμητίχην δὲ κεκλῆσθαί φησιν ὁ Σημὸς ἐν τῇ α' διὰ τὸ τοῖς ψαμμήτοις τιμᾶσθαι τὴν θεόν· ψάμμητα δ' ἐστὶ ψαιστῶν τις ἰδέα.

Ψαμμητύχη cod. B et Favorin. et Eudocia p. 144, Ψαμμητίχη cod. D. Suidas habet Ψαμμίτη (quod præferendum esse Bernhardyus censet) et deinceps ψαμμίτοις.. ψάμμιτα. Phanodemi et Semi mentionem omittit sicut ap. Harpocrationem cod. B. — Siebelis ad fragm. Phanodemi p. 6 scribi voluit... ὡς Φανόδημος. Ἐν δὲ α' Δηλιακῶν Ψ'. κεκλῆσθαί φησιν ὁ Σῆμος διὰ τὸ κτλ. Simplicius foret scri-

(*) Cononis Νησιάδος tertium laudat schol. Apoll. Rhod. Ibi Reinesius ad Suid. l. l. ap. Bernh. Semi nomen excidisse putat (V. not. ad Conon. fr. 3). Idem suspicatur Semum nostrum fortasse eundem esse cum Simo τῷ ἁρμονικῷ, cujus meminit Porphyrius in Vit. Pythag. p. 85.

Post Ninum regnavit Thurras, quem pater ejus Zames Rheæ frater Martem de Marte planeta nominavit. Et post obitum Martis regnavit Lames. Et post Lamen Assyriis imperavit Sardanapallus magnus, quem Perseus Danaï filius occidit, regnum Assyriis ademit, ipseque regnans de suo nomine Persas nominavit. Literis hæc consignavit Semeronius Babylonius, natione Persa.

DELIAS.

1. Semus Delius in Deliadis libro primo Phœnicem, instrumentum musicum, nominatum esse ait ex eo, quod brachia vel juga illius ex palma arbore quæ Deli est confecta sint.

2.

Hecates insula. Lycurgus Contra Menesæchmum. Ante Delum sita est parva insula, quæ a nonnullis vocatur Psammetiche (vel Psammite), ut Phanodemus in primo (Deliacorum). Psammetichen vero vocari ait Semus in primo [Deliacorum], quod Hecate dea psammetis ibi colatur. Sunt autem psammeta genus placentarum.

bere ὡς Φανόδημος ἐν α' (sc. Ἀτθίδος)... Σῆμος ἐν τῇ α' τῶν Δηλιαχῶν. Sed fortasse præstat cum Vossio pro Φανόδημος reponere Φανόδικος, quem Deliaca scripsisse constat. De Hecate in Deliorum cultu v. Müller. *Dor.* I, p. 34. Cf. Demadis fragm. 2, p. 377.

E LIBRO SECUNDO.

3.

Athenæus XIV, p. 645, B : Σῆμος ἐν δευτέρῳ Δηλιάδος « Ἐν τῇ τῆς Ἑκάτης (φησὶ) νήσῳ τῇ Ἰριδὶ θύουσι Δήλιοι τοὺς βασυνίας καλουμένους. Ἔστι δὲ ἐφθὸν πύρινον σταῖς σὺν μέλιτι, καὶ τὰ καλούμενα κόκκωρα, ἰσχάς καὶ κάρυα τρία. »

4.

Idem III, p. 123, D : Σῆμος δ' ὁ Δήλιος ἐν δευτέρῳ Νησιάδος (scr. Δηλιάδος) ἐν Κιμώλῳ τῇ νήσῳ φησὶ ψυχεῖα κατεσκευάσθαι θέρους ὀρυκτά, ἔνθα χλιεροῦ ὕδατος πλήρη κεράμια καταθέντες κομίζονται χιόνος οὐδὲν διάφορα.

5.

Idem VIII, p. 335, A : Καὶ γὰρ ἐν Δήλῳ φησὶ Σῆμος ὁ Δήλιος ἐν δευτέρῳ Δηλιάδος, ὅταν θύωσι τῇ Βριζοῖ (αὕτη δέ ἐστιν ἡ ἐν ὕπνῳ μάντις· βρίζειν δὲ οἱ ἀρχαῖοι λέγουσι τὸ καθεύδειν·

Ἔνθα δ' ἀποβρίξαντες ἐμείναμεν Ἠῶ δῖαν)·

ταύτῃ οὖν ὅταν θύωσιν αἱ Δηλιάδες, προσφέρουσιν αὐτῇ σκάψας, πάντων πλήρεις ἀγαθῶν, πλὴν ἰχθύων, διὰ τὸ εὔχεσθαι ταύτῃ περί τε [ἄλλων] πάντων καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν πλοίων σωτηρίας.

E LIBRO TERTIO.

5. a.

Photius Lex. : Πράμνειος οἶνος· Σῆμος ὁ Δήλιος ἐν τρίτῳ ἐν ᾗ καὶ ὁ πράγμων (scr. ἐν Ἰκάρῳ Πράμνον) πέτραν εἶναι, ἀφ' ἧς τὸν οἶνον εἶναι.

Suidas : Πράμνιος οἶνος... Σ. ὁ Δήλιος ἐν γ', ἐν Νικίᾳ (lege Ἰκάρῳ) Πράμνον πέτραν εἶναι, ἀφ' ἧς τὸν οἶνον εἶναι. Fluxerunt hæc ex Athenæi libro, integriore illo quam quem nos habemus.

Athenæus I, p. 30, C : Εἶναι γὰρ ἐν Ἰκάρῳ φησὶ Σῆμος Πράμνον πέτραν, καὶ παρ' αὐτῇ ὄρος μέγα, ἀφ' οὗ τὸν Πράμνιον οἶνον, ὃν καὶ φαρμακίτην τινὰς καλεῖν.

Sumpsisse hæc Athenæus videtur ex Eparchide, quem scriptorem ex uno novimus Athenæo.

E LIBRO QUARTO.

6.

Athen. IV, p. 173, F : Σῆμος δ' ἐν τετάρτῳ Δηλιάδος « Δελφοῖς (φησὶ) παραγινομένοις εἰς Δῆλον παρεῖχον Δήλιοι ἅλας καὶ ὄξος καὶ ἔλαιον καὶ ξύλα καὶ στρώματα. » Quæ sequuntur vide in Aristotelis fragm. 198, tom. II, p. 164. Cf. Müller. *Dor.* I, p. 259.

7.

Id. XV, p. 677, A : Πρῶτος ἐν τοῖς Ἕλλησι στέφανος ὠνομάσθη, ὥς φησι Σῆμος ὁ Δήλιος ἐν τετάρτῳ Δηλιάδος, τὸ παρὰ μὲν ἡμῖν στέφος, παρὰ δέ τισι στέμμα προσαγορευόμενον, διὸ καὶ τούτῳ πρώτῳ στεφανωσάμενοι δεύτερον περιτιθέμεθα τὸν δάφνινον. Κέκληται δὲ στέφανος ἀπὸ τοῦ στέφειν.

E LIBRO QUINTO.

8.

Idem XIV, p. 614, A : Παρμενίσκος δὲ ὁ Μεταποντῖνος, ὥς φησι Σῆμος ἐν πέμπτῳ Δηλιάδος, καὶ γένει καὶ πλούτῳ πρωτεύων, εἰς Τροφωνίου καταβὰς,

---

3.

Semus secundo libro Deliadis : « In Hecatæ insula, ait, Iridi sacrificant Delii, offerentes *basynias* quos vocant. Est autem cocta triticea farina cum melle, et quæ *coccora* vocantur, carica et nuces tres. »

4.

Semus secundo libro Deliadis scribit, in insula Cimolo per æstatem frigidarias specus effodi, in quibus postquam aquæ tepentis plena dolia reposuerunt, eadem deinde recipiunt nihil a nive differentia.

5.

In Delo insula, ut scribit Semus Delius secundo libro Deliados, quum sacra faciunt Brizoi, quæ est vates per somnum (nam βρίζειν veteres *dormire* dixerunt; ut

Ibi quum dormissemus (ἀποβρίξαντες) divam exspectabamus auroram) :

huic igitur quum sacra faciunt Deliacæ mulieres, offerunt ei scaphulas bonis rebus cujusvis generis refertas, piscibus exceptis : vota enim faciunt huic quum aliarum rerum omnium causa, tum pro conservandis ipsorum naviculis.

5 a.

Semus Delius in tertio ait in Icaro insula esse Pramnum scopulum, a quo vinum Pramnium dicatur.

Esse in Icaro Semus ait Pramnum scopulum, juxtaque eum montem spatiosum, unde Pramnium sit vinum quod et *medicatum* a nonnullis nominetur.

6.

Semus quarto Deliadis ait : « Delphis Delum venientibus præbuerunt Delii salem et acetum et oleum et ligna et stragula. »

7.

Corona (στέφανος) apud Græcos, ut ait Semus Delius quarto libro Deliadis, primum nominatum est id quod apud nos στέφος (*velamen*), apud nonnullos vero στέμμα (*infula, vitta*) vocatur. Quare etiam hoc primo cincti, deinde demum lauream imponimus. Nominatus est autem στέφανος, a verbo στέφειν (*tegere, velare, cingere*).

8.

Parmeniscus Metapontinus (ut tradit Semus quinto

καὶ ἀνελθὼν οὐκ ἔτι γελᾶν ἐδύνατο. Καὶ χρηστηριαζομένῳ περὶ τούτου, ἡ Πυθία ἔφη·

Εἴρη μ' ἀμφὶ γέλωτος, ἀμείλιχε, μειλιχίοιο;
Δώσει σοι μήτηρ οἴκῳ, τὴν ἔξοχα τίε.

Ἐλπίζων δ', ἂν ἐπανέλθῃ εἰς τὴν πατρίδα, γελάσειν, ὡς οὐδὲν ἦν πλέον, οἰόμενος ἐξηπατῆσθαι, ἔρχεταί ποτε κατὰ τύχην εἰς Δῆλον· καὶ πάντα τὰ κατὰ τὴν νῆσον θαυμάζων ἦλθε καὶ εἰς τὸ Λητῷον, νομίζων τῆς Ἀπόλλωνος μητρὸς ἄγαλμά τι θεωρήσειν ἀξιόλογον· ἰδὼν δ' αὐτὸ ξύλινον ἄμορφον παραδόξως ἐγέλασεν. Καὶ τὸν τοῦ θεοῦ χρησμὸν ξυμβαλών, καὶ τῆς ἁρρωστίας ἀπαλλαγείς, μεγαλωστὶ τὴν θεὸν ἐτίμησεν.

9.

Athen. XI, p. 469, C : Σῆμος δ' ἐν πέμπτῃ Δηλιάδος ἀνακεῖσθαί φησιν ἐν Δήλῳ χρυσῆν ἡδυποτίδα Ἐχενίκης ἐπιχωρίας γυναικὸς, ἧς μνημονεύει καὶ ἐν τῇ ὀγδόῃ.

10.

Idem XIV, p. 618, A : Τὴν δὲ συναυλίαν τί ποτ' ἐστὶν, ἐμφανίζει Σῆμος ὁ Δήλιος ἐν πέμπτῳ Δηλιάδος, γράφων οὕτως· « Ἀγνοουμένης δὲ παρὰ πολλοῖς τῆς συναυλίας, λεκτέον. Ἦν τις ἀγὼν συμφωνίας ἀμοιβαῖος αὐλοῦ καὶ ῥυθμοῦ, χωρὶς λόγου τοῦ προσμελῳδοῦντος. »

E LIBRO SEXTO.

11.

Idem VIII, p. 331, F : Σῆμος δ' ἐν ἕκτῳ Δηλιάδος· « Ἀθηναίοις (φησὶ) θυομένοις ἐν Δήλῳ τὴν χέρνιβα βάψας ὁ παῖς προσήνεγκε, κἀν τῇ φιάλῃ μετὰ τοῦ ὕδατος ἰχθῦς κατέχεεν. Εἰπεῖν οὖν αὐτοῖς τοὺς τῶν Δηλίων μάντεις, ὡς κυριεύσουσι τῆς θαλάσσης. »

12.

Etym. M. p. 197, 38 : Βίβλινος οἶνος. Σίμος (l. Σῆμος) δὲ ἐν τῇ ἕκτῃ τῆς Ἰλιάδος (l. Δηλιάδος), ἐν Νάξῳ φησὶ ποταμὸν Βιβλίνην, ἀφ' οὗ καλοῦσιν οἶνον Βίβλινον, διὰ τὰς πεφυκυίας ἀμπέλους. Διὰ δὲ τοῦ μ γράφουσι τὸν ποταμὸν, Βιμβλίνην· καὶ τὸν Νάξιον οἶνον διὰ τοῦ μ, Βίμβλινον.

Stephan. B. : Βιβλίνη, χώρα Θράκης· ἀπὸ ταύτης ὁ Βίβλινος οἶνος· οἱ δὲ ἀπὸ Βιβλίας ἀμπέλου. Δῆμος (l. Σῆμος) δ' ὁ Δήλιος τὸν Νάξιόν φησιν, ἐπειδὴ Νάξου ποταμὸς Βίβλος. Cf. Moschopul. in schol. ad Hesiod. Op. 589 : Οἶνον Βίβλινον, ὃν Νάξιοι παρ' αὐτοῖς γεωργεῖσθαί φασι [περὶ] ποταμὸν οὕτω καλούμενον. Aliorum opiniones recenset Athenæus I, p. 31. Cf. qui laudantur in Steph. Thes. s. v.

E LIBRO OCTAVO.

13.

Athenæus III, p. 109, F : Ἀχαΐνας. Τούτου τοῦ ἄρτου μνημονεύει Σῆμος ἐν ὀγδόῳ Δηλιάδος, λέγων ταῖς θεσμοφόροις γίνεσθαι. Εἰσὶ δὲ ἄρτοι μεγάλοι, καὶ ἑορτὴ καλεῖται Μεγαλάρτια, ἐπιλεγόντων τῶν φερόντων· « Ἀχαΐνην στέατος ἔμπλεων τράγον, » h. e. Achaïnam gestamus, tragum (genus pultis ex tritici semine et leguminibus variis factum, Plin. H. N. XVIII, 7, 16. 10, 20, 4) fermentatum. Idem festum esse videtur quod aliis grammaticis audit Ἀρτοφόρια. V. Herodian. ap. Cram. Anecd. III, p. 277, 27; Theodos. Gr. p. 69, 17 Gœttl. » *Preller.* ad Polemon. p. 72. Aliud libri octavi fragm. vid. sub nr. 9.

---

libro Deliadis) vir et genere et opibus excellens, quum in Trophonii antrum descendisset, ex eo rediens ridere posthac non potuit. Cui de ea re oraculum consulenti Pythia respondit :

De jucundo risu me rogas, ridere nescius homo?
dabit tibi mater domi; eam præ ceteris tu venerare.

Ille igitur sperans se in patriam reversum risurum esse, postquam nihil profecit, deceptum se ratus, Delum forte venit. Ibi quum omnia quæ in illa insula visuntur, esset admiratus, intravit etiam Latonæ templum, existimans se matris Apollinis statuam aliquam insignem visurum : quam ubi et ligneam et deformem est conspicatus, præter opinionem in risum effusus est. Et intelligens oraculum deæ, et infirmitate illa liberatus, magnifice deam coluit.

9.

Semus quinto libro Rerum Deliacarum scribit, Deli consecratam servari auream hedypotidem Echenices, mulieris indigenæ; cujus rursus meminit idem libro octavo.

10.

Tibiarum concentus (ἡ συναυλία) quid sit, declarat Semus Delius quinto libro Deliadis, ubi sic scribit : « Quum vero ignorent multi συναυλία quid sit, dicendum est nobis. Erat aliquod certamen symphoniæ tibiarum vicissim et rhythmi, nullo serme modos tibiæ comitante. »

11.

Semus sexto Deliadis scribit : « Athenienſibus Delii sacra facientibus puer, aquam lavandis manibus quum hausisset, e phiala simul cum aqua pisces infudit. Respondisseque super ea re vates Deliorum, maris fore illos dominos. »

12.

Biblinum vinum. Semus sexto Deliadis in Naxo insula esse ait fluvium Biblinen, a quo vinum Biblinum ex nascentibus ibi vitibus proveniens vocetur. Ceterum scribunt etiam per *m* literam *Bimblinen* fluvium, et *Bimblinum* vinum illud Naxium.

13.

Achainas. Hujus panis meminit Semus octavo libro Deliadis, eumque (Cereri et Proserpinæ) Legiferis sacrum fuisse. Sunt autem panes magni; et festi dies *Megalartia* vocabantur, quibus clamabant qui illos ferebant : *Achainam* (gestamus) *adipe plenam tragum.*

E LIBRIS INCERTIS.

14.

Steph. Byz. : Τέγυρα, πόλις Βοιωτίας, ἐν ᾗ Ἀπόλλωνά φασι γεννηθῆναι. Σῆμος δ' ὁ Δήλιος· « Τὴν Ἀπόλλωνος γένεσιν οἱ μὲν ἐν Λυκίᾳ, οἱ δὲ ἐν Δήλῳ, οἱ δ' ἐν Ζωστῆρι τῆς Ἀττικῆς, οἱ δ' ἐν Τεγύρᾳ τῆς Βοιωτίας φασίν· ὅθεν καὶ Τεγυρήϊος Ἀπόλλων. » Καλλισθένης ἐν τρίτῳ τῶν Ἑλληνικῶν (fr. 3) κτλ.

De Apolline Zosterio v. Etym. M. p. 414, 20 (Meinek. ad Euphor. p. 152); Schol. Hermog. p. 389; Pausan. I, 31.

15.

Athenæus II, p. 38, A : Σῆμος δ' ὁ Δήλιός φησι· « Τρίπους χαλκοῦς, οὐχ ὁ Πυθικὸς, ἀλλ' ὃν νῦν λέβητα καλοῦσιν. Οὗτοι δ' ἦσαν οἱ μὲν ἄπυροι, εἰς οὓς τὸν οἶνον ἐξεκεράννυον· οἱ δὲ λοετροχόοι, ἐν οἷς τὸ ὕδωρ ἐθέρμαινον, καὶ ἐμπυριβῆται. Καὶ τούτων ἔνιοι ὠτώεντες, τρίποδα δὲ τὴν ὑπόβασιν ἔχοντες, τρίποδες ὠνομάζοντο. »

16.

Idem XI, p. 502, B : Ἐκαλεῖτο δέ τις καὶ βαλανωτὴ φιάλη, ἧς τῷ πυθμένι χρυσοῖ ὑπέκειντο ἀστράγαλοι. Σῆμος δὲ ἐν Δήλῳ ἀνακεῖσθαί φησι χαλκοῦν φοίνικα, Ναξίων ἀνάθημα, καὶ καρυωτὰς φιάλας χρυσᾶς.

17.

Idem p. 71, C : Οἶδα δὲ καὶ Κίναρον καλουμένην νῆσον, ἧς μνημονεύει Σῆμος.

18.

Schol. Apoll. Rh. I, 1304 : Ὅτι Ἡρακλῆς ἀνεῖλε τοὺς Βοριάδας, διὰ τὸ κωλῦσαι τὴν ναῦν ὑποστρέψαι πάλιν εἰς τὴν Μυσίαν, φησὶν Ἀπολλώνιος. Σῆμος δέ φησι, διὰ τὸ ληφθῆναι δρόμῳ τὸν Ἡρακλέα τῶν Βορεαδῶν. Στησίμβροτος δὲ κτλ.

18 a.

Schol. in Hom. Odyss. μ, 124 e cod. Harl. 5674 in Cramer. Anecd. Paris. III, p. 479 : Κράταιϊν (præstat Κραταιΐν) Σχῆμός (l. Σῆμός Cramer.) φησιν Ἑκάτης καὶ Τρίτωνος, Κραταιΐ ἡ τας δὲ (l. Κραταιΐδος δὲ) καὶ Δείμου Σκύλλαν. Στησίχορος Λάμιαν φησὶ τῆς Σκύλλης μητέρα. Cf. schol. Apoll. Rhod. IV, 828 : Ἀκουσίλαος Φόρκυνος καὶ Ἑκάτης τὴν Σκύλλαν λέγει· Ὅμηρος δὲ τὴν Σκύλλης μητέρα Κράταιϊν καλεῖ. Ἀμφοτέροις οὖν Ἀπολλώνιος κατηκολούθησεν. Ἐν δὲ ταῖς Μεγάλαις Ἠοίαις Φόρβαντος καὶ Ἑκάτης ἡ Σκύλλα. Στησίχορος δὲ ἐν τῇ Σκύλλῃ Λαμίας τὴν Σκύλλαν φησὶ θυγατέρα εἶναι.

ΠΕΡΙ ΠΑΙΑΝΩΝ.

19.

Athenæus XIV, p. 618, D : Σῆμος δ' ὁ Δήλιος ἐν τῷ Περὶ παιάνων φησί· « Τὰ δράγματα τῶν κριθῶν αὐτὰ καθ' αὐτὰ προσηγόρευον ἁμάλας· συναθροισθέντα δὲ καὶ ἐκ πολλῶν μίαν γενόμενα δέσμην οὖλους καὶ ἰούλους· καὶ τὴν Δήμητρα ὁτὲ μὲν Χλόην, ὁτὲ δὲ Ἰουλώ. Ἀπὸ τῶν οὖν τῆς Δήμητρος εὑρημάτων τούς τε καρποὺς καὶ τοὺς ὕμνους, τοὺς εἰς τὴν θεὸν, οὔλους καλοῦσι, καὶ ἰούλους. Δημήτρουλοι καὶ καλλίουλοι. Καὶ

Πλεῖστον οὖλον οὖλον ἵει, ἰουλον ἵει.

Ἄλλοι δέ φασιν ἐριουργῶν εἶναι τὴν ᾠδήν. Αἱ δὲ τῶν τιτθευουσῶν ᾠδαὶ καταβαυκαλήσεις ὀνομάζονται. »

14.

Tegyra, urbs Bœotiæ, in qua Apollinem natum esse dicunt. Semus Delius : « Apollinem natum esse tradunt alii in Lycia, alii in Delo, alii in Zostere Atticæ, alii Tegyræ in Bœotia, unde etiam Tegyræus Apollo dicitur. »

15.

Semus Delius ait : « Æneus tripus, non Pythicus, sed quem nunc lebetem vocant. Erant vero horum alii ἄπυροι (igni non exponendi), in quibus vinum temperabant : alii vero λοετροχόοι, in quibus aquam calefaciebant, et ἐμπυριβῆται. Ac horum nonnulli, qui auriti erant, et tribus pedibus instructi, tripodes vocabantur. »

16.

Nominata est etiam phiala quædam *glandulata* : cujus fundo aurei suppositi erant astragali. Semus vero ait, Deli dedicatam esse æneam palmam arborem, Naxiorum donarium, et *amygdalatas* phialas aureas.

17.

Novi etiam Cinaram quæ vocatur insulam, cujus Semus meminit.

18.

Boreadas Hercules interfecit, quod impedire volebant quominus navis in Mysiam reverteretur, ut Apollonius dicit. Semus vero dicit propterea, quod cursu Hercules a Boreadis victus esset.

18 a.

Cratæin Semus Hecates et Tritonidis filiam dicit, Cratæidis vero et Dimi (*Metus*) filiam Scyllam esse.

DE PÆANIBUS.

19

Semus Delius in libro De Pæanibus ait : « Manipulos hordei singulos per se *amalas* vocabant; collectos vero et ex pluribus in unum fasciculum colligatos, *ulos* et *iulos* : et Cererem nunc *Chloen* appellabant, nunc *Iulo*. A Cereris igitur inventis et ipsas fruges et hymnos in deam *ulos* vocant et *iulos*. Sic Δημήτρουλοι, et καλλίουλοι : et istud,

Plurimum ulum, ulum mitte, iulum mitte!

Alii vero aiunt, esse cantum illum eorum qui lanam tractant. Nutricum cantilenæ καταβαυκαλήσεις vocantur. »

20.

Athen. XIV, p. 622, B : Σῆμος δ' ὁ Δήλιος ἐν τῷ Περὶ παιάνων « Οἱ αὐτοκάβδαλοι (φησὶ) καλούμενοι ἐστεφανωμένοι κιττῷ σχέδην ἐπαίνους ῥήσεις. Ὕστερον δὲ ἴαμβοι ὠνομάσθησαν αὐτοί τε καὶ τὰ ποιήματα αὐτῶν. Οἱ δὲ ἰθύφαλλοι (φησὶ) καλούμενοι προσωπεῖον μεθυόντων ἔχουσι, καὶ ἐστεφάνωνται, χειρῖδας ἀνθινὰς ἔχοντες· χιτῶσι δὲ χρῶνται μεσολεύκοις, καὶ περιέζωνται ταραντῖνον, καλύπτον αὐτοὺς μέχρι τῶν σφυρῶν. Σιγῇ δὲ διὰ τοῦ πυλῶνος εἰσελθόντες, ὅταν κατὰ μέσην τὴν ὀρχήστραν γένωνται, ἐπιστρέφουσιν εἰς τὸ θέατρον, λέγοντες·

Ἀνάγιτ', εὐρυχωρίαν
τῷ θεῷ ποιεῖτε.
Ἐθέλει γὰρ ὁ θεὸς ὀρθὸς ἐσφυρωμένος
διὰ μέσου βαδίζειν.

Οἱ δὲ φαλλοφόροι (φησὶ) προσωπεῖον μὲν οὐ λαμβάνουσι, προπόλιον δὲ ἐξ ἑρπύλλου περιτιθέμενοι, καὶ παιδέρωτας ἐπάνω τούτου ἐπιτίθενται, στέφανόν τε ὁσαὺν ἴων καὶ κιττοῦ· αὔναξάς τε περιβεβλημένοι παρέρχονται, οἱ μὲν ἐκ παρόδου, οἱ δὲ κατὰ μέσας τὰς θύρας βαίνοντες ἐν ῥυθμῷ, καὶ λέγοντες·

Σοί, Βάκχε, τάνδε μοῦσαν ἁγλαΐζομεν,
ἁπλοῦν ῥυθμὸν χέοντες αἰόλῳ μέλει,
καινάν, ἀπαρθένευτον, οὔ τι ταῖς πάρος
κεχρημέναν ὠδαῖσιν, ἀλλ' ἀκήρατον
κατάρχομεν τὸν ὕμνον.

Εἶτα προστρέχοντες ἐτώθαζον, οὓς ἂν προέλοιντο, στάδην δὲ ἔπραττον· ὁ δὲ φαλλοφόρος ἰθὺ βαδίζων καταπλησθεὶς αἰθάλῳ. »

Horum nonnulla excerpsit Suidas v. Σῆμος. V. Müller. *Dor.* I, p. 404. II, p. 347. Bode *Gesch. d. Lyr.* passim.

SOCRATES ARGIVUS.

Diog. L. II, 47 : Γέγονε δὲ Σωκράτης καὶ ἕτερος ἱστορικὸς, Περιήγησιν Ἄργους γεγραφώς· καὶ ἄλλος, περιπατητικὸς Βιθυνός· καὶ ἕτερος Ἐπιγραμμάτων ποιητής· καὶ ὁ Κῷος, Ἐπικλήσεις θεῶν γεγραφώς.

De Socrate Rhodio, belli civilis scriptore, vidimus supra. *Periegesin* Socratis Argivi (fr. 2) præter Diogenem expressis verbis commemorat nemo. Quamquam sunt quæ commode ad eam referantur (fr. 1-4). Socratis Περὶ ὁσίων opus semel diserte (fr. 5), sæpius suppresso libri titulo laudat Plutarchus. Auctorem ejus Argivum esse argumenta fragmentorum comprobant. Eidem Argivo cum Meinekio (ad Euphor. p. 175) vindicavi libros quos Socrates scripsit Ad Idotheum, de quo aliunde non constat (fr. 10 et 14). — Subjeci quæ ad *Socratem Coum* referenda esse videntur, et quæ ad certum quendam Socratem revocare vix possis. — Ceterum nomen Socratis sæpius corruptum in Ἰσοκράτης (fr. 10 et 14) et Κράτης (fr. 3). Contra pro Σωκράτης fortasse reponendum Κράτης fragm. 20 et 19. Alibi Σωκράτης prave scriptum pro Σωσικράτης. V. fragm. Sosicratis 5. 8. Cf. etiam Anaxicratis fr. 2, not.

ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ ΑΡΓΟΥΣ.

1.

Schol. Pind. Pyth. III, 14 : Οἱ μὲν Ἀρσινόης, οἱ δὲ Κορωνίδος φασὶν αὐτὸν (Ἀσκληπιὸν) εἶναι... Καὶ Σωκράτης γόνον Ἀρσινόης τὸν Ἀσκληπιὸν ἀποφαίνει, παῖδα δὲ Κορωνίδος εἰσποιητόν.

2.

Idem Nem. III, 93 : Ὁ Ἀσκληπιὸς παρὰ Χείρωνι ἐτράφη, ὡς καὶ Σωκράτης ὁ Ἀργεῖός φησιν.

20.

Semus Delius in libro De Pæanibus : « Qui *autocabdali*, inquit, vocantur, hi hedera caput cincti, ingredientes [*sive*, ex tempore] versus recitabant. Iidem postea *iambi* nominati sunt, quum ipsi, tum eorum carmina. Qui *ithyphalli* vocantur, ait, personas induunt ebriorum, coronanturque [et ipsi hedera], manicas habentes variegatas, tunicis vero utuntur medio albo intertexto, et Tarentina stola cinguntur, quæ ad malleolos pedis usque eos tegit. Ili tacite majorem portam ingressi, postquam circa mediam sunt orchestram, versus theatrum se convertunt, dicentes :

Decedite de via, latum spatium
præbete deo!
vult enim deus rectus malleo ductus [*sive*, cuneatus]
per medium ingredi.

Phallophori vero, inquit, personam quidem non induunt, sed tegmen quoddam sibi circumponunt ex serpillo, qui pæderotas (acanthos) insuper imponunt, spissamque coronam ex violis et hedera : et caunacis amicti prodeunt, alii a latere, alii media porta egredientes, modulato gressu incedentes, dicentesque :

Tibi, Bacche, hanece Musam ornatus,
simplicem rhythmum fundentes vario carmine,
virginibus quidem non convenientem. Nec vero pristinis
utimur cantibus, sed illibatum
auspicamur hunc hymnum.

Deinde procurrentes, sannis insectabantur quoscumque voluissent : et stando hoc agebant : is autem qui ipsum phallum gestabat, lente incedens, et fuligine impletus. »

PERIEGESIS ARGOLIDIS.

1.

Alii Arsinoes, alii Coronidis filium Æsculapium esse dicunt. Socrates Arsinoes filium, quem Coronis adoptaverit, esse ostendit.

2.

Æsculapius apud Chironem enutritus est, ut Socrates quoque Argivus dicit.

3.

Idem Pyth. III, 102 : Οὕτω περίθυμος ἐγένετο ὁ Ζεὺς, ὥστε ἐνσκῆψαι βέλος διαμπὰξ δι' ἀμφοτέρων τῶν μαστῶν ἢ τῶν πλευρῶν, ἢ δι' αὐτοῦ τε τοῦ Ἀσκληπιοῦ καὶ τοῦ ἰατρευθέντος, ὥστε καὶ τὸν Ἀσκληπιὸν ἀναιρεῖσθαι καὶ τὸν ἀναβεβιωκότα· ὁ δὲ Σωκράτης τὸν Ἀσκληπιόν φησι καὶ τὸν διδάξαντα αὐτὸν Χείρωνα. Οὐδεὶς δὲ τούτῳ συμμαρτυρεῖ.

Σωκράτης] Vulgo Κράτης. Correxit Valckenar. ad schol. Eur. Phœn. 45.

3 a.

Schol. Vatican. Eurip. Rhes. 28 : Ὁ δὲ Ἡσίοδος Εὐρώπης μέν φησιν αὐτὸν (τὸν Σαρπηδόνα), ὡς Ἑλλάνικος· εἰσὶ δὲ οἱ Λευκάστου (scribe Λυκάστου) καὶ Ἴδης τῆς Κορύβαντος γενεαλογοῦσι μετὰ καὶ Μίνωος καὶ Ῥαδαμάνθυος, καθάπερ Σωκράτης ἐν τοῖς Ἀργολικοῖς. Pro Λευκάστου scribendum esse Λυκάστου colligas ex Diodoro IV, 60, ubi Lycastus, Minois f., cognomini Cretæ urbi nomen dedisse dicitur.

4.

Plutarch. De mul. virt. c. 4 : Οὐδενὸς δὲ ἧττον ἐνδοξόν ἐστι τῶν κοινῇ διαπεπραγμένων γυναιξὶν ἔργων ὁ πρὸς Κλεομένη περὶ Ἄργους ἀγών, ὃν ἠγωνίσαντο, Τελεσίλλης τῆς ποιητρίας προτρεψαμένης. Ταύτην δέ φασιν οἰκίας οὖσαν ἐνδόξου, τῷ δὲ σώματι νοσηματικὴν, εἰς θεοὺς πέμψαι περὶ ὑγιείας, καὶ χρησθὲν αὐτῇ Μούσας θεραπεύειν, πειθομένην τῇ θεῷ, καὶ ἐπιθεμένην ὠδῇ καὶ ἁρμονίᾳ, τοῦ τε πάθους ἀπαλλαγῆναι ταχὺ, καὶ θαυμάζεσθαι διὰ ποιητικὴν ὑπὸ τῶν γυναικῶν. Ἐπεὶ δὲ Κλεομένης ὁ βασιλεὺς τῶν Σπαρτιατῶν πολλοὺς ἀποκτείνας (οὐ μὴν, ὡς ἔνιοι μυθολογοῦσιν, ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα καὶ ἑπτακοσίους πρὸς ἑπτακισχιλίους), ἐβάδιζε πρὸς τὴν πόλιν, ὁρμὴ καὶ τόλμα δαιμόνιος παρέστη ταῖς ἀκμαζούσαις τῶν γυναικῶν ἀμύνεσθαι τοὺς πολεμίους ὑπὲρ τῆς πατρίδος. Ἡγουμένης δὲ τῆς Τελεσίλλης, ὅπλα λαμβάνουσι, καὶ παρ' ἔπαλξιν ἱστάμεναι κύκλῳ τὰ τείχη περιέστεψαν, ὥστε θαυμάζειν τοὺς πολεμίους. Τὸν μὲν οὖν Κλεομένη, πολλῶν πεσόντων, ἀπεκρούσαντο· τὸν δὲ ἕτερον βασιλέα, Δημάρατον, ὡς Σωκράτης φησὶν, ἐντὸς γενόμενον καὶ κατασχόντα τὸ Παμφυλιακὸν, ἐξέωσαν. Οὕτω δὲ τῆς πόλεως περιγενομένης, τὰς μὲν πεσούσας ἐν τῇ μάχῃ τῶν γυναικῶν ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς Ἀργείας ἔθαψαν, ταῖς δὲ σωθείσαις ὑπόμνημα τῆς ἀριστείας ἔδοσαν ἱδρύσασθαι τὸν Ἐνυάλιον. Τὴν δὲ μάχην οἱ μὲν ἑβδόμῃ λέγουσιν ἱσταμένου μηνὸς, οἱ δὲ νουμηνίᾳ γενέσθαι τοῦ νῦν μὲν τετάρτου, πάλαι δὲ Ἑρμαίου παρ' Ἀργείοις, καθ' ἣν μέχρι νῦν τὰ Ὑβριστικὰ τελοῦσι, γυναῖκας μὲν ἀνδρείοις χιτῶσι καὶ χλαμύσιν, ἄνδρας δὲ πέπλοις γυναικῶν παὶ καλύπτραις ἀμφιεννύντες. Ἐπανορθούμενοι δὲ τὴν ὀλιγανδρίαν, οὐχ (ὡς Ἡρόδοτος ἱστορεῖ) τοῖς δούλοις, ἀλλὰ τῶν περιοίκων ποιησάμενοι πολίτας τοὺς ἀρίστους, συνῴκισαν τὰς γυναῖκας· ἔδοκουν δὲ καὶ τούτους ἀτιμάζειν καὶ περιορᾶν ἐν τῷ συγκαθεύδειν, ὡς χείρονας. Ὅθεν ἔθεντο νόμον τὸν κελεύοντα, πώγωνα δεῖν ἔχοντας συναναπαύεσθαι τοῖς ἀνδράσι τὰς γεγαμημένας. Cf. Müller. *Dor.* I, p. 173.

ΠΕΡΙ ΟΣΙΩΝ.

5.

Plutarchus De Is. et Osir. c. 35 : Ἃ δ' ἐμφανῶς

3.

Ita iratus erat Juppiter, ut fulmen penitus trajiceret per ambas mamillas vel per ambo latera, aut per ipsum Æsculapium atque eum quem sanaverat, adeo ut et Æsculapius et is quem in vitam revocaverat, interfectus sit. Socrates vero Æsculapium et magistrum ejus Chironem interfectum esse dicit. Huic vero nemo ullus suffragatur.

3 a.

Hesiodus Europae filium esse Sarpedonem dicit, ut Hellanicus. Sunt vero qui eum Lycasti et Idæ Corybante natæ esse filium, sicuti etiam Minoem et Rhadamanthum, tradant. Inter eos est Socrates in Argolicis.

4.

Inter res a mulieribus publice præclare gestas, nullum illustrius exstat facinus certamine, quod Argivæ pro patria adversus Cleomenem, Telesillæ poetriæ hortatu, obierunt. Hanc ferunt nobili ortam familia, quum esset corpore morbis obnoxio, deos de paranda bona valetudine consuluisse : oraculoque monitam ut Musas coleret, deæ obtemperasse, studiumque in carmina et harmoniam collocasse : et quum morbo brevi liberatam esse, tum ob poeticam in admiratione mulieribus fuisse. Quum Cleomenes Spartæ rex, multis Argivorum occisis (fabula est quod quidam numerum eorum perhibent septies millenos, septingenos, septagenos et septem), ad ipsam urbem duceret, impetus et divinitus quædam injecta audacia mulieres quæ ætate integra essent, excitavit ad propulsandos a patria hostes. Proinde Telesilla duce arma capiunt, propugnacula occupant, muros corona cingunt, non sine admiratione hostium. Ac Cleomenem quidem repulerunt, multos suorum desiderantem : alterum regem Demaratum, ut Socrates ait, qui in urbem pervenerat, et Pamphyliacum occupaverat, vi exturbarunt. Hoc modo urbe servata, mulieres quæ in pugna ceciderant, in via Argiva sepultæ sunt a civibus : superstitibus autem præmium virtutis dedicatio Martis concessa est. Pugnatum alii septima die, alii ipso in novilunio tradunt mensis, qui nunc quartus, olim Hermæus, id est Mercurialis, apud Argivos dicitur. Ea die etiam hodie Hybristica (id est Contumeliosa) sacra agunt, mulieres virilibus tunicis et lænis, viros muliebribus vittis ac velis vestientes. Virorum penuriam ut resarcirent, mulieres non, ut Herodotus narrat, servis, sed vicinorum optimis in civitatem receptis conjunxerunt : quos illæ videbantur contemnere et ignominia afficere in concubitu, ut se deteriores. Itaque legem posuerunt, quæ nuptas barbam jubebat habere quando cum viris concumberent.

DE SACRIS.

5.

Quæ palam faciunt sacerdotes, dum Apidis cadaver

ὁρῶσι θάπτοντες τὸν Ἄπιν οἱ ἱερεῖς, ὅταν παρακομίζωσιν ἐπὶ σχεδίας τὸ σῶμα, βακχείας οὐδὲν ἀποδεῖ. Καὶ γὰρ νεβρίδας περικαθάπτονται, καὶ θύρσους φοροῦσι, καὶ βοαῖς χρῶνται καὶ κινήσεσιν, ὥσπερ οἱ κάτοχοι τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασμοῖς. Διὸ καὶ ταυρόμορφα Διονύσου ποιοῦσιν ἀγάλματα πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων· αἱ δ' Ἠλείων γυναῖκες καὶ παρακαλοῦσιν εὐχόμεναι, ποδὶ βοείῳ τὸν θεὸν ἐλθεῖν πρὸς αὐτάς. Ἀργείοις δὲ βουγενὴς Διόνυσος ἐπίκλην ἐστίν· ἀνακαλοῦνται δ' αὐτὸν ὑπὸ σαλπίγγων ἐξ ὕδατος, ἐμβάλλοντες εἰς τὴν ἄβυσσον ἄρνα τῷ πυλαόχῳ. Τὰς δὲ σάλπιγγας ἐν θύρσοις ἀποκρύπτουσιν, ὡς Σωκράτης ἐν τοῖς Περὶ Ὁσίων εἴρηκεν. Ὁμολογεῖ δὲ καὶ τὰ Τιτανικά, καὶ νὺξ τελεία τοῖς λεγομένοις Ὀσίριδος διασπασμοῖς, καὶ ταῖς ἀναβιώσεσι καὶ παλιγγενεσίαις· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ τὰς ταφάς. Αἰγύπτιοί τε γὰρ Ὀσίριδος πολλαχοῦ θήκας, ὥσπερ εἴρηται, δεικνύουσι, καὶ Δελφοὶ τὰ τοῦ Διονύσου λείψανα παρ' αὐτοῖς παρὰ τὸ χρηστήριον ἀποκεῖσθαι νομίζουσι· καὶ θύουσιν οἱ Ὅσιοι θυσίαν ἀπόρρητον ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀπόλλωνος, ὅταν αἱ θυιάδες ἐγείρωσι τὸν Λικνίτην.

Ad eundem locum Socratis respicit Plutarchus in Quæst. Gr. c. 36 : Διὰ τί τὸν Διόνυσον αἱ τῶν Ἠλείων γυναῖκες ὑμνοῦσαι παρακαλοῦσι βοέῳ ποδὶ παραγίνεσθαι πρὸς αὐτάς; Ἔχει δ' οὕτως ὁ ὕμνος· Ἐλθεῖν, ἥρω Διόνυσε, ἅλιον ἐς ναὸν ἁγνὸν, σὺν χαρίτεσσιν ἐς ναὸν τῷ βοέῳ ποδὶ θύων. Εἶτα δὶς ἐπᾴδουσιν· Ἄξιε ταῦρε! » Πότερον ὅτι καὶ βουγενῆ προσαγορεύουσι καὶ ταῦρον ἔνιοι τὸν θεόν; Cf. Müller. *Min.* p. 456.

6.

Idem Qu. Rom. c. 52 : Ἀργείους δὲ Σωκράτης φησὶ τῇ Εἰλειθυίᾳ κύνα θύειν διὰ τὴν ῥᾳστώνην τῆς λοχείας. Cf. Welcker. *Trilog.* p. 239.

7.

Idem ib. c. 25 : Ἐν δ' Ἄργει λευκὰ φοροῦσιν ἐν τοῖς πένθεσιν, ὡς Σωκράτης φησὶν, ὑδατόκλυστα.

8.

Plutarch. Qu. Gr. c. 25 : « Τίς ἀλάστωρ, ἀλιτήριος, παλαμναῖος; » Οὐ γὰρ πειστέον τοῖς λέγουσιν ἀλιτηρίους κεκλῆσθαι τοὺς ἐπιτηροῦντας ἐν τῷ λιμῷ τὸν ἀλοῦντα καὶ διαρπάζοντας· ἀλλ' ἀλάστωρ μὲν κέκληται ὁ ἄληστα καὶ πολὺν χρόνον μνημονευθησόμενα δεδρακώς· ἀλιτήριος δὲ, ὃν ἀλεύασθαι καὶ φυλάξασθαι διὰ μοχθηρίαν καλῶς εἶχε. Ταῦτα, φησὶν ὁ Σωκράτης, ἐν διφθέραις χαλκαῖς γεγράφασι.

In antecedentibus Plutarchus quærit : Τίς ὁ Μεξαρχαγέτας ἐν Ἄργει, καὶ τίνες οἱ Ἐλάσιοι (c. 23); Τί τὸ παρ' Ἀργείοις λεγόμενον ἔγνισμα (c. 24); De his procul dubio egerat Socrates Argivus, ex quo sua petiverit Plutarchus. Nec aliunde fluxerint c. 50 (Διὰ τί πρὸς τὸ τοῦ Ἀγήνορος τέμενος τὰς ὄῖς προσελαύνοντες οἱ Ἀργεῖοι βιβάζουσιν;) et c. 51 (Διὰ τί Βαλλαχράδας ἑαυτοὺς Ἀργείων παῖδες ἐν ἑορτῇ τινι παίζοντες ἀποκαλοῦσιν;).

ΠΡΟΣ ΕΙΔΟΘΕΟΝ.

9.

Schol. Apoll. Rhod. I, 1207 : Σωκράτης ἐν τῷ Πρὸς Εἰδόθεόν φησι τὸν Ὕλαν ἐρώμενον Πολυφήμου, καὶ οὐχ Ἡρακλέους, γενέσθαι. Ead. Eudoc. p. 410.

10.

Idem ib. I, 40 : Τὸν Πολύφημον Ἐλάτου παῖδα εἶπεν Ἀπολλώνιος. Σωκράτης δὲ καὶ Εὐφορίων Ποσειδῶνος. Libri Ἰσοκράτης; correxit Toup. ad schol. Theocr. XIII, 7. Cf. Meinek. Euphor. p. 175.

---

rate advectum sepeliunt, nihil distant a Bacchi sacrificio : quippe et hinnuleorum pelles circum appendunt, et thyrsos gestant, iisque utuntur clamoribus et motibus, quibus Bacchico furore correpti dum orgia peragunt. Ea de causa plerique Græcorum Bacchi simulacra faciunt tauri forma : et Eleorum mulieres vota facientes precantur *ut ad se deus veniat bubulo pede* : et Argivis Bacchus est bovigena, et evocant eum tubis ex aqua, Janitori ovem in abyssum injicientes, et tubas inter thyrsos occultant, ut Socrates scripsit in libris De Sacris. Conveniunt et Titanica, et nox quæ perfecta dicitur, his quæ dicuntur de discerpto Osiride et redivivo ac renato; necnon et sepulturæ. Nam et Ægyptii multis in locis sepulcrum Osiridis monstrant, ut supra ostendimus : et Delphi reliquias Bacchi apud se juxta oraculum sitas putant, arcanumque sacrificium Hosii in fano Apollinis peragunt, quo tempore Thyiades Licnitam (id Bacchi est nomen) excitant.

6.

Argivos Socrates ait cane Lucinæ rem sacram facere ob facilitatem pariendi.

7.

Socrates scribit Argis in luctu albas geri vestes aqua elutas.

8.

Quid significant Alastor, Aliterius, Palamnæus? Non enim fides habenda est aliterios dictos perhibentibus qui famis tempore observant molentes (hos Græci vocant *aluntas*) et farinam diripiunt. Verum est *Alastor* qui perpetravit *alasta* (id est oblivioni nunquam mandanda) et diuturnam habitura memoriam. *Aliterius*, quem vitare (*aleuasthæ*) ob improbitatem convenit. Hæc Socrates ait in tabulis æreis inscripta fuisse.

AD IDOTHEUM.

9.

Socrates in libro Ad Idotheum Hylam Polyphemi, non vero Herculis amasium fuisse dicit.

10.

Polyphemum Apollonius Elati. Socrates vero et Euphorion Neptuni filium fuisse dicunt.

11.

Schol. Theocrit. XIII, 7 : Τὸν Ὕλαν Σωκράτης υἱὸν Ἡρακλέους φησίν.

12.

Schol. Pindar. Isthm. III, 104 : Σωκράτης δὲ ὑπὸ Αὐγέου φησὶν αὐτοὺς (Herculis e Megara liberos) δολοφονηθῆναι. Cf. fr. Lysimachi ex h. l.

13.

Schol. Eur. Phœn. 45 : Τὴν δὲ Σφίγγα οἱ μὲν λέγουσιν ἔχειν πρόσωπον παρθένου, στῆθος δὲ καὶ πόδας λέοντος, πτερὰ δὲ ὄρνιθος· Σωκράτης δὲ αὐτήν φησι χρησμολόγον δύσγνωστα μαντευουμένην· ἅπερ ἀγνοοῦντες οἱ Θηβαῖοι καὶ ἐναντίως αὐτοῖς χρώμενοι ἀπώλοντο. Ἀσκληπιάδης δὲ κτλ. Taur. codex : ὡς Κράτης.

14.

Suidas v. Χιάζειν. Vide Aristoxeni fragm. 51, tom. II, p. 285. Pro Σωκράτης ibi vulgo legitur Ἰσοκράτης ἐν τοῖς Πρὸς Εἰδόθεον, quod correxit Fabricius B. Gr. IV, p. 286.

SOCRATES COUS.

ΕΠΙΚΛΗΣΕΙΣ ΘΕΩΝ.

15.

E LIBRO SEXTO.

Athenæus III, p. 111, B : Σωκράτης ἐν ἕκτῳ Ἐπικλήσεων τὸν ὀβελίαν φησὶν ἄρτον Διόνυσον εὑρεῖν ἐν ταῖς στρατείαις.

15 a.

Schol. Apoll. Rhod. I, 966, de Apolline ἐκβασίῳ. Vide Deiochi fr. 3, tom. II, p. 17.

16.

E LIBRO DUODECIMO.

Suidas : Κυνήτιος, Ἀπόλλων Ἀθήνησιν οὕτω λεγόμενος, ὃν ἱδρύσατο Κύννις, Ἀπόλλωνος καὶ Παρνηθίας νύμφης, ὡς Σωκράτης ἐν ιϛ'. *** θεμένης τῆς Λητοῦς τὰ βρέφη ὑπὸ κυνῶν ἁρπασθῆναι· τοῦ κνυζηθμοῦ γὰρ αἰσθομένους κύνας καὶ ποιμένας ἀνασῶσαι τῇ μητρί· ὀνομασθῆναι ὧν ἐν Ὑμηττῷ ἀπὸ τῶν κυνῶν.

Κυνήτιος] sic vulg. Κύνιος cod. A. et Phot. Κύνιος ap. Polyb. 32, 25, 12. Κύννιος, Ἀπόλλωνος ἐπίθετον Hesych. Ἀπολλωνος Κυννει[ου] in lapide Corinthio ap. Bœckh. C. I. I, p. 573; hæc vera forma, ut videtur. Cf. Hesych. v. Κυννίδαι, γένος Ἀθήνησιν, ἐξ οὗ ὁ ἱερεὺς τοῦ Κυννίου Ἀπόλλωνος. V. Dindorf. in Steph. Thes. s. h. v. — Quæ sequuntur (e Socrate?) manca sunt. — ἁρπασθῆναι κτλ.] Photius : ἁρπασθῆναι τοῦ κνύζειν· τοὺς γὰρ αἰσθανομένους. « An rescribendum τοῦ κν. γ. ἀ. τῆς κυνὸς τοὺς π. etc. Tamen ne sic quidem hæc pro integris habenda sunt. » *Hemsterh.* De re cf. Müller. *Dor.* I, p. 247. Cf. Crates Athen. fr. 2.

ΠΕΡΙ ΟΡΩΝ ΚΑΙ ΤΟΠΩΝ ΚΑΙ ΠΥΡΟΣ ΚΑΙ ΛΙΘΩΝ.

17.

Athenæus IX, p. 388, A : Σωκράτης δ' ἐν τῷ Περὶ ὀρῶν (ὄρων vgo) καὶ τόπων καὶ πυρὸς (ποταμῶν?) καὶ λίθων, « Ἐκ τῆς Λυδίας μεταχωμισθέντες (φησὶν) εἰς Αἴγυπτον οἱ ἀτταγαῖ, καὶ ἀφεθέντες εἰς τὰς ὕλας, ἕως μὲν τινὸς ὄρτυγος φωνὴν ἀφίεσαν, ἐπεὶ δὲ τοῦ ποταμοῦ κοίλου ῥυέντος λιμὸς (λοιμὸς Ælian.) ἐγένετο, καὶ πολλοὶ τῶν κατὰ τὴν χώραν ἀπώλλυντο, οὐ διέλιπον σαφέστερον τῶν παίδων τῶν τρανοτάτων ἕως νῦν λέγοντες, τρὶς τοῖς κακούργοις κακά. Συλλη-

---

11.

Hylam Socrates filium Herculis fuisse dicit.

12.

Socrates ab Augea Herculis et Megaræ filios dolo interfectos esse refert.

13.

Sphingem alii faciem virginis, pectus pedesque leonis, alas avis habuisse dicunt; Socrates vero eam fuisse ait fatidicam indigenam, quæ perobscura vaticinata sint. Hæc non intelligentes Thebani et contraria iis agentes perierunt.

DE DEORUM COGNOMINIBUS.

15.

Socrates sexto libro De (deorum) cognominibus ait obeliam panem a Baccho in militaribus expeditionibus esse inventum.

16.

Cynneus Apollo Athenis sic dictus, cujus fanum dedicavit Cynnis, Apollinis et Parnethiæ nymphæ filius, ut scribit Socrates libro XII.... Quum Latona infantes (*in Hymetto*) deposuisset, eos raptos esse a canibus (*a lupis?*), verum audito vagitu canes et pastores matri eos restituisse. Quare in Hymetto Apollo a canibus nomen habet.

DE MONTIBUS ET LOCIS ET IGNE (?) ET LAPIDIBUS.

17.

Socrates in libro De montibus et locis et igne et lapidibus scribit : « Ex Lydia in Ægyptum translati attagenes, ac deinde in silvas dimissi, coturnicis vocem aliquamdiu ediderunt : sed quum aliquando fluvius humilior fluxisset, fames [*pestis*] secuta est, quæ multos terræ incolas perdidit; ex eo non cessarunt usque ad hunc diem voce magis distincta, quam qua utuntur planissime loquentes pueri, ca-

φθέντες δὲ οὐ μόνον οὐ τιθασεύονται, ἀλλ' οὐδὲ φωνὴν ἔτι ἀφιᾶσιν. Ἐὰν δὲ ἀφεθῶσι, φωνήεντες πάλιν γίγνονται. » Cf. Ælian. H. an. XV, 17.

18.

Schol. Apoll. Rh. IV, 973 : Ὀρείχαλκος.. Ἄλλοι δὲ ἀνδριαντοποιοῦ λέγουσιν ὄνομα, ὡς Σωκράτης καὶ Θεόπομπος ἐν κα'.

Apud Plutarchum Parall. min. c. 18 pro Σωκράτης ἐν β' Θρᾳκικῶν ex Stobæo Flor. VII, 16 reponendum Σωσικράτης. — Subjicio grammatica hæcce : Etym. M. p. 389, 18 : Εὐβοῖς : Τὰ εἰς ευς ἐθνικά, εἰ μὲν ἔχουσι προηγούμενον σύμφωνον, εἰς ις ποιοῦσι τὸ θηλυκόν· οἷον Ἀλεξανδρεύς, Ἀλεξανδρὶς γυνή..., εἰ δὲ φωνῆεν, εἰς ας, Ἰλιεύς, Ἰλιάς. Οὕτω Ὅμηρος. Ὁ δὲ γραμματικὸς Σωκράτης ἀντιλέγει, ὅτι ἰδοὺ τὸ Εὐβοεὺς προηγούμενον ἔχει φωνῆεν, καί ἐστι Εὐβοῖς γυνή. Schol. Aristoph. Eq. 963 : Παρὰ δὲ τοῖς κωμικοῖς μόλγης ὁ μοχθηρὸς, γόης. Οὕτω Σωκράτης. Valckenar. ad Eur. Phœn. 47 voluit : Οὕτως ὁ Κράτης.

SOSANDER.

Apud Marcianum (vel Minippum) Peripl. p. 157 ed. Hoffm. inter geographos recensetur Σώσανδρος ὁ κυβερνήτης, τὰ κατὰ τὴν Ἰνδικὴν γράψας. Novimus Onesicritum gubernatorem, non item Sosandrum. Fortasse corrupta vox est.

SOSICRATES.

Sosicrates, probatus de rebus Cretensium auctor (fr. 1 et 2), Apollodoro antiquior fuit (v. fr. 2). Accuratius ætas ejus constitui posset, si pro explorato ponere liceret, Κρητικῶν scriptorem eundem esse cum *Sosicrate Rhodio* (fr. 19) qui De philosophorum successionibus opus concinnavit. Is enim Hermippo Callimacheo, cujus testimonio utitur (fr. 16), fuit junior. Itaque Sosicrates inter Hermippum et Apollodorum medius floruisse censendus foret sub Ptolemæo Epiphane (205-181). Sed incerta hæc. Σωσικράτης nomen in Σωκράτης abiit fr. 5 et 8 (*).

ΚΡΗΤΙΚΑ.

1.

Diodorus V, 80, 4, in narratione de Cretensium mythologumenis historiaque antiquissima secutum sese ait Epimenidem theologum, Dosiadem, *Sosicratem*, Laosthenidem, quippe quos fide dignissimos habuisset.

2.

Strabo X, p. 475 : Μέγεθος δὲ (sc. τῆς Κρήτης) Σωσικράτης μέν, ὃν φησιν ἀκριβοῦν Ἀπολλόδωρος τὰ περὶ τὴν νῆσον, ἀφορίζεται, μήκει μὲν πλειόνων ἢ δισχιλίων σταδίων καὶ τριακοσίων· πλάτει δὲ οὐ κατὰ τὸ μέγεθος· ὥσθ' ὁ κύκλος γένοιτ' ἂν πλέον ἢ πενταχισχίλιοι στάδιοι.

3.

E LIBRO PRIMO.

Apostolius Prov. VII, 37 : Ἔστι καὶ ἐν Κρήτῃ Δουλόπολις, ὡς Σωσικράτης ἐν τῇ α' τῶν Κρητικῶν. Eadem Suidas v. Δούλων πόλις. Cf. Theopompi fr. 122. Steph. Byz. s. v. : Φασὶ καὶ κατὰ Κρήτην Δουλόπολιν εἶναι χιλίανδρον. Müller. *Dor.* I, p. 255.

4.

EX EODEM LIBRO.

Athenæus VI, p. 261, E : Σωσικράτης δ' ἐν πρώτῳ Κρητικῶν ἴδιόν τί φησι περὶ τοὺς Φαιστίους ὑπάρχειν. Δοκοῦσι γὰρ ἀσκεῖν ἐκ παιδαρίων εὐθὺς τὸ γέλοια λέγειν· διὸ καὶ συμβέβηκεν αὐτοὺς ἀποφθέγγεσθαι πολλάκις εὐκαίρως, διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς συνήθειαν. Ὥστε πάντας τοὺς κατὰ Κρήτην τούτοις ἀνατιθέναι τὸ γέλοιον.

(*) Inter reliquos Sosicrates h. l. notandi *S. Phanagorita* Ἡοίων auctor (Athenæus XIII, p. 590, B.); *S. comicus* (ibid. I, p. 31, E; XI, p. 474, A); *Sosicrates orator* (Rutil. Lup. I, 9, ubi v. Ruhnk.); *S. Cyzicenus* (v. fr. 9).

---

nere, τρὶς τοῖς κακοῦργοις κακά (id est, *ter improbis mala*)! Hi si capiuntur, non modo non curantur, sed ne vocem quidem amplius emittunt : sin dimittantur, rursus fiunt vocales.

18.

Orichalcus. Alii hoc statuarii nomen esse aiunt, ut Socrates et Theopompus libro vicesimo quinto.

CRETICA.

2.

Magnitudinem Cretæ Sosicrates, quem res hujus insulæ accurate exponere Apollodorus ait, ita definit, ut longitudo sit stadiorum bis mille trecentorum et amplius, latitudo vero non pro ratione longitudinis : adeo ut circuitus Cretæ fiat major quinquies mille stadiis.

3.

In Creta quoque est Dulopolis (*Servorum urbs*), ut Sosicrates ait libro primo Rerum Creticarum.

4.

Sosicrates primo libro Rerum Creticarum proprium aliquid habere ait Phæstios. Dicuntur enim jam a pueris ad dicenda ridicula exerceri : quare sæpe accidit, ut salsum aliquid et acutum opportune respondeant, propter usum ab ineunte ætate contractum. Itaque his Cretenses omnes hoc tribuunt, quod in ridicule dictis excellant.

5.

E LIBRO SECUNDO.

Schol. Aristoph. Av. 521 : Λάμπων δ' ὄμνυσ' ἔτι καὶ νυνὶ τὸν χῆν', ὅταν ἐξαπατᾷ τι] Ὅτι [lege Οὐ. *Dübner.*] Πρῶτοι οἱ Σωκρατικοὶ ἐπετήδευσαν οὕτως ὀμνύναι. Σωσικράτης γὰρ ἐν τῷ β' τῶν Κρητικῶν οὕτως φησί· « Ῥαδάμανθυς δὲ δοκεῖ διαδεξάμενος τὴν βασιλείαν δικαιότατος γεγενῆσθαι πάντων ἀνθρώπων. Λέγεται δὲ αὐτὸν πρῶτον οὐδένα ἐᾶν ὅρκους ποιεῖσθαι κατὰ τῶν θεῶν, ἀλλ' ὀμνύναι κελεῦσαι χῆνα καὶ κύνα καὶ κριὸν καὶ τὰ ὅμοια. »

« Σωσικράτης Küsterus [et Meursius]. Legebatur Σωκράτης, hic et ap. Zenob. Prov. V, 81 (ubi eadem brevius). » Dindorf. Idem ex Zenobio *ἐν τῷ β'* scripsit pro vulg. *ἐν τῷ ιϐ'*, laudatque de Sosicrate Hemsterhusium in Anecd. vol. I, p. 197 et Geelium in Bibl. crit. nova vol. I, p. 62. Cf. Apostol. XVII, 7; schol. Platon. p. 331 Bekker.; Eustath. ad Hom. p. 1871, 4; Hœck. in *Creta* II, p. 198.

6.

Athenæus VI, p. 263, F. Fragmentum libri quarti. V. Dosiadæ fr. 2, p. 399.

7.

Athenæus XIII, p. 561, E : Λακεδαιμόνιοι δὲ πρὸ τῶν παρατάξεων Ἔρωτι προθύονται, ὡς ἐν τῇ τῶν παραταττομένων φιλίᾳ κειμένης τῆς σωτηρίας τε καὶ νίκης. Καὶ Κρῆτες δ' ἐν ταῖς παρατάξεσι τοὺς καλλίστους τῶν πολιτῶν κοσμήσαντες, διὰ τούτων θύουσι τῷ Ἔρωτι, ὡς Σωσικράτης ἱστορεῖ.

8.

Schol. Eur. Hippol. 47 : Πάσαις ταῖς ἀφ' Ἡλίου γενομέναις ἐμήνισεν Ἀφροδίτη διὰ τὴν μηνυθεῖσαν αὐτῆς ὑφ' Ἡλίου μοιχείαν. Τὴν οὖν Πασιφάην οὐ μόνον τοῦ ταύρου, ἀλλὰ καὶ τοῦ Μίνωος ἐρασθῆναί φασιν, ὡς ἱστορεῖ Σωσικράτης. Codd. Σωκράτης; em. Barnesius.

9.

Fulgentius Planciad. De vocib. antiq. : *Nefrendes : Diophantus Lacedæmonius, qui De sacris deorum scripsit, ait, apud Athenas Marti solere sacrificari sacrum, quod* Ἑκατομφόνια *appellatur; si quis enim centum hostes interfecisset, Marti de homine sacrificabat apud insulam Lemnum; quod sacrificatum est a duobus, Aristomene Gortynensi et Theocle Elæo, sicut Sosicrates scribit.*

Cf. Pausan. IV, 19, 2. Müller. *Dor.* I, 142. Hæc Creticorum auctori vindicanda esse probabile est propter Aristomenem Gortynensem. Quamquam idem Fulgentius in Myth. II, 14 alium *Sosicratem* laudat, *Cyzicenum. Collecta pecuniarum suarum summa*, ait, *ut Sosicrates Cyzicenus in libris Historiæ scribit, omni censu suo Mida rex Pactoli fluvium, qui in mare decurrere solitus erat, per innumerabiles meatus ad irrigandam provinciam derivavit, suaque expensa avaritia fluvium fertilem reddidit. Mida enim græce quasi* μηδὲν εἰδών, *id est nihil sciens. Avarus enim tantum stultus est, ut sibi prodesse non norit.*

SOSICRATES RHODIUS.

ΔΙΑΔΟΧΑΙ.

10.

Diog. L. I, 38, de Thalete : Ἐτελεύτησε δ' ἐτῶν ἑβδομήκοντα ὀκτώ, ἤ, ὡς Σωσικράτης φησίν, ἐνενήκοντα. Τελευτῆσαι γὰρ ἐπὶ τῆς πεντηκοστῆς ὀγδόης Ὀλυμπιάδος, γεγονότα κατὰ Κροῖσον, ᾧ καὶ τὸν Ἅλυν ὑποσχέσθαι ἄνευ γεφύρας περᾶσαι, τὸ ῥεῖθρον παρατρέψαντα.

11.

Idem I, 49, de Solone : Τοῦ δὴ λοιποῦ προσεῖχον αὐτῷ ὁ δῆμος καὶ ἡδέως καὶ τυραννεῖσθαι ἤθελον ὑπ

5.

Sosicrates libro secundo Rerum Creticarum ita habet : « Rhadamanthys in regno succedens omnium hominum justissimus fuisse videtur. Is primus fertur vetasse, ne quis per deos juraret, sed jussisse per anserem jurare vel per canem, arietem et alia ejusmodi. »

7.

Lacedæmonii priusquam prœlia ineunt, Amori sacra faciunt, in eorum qui una in acie stant amicitia salutem victoriamque positam existimantes. Et Cretenses, quum aciem instruunt, formosissimos civium exornant, et per hos Amori sacrificant, ut Sosicrates tradit.

8.

Omnibus Solis posteris Venus irascebatur quod adulterium ejus a Sole patefactum esset. Pasiphaæ igitur non tauri (*Minois?*) solum sed Minois (*tauri?*) etiam amorem injecit, ut memoriæ mandavit Sosicrates.

PHILOSOPHORUM SUCCESSIONES.

10.

Thales mortuus ætatis anno septuagesimo, vel, ut Sosicrates ait, nonagesimo : quinquagesima quippe et octava Olympiade esse defunctum. Crœsi vero vixisse temporibus, cui etiam pollicitus esset Halyn fluvium sine ponte trajicere, averso flumine.

11.

Ex eo jam tempore Solon plebis in se animos ita converterat, ut sibi illum omnes uno animo imperare cuperent. Eis vero ille tantum abfuit ut acquiesceret, ut, auctore

αὐτοῦ· ὁ δὲ οὐχ εἵλετο, ἀλλὰ καὶ Πεισίστρατον τὸν συγγενῆ, καθά φησι Σωσικράτης, προαισθόμενος τὸ ἐφ' ἑαυτῷ διεκώλυσεν. Ἄξας γὰρ εἰς τὴν ἐκκλησίαν μετὰ δόρατος καὶ ἀσπίδος προεῖπεν αὐτοῖς τὴν ἐπίθεσιν τοῦ Πεισιστράτου· καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ βοηθεῖν ἕτοιμος εἶναι, λέγων ταῦτα· « Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν μὲν σοφώτερος, τῶν δὲ ἀνδρειότερός εἰμι· σοφώτερος μὲν τῶν τὴν ἀπάτην τοῦ Πεισιστράτου μὴ συνιέντων, ἀνδρειότερος δὲ τῶν ἐπισταμένων μὲν, διὰ δέος δὲ σιωπώντων. » Καὶ ἡ βουλὴ, Πεισιστρατίδαι ὄντες, μαίνεσθαι ἔλεγον αὐτόν· ὅθεν εἶπε ταυτί·

Δείξει δὴ μανίην μὲν ἐμὴν βαιὸς χρόνος ἀστοῖς,
δείξει, ἀληθείης ἐς μέσον ἐρχομένης.

Τὰ δὲ περὶ τῆς τοῦ Πεισιστράτου τυραννίδος ἐλεγεῖα προλέγοντος αὐτοῦ ταῦτα ἦν·

Ἐκ νεφέλης φέρεται χιόνος μένος ἠδὲ χαλάζης·
βροντὴ τ' ἐκ λαμπρῆς γίγνεται ἀστεροπῆς·
ἀνδρῶν δ' ἐκ μεγάλων πόλις ὄλλυται· ἐς δὲ μονάρχου
δῆμος ἀϊδρείῃ δουλοσύνην ἔπεσεν.

Ἤδη δὲ αὐτοῦ κρατοῦντος οὐ πείθων ἔθηκε τὰ ὅπλα πρὸ τοῦ στρατηγίου καὶ εἰπών, « Ὦ πατρὶς, βεβοήθηκά σοι καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ, » ἀπέπλευσεν εἰς Αἴγυπτον καὶ εἰς Κύπρον, καὶ πρὸς Κροῖσον ἦλθεν.

12.

Idem I, 68, de Chilone : Γέγονε δὲ ἔφορος κατὰ τὴν πεντηκοστὴν πέμπτην Ὀλυμπιάδα. Παμφίλη δέ φησι κατὰ τὴν ἕκτην· καὶ πρῶτον ἔφορον γενέσθαι ἐπὶ Εὐθυδήμου, ὥς φησι Σωσικράτης.

13.

Idem I, 75, de Pittaco : Τότε δ' οὖν τὸν Πιττακὸν ἰσχυρῶς ἐτίμησαν οἱ Μυτιληναῖοι, καὶ τὴν ἀρχὴν ἐνεχείρισαν αὐτῷ. Ὁ δὲ δέκα ἔτη κατασχὼν καὶ εἰς τάξιν ἀγαγὼν τὸ πολίτευμα, κατέθετο τὴν ἀρχὴν, καὶ δέκα ἐπιβιὼ ἄλλα. Καὶ χώραν αὐτῷ ἀπένειμαν οἱ Μυτιληναῖοι· ὁ δὲ ἱερὰν ἀνῆκεν, ἥτις νῦν Πιττάκειος καλεῖται. Σωσικράτης δέ φησιν ὅτι ὀλίγον ἀποτεμόμενος ἔρη τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς πλεῖον εἶναι.

14.

Idem I, 95, de Periandro : Σωσικράτης δέ φησι πρότερον Κροίσου τελευτῆσαι αὐτὸν ἔτεσι τετταράκοντα καὶ ἑνὶ, πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς ἐννάτης Ὀλυμπιάδος.

15.

Idem I, 101, de Anacharsi : Λέγει δὲ αὐτὸν Σωσικράτης ἐλθεῖν εἰς Ἀθήνας κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα, ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκράτους.

16.

Idem I, 106, de Mysone : Μύσων Στρύμωνος, ὥς φησι Σωσικράτης, Ἕρμιππον παρατιθέμενος, τὸ γένος Χηνεὺς, ἀπὸ κώμης τινὸς Οἰταϊκῆς ἢ Ἀχαϊκῆς, σὺν τοῖς ἑπτὰ καταριθμεῖται. Λέγεται δὴ πρός τινος (τινῶν?) Ἀναχάρσιδος πυνθανομένου εἴ τις αὐτοῦ σοφώτερος εἴη, τὴν Πυθίαν εἰπεῖν ἅπερ προείρηται ἐν τῷ Θαλοῦ βίῳ ὑπὲρ Χείλωνος·

Οἰταῖόν τινά φημι Μύσων' ἐνὶ Χηνὶ γενέσθαι
σοῦ μᾶλλον πραπίδεσσιν ἀρηρότα πευκαλίμῃσι.

Sosicrate, Pisistratum quoque propinquum suum, quum sibi tyrannidem parare intelligeret, quantum in se fuit, prohibuerit. Nam quum in concionem prosiliisset hasta armatus et clypeo, Pisistrati insidias et improbos conatus ipsis aperuit : neque id solum, verum et juvare paratum sese asseveravit, « Viri, inquiens, Athenienses, aliis ego sapientior, aliis vero fortior sum : sapientior quidem illis, qui Pisistrati conatus non animadverterunt ; fortior autem iis qui sciunt quidem illos, sed metu silent. » Senatus vero, qui studeret Pisistrato, insanire illum proclamabat. Itaque ille hæc dixit :

Noscetur mea post paullo vesania civi,
noscetur, veris in medium positis.

Elegi autem quibus Pisistrati tyrannidem prædixit, sunt hi :

Vis nivis et nebuloso agitatur in æthere grando,
horrendum excutiunt fulgura clara sonum :
et cecidere viris persæpe potentibus urbes,
detrusa inque ferum plebs stolida imperium est.

Jam vero Pisistrato rerum potito, quum a proposito revocare non posset, ante curiam arma deposuit, dicens illud : « O patria, tibi equidem verbo et opere auxiliatus sum. » Inde profectus in Ægyptum navigavit atque in Cyprum, denique ad Crœsum pervenit.

12.

Chilo ephorus fuit Olympiade quinquagesima quinta ; Pamphila vero ait Olympiade quinquagesima sexta ; ac primum ephorum fuisse sub Euthydemo archonte ait Sosicrates.

13.

Hinc igitur Pittacum in summo bonore Mytilenæi habuere, eique principatum tradiderunt, quem ille' quum decem annis tenuisset ac rempublicam præclare constituisset, se ipsum sponte magistratu abdicavit. Decem inde alios supervixit annos, agrumque sibi a Mytilenæis permissum sacravit, qui nunc Pittaceus dicitur. Sed Sosicrates ait eum partem exiguam sibi reservasse, et dixisse, dimidium plus toto esse.

14.

Sosicrates Periandrum ante Crœsum obiisse diem asserit annis uno et quadraginta, ante quadragesimam nonam Olympiadem.

15.

Sosicrates Anacharsin Athenas venisse ait Olympiade quadragesima septima, archonte Eucrate.

16.

Myson Strymonis filius, ut ait Sosicrates Hermippum testem citans, Chenensis genere e vico quodam Œtaico vel Laconico, septem sapientibus accensetur. Fertur a quibusdam, Pythiam, quum ab Anacharside quæreretur quisnam se esset sapientior, respondisse ut de Chilone prædiximus in Thaletis vita :

Œtæum quendam prognatum Chene Mysonem
te magis esse aio rebus sublimibus aptum.

Πολυπραγμονήσαντα δὲ ἐλθεῖν εἰς τὴν κώμην καὶ εὑρεῖν αὐτὸν θέρους ἐχέτλην ἀρότρῳ προσαρμόττοντα, καὶ εἰπεῖν, « Ἀλλ', ὦ Μύσων, οὐχ ὥρα νῦν ἀρότρου ». « Καὶ μάλα, » εἶπεν, « ὥστε ἐπισκευάζειν. » Ἄλλοι δὲ τὸν χρησμὸν οὕτως ἔχειν φασί « Ἠτεῖόν τινά φημι· » καὶ ζητοῦσι τί ἐστιν ὁ Ἠτεῖος. Παρμενίδης μὲν οὖν δῆμον εἶναι Λακωνικῆς, ὅθεν εἶναι τὸν Μύσωνα. Σωσικράτης δ' ἐν Διαδοχαῖς, ἀπὸ μὲν πατρὸς Ἠτεῖον εἶναι, ἀπὸ δὲ μητρὸς Χηνέα. Εὐθύφρων δ' ὁ Ἡρακλείδου τοῦ Ποντικοῦ, Κρῆτά φησιν εἶναι· Ἠτείαν γὰρ πόλιν εἶναι Κρήτης· Ἀναξίλαος δ' Ἀρκάδα.

17.

Idem VIII, 8, de Pythagora : Σωσικράτης δὲ ἐν Διαδοχαῖς φησιν αὐτὸν ἐρωτηθέντα ὑπὸ Λέοντος τοῦ Φλιασίων τυράννου, τίς εἴη; Φιλόσοφος, εἰπεῖν.

18.

Idem II, 84, de Aristippo : Ἔνιοι δὲ καὶ Διατριβῶν αὐτόν φασιν ἓξ γεγραφέναι· οἱ δ' οὐδ' ὅλως γράψαι· ὧν ἐστι καὶ Σωσικράτης ὁ Ῥόδιος.

19.

E LIBRO TERTIO.

Idem VI, 13 : Πρῶτος (Antisthenes) ἐδίπλωσε τὸν τρίβωνα, καθά φησι Διοκλῆς, καὶ μόνῳ αὐτῷ ἐχρῆτο· βάκτρον τε ἀνέλαβε καὶ πήραν· πρῶτον δὲ καὶ Νεάνθης φησὶν διπλῶσαι θοιμάτιον· Σωσικράτης δ' ἐν τρίτῃ Διαδοχῶν, Διόδωρον τὸν Ἀσπένδιον καὶ πώγωνα καθεῖναι καὶ βάκτρῳ καὶ πήρᾳ χρῆσθαι.

20.

Athenæus IV, p. 163, F : Σωσικράτης δ' ἐν τρίτῳ Φιλοσόφων διαδοχῆς βαθεῖ πώγωνι χρήσασθαι τὸν Διόδωρον ἱστορεῖ, καὶ τρίβωνα ἀναλαβεῖν, κώμην τε φορῆσαι, κατά τινα τῦφον τὴν ἐπιτήδευσιν ταύτην προσαγαγόντα, τῶν πρὸ αὐτοῦ Πυθαγορικῶν λαμπρᾷ τε ἐσθῆτι ἀμφιεννυμένων, καὶ λουτροῖς καὶ ἀλείμμασι, κουρᾷ τε τῇ συνήθει χρωμένων.

21.

Diog. L. VI, 80, de scriptis Diogenis : Σωσικράτης δ' ἐν τῷ πρώτῳ (τρίτῳ?) τῆς Διαδοχῆς, καὶ Σάτυρος ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν Βίων, οὐδὲν εἶναι Διογένους φασί.

22.

Athenæus X, p. 422, C : Καὶ Κράτης δ' ὁ κυνικὸς, ὥς φησι Σωσικράτης ἐν ταῖς Διαδοχαῖς, ἐπερράπισε Δημήτριον τὸν Φαληρέα, σὺν τῇ πήρᾳ τῶν ἄρτων καὶ λάγυνον πέμψαντα οἴνου· Εἴθε γάρ, ἔφη, τὰς κρήνας καὶ ἄρτους ἦν φέρειν.

23.

Diog. L. VII, 163, de scriptis Aristonis Chii : Παναίτιος δὲ καὶ Σωσικράτης μόνας αὐτοῦ τὰς Ἐπιστολὰς φασί· τὰ δὲ ἄλλα τοῦ περιπατητικοῦ Ἀρίστωνος.

Hoc illum oraculo sollicitatum ad vicum pervenisse, eumque reperisse æstate stivam aratro aptantem, ac dixisse, Atqui, o Myson, non aratro vacandi nunc tempus est : illumque respondisse, Imo vero nunc tempus est reficiendi. Alii oraculum illud sic editum fuisse dicunt, *Eleum quendam aio*, inquiruntque quid sit Eleus. Parmenides quidem pagum esse Laconiæ, unde fuerit Myson : Sosicrates vero in Successionibus, patre Eleum, matre Cheneum fuisse tradit : Euthyphron Heraclidis Pontici filius Cretensem asserit; esse enim in Creta oppidum Eleam : Anaxilaus Arcadem tradit.

17.

Sosicrates in Successionibus ait Pythagoram rogatum a Leonte Phliasiorum tyranno quisnam esset, dixisse : Philosophus.

18.

Quidam Aristippum etiam Dissertationum libros sex scripsisse asserunt; alii prorsus scripsisse eum aliquid negant, ex quibus est Sosicrates Rhodius.

19.

Antisthenes primus pallium, ut ait Diocles, duplicavit, ipsoque solo utebatur vestimento; baculumque sumpsit ac peram. Hunc etiam Neanthes primum refert duplicasse pallium : contra Sosicrates in Successionum tertio Diodorum ait Aspendium : et barbam promisisse et baculo et pera usum esse ait.

20.

Sosicrates, tertio libro de Philosophorum Successione, narrat, promissa usum esse barba Diodorum, et tritum pallium sumpsisse, comamque aluisse, institutumque illud ex vana quadam jactantia adhibuisse, quum ante ipsum Pythagorei splendida amicti veste incederent, et balneis et unguentis et tonsura pro aliorum hominum more usi essent.

21.

Sosicrates in primo (*tertio*) Successionis et Satyrus in quarto Vitarum nihil scriptum a Diogene esse affirmant.

22.

Crates Cynicus, ut narrat Sosicrates in Successionibus, objurgans Demetrium Phalereum, quod cum panum pera etiam vini lagenam ei misisset : « Utinam, inquit, panem etiam ferrent fontes. »

23.

Panætius et Sosicrates solas Epistolas Aristonis Chii esse, reliqua scripta ad Aristonem peripateticum pertinere.

SOSTHENES CNIDIUS.

1.

ΙΒΗΡΙΚΑ.

E LIBRO TREDECIMO.

Plutarchus De fluv. 16, 3 : Παράκειται δ' αὐτῷ (τῷ Νείλῳ) ὄρος, Ἄργιλλον καλούμενον ἀπ' αἰτίας τοιαύτης. Ζεὺς δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν ἐκ Λύκτου, πόλεως Κρητικῆς, Ἄργην νύμφην ἁρπάσας, ἀπήνεγκεν εἰς ὄρος τῆς Αἰγύπτου, Ἄργιλλον καλούμενον· καὶ ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς υἱὸν, καλούμενον Διόνυσον· ὃς ἀκμάσας εἰς τιμὴν τῆς μητρὸς τὸν λόφον Ἄργιλλον μετωνόμασε· στρατολογήσας δὲ Πᾶνας καὶ Σατύρους, ἰδίοις σκήπτροις Ἰνδοὺς ὑπέταξε· νικήσας δὲ καὶ Ἰβηρίαν, Πᾶνα κατέλιπεν ἐπιμελητὴν τῶν τόπων· ὃς τὴν χώραν ἀπ' αὐτοῦ Πανίαν μετωνόμασεν· ἣν οἱ μεταγενέστεροι παραγώγως Σπανίαν προσηγόρευσαν· καθὼς ἱστορεῖ Σωσθένης ἐν ιγ' Ἰβηρικῶν.

2.

Id. ib. c. 17, 4 : Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ (ἐν Εὐρώτᾳ) βοτάνη, καλουμένη Χαρίσιον, ἣν γυναῖκες, ἔαρος ἀρχομένου, τοῖς τραχήλοις περιάπτουσι, καὶ ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν συμπαθέστερον ἀγαπῶνται· καθὼς ἱστορεῖ Κλεάνθης ἐν α' Περὶ ὀρῶν. Μέμνηται δὲ τούτων ἀκριβέστερον Σωσθένης ὁ Κνίδιος, παρ' οὗ τὴν ὑπόθεσιν εἴληφεν Ἑρμογένης.

SOSTRATUS.

ΤΥΡΡΗΝΙΚΑ.

E LIBRO SECUNDO.

1.

Theophilus ait : « Philoxenum, Eryxidis filium, non debemus imitari : ille enim, ut aiunt, naturam accusans, quo diutius frueretur cibi ac potionis voluptate, collum sibi gruis optabat. Quin potius præcandum est, ut equus omnino, aut bos, aut camelus, aut elephas fias. Sic enim et appetitiones et voluptates multo majores erunt, acrioresque : quanto enim plus valent horum corpora, tanto majoribus fruuntur voluptatibus. »

Laudatur denique Theophili cujusdam Geographicum opus apud Ptolemæum, Geogr. I, 14 : Ἀλλ' ἵνα μὴ δόξωμεν καὶ αὐτοὶ πρὸς κείμενόν τι πλῆθος ἐφαρμόζειν τὰς τῶν ἀποχῶν εἰκασίας, παραλάβωμεν τὸν ἀπὸ τῆς Χρυσῆς Χερρονήσου μέχρι Καττιγάρων πλοῦν, συγκείμενον ἔκ τε εἴκοσιν ἡμερῶν, τῶν ἐπὶ Ζάβας, καὶ ἐξ ἄλλων τινῶν τῶν ἐπὶ τὰ Καττίγαρα, ὥσπερ ἀπὸ τῶν Ἀρωμάτων ἐπὶ τὸ Πράσον ἄκρον, συγκείμενον καὶ αὐτὸν ἔκ τε τῶν ἴσων ἡμερῶν, εἴκοσιν τῶν ἐπὶ τὰ Ῥαπτὰ, κατὰ Θεόφιλον, καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν τῶν ἐπὶ τὸ Πράσον, κατὰ Διόσκορον, ἵνα καὶ κατὰ τὸν Μαρῖνον ἐν ἴσῳ θῶμεν τάς τινας ἡμέρας ταῖς πολλαῖς εἰκάσαντα. Reliquos Theophilos missos facio.

THEOTIMUS.

ΠΕΡΙ ΚΥΡΗΝΗΣ.

1.

E LIBRO PRIMO.

Schol. Pindar. Pyth. V, 33 : Κάρρωτος, ὄνομα κύριον, περὶ οὗ μέμνηται πρὸς τὸν Ἀρκεσίλαον· οἱ δὲ τὸν ἡνίοχον τούτου, ὃν φησιν ὁ Πίνδαρος (scr. Δίδυμος) τῆς Πυθιακῆς νίκης αἴτιον γενέσθαι τῷ Ἀρκεσιλάῳ, κατάγειν δὲ αὐτῷ καὶ στρατιωτικὸν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἀθροίσαντα. Ταῦτα δὲ πιστοῦται παρατιθέμενος τὰ Θεοτίμου ἐκ τοῦ πρώτου Περὶ Κυρήνης ἔχοντα οὕτως· « Διαπίπτουσαν δὲ τὴν πρᾶξιν αἰσθόμενος ὁ Ἀρκεσίλαος καὶ βουλόμενος δι' αὐτοῦ τὰς Ἑσπερίδας οἰκίσαι, πέμπει μὲν εἰς τὰς πανηγύρεις ἵππους ἀθλήσοντας Εὔφημον ἄγοντα, νικήσας δὲ τὰ Πύθια καὶ τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα ἐστεφάνωσε καὶ ἐποίκους εἰς τὰς Ἑσπερίδας συνέλεγεν. Εὔφημος μὲν οὖν ἐτελεύτα· Κάρρωτος δὲ τῆς Ἀρκεσιλάου γυναικὸς ἀδελφὸς διεδέξατο τὴν τῶν ἐποίκων ἡγεμονίαν. » Ὁ τοίνυν Πίνδαρος τοῖς ἑταίροις καθομιλῶν τὸ καταπραχθὲν τῷ Εὐφήμῳ τῷ Καρρώτῳ προσῆψε.

Arcesilaus est quartus hujus nominis, qui Pythia vicit Olymp. 78, 3. De historia ejus exponit Bœckh. ad Pyth. IV et V, quem vide.

2.

Idem ad Pyth. IV, 61 : Κυβερνήτης (Argûs navis) ὁ Εὔφημος ἦν καὶ πρωρεύς· τοῦτο γὰρ ἱστορεῖν ἴσμεν Θεότιμον.

De *Euphemi* nomine mythico et historico ap. Cyrenenses v. Müller. *Min.* p. 341.

3.

Pindarus Ol. VII, 33, Rhodum insulam appellat Ἀσίας εὐρυχόρου τρίπολιν νᾶσον πέλας ἐμπόλῳ. Ad hæc schol. : Θεότιμος δὲ ἐν τῷ περὶ τοῦ Νείλου ὄρου ἱστοριῶν διὰ τοῦ υ γράφει εὔβολον, καὶ οὕτω προσαγορεύεσθαι διὰ τὸ ἐν καλῷ τόπῳ κεῖσθαι τὴν νῆσον. Corrupta hæc esse apparet. Si recte habent verba περὶ τοῦ Νείλου, fort. deinceps scrib. παριστορῶν.

ΙΤΑΛΙΚΑ.

E LIBRO SECUNDO.

3.

Plutarch. Par. M. c. 8 : Πορσίνας, Τούσκων βασιλεὺς, πέραν Θύμβριος ποταμοῦ στρατεύσας ἐπολέμησε Ῥωμαίοις, καὶ τὴν ἀπὸ σιτίων φερομένην εὐθηνίαν μέσην λαβών, λιμῷ τοὺς προειρημένους ἔτρυχεν. Ὁράτιος δὲ Κάτλος, στρατηγὸς χειροτονηθείς, τὴν ξυλίνην κατελάβετο γέφυραν, καὶ τὸ πλῆθος τῶν βαρβάρων διαβῆναι βουλόμενον ἐπεῖχε. Πλεονεκτούμενος δὲ ὑπὸ τῶν πολεμίων, προσέταξε τοῖς ὑποτεταγμένοις κόπτειν τὴν γέφυραν, καὶ τὸ πλῆθος τῶν βαρβάρων διαβῆναι βουλόμενον ἐκώλυσε. Βέλει δὲ τὸν ὀφθαλμὸν πληγείς, ῥίψας ἑαυτὸν εἰς τὸν ποταμὸν, διενήξατο εἰς τοὺς οἰκείους· ὡς Θεότιμος δευτέρῳ Ἰταλικῶν.

DE CYRENE.

Carrhotus, nomen proprium, de quo verba facit poeta ad Arcesilaum. Nonnulli dicunt Carrhotum aurigam ejus fuisse, eumque Didymus ait Arcesilao auctorem victoriæ fuisse, eundemque etiam milites in Græcia conscriptos ad Arcesilaum adduxisse. Hæc vero Didymus confirmat apposito testimonio Theotimi, qui in primo De Cyrene libro ita habet : « Elabi hanc rem sentiens Arcesilaus volensque Hesperidas colonis frequentare, ad ludos misit cum equis certatoribus Euphemum, et Pythiis victor patriam suam coronavit et novos colonos in Hesperidas ducendos per Euphemum colligendos curavit. Euphemus quidem tunc mortuus est; post quem Carrhotus, Arcesilai uxoris frater, suscepit colonorum præfecturam. »

2.

Argûs navis gubernator et proreta Euphemus erat. Hoc enim Theotimum narrare scimus.

3.

Theotimus in libro De Nilo data occasione de hoc loco agens, per υ literam εὔβολον scribit, atque sic Rhodum insulam ob situm præclarum vocari ait.

ITALICA.

3.

Porsena, Etruriæ rex, positis trans Tiberim castris, bellum Romanis intulit, interceptaque commeatus subvectione, fame eos pressit. Horatius autem Cocles dux creatus Sublicium occupavit pontem, hostesque transire volentes inhibuit : multitudineque eorum superatus, suis mandavit ut pontem rescinderent, hostiumque turbam transitu prohibuit; sagitta autem oculum ictus in amnem se abjecit et ad suos tranatavit. Sic Theotimus secundo Rerum Italicarum.

THESEUS.

Suidas : Θησεὺς, ἱστορικός. Βίους ἐνδόξων ἐν βιβλίοις ε', Κορινθιακὰ (Κορινθιακῶν codd.) ἐν βιβλίοις γ', ἐν οἷς (sic Eudoc.; ἐν ᾧ Suid.) δηλοῖ (καὶ add. Eud.) τὴν κατάστασιν τοῦ Ἰσθμιακοῦ ἀγῶνος. Ead. Eudoc. p. 233. Alium quendam Theseum habes in Inscr. Att. ap. Boeckh. C. Inscr. I, p. 386.

ΚΟΡΙΝΘΙΑΚΑ.

E LIBRO TERTIO

Tzetzes ad Lyc. 644 : Ἄρνη πόλις ἐστὶ Βοιωτίας ἀπὸ Ἄρνης τῆς Ποσειδῶνος τροφοῦ, ἥτις Κρόνου ζητοῦντος Ποσειδῶνα, ἀπηρνήσατο μὴ ἔχειν αὐτὸν, ὅθεν ἡ πόλις ἐκλήθη Ἄρνη, πρότερον Σινόεσσα λεγομένη, ὡς φησι Θησεὺς ἐν τρίτῃ Κορινθιακῶν. Paullo aliter Etym. M. p. 145, 47 : Ἄρνη, νύμφη, ἡ τροφὸς Ποσειδῶνος. Εἴρηται δὲ (καὶ) Ἄρνη ἡ νύμφη Σινόεσσα (sc. πρότερον) καλουμένη, ὅτι τὸν Ποσειδῶνα λαβοῦσα παρὰ τῆς Ῥέας ἐκτρέφειν, πρὸς τὸν Κρόνον ζητοῦντα ἀπηρνήσατο· καὶ ἐντεῦθεν Ἄρνη ὠνομάσθη. Οὕτω Θησεὺς ἐν Κορινθιακῶν τρίτῳ. Cf. Müller. *Min.* p. 392.

De Isthmiorum institutione ex Thesei Corinthiacis nihil proditur, verum ex Musæo afferuntur hæc : Schol. Apoll. Rh. III, 1240 : Μουσαῖος ἐν τῷ Περὶ Ἰσθμίων δύο φησὶ γενέσθαι ἀγῶνας ἐν τῷ Ἰσθμῷ· καὶ τὸν μὲν Ποσειδῶνος εἶναι, τὸν δὲ Μελικέρτου. Cf. schol. Pind. Introduct. in Isthm. et Passov. *Musæus* p. 78; Meinek. ad Euphor. p. 106 sqq. (Ex schol. Apoll., Tzetze ad Lyc. 109, aliis sua corrasit Natalis Com. V, 4, qui iis, quæ ap. Tzetzem leguntur, testem affinxit *Theseum in Corinthiacis.*)

Schol. Eur. Med. 10 : Ὅτι καὶ ἀθάνατος ἦν ἡ Μήδεια Μουσαῖος ἐν τῷ Περὶ Ἰσθμίων ἱστορεῖ, ἅμα καὶ περὶ τῶν τῆς Ἀχραίας Ἥρας ἑορτῶν ἐκτιθείς. De Junone Acræa Corinthiorum cf. schol. Eur. Med. 1375; Pausan. II, 24, 1; Apollodor. I, 9, 28; Zenob. Prov. I, 27. Müller. *Dor.* I, p. 396. — Ex hoc igitur loco patet Musæum libro, quo de Isthmiis agebat, simul etiam de aliis quæ ad cultum Corinthiorum pertinebant exposuisse. Quare scriptum istud etiam Κορινθιακῶν titulo citari potuit. Similiter Euphorionis Κορινθιακὰ et Περὶ Ἰσθμίων librum unum idemque fuisse opus statuimus (tom. III, p. 72). Jam vero recte procul dubio censent Morerus (*Diction.* VI, p. 506) et Passovius (l.l. p. 91) Musæum istum esse Ephesium, de quo ita Suidas : Μουσαῖος... Ἐφέσιος, ἐποποιὸς τῶν εἰς τοὺς Περγαμηνοὺς καὶ αὐτός· (*) Κύκλους ἔγραψε, Περσηίδος βιβλία δέκα, καὶ εἰς Εὐμένη καὶ Ἄτταλον. Ceterum quum fabulæ de Melicerta deque Junonis Acrææ cultu sint mysticæ, ideoque optime cadant in ea quæ de Musæo vate, τελετῶν καὶ καθαρμῶν auctore, feruntur, dubium vix est quin Ephesio illi nomen Musæi non a parentibus sit sed a carminibus inditum. Verum auctoris nomen esse *Ctesiam* sagaciter monuit Welckerus (De Cycl. Hom. p. 50). Nam Ctesiam tanquam *Ephesium* et *Perseidis* auctorem adducit Plutarch. De fluv. c. 18 : Μυκῆναι, ait, ἐκαλοῦντο τὸ πρότερον Ἄργιον ἀπὸ Ἄργου τοῦ πανόπτου· μετωνομάσθη δὲ Μυκῆναι δι' αἰτίαν τοιαύτην. Περσέως Μέδουσαν ἀποκτείναντος, Σθενὼ καὶ Εὐρυάλη, ὡς τῆς προειρημένης ἀδελφαὶ τῆς πεφονευμένης, τὸν ἐπίβουλον ἐδίωκον· γενόμεναι δὲ κατὰ τοῦτον τὸν λόφον, καὶ ἀπελπίσασαι τῆς συλλήψεως διὰ τὴν συμπάθειαν μυκηθμὸν ἀνέδωκαν. Οἱ δ' ἐγχώριοι τὴν ἀκρώρειαν ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος Μυκήνας μετωνόμασαν, καθὼς ἱστορεῖ Κτησίας Ἐφέσιος ἐν α' Περσηίδος. Ceterum de Ctesia Ephesio aliunde non constat. Quare in præfat. ad Ctes. fragm. p. 11, nomen corruptum videri et pro Κτησίας reponendum esse Θησεὺς suspicatus sum. (Simili modo pro *Ctesias* corrupte legitur *Thesias* ap. Serv. ad Virg. G. I, 182.) Sententiam eo niti vides, quod et Theseus noster et ille Musæus-Ctesias Ephesius de Isthmiorum institutione deque aliis rebus, quæ ad Corinthiorum cultum spectant, exposuerunt. — Simile opus Περὶ τελετῶν scripsit Neanthes Cyzicenus, qui et ipse Pergamenus grammaticus erat, atque sicuti Noster libros Περὶ ἐνδόξων et De rebus Attali composuit. Num ab eodem Musæo Ephesio profectus sit liber Περὶ Θεσπρώτων (v. Clem. Strom. p. 266, coll. Welcker. *Cycl.* p. 311), uti Passovius p. 55 suspicatur, non dijudico.

Ex libris Περὶ ἐνδόξων nihil superstes, quod diserte iis adscriptum sit. Argumentum ex parte fuerit de viris doctis, poetis, philosophis etc., ut ex Neanthis opere atque aliis libris eodem

(*) Ante vocem Κύκλους interpunxi; fortasse temere. Vulgo interpungitur post κύκλους. Corruptum locum censet Bernhardy. Kusterus Περγαμηνοὺς κύκλους significare putat *cœtus virorum doctorum, qui Pergami erant.* Vertit : « *poeta epicus, unus eorum qui in Museum Pergamenum allecti erant.* » Quæ rejecit Welcker. *Cycl. ep.* p. 50. Toupius sententiam Küsteri sequens scribi voluit : εἷς τῶν τοῦ Περγαμηνοῦ καὶ αὐτὸς κύκλου. Fortasse fuit ἐποποιὸς τῶν εἰς τοὺς Περγαμηνοὺς Εὐμένη καὶ Ἄτταλον, quæ postrema verba in seqq. delenda forent. Ceterum pro κύκλους, unus cod. κύκλας.

1.

CORINTHIACA.

Arne, urbs Bœotiæ, sic dicta ab Arne Neptuni nutrice, quæ, quum Saturnus Neptunum quæreret, se eum habere negavit (ἠρνήσατο). Hinc Arne (urbs) dicta, cui prius Sinoessa nomen erat, ut ait Theseus in tertio Corinthiacorum.

titulo inscriptis colligas. Nescio an recte conjecerim eosdem libros Κύκλων nomine a Suida (v. Μουσαῖος) designari, ita scilicet, ut Theseus κύκλον virorum bello, doctrina, artibus etc. clarorum distinxerit (cf. κύκλον σοφιστῶν κ. ἐποποιῶν ap. Welck. l. l. p. 51). Ne confidentius loquamur, obstat Suidiani loci ratio critica. — Sequuntur fragmenta duo, quæ ex libris Περὶ ἐνόδων petita esse videntur.

2.

Stobæi Floril. VII, 70 : Ἐκ τῶν Θησέως. Λοιμοῦ κατασχόντος τὴν Λακεδαίμονα διὰ τὴν ἀναίρεσιν τῶν κηρύκων τῶν ἀπεσταλμένων παρὰ Ξέρξου αἰτοῦντος γῆν καὶ ὕδωρ, ὥσπερ ἀπαρχὰς δουλείας, χρησμὸς ἐδόθη, ἀπαλλαχθήσεσθαι αὐτούς, εἴ γέ τινες ἕλοιντο Λακεδαιμονίων παρὰ τοῦ βασιλέως ἀναιρεθῆναι. Τότε Βούλης καὶ Σπέρχης ἀφικόμενοι εἰς βασιλέα ἠξίουν ἀναιρεθῆναι· ὁ δὲ θαυμάσας αὐτῶν τὴν ἀρετὴν, ἐπανιέναι προσέταξεν. V. Wesseling. et Valcken. ad Herodot. VII, 134.

3.

Stobæus Floril. VII, 67 : Ἐκ τῶν Θησέως. Λακεδαιμόνιοι καὶ Ἀργεῖοι περὶ χωρίου Θυραίας (Θυρεάτιδος m.) ἐν μεθορίῳ κειμένης, μέχρι μέν τινος ὅλοις τοῖς στρατεύμασι παρετάσσοντο πρὸς ἀλλήλους, τέλος ἔδοξεν αὐτοῖς ἐπιλέξαι παρ' ἑκατέρων τριακοσίους, κἀκείνων μαχεσαμένων τοῖς κρατήσασιν διαφέρειν τὸ χωρίον. Οὗπερ γενομένου, Ὀθρυάδης Λακεδαιμόνιος στρατιώτης πολλοὺς ἀποκτείνας καὶ πολλὰ τετρωμένος ἔκειτο μεταξὺ τῶν ἀνηρημένων Λακεδαιμονίων μόνος περιλειφθείς, Ἀργείων δὲ δύο Ἀλκήνωρ καὶ Χρόμιος· ὧν ἀπελθόντων εἰς Ἄργος ἀπαγγεῖλαι τὴν νίκην, Ὀθρυάδης πολλοὺς σκυλεύσας τῶν πολεμίων τρόπαιον ἔστησε, καὶ χρησάμενος τῷ τῶν τραυμάτων αἵματι, ἐπέγραψεν· Λακεδαιμονίων κατ' Ἀργείων· καὶ τοῦτο πράξας ἀπέθανεν.

2.

E libris Thesei. Peste Lacedæmonem tenente propter cædem præconum, quos Xerxes miserat, ut terram et aquam, utpote servitutis primitias, postularent, oraculum editum est, fore liberationem, si qui ex Lacedæmoniis a rege se occidendos darent. Tum Bules et Sperches ad regem accedentes occidi ipsos jusserunt. Ille vero virtutem virorum admiratus redire eos jussit.

3.

E libris Thesei. Lacedæmonii et Argivi de Thyreatide regione in confiniis sita contendentes aliquamdiu universis cum exercitibus prœlia inter se commiserunt, tandem vero placuit trecentos viros utrinque seligere, atque is, quorum manus prœlio superior futura esset, regione illa cedere. Quo facto, Othryades Lacedæmonius miles post multorum cædem multis confectus vulneribus, jacebat inter occisos Lacedæmonios solus superstes; ex Argivis vero duo superstites erant Alcenor et Chromius. Quibus Argos profectis, ut victoriam nuntiarent, Othryades, spoliis multorum hostium detractis, tropæum erexit, et sanguine vulnerum utens inscripsit ei : *Lacedæmonii contra Argivos;* eoque facto exspiravit.

TIMAGETUS.

ΠΕΡΙ ΛΙΜΕΝΩΝ.

1.

Schol. Apoll. Rhod. IV, 259 : Τιμάγητος δὲ ἐν α' Περὶ λιμένων τὸν Ἴστρον φησὶ καταφέρεσθαι ἐκ τῶν Κελτικῶν ὀρῶν, εἶτα ἐκδιδόναι εἰς Κελτικὴν λίμνην· μετὰ δὲ ταῦτα εἰς δύο σχίζεσθαι τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ μὲν εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον εἰσβάλλειν, τὸ δὲ εἰς τὴν Κελτικὴν θάλασσαν· διὰ δὲ τούτου τοῦ στόματος πλεῦσαι τοὺς Ἀργοναύτας, καὶ ἐλθεῖν εἰς Τυρρηνίαν. Κατακολουθεῖ δὲ αὐτῷ καὶ Ἀπολλώνιος. Cf. Ukert. Geogr. II, 2, p. 25. 45.

Cf. idem IV, 284 : Ἴστρον μιν καλέοντες : Τὸν Ἴστρον φησὶν ἐκ τῶν Ὑπερβορέων καταφέρεσθαι καὶ τῶν Ῥιπαίων ὀρῶν· οὕτω δὲ εἶπεν ἀκολουθῶν Αἰσχύλῳ ἐν Λυομένῳ Προμηθεῖ λέγοντι τοῦτο· γενόμενον δὲ μεταξὺ Σκυθῶν καὶ Θρᾳκῶν σχίζεσθαι· καὶ τὸ μὲν (εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς θάλασσαν ἐκβάλλειν ῥεῖθρον· τὸ δὲ) εἰς τὴν Ποντικὴν θάλασσαν ἐκπίπτειν· τὸ δὲ, εἰς τὸν Ἀδριατικὸν κόλπον.... Οὐδεὶς δὲ ἱστορεῖ, διὰ τούτου τοὺς Ἀργοναύτας εἰσπεπλευκέναι εἰς τὴν ἡμετέραν θάλασσαν, ἕξω Τιμαγήτου, ᾧ ἠκολούθησεν Ἀπολλώνιος. Igitur Timagetus Apollonio antiquior.

2.

Idem IV, 306 : Καλὸν δὲ διὰ στόμα : Τρία στόματα ἔχει ὁ Ἴστρος· ὧν ἓν λέγεται Καλὸν στόμα, ὡς φησι Τιμάγητος ἐν τῷ Περὶ λιμένων· εἰς ὃ φησι πλεῦσαι τὸν Ἄψυρτον, [τὸ δὲ Ἄρηος ἢ Ἄρηκος cod. Paris.; τὸ Νάρακον στόμα ap. Arr. Ponti Peripl. p. 23; τὸ Ναράκιον Anon. Per. p. 11; *Naracustoma* Plin. IV, 14, 24; Ἰναριάκιον corr. Ptolem. III, 10, 5].

DE PORTUBUS.

1.

Timagetus libro De portubus Istrum dicit deferri ex Celticis montibus, deinde in lacum Celticum influere; post hæc in duos scindi alveos, quorum alter in Pontum Euxinum, alter in Celticum mare se exoneret. Per hoc ostium navigantes Argonautas in Tyrrheniam venisse.

2.

Ister tria habet ostia, quorum unum dicitur *Pulcrum ostium* (ut ait Timagetus in opere De portubus), in quod Apsyrtum innavigasse poeta dicit, alterum vero Areis vel Arecis.

3.

Schol. Apoll. IV, 324 : Ἀγγούρου ὄρεος] Πλησίον Ἴστρου ποταμοῦ. Μνημονεύει δὲ αὐτοῦ Τιμάγητος ἐν Αιμέσιν. V. Ukert. III, 2, p. 125 sq.

4.

Idem II, 1031 : Τὴν Ἀρητιάδα νῆσόν φασιν ὑπὸ Ὀτρήρας τῆς Ἄρεος κατοικισθῆναι. Περὶ δὲ τῶν ἐν αὐτῇ ὀρνέων μέμνηται Τιμάγητος. Εἰσὶ δὲ σιδηρόπτεροι, αἳ λέγονται Στυμφαλίδες.

5.

Idem I, 224 : Εἰ δὲ ἐπὶ κίνδυνον αὐτοὺς (τοὺς Ἀργοναύτας) ἔπεμπεν ὁ Πελίας, διὰ τί ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐξήργετο; καὶ οὗτος μέν φησιν, ἄκοντος τοῦ πατρός. Δημάγητος δὲ, ὅτι ἐκέλευσεν ὁ Πελίας τὴν Ἀργὼ ἀραιοῖς γόμφοις παγῆναι, ἵνα ταχέως ἀπολέσῃ αὐτούς· ὁ δὲ Ἄργος τοὐναντίον πεποίηκεν. Τὸ δὴ πιστὸν ἔχων παρὰ τοῦ τέκτονος ὁ Ἄκαστος ἐπέβη.

Δημάγητος] Idem procul dubio qui reliquis locis Τιμάγητος vocatur.

6.

Stephanus Byz. : Ἀκτή· οὕτως ἡ Ἀττικὴ ἐκαλεῖτο ἀπὸ Ἀκταίου τινός... Ἔστι καὶ Ἀκτὴ Μαγνησίας, ἀφ' ἧς Ἄκτιος καὶ Ἐπάκτιος Ἀπόλλων τιμᾶται. Ἔστι καὶ ἑτέρα Ἀκαρνανίας, ἧς μέμνηται Δημάγητος.

Δημάγητος] Δημάρατος voluit Berkel.

TIMAGORAS.

ΘΗΒΑΙΚΑ.

1.

Schol. Eur. Phœn. 670 : Ἐκ τῶν ὀδόντων ἐξεχύνησεν ἡ γῆ ὁπλοφόρους ἄνδρας. Εἰσὶ δὲ οὗτοι ἐξ αὐτῶν ὑπολειφθέντες, Πέλωρ, Ἐχίων, Οὐδαῖος, Χθόνιος, Ὑπερήνωρ, κατὰ δὲ Τιμαγόραν καὶ Κρέων.

2.

Stephan. Byz. : Σπάρτη, Λακωνικὸν χωρίον, ἀπὸ τῶν μετὰ Κάδμου Σπαρτῶν, περὶ ὧν Τιμαγόρας φησὶν, ἐκπεσόντας (δὲ) αὐτοὺς εἰς τὴν Λακωνικὴν Σπάρτην ἀφ' ἑαυτῶν ὀνομάσαι.

3.

Schol. Eur. Phœn. 159 : Περὶ δὲ τοῦ πλήθους τῶν Νιοβιδῶν αὐτὸς Εὐριπίδης ἐν Κρεσφόντῃ φησί'... « Καὶ δὶς ἑπτ' αὐτῆς τέκνα Νιόβης θανόντα Λοξίου τοξεύμασιν. » Ὅμως (l. ὁμοίως) καὶ Αἰσχύλος ἐν Νιόβῃ, καὶ Ἀριστοφάνης δὲ ἐν δράματι Νιόβης ὁμοίως ζ' αὐτὰς λέγουσιν, εἶναι δὲ ἑπτὰ καὶ τοὺς ἄρρενας. Τιμαγόρας δὲ ἐν τοῖς Θηβαϊκοῖς φησὶν ὡς κακῶς πάσχοντες ὑπὸ τῶν περὶ Ἀμφίονα οἱ Σπαρτοὶ ἀνεῖλον αὐτοὺς λοχήσαντες ἀπιόντας εἰς Ἐλευθερὰς ἐπὶ πατρικὴν θυσίαν, τὴν δὲ Νιόβην εἶασαν ζῆν διὰ Πέλοπα· ἄλλοι δὲ ἄλλως ἱστοροῦσι περὶ αὐτῆς.

θυσίαν] sic em. Valcken. pro οὐσίαν. Cod. Taur. εἰς πατριουσίαν, et paullo ante κακῶς π. οἱ περὶ τὸν Α. οἱ Σπαρτιᾶται. Cf. Müller. *Min.* p. 229, et not. ad frag. 1 Demagoræ.

Subjicio mentionem libri Περὶ ποταμῶν, quem semel affert Plutarch. De fluv. c. 12, 3 : Φύεται δὲ καὶ βοτάνη (sc. ad Caicum Mysiæ fl.) Ἠλιφάρμακος καλουμένη, ἣν οἱ ἰατροὶ ταῖς αἱμορροούσαις τιθέασι, καὶ τῶν φλεβῶν μεσολαβοῦσι τὴν ἔκρυσιν· καθὼς ἱστορεῖ Τιμαγόρας ἐν α' Περὶ ποταμῶν. Eadem Stobæus Floril. C, 17.

3.

Angurus mons prope Istrum situs est. Meminit ejus Timagetus in opere De portubus.

4.

Areliadem insulam ab Otrera Martis filia incolis frequentatam esse aiunt. De avibus in ea degentibus exponit Timagetus. Ferreis illæ alis instructæ sunt, vocanturque Stymphalides.

5.

Sin ad periculum Argonautas Peliæ emisit, cur filius ejus cum iis exiit? Apollonius ait eum invito patre exiisse. Demagetus (*Timagetus*) vero narrat jussisse Peliam Argo navem clavis infirmis compingi, quo citius illos perderet. Argus vero contrarium fecit. Itaque securus a parte architecti Acastus navem conscendit.

6.

Acte. Sic Attica vocabatur ab Actæo quodam. Est etiam Acte Magnesiæ, a qua Actius et Epactius Apollo colitur. Est etiam Acte Acarnaniæ, cujus meminit Demagetus (*Timagetus*).

THEBAICA.

1.

Ex dentibus terra enixa est viros armiferos. Ex quibus superstites relicti sunt hi : Pelor, Echion, Udæus, Chthonius et Hyperenor; secundum Timagoram vero etiam Creon.

2.

Sparta in Laconia nomen habet a Spartis qui cum Cadmo erant. De iis Timagoras ait pulsos et in Laconiam transgressos Spartam de ipsorum nomine nuncupasse.

3.

De numero Niobidarum ipse Euripides in Cresphonte ait : *Et bis septem Niobes liberi Loxii pereuntes sagittis.* Ceterum Æschylus quoque in Niobe et Aristophanes in Niobe eodem modo septem ejus filias septemque item filios fuisse dicunt. Timagoras vero in Thebaicis narrat Spartos, quum ab Amphione ejusque sociis male haberentur, Niobidas occidisse Eleutheras proficiscentes ad celebrandum sacrum patrium, Niobæ vero vitam reliquisse propter Pelopem. Alii denique aliter de Niobe narrant.

TIMOLAUS.

ΦΡΥΓΙΑΚΑ.

E LIBRO PRIMO.

Plutarch. De fluv. c. 9 : Μαίανδρος ποταμὸς τῆς Ἀσίας· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ἀναβαίνων· μόνος γὰρ ἐκ πάντων τῶν ποταμῶν ἀπὸ τῶν ἰδίων ἀρχόμενος πηγῶν εἰς ἑαυτὸν παλινδρομεῖ. Προσηγορεύθη δὲ Μαίανδρος ἀπὸ Μαιάνδρου, τοῦ Κερκάφου καὶ Ἀναξιβίας παιδὸς, ὃς πρὸς Πεσσινουντίους πόλεμον ἔχων ηὔξατο τῇ Μητρὶ τῶν θεῶν, ἐὰν ἐγκρατὴς γένηται τῆς νίκης, θύσειν τὸν πρῶτον αὐτῷ συγχαρέντα ταῖς ἀνδραγαθίαις, τρόπαια φέρων. Ὑποστρέψαντι δὲ τῷ προειρημένῳ πρῶτος συνεχάρη συναντήσας ὁ παῖς Ἀρχέλαος, μετὰ τῆς μητρὸς καὶ τῆς ἀδελφῆς· ὁ δὲ τῆς προειρημένης δεισιδαιμονίας ἀναμνησθεὶς, κατ' ἀνάγκην βωμοῖς κατήγαγε τοὺς προσήκοντας. Ἀθυμήσας δ' ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσιν ἔρριψεν ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν Ἀναβαίνοντα, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Μαίανδρος προσηγορεύθη· καθὼς ἱστορεῖ Τιμόλαος ἐν α' Φρυγιακῶν. Μέμνηται δὲ τούτων καὶ Ἀγαθοκλῆς ὁ Σάμιος ἐν τῇ Πεσσινουντίων πολιτείᾳ.

Fortasse Timolaus hic idem est cum Timolao Macedone, cujus mentio fit ap. schol. ad Hom. Odyss. γ, 267 (et Eustath. l. l.) : Τὸν δὲ Δημόδοκον εἰς Μυκήνας λαβὼν Ἀγαμέμνων ἔταξε τὴν Κλυταιμνήστραν τηρεῖν. Ἐτίμων δὲ λίαν (Ἐτίμα γὰρ λίαν, φησὶ, sc. Δημήτριος, Eust.) τοὺς ᾠδοὺς ὡς διδασκάλους τῶν τε θείων καὶ παλαιῶν ἀνδραγαθημάτων, καὶ τῶν ἄλλων ὀργάνων πλέον τὴν λύραν ἠγάπων· ὅηλοῖ δὲ καὶ Κλυταιμνήστρα τὴν αὐτῶν τιμήν. Οὐ γὰρ φονεύειν ἀλλ' ἀφορίζειν αὐτὸν ἐκέλευσε (ἀφῆκε Eust.). Τιμόλαος δὲ ἀδελφὸν αὐτόν φησιν εἶναι Φημίου, ὃν ἀκολούθως ἔταξαν καὶ τῇ Πηνελόπῃ εἰς Ἰθάκην πρὸς παραφυλακὴν αὐτῆς. Διὸ καὶ βίᾳ τοῖς μνηστῆρσιν ᾄδει. Τοσοῦτον δὲ καὶ πρὸς τὰ πολιτικὰ διέτεινεν ἡ τῶν κιθαρῳδῶν μουσικὴ ὡς τῶν Σπαρτιατῶν τὴν πόλιν ὠφελεῖσθαι λέγουσιν ὑπὸ τούτων τῶν ἀνδρῶν τὰ μέγιστα καὶ πρὸς ὁμόνοιαν καὶ πρὸς τὴν τῶν νόμων φυλακήν. Cf. schol. Od. α, 325 : Οὗτος ὁ ἀοιδὸς (Phemius) ἀδελφὸς ἦν Χαρίου τοῦ Κλυταιμνήστρας ᾠδοῦ, συνάρας ἀπὸ Λακεδαίμονος Ἰθάκῃ (lege Πηνελόπῃ). Scilicet Clytæmnestræ cantorem τινὲς Χαρίδημον (Χαριάδην Eust.), οἱ δὲ Δημόδοκον καλοῦσιν, οἱ δὲ Γλαῦκον, schol. Odyss. γ', 267.

Eustath. ad. Odyss. λ, p. 1697, 57 : Ἐδόθησαν δὲ καὶ ἄλλοις τῶν ἡρώων μνήμονες, οἷον τῷ Ἀχιλλεῖ πρὸς τῆς μητρὸς, ὡς ἱστορεῖ καὶ Αυκόφρων, καὶ τῷ Πατρόκλῳ δὲ ὑπ' Ἀχιλλέως Εὔδωρος μετὰ τὴν μῆνιν ἐν τῇ ναυμαχίᾳ, ὥστε μὴ πρόσω χωρεῖν, ἀναιρεθῆναι δ' αὐτὸν εὐθὺς ἐν τῇ συμβολῇ ὑπὸ Πυραίχμου· διὸ καὶ αὐτὸν πρῶτον ἀναιρεθῆναι ὑπὸ Πατρόκλου ἱστορεῖ Τιμόλαος ὁ Μακεδών.

Antecedunt similia de Chalcone Cyparissensi, quem Nestor Antilocho filio custodem dederit. Quæ narrantur ex Asclepiade Myrleano. Ex eodem auctore Werferus (Act. Phil. Monac. tom. II, p. 542) etiam Timolai reliquorumque auctorum, qui ibi laudantur, mentionem fluxisse censet probabiliter. Ceterum Macedo ille nihil adeo obstat quin sit Timolaus Anaximenis discipulus, de quo ita Suidas habet : Τιμόλαος, Λαρισσαῖος ἐκ Μακεδονίας, Ἀναξιμένους τοῦ Λαμψακηνοῦ μαθητής· ὃς καὶ ποιητικῶς ἔχων παρενέβαλε τῇ Ἰλιάδι στίχον πρὸς στίχον, καὶ ἐπέγραψε τὸ σύνταγμα Τρωικῶν (Τρωικά Eustath. in Proœm. Odyss., ubi eadem)·

Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληιάδεω Ἀχιλῆος,
ἣν ἔθετο Χρύσου κεχολωμένος εἵνεκα κούρης,
οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε
μαρναμένοις, ὅτε Τρωσὶν ἄτερ πολέμιζον ἄνακτος.
Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν
Ἕκτορος ἐν παλάμῃσι δαΐζομένων ὑπὸ δουρί.

Ἔγραψε καὶ ἄλλα τινά. — Timolaus Cyzicenus, Platonis discipulus, ap. Diogenem Laert. III, 46.

TIMOMACHUS.

ΚΥΠΡΙΑΚΑ.

1.

Athenæus XIV, p. 638, A : Τιμόμαχος δ' ἐν τοῖς Κυπριακοῖς Στήσανδρον λέγει τὸν Σάμιον ἐπὶ πλεῖον αὐξῆσαι τὴν τέχνην, καὶ πρῶτον ἐν Δελφοῖς κιθαρῳδῆ-

PHRYGIACA.

Mæander fluvius est Asiæ, qui prius vocatus est Anabænon (*Retrogradus*). Solus enim ex omnibus fluviis a suis incipiens fontibus in se ipsum recurrit. Dictus autem est Mæander a Mæandro, Cercaphi et Anaxibiæ filio, qui moto contra Pessinuntios bello, Matri deorum pollicitus est, si victoriæ tropæa reportaret, eum, qui primus sibi congratularetur ob præclare gesta, sacrificaturum. Accidit autem ut ei reverso primi occurrerent Archelaus filius, ejus soror et mater, quos ex necessitate, licet proximos jure sanguinis, pollicitationis suæ non immemor, ad aram ducendos mactandosque curavit. Sed quum ob ea quæ gesta erant vehementer doleret, conjecit se in Anabænonta fluvium, quem ab eo postea dixere Mæandrum, ut docet Timolaus primo De rebus Phrygiis. Meminit horum etiam Agathocles Samius in Republica Pessinuntiorum.

DE REBUS CYPRIIS.

Timomachus in opere De rebus Cypriis ait Stesandrum Samium plurimum amplificasse artem (citharæ psallendi), et primum Delphis Homericas pugnas citharæ cantasse, ab Odyssea facto initio.

σαι τὰς καθ' Ὅμηρον μάχας, ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς Ὀδυσσείας.

2.

Vit. Hom. ed. Iriart. p. 233 : Τιμόμαχος δὲ καὶ Ἀριστοτέλης ἐξ Ἴου τῆς νήσου (sc. τὸν Ὅμηρον γεγονέναι φασίν). Vide Welcker. *Cycl.* p. 301. 183.

TIMONAX.

Timonactem eundem esse putarem cum Demonacte Seleuci et Antiochi duce, quem de Iaxartis nomine Scythico laudat Plinius IV, s. 18, nisi dubitationem injiceret Solinus pro *Demonacte* afferens *Demodamam*, atque Stephanus, de urbe Indica *Demodamantem* citans (vid. tom. II, p. 444).

ΣΚΥΘΙΚΑ.

Ε ΒΙΒΛΟΥ ΠΡΩΤΗΣ.

1.

Schol. Apollon. Rh. IV, p. 321 : Οἱ περὶ Λαύριον] Λαύριον πεδίον τῆς Σκυθίας. Τῆς δὲ Σκυθίας ἔθνη πεντήκοντα Τιμώναξ (Τίμων cod. Par.) ἀναγράφει ἐν πρώτῳ Περὶ Σκυθῶν. Κατὰ δὲ τὸ τῶν Σίνδων πεδίον σχίζεται ὁ ποταμὸς Ἴστρος, καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ ῥεῦμα εἰς τὸν Ἀδρίαν, τὸ δὲ εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον εἰσβάλλει... Καὶ Ἱππῶναξ (fr. 61, p. 523 ed. Bgkh.) δὲ μνημονεύει· « Πρὸς τὸ Σινδικὸν διάσφαγμα. »

2.

Idem IV, 1217 : Τιμώναξ ἐν πρώτῳ τῶν Σικελικῶν (scr. Σκυθικῶν) ἐν Κόλχοις φησὶν Ἰάσονα Μήδειαν γῆμαι, Αἰήτου αὐτῷ ἐγγυήσαντος. Ὁ δὲ αὐτός φησι· « Δείκνυνται παρὰ τὸν παράπλουν ἔνδον τοῦ Πόντου κῆποί τινες Ἰασόνιοι καλούμενοι, καθ' ὧν τὴν ἀπόβασιν ἐποιήσατο· καὶ κατὰ τὴν Αἶαν γυμνάσια καὶ δίσκοι, καὶ τῆς Μηδείας θάλαμος, καθ' ὃν τότε ἐνυμφεύθη· καὶ πρὸς τῇ πόλει ἱερὸν ἱδρυμένον Ἰάσονος, καὶ πρὸς τούτοις ἱερὰ πολλά. »

Pro Σικελικῶν scribendum puto Σκυθικῶν, quamquam de eadem fabula in Siculis dixerat Timæus, quem in antecedentibus et in subsequentibus scholiasta laudat. Sed ipsa hæc Timæi vicinia fortasse causa fuit, cur Scythica in Sicula abirent.

Ε LIBRO SECUNDO.

3.

Idem III, 1236 : Ὁ Ἄψυρτος καὶ Φαέθων ἐκαλεῖτο, ὥς φησι Τιμώναξ ἐν δευτέρῳ Σκυθικῶν.

TIMOTHEUS.

ΑΡΓΟΛΙΚΑ.

Plutarch. De fluv. c. 18, 3 : Εὑρίσκεται δ' ἐν αὐτῷ (τῷ Ἰνάχῳ) καὶ λίθος βηρύλλῳ παρόμοιος· ὃν ἐὰν κρατήσωσιν οἱ ψευδομαρτυρεῖν ἐθέλοντες, μέλας γίνεται. Κεῖνται δὲ πολλοὶ ἐν τῷ τεμένει τῆς Προσυμνείας Ἥρας· καθὼς ἱστορεῖ Τιμόθεος ἐν τοῖς Ἀργολικοῖς.

Opus Περὶ ποταμῶν laudatur ab eodem Plutarcho De fluv. c. 3, 1 : Ἕβρος ποταμός ἐστι τῆς Θρᾴκης, προσηγορίαν εἰληχὼς ἀπὸ τῆς συστροφῆς τῆς καταῤῥᾶς τοῦ ὕδατος. Κάσανδρος δέ, ὁ βασιλεὺς τῶν τόπων, γήμας Κροτωνίκην, ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς υἱὸν Ἕβρον· ἀποταξάμενος δὲ τῇ συμβιώσει τῆς προτέρας γυναικὸς, ἐπέγημε τῷ τέκνῳ Δαμασίππην τὴν Ἄτρακος· ἥτις εἰς ἐπιθυμίαν ἐμπεσοῦσα τοῦ προγόνου, λόγους αὐτῷ περὶ συνόδων ἀπέστειλεν. Ὁ δ' ὡς Ἐριννῦν φυγὼν τὴν μητρυιάν, προσηυκαίρει κυνηγίαις. Ἀποτυχοῦσα δὲ τῆς προαιρέσεως ἡ ἀσελγὴς, κατεψεύσατο τοῦ σώφρονος, ὡς βιάσασθαι αὐτὴν θελήσαντος. Κάσανδρος

2.

Timonachus et Aristoteles ex Io insula Homerum oriundum esse dicunt.

SCYTHICA.

E LIBRO PRIMO.

1.

Laurium, campus Scythiæ. Scythiæ vero gentes quinquaginta Timonax recenset libro primo De Scythis. In Sindorum campo Ister fluvius in duos scinditur alveos, quorum alter in Adriaticum mare, alter in Euxinum Pontum se exonerat. Ejus campi Hipponax quoque meminit : « Ad Sindicam scissuram. »

2.

Timonax in primo De Scythis narrat apud Colchos Iasonem uxorem duxisse Medeam, ab Æeta ei desponsam. Idem dicit : « Monstrantur ad paraplum intra Pontum horti quidam Iasonii quos vocant, ubi descensum Iason fecit; et in Æa gymnasia et disci et Medeæ thalamus, in quo marito tunc data est; et prope urbem fanum Iasoni consecratum, et prope hoc alia fana multa. »

3.

Apsyrtus (*Medeæ frater*) etiam Phaethon vocabatur, ut Timonax ait secundo Scythicorum.

ARGOLICA.

1.

Reperitur in Inacho lapis beryllo similis, qui niger efficitur, si, qui falso testari volunt, eum tenuerint. Horum lapidum multos exstare in templo Junonis Prosymnææ refert Timotheus in Argolicis.

δὲ τῷ ζήλῳ συμπεριενεχθείς, μεθ' ὁρμῆς ἐπὶ τὴν ὕλην ἦλθη, καὶ σπασάμενος τὸ ξίφος, ἐθύωκε τὸν υἱὸν, ὡς ἐπίβουλον τῶν πατρώων γάμων. Ὁ δὲ υἱὸς περικατάληπτος γενόμενος, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Ῥόμβον, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἕβρος μετωνομάσθη· καθὼς ἱστορεῖ Τιμόθεος ἐν ια' Περὶ ποταμῶν.

Eundem Timotheum fortasse laudat Stephanus Byz. v. Γάλλος (v. Promathidæ fr. 5), nisi malis hunc esse Timotheum theologum, qui de Phrygiis diis multa disseruit teste Arnobio V, 5, collat. Macrob. V, 5, et Plutarch. De Is. et Osir. c. 28 (v. Manethonis fr. 62). Is æqualis fuit Manethonis. Fieri etiam potest ut theologus ab eo qui Περὶ ποταμῶν scripsit, non sit diversus.

Timotheum Atheniensem ἐν τῷ Περὶ βίων (sc. philosophorum) laudat Diogen. III, 5 : Ἰσχνόφωνος ἦν (Πλάτων), ὡς καὶ Τιμόθεός φησιν ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ Περὶ βίων. — V, 1 : Οὗτος (Ἀριστοτέλης), γνησιώτατος τῶν Πλάτωνος μαθητῶν, τραυλὸς τὴν φωνὴν, ὥς φησι Τ. ὁ Ἀθ. ἐν τῷ Περὶ βίων. — IV, 4 : Ἦν δὲ (Σπεύσιππος) καὶ τὸ σῶμα διακεχυμένος, ὥς φησι Τ. ἐν τῷ Π. β. — VII, 1 : (Ζήνων ὁ Κιττιεὺς) τὸν τράχηλον ἐπὶ θάτερα νενευκὼς ἦν, ὥς φησι Τ. ὁ Ἀθ. ἐν τῷ Π. β. Fortasse idem est cum *Timotheo Pergameno* quem Clem. Alex. p. 213 Sylb. laudat ἐν τῷ Περὶ τῆς τῶν φιλοσόφων ἀνδρείας.

Timotheus, chronologus, homo christianus ævi serioris, citatur ap. Malalam p. 158, 5. 159, 2. 228, 13. 232, 6. 429, 13. 17; Cedren. p. 58; Hesych. fragm. de Christ. natal.; Tzetz. Exeg. Il. p. 21, 17. Reliquos Timotheos nihil curo.

URANIUS.

Uranius de Arabia opus scripsit dialecto Ionica (fr. 12). Fide dignum auctorem esse expresse monet Stephanus Byzant. (fr. 31). De ætate viri non constat, etsi Constantino juniorem fuisse e fr. 28 collegeris. Fuerunt qui Arabicorum auctorem eundem haberent cum Uranio Syro medico et philosopho, qui sub Justiniano apud Chosroem Persarum regem in honore erat. Hominis istius arrogantiam et ineptiam multis traducit Agathias II, c. 29 sqq. (unde nonnulla excerpsit Suidas v. Οὐράνιος [*]. Cf. etiam Photius cod. 242.) Scriptum vero aliquod ab eo relictum esse nemo tradit.

ΑΡΑΒΙΚΑ.

Ε ΛΙΒΡΟ ΠΡΙΜΟ.

1.

Steph. Byz. : Αὔαθα καὶ Αὔαρα, οὐδετέρως, συνοικία Ἀράβων, ὡς Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν πρώτῃ. Οἱ οἰκήτορες Αὐαθηνοὶ καὶ Αὐαρηνοί.

Ex eodem auctore fluxerint quæ mox sequuntur : Αὔαρα, πόλις Ἀραβίας, ἀπὸ χρησμοῦ δοθέντος Ὀδόδᾳ κληθεῖσα ὑπὸ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἀρέτα. Ἐξώρμησε γὰρ Ἀρέτας εἰς ἀναζήτησιν τοῦ χρησμοῦ· ὁ δὲ χρησμὸς ἦν, Αὔαρα τόπον ζητεῖν, ὅ ἐστι κατὰ Ἄραβας καὶ Σύρους λευκήν· καὶ φθάσαντι τῷ Ἀρέτᾳ καὶ λοχῶντι ἐφάνη φάσμα αὐτῷ λευκοείμων ἀνὴρ ἐπὶ λευκῆς δρομάδος προϊών· ἀφανισθέντος δὲ τοῦ φάσματος σκόπελος ἀνεφάνη, αὐτόματος κατὰ γῆς ἐρριζωμένος, κἀκεῖ ἔκτισε πολιν. Τὸ ἐθνικὸν Αὐαρηνός. De Auaris, urbe Arabiæ Petrææ, v. Ptolem. V, 17. Verba φθάσαντι... λοχῶντι vereor ne sana non sint. Χολῶντι cod. Vossianus. Ceterum v. Bochart. Geogr. sacra II, 1, 44; Ritter. *Erdk.* XII, p. 121. 126.

2.

Idem : Σέννονες, ἔθνος Γαλατικὸν, ὡς Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν πρώτῳ.

3.

Idem : Σίγγαρα, πόλις Ἀραβίας πρὸς τῇ Ἐδέσσῃ, ὡς Οὐράνιος ἐν πρώτῳ Ἀραβικῶν. Ὁ πολίτης Σιγγαρηνός.

4.

Idem : Χατραμωτῖτις, χώρα πλησίον τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Οἱ πολῖται Χατραμωτῖται. Στράβων ἑκκαιδεκάτῃ (p. 768)... Οὐράνιος δ' ἐν πρώτῳ Ἀραβικῶν Χατραμώτας αὐτοὺς καλεῖ· « Καμηλοκόμοι Χατραμῶται, Σαβαῖοι καὶ Ὁμηρῖται. »

[*] Ad alium Uranium spectat Suidas vv. μαγιστριανὸς et καθωσιωμένος, ubi : Οὐράνιος ὁ καθωσιωμένος μαγιστριανὸς εὐσεβῆ γράμματα ἀποδέδωκε τῷ ὁσιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Καλανδίωνι (Antiochiæ. V. Euagr. Hist. Eccl III, 16). Uranio cuidam epistolam inscripsit Synesius p. 180, B.

ARABICA.

1.

Aualha et Auara, genere neutro, Arabum colonia, ut Uranius in Arabicorum primo. Incolæ Auatheni et Auareni.

2.

Sennones, gens Arabica, ut Uranius in Arabicôn primo.

3.

Singara, urbs Arabiæ, ad Edessam, ut Uranius primo Arabicorum. Civis Singarenus.

4.

Chatramotitis, regio prope mare Rubrum. Cives, Chatramotitæ. Uranius autem in Arabicorum primo Chatramotas eos vocat : « Camelorum altores Chatramotæ, Sabbæi et Homeritæ. »

E LIBRO SECUNDO.

5.

Idem : Αἰαμήνη, Ναβαταίων χώρα, ὡς Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν Αἰαμηνός.

6.

Idem : Αἰανῖτις, Ναβαταίων χώρα. Οὐράνιος Ἀραβικῶν δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν Αἰανίτης.

7.

Idem : Ἐρυθρὰ ἡ θάλασσα, ἀπὸ Ἐρύθρου τοῦ ἥρωος. Οὐράνιος δ' ἐν Ἀραβικῶν δευτέρᾳ· ἀπὸ τῶν παρακειμένων ὀρῶν, ἃ ἐρυθρὰ δεινῶς εἰσι καὶ πορφυρᾶ, καὶ ἐπὴν βάλλῃ εἰς αὐτὰ ὁ ἥλιος τὴν αὐγήν, καταπέμπει εἰς τὴν θάλασσαν σκιὰν ἐρυθράν· καὶ ὄμβρῳ δὲ καταχλυσθέντων τῶν ὀρέων κάτω συρρέοντι εἰς θάλασσαν, οὕτω γίγνεται ἡ θάλασσα τὴν χρόαν. Stephanum exscripsit Eustath. ad Dionys. 38.

8.

Idem : Μήδαβα, πόλις τῶν Ναβαταίων. Ὁ πολίτης Μηδαβηνός, ὡς Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ.

9.

Idem · Μώβα, μοῖρα τῆς Ἀραβίας. Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ. Οἱ οἰκοῦντες Μωβηνοί, καὶ θηλυκῶς Μωβηνή· ἔοικε δ' ἐνδεῖν τὸ α· ἦν γὰρ Μώαβα· καὶ τὸ ἐθνικὸν Μωαβίτης, τὸ θηλυκὸν Μωαβῖτις.

10.

Idem : Παλμυρα, φρούριον Συρίας, οὗ μέμνηται Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν Παλμυρηνός. Οἱ δ' αὐτοὶ Ἀδριανοπολῖται μετωνομάσθησαν ἐπιτισθείσης τῆς πόλεως ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος.

11.

Idem : Ταηνοί, ἔθνος ἀπὸ τῶν Σαρακηνῶν πρὸς μεσημβρίαν, ὡς Οὐλπιανὸς ἐν Ἀραβικοῖς καὶ Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ. « Quis sit iste Ulpianus haud facile dictu est; nam et fuit ejus nominis Antiochenus sophista, qui Constantini imp. temporibus vixit, et alter Emesenus, et alius Gazæus et præterea Isidori frater; quos quattuor Suidas refert, ut de Ulpiano Tyrio, uno ex collocutoribus Athenæi et de Domitio Ulpiano Icto nihil nunc dicam. » Voss. p. 507.

E LIBRO TERTIO.

12.

Idem : Ἀβασηνοί, ἔθνος Ἀραβίας. Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν τρίτῳ· « Μετὰ τοὺς Σαβαίους Χατραμῶται καὶ Ἀβασηνοί, » καὶ πάλιν· « Ἡ χώρη τῶν Ἀβασηνῶν σμύρνην φέρει· καὶ ὄσσον καὶ θυμίαμα καὶ κέρπαθον· γεωργοῦσι δὲ καὶ πορφυρῆν ποίην εἰκέλην αἵματι Τυρίου κοχλίου. » V. Salmas. ad Solin. p. 453.

13.

Idem : Ἄδανα... Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα πόλις ἐν μεσογείῳ τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας, ὡς Οὐράνιός φησιν ἐν Ἀραβικῶν τρίτῳ.

14.

Idem : Ἀτραμῖται, ἔθνος τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας, ὡς Οὐράνιος ἐν τρίτῃ. Ἀρτεμίδωρος Ἀρταμωτίτας αὐτοὺς καλεῖ.

15.

Idem : Ἄχομαι καὶ Ἀχόμενοι, ἔθνος τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας, ὡς Οὐράνιος ἐν τρίτῃ.

5.

Æamene, Nabatæorum regio, ut ait Uranius Arabicorum secundo. Gentile Æamenus.

6.

Æanitis, Nabatæorum regio. Uranius Arabicorum secundo. Gentile Æanites.

Rubrum mare, ab Erythro heroe. Uranius vero in secundo Arabicorum ait nomen habere ab adjacentibus montibus, qui insigniter rubri sint et purpurei; et quando sol illustraverit eos radiis suis, in mare jaciunt umbram; porro etiam pluvia montibus inundatis in mare defluente, hoc colore mare tingitur.

8.

Medaba, urbs Nabatæorum. Civis Medabenus, teste Uranio in tertio Arabicorum.

9.

Moba, pars Arabiæ. Uranius secundo Arabicorum. Incolæ, Mobeni; feminine Mobene. Sed *a* videtur deesse; debebatque, Moaba, et gentile Moabites et feminino genere Moabitis.

10.

Palmyra, castellum Syriæ, cujus meminit Uranius libro secundo Arabicorum. Gentile Palmyrenus. Iidem etiam Adrianopolitæ appellati sunt, civitate ab imperatore restaurata.

11.

Taeni, gens a Saracenis meridiem versus habitans, ut Ulpianus in Arabicis et Uranius in Arabicôn secundo.

12.

Abaseni, gens Arabiæ. Uranius tertio Arabicorum : « Post Sabæos Chatramotæ et Abaseni »; et alio loco : « Regio Abasenorum myrrham fert et ossum et thus et cerpathum. Colunt etiam in agris herbam purpuram sanguini similem Tyriæ conchæ. »

13.

Adana est etiam in Arabiæ Felicis mediterraneis urbs, teste Uranio in tertio Arabicorum.

14.

Atramitæ, gens Arabiæ Felicis, ut Uranius in tertio Arabicorum.

15.

Achomæ et Achomeni, gens Arabiæ Felicis, ut Uranius ait tertio Arabicorum.

16.

Idem : Ζάβιδα, κώμη ἐν τῷ μεσογείῳ τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας. Οὐράνιος Ἀραβικῶν τρίτῃ.

17.

Idem : Θαμουδᾶ, Ναβαταίων γείτων τῶν Ἀραβίων. Οὐράνιος Ἀραβικῶν τρίτῃ. Ὁ οἰκήτωρ Θαμουδηνός.

18.

Idem : Κεβρανῖται, ἔθνος τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας. Οὐράνιος Ἀραβικῶν τρίτῳ.

19.

Idem : Ταρφαρα, οὐδετέρως, πόλις τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας. Ὁ πολίτης Ταρφαρηνός, ὡς Ζόαρα Ζοαρηνός, Αὔαρα Αὐαρηνός, ὡς Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν τρίτῳ.

20.

Idem : Σῆρες, ἔθνος Ἰνδικόν, ἀπροσμιγὲς ἀνθρώποις, ὡς Οὐράνιος ἐν τρίτῳ Ἀραβικῶν.

20 a.

Tzetzes Hist. VII, 730 :

Οὐράνιος ἐν τρίτῳ δὲ Ἀραβικῶν που λέγει
εἶναι καλάμων ἱερὸν ἄλσος ἐν Ἀραβίᾳ,
ἐν οἷς καλάμοις θάπτουσι μόνους τοὺς βασιλέας,
γυναῖκάς τε καὶ ἀδελφοὺς καὶ υἱέας τούτων,
ἄλλον τινὰ δὲ οὐδαμῶς. Ἡ δὲ ταφὴ τοιάδε·
ἓν γόνυ τι κοιλάναντες ὧν ἔφημεν καλάμων,
ἐς τοῦτο θέντες τὸν νεκρὸν καὶ χρίσαντες δὲ μύρῳ,
τὸν κάλαμον μὴ κόψαντες, κἀλιν ἐῶσι φύειν.

E LIBRO QUARTO.

21.

Idem : Ἀχῃνοί, ἔθνος Ἀράβιον, ὡς Οὐρανιός φησι τετάρτῃ, ἐπὶ τῷ αὐχένι τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης.

22.

Idem : Ἐδουμαῖοι, ἔθνος Ἀράβιον, ὡς Οὐράνιος (sic Holsten. pro vg. ὡς Σούνιος) ἐν Ἀραβικῶν τετάρτῳ. Τινὲς δὲ διὰ τοῦ ι γράφουσιν, ὡς εἰρήσεταί μοι ἐν τῷ ι.

23.

Idem : Ὀβόδα, χωρίον Ναβαταίων, Οὐράνιος Ἀραβικῶν τετάρτῳ, ὅπου Ὀβόδης ὁ βασιλεὺς, ὃν θεοποιοῦσι, τέθαπται. Τὸ ἐθνικὸν Ὀβοδηνός, ὡς Δαχαρηνός.

E LIBRO QUINTO

24.

Idem : Μωθὼ, κώμη Ἀραβίας, ἐν ᾗ ἔθανεν Ἀντίγονος ὁ Μακεδὼν ὑπὸ Ῥαβίλου τοῦ βασιλέως τῶν Ἀραβίων, ὡς Οὐράνιος ἐν πέμπτῳ· ὅ ἐστι τῇ Ἀράβων φωνῇ τόπος θανάτου. Οἱ κωμῆται Μωθηνοὶ κατὰ τὸν ἐγχώριον τύπον. Hariolari auctor videtur. Cogita de Alexandro Bala, a Zabelo Arabe interfecto, ut monuerunt interpretes.

E LIBRIS INCERTIS.

25.

Idem : Βραχία. Οὕτως ἡ Ἀραβικὴ θάλασσα καλεῖται. Ἐκλήθη δὲ διὰ τὸ ἐν αὐτῇ βράχη εἶναι πλεῖστα. Ἔστιν οὖν παρὰ τὸ βράχος. Τὸ τοπικὸν Βραχιάτης. Οὐράνιος δὲ Βραχιηνοὺς αὐτοὺς ἔφη.

26.

Idem : Κάρνανα, πόλις Μιναίων ἔθνους πλησίον Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Οἱ πολῖται Καρνανᾶται. Οὐρά-

---

16.

Zabida, vicus in mediterraneis Arabiæ Felicis. Uranius tertio Arabicorum.

17.

Thamuda, (regio) Nabataeis vicina Arabibus. Uranius tertio Arabicorum. Incola Thamudenus.

18.

Cebranitæ, gens Arabiæ Felicis. Uranius Arabicorum tertio.

19.

Tarphara, neutro genere, urbs Arabiæ Felicis. Civis Tarpharenus. Uranius Arabicôn tertio.

20.

Seres, gens Indica, ab aliorum hominum consortio aliena, ut Uranius ait libro tertio Arabicorum.

20 a.

Uranius in tertio Arabicorum alicubi dicit arundinum esse in Arabia sacrum lucum, in iisque arundinibus solos sepeliri reges, eorumque uxores et fratres, horumque filios, alium vero neminem. Ratio sepeliendi hæc est. Unum arundinis internodium excavantes in id cadaver unctum includunt, nec cavlunt arundinem, sed porro crescere sinunt.

21.

Accheni, gens Arabica, ut Uranius ait libro quarto, ad collum maris Rubri.

22.

Edumæi, gens Arabica, ut Uranius in Arabicorum quarto. Nonnulli per i scribunt Idumæi, ut in litera I notabimus.

23.

Oboda, locus Nabataeorum. Uranius Arabicorum quarto. Ibi Oboda rex, quem pro deo colunt, sepultus est. Gentile Obodenus.

24.

Motho, vicus Arabiæ, in qua mortuus est Antigonus Macedo (*Alexander Bala?*) a Rabilo (*Zabelo?*) Arabum rege interfectus, ut Uranius libro quinto. Nomen Arabum lingua significat locum mortis. Pagani Mothieni ex typo indigena.

25.

Brachia vocatur Arabicum mare, quod multa habet *brevia*. Igitur nominatur a voce βράχος, *brevе*. Locale, Brachiates. Uranius vero accolas Brachienos vocat.

26.

Carnana, urbs Minæorum gentis prope Rubrum mare.

νιος (sic Holsten. pro vg. Σούνιος) δὲ Καρνανίαν καὶ Καρνανίτας φησί.

27.

Idem : Μάννεως, χώρα μέση τῶν ποταμῶν, ἐν ᾗ οἰκοῦσιν Ἄραβες Μαννεῶται, ὡς Οὐράνιός φησιν.

28.

Idem : Νικηφόριον. Οὕτως ἡ Κωνσταντίνα, ἡ περὶ Ἔδεσσαν πόλις, ὡς Οὐράνιος. Τὸ ἐθνικὸν Νικηφόριος, ὡς Βυζάντιος.

29.

Idem : Νίσιβις, πόλις ἐν τῇ παραίᾳ τῇ πρὸς τῷ Τίγρητι ποταμῷ. Φίλων ἐν Φοινικικοῖς Νάσιβίς φησι διὰ τοῦ α. Οὐράνιος δὲ διὰ τοῦ ε Νέσιβις. Σημαίνει δὲ, ὡς φησι Φίλων, νάσιβις τὰς στήλας, ὡς δὲ Οὐράνιος, νέσιβις, φησὶ, σημαινεῖ τῇ Φοινίκων φωνῇ λίθοι συγχείμενοι καὶ συμφορητοί. Στράβων δὲ ἐκκαιδεκάτῃ (p. 747) διὰ τοῦ ι. Τὸ ἐθνικὸν Νισιβηνός.

30.

Idem : Νόσορα, νῆσος ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Οὐράνιος Ἀραβικῶν *. Ὁ νησιωτὴς Νοσορηνός· ἐγχώριος ὁ τύπος.

31.

Idem : Χαράκμωβα, πόλις τῆς νῦν τρίτης Παλαιστίνης, ἣν ἀναγράφει Πτολεμαῖος ἐν Γεωγραφικοῖς ἐν πέμπτῳ βιβλίῳ (c. 17) ἐν ταῖς Ἀραβικαῖς τῆς εὐδαίμονος. Οὐράνιος δ' ἐν τοῖς Ἀραβικοῖς (ἀξιόπιστος δ' ἀνὴρ περὶ τὰ τοιαῦτα· σπουδὴν γὰρ ἔθετο ἱστορῆσαι ἀκριβῶς τὰ τῆς Ἀραβίας) καὶ Μωβουχάραξ φησίν. Ὁ πολίτης τοῦ μὲν Χαράκμωβα Χαρακμωβηνός· ἐκ δὲ τοῦ Μωβουχάραξ Μωβουχαρακηνός.

De Uranio corrupte pro Herennio citato v. Her. Philonis fr. 19.

Cives Carnanatæ. Uranius vero Carnaniam et Carnanitas dicit.

27.

Manneos, regio media inter fluvios, in qua habitant Arabes Manneotæ, ut Uranius dicit.

28.

Nicephorium; sic appellabatur Constantina, urbs circa Edessam, ut Uranius refert.

29.

Nisibis, urbs in regione Transeuphratana ad Tigridem sita. Philo in Phœnicicis *Nasibin* per *a* literam, Uranius per *e Nesibin* dicit. Significat vox *nasibis*, secundum Philonem, columnas; ut vero Uranius inquit, *nesibis* Phœnicum lingua significat lapides collectos et coacervatos.

30.

Nosora, insula in mari Rubro. Uranius libro * Arabicorum. Insulanus Nosorenus ex forma ibi usitata.

31.

Characmoba, urbs tertiæ quæ nunc dicitur Palastinæ, quam Ptolemæus in Geographicis inter urbes Arabiæ Felicis recenset. Uranius vero in Arabicis (fidem vero de talibus vir ille meretur; nam studium in accurate narrandis rebus Arabiæ posuit) etiam *Mobucharax* dicit. Civis e voce Characmoba Characmobenus, e voce Mobucharax, Mobucharacenus.

XENAGORAS.

Xenagoras noster Dionysio Halicarnassensi antiquior (v. fr. 6). Alius, puto, est Xenagoras Eumeli filius, qui Olympi montis altitudinem metatus est. Vide Plutarchus Paul. Æmil. c. 15. Xenagoras Rhodius potator, quem Ælianus (V. H. XII, 26) dicit, rectius, uti putant, vocatur Xenarchus ap. Athenæum X, p. 436, F. Cf. Meinek. ad Euphor. p. 100.

ΧΡΟΝΙΚΑ.

1.

E LIBRO PRIMO.

Schol. Apoll. Rhod. IV, 262 : Cosmes, Leon et Cnossus (Eudoxus?) πάντων ἀρχαιοτάτους Αἰγυπτίους φασί· καὶ ἐν Αἰγύπτῳ πρώτην κτισθῆναι πόλιν Θήβας. Καὶ Νικάνωρ δὲ τούτοις συμφωνεῖ, καὶ Ἀρχέμαχος ἐν ταῖς Μετωνυμίαις καὶ Ξεναγόρας ἐν πρώτῳ Χρόνων.

In Etym. M. p. 157, 53 de antiquis Assyriæ nominibus laudatur Ξενοκράτης ἐν πρώτῳ Χρονικῶν. Nescio an scribi debuerit Ξεναγόρας. V. infra p. 530.

2.

Schol. Apoll. Rh. IV, 264 : Τινὲς δέ φασιν Ἐνδυμίωνα εὑρηκέναι τὰς περιόδους καὶ τοὺς ἀριθμοὺς τῆς σελήνης. Ὅθεν καὶ προσελήνους τοὺς Ἀρκάδας κληθῆναι· Ἀρκὰς γὰρ ὁ Ἐνδυμίων. Ἔνιοι δὲ ὑπὸ τοῦ Τυφῶνος. Ὑπὸ δὲ Ἄτλαντος Ξεναγόρας εἴρηκεν.

3.

E LIBRO TERTIO.

Macrobius Sat. V, 19, de Palicis in Sicilia exponens : *Sed et Xenagoras in tertia historia sua de*

CHRONICA.

1.

Ægyptios omnium antiquissimos esse ac primam in Ægypto urbem Thebas conditas esse Nicanor quoque confitetur et Archemachus in Metonymiis et Xenagoras in primo Chronicorum.

2.

Nonnulli dicunt Endymionem reperisse periodos numerosque lunæ, atque hinc Proselenos Arcades appellatos fuisse; nam Arcas Endymion fuit. Alii mensium rationes a Typhone, Xenagoras ab Atlante inventas esse tradunt.

3.

Siculi, quum terra sterilitate laborarent, sacra fecerunt

loci divinatione ita scribit: Καὶ οἱ Σικελοὶ, τῆς γῆς ἀφορούσης, ἔθυσαν Πεδιοκράτει τινὶ ἥρωι, καὶ μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῆς εὐφορίας πολλοῖς δώροις τὸν βωμὸν τῶν Παλικῶν ἐνέπλησαν.

Antecedit ap. Macrob. Polemonis fr. 83. Nomen Πεδιοκράτει e cod. Paris. 6371 suppletum a Schneidewino *Rh. Mus.* 1843, p. 80. Camerarius lacunam notaverat, quam deinceps editores neglexerunt. Ἀδρανῷ suppleverat Hermann. De Ætnæis p. 6. Pediocrates occurrit etiam ap. Diodor. IV, 23: Ἐνίκησεν (Ἡρακλῆς) ἐπιφανεῖ παρατάξει, καὶ πολλοὺς (sc. τῶν Σικανῶν) ἀπέκτεινεν, ἐν οἷς μυθολογοῦσί τινες καὶ στρατηγοὺς ἐπιφανεῖς γιγενῆσθαι τοὺς μέχρι τοῦ νῦν ἡρωικῆς τιμῆς τυγχάνοντας, Λεύκασπιν καὶ Πεδιακράτην (form. dor.) καὶ Βουφάναν καὶ Γλυχάταν, ἔτι δὲ Βυταίαν καὶ Κρυτίδαν.

4.

Ε LIBRO QUARTO.

Harpocratio: Κραυαλλίδαι· Αἰσχίνης ἐν τῷ Κατὰ Κτησιφῶντος (§ 107, p. 68, 38, ubi nunc Κραυγαλλίδαι). Δίδυμός φησι δεῖν γράφεσθαι Κραυγαλλίδαι· οὕτω γὰρ λέγεσθαι τὴν ἐν Φωκεῦσι πλησίον Κίρρας χώραν Κραυγάλλιον, ὡς καὶ Ξεναγόρας ἐν δ' Χρόνων ἱστορεῖ. Cf. Müller. *Dor.* I, p. 43.

Ε LIBRIS INCERTIS.

5.

Steph. Byz.: Ἀκόντιον, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Ἀκοντίου τοῦ Λυκάονος. Ἔστι καὶ ἑτέρα Εὐβοίας, ὡς Ξεναγόρας καὶ Ἀνδροτίων ὀγδόῃ.

6.

Dionys. Hal. A. R. I, 72, p. 183 R.: Ξεναγόρας δὲ ὁ συγγραφεὺς, Ὀδυσσέως καὶ Κίρκης υἱοὺς γενέσθαι τρεῖς, Ῥῶμον, Ἀντίαν, Ἀρδέαν· οἰκίσαντας δὲ τρεῖς πόλεις, ἀφ' ἑαυτῶν θέσθαι τοῖς κτίσμασι τὰς ὀνομασίας. Eadem ex Dionysio Euseb. Chron. p. 205 Mai.; Syncell. p. 193, A. Fontem non indicat Steph. Byz. v. Ἄντεια.

7.

Plinius Hist. Nat. VII, 31, 57: *Sex ordinum* (naves) *Xenagoras Syracusios* (primos construxisse auctor est).

ΠΕΡΙ ΝΗΣΩΝ.

8.

Etym. M. p. 738, 51: Σφήκεια, ἡ Κύπρος· πρότερον γὰρ Σφήκεια ἐκαλεῖτο, ὥς φησι Στέφανος (scr. Φιλοστέφανος) ἐν τῷ Περὶ Κύπρου, ἀπὸ τῶν ἐνοικησάντων ἐκεῖσε ἀνδρῶν, οἳ ἐκαλοῦντο Σφῆκες. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Κεραστία, ὡς Μένανδρος ἐν τῷ Περὶ Κύπρου λέγει, διὰ τὸ ἐνοικῆσαι αὐτῇ ἄνδρας, οἳ εἶχον κέρατα· ὡς δ' ὁ Ξεναγόρας ἐν τῷ Περὶ νήσων, διὰ τὸ ἔχειν πολλὰς ἐνοχὰς (scr. ἐξοχὰς), ἃς κέρατα καλοῦσι, Κεραστία ὠνομάσθη. Eadem Tzetzes ad Lycophr. 447.

9.

Plinius V, 31, 35: (Cyprum) *vocatam antea Acamantida, Philonides: Cerastin Xenagoras, et Aspeliam et Amathusiam et Macariam: Astynomus Crypton et Coliniam.*

10.

Harpocratio: Χύτροι... Πόλις ἐστὶν ἐν Κύπρῳ οὕτω καλουμένη, καθά φησι Ξεναγόρας ἐν ταῖς Νήσοις.

Steph. Byz.: Χυτροὶ, Κύπρου πόλις, ἣν ὠνομάσθαι μὲν Ξεναγόρας φησὶν ἀπὸ Χύτρου τοῦ Ἀλέδρου τοῦ Ἀκάμαντος.

11.

Steph. Byz.: Καρπασία, πόλις Κύπρου... Ἔστι καὶ νῆσος Καρπασία κατὰ τὴν ἄκραν τὴν Σαρπηδονίαν. Ξεναγόρας δὲ Κάρπαθον αὐτήν φησι.

12.

Schol. Apollon. Rh. I, 624: Σίκινος δέ ἐστι νῆσός

Pediocrati cuidam heroi, et post reditum fertilitatis multis donis aram Palicorum implerunt.

4.

Craualliдæ. Æschines in oratione Contra Ctesiphontem. Didymus ait scribendum esse *Craugallidæ*. Sic enim vocari apud Phocenses vicinam Cirrhæ regionem Craugallium, uti etiam Xenagoras in quarto Chronicorum narrat.

5.

Acontium, urbs Arcadiæ, ab Acontio Lycaonis filio. Est vero etiam alia in Eubœa, ut Xenagoras refert et Androtio in octavo.

6.

Xenagoras historicus ex Ulysse et Circe tres filios Romum, Antiam et Ardeam procreatos dicit, et ab his tres urbes conditas, conditisque nomen ipsorum inditum fuisse scribit.

DE INSULIS.

8.

Sphecia, Cyprus insula. Prius enim Sphecia vocabatur, ut Philostephanus in libro De Cypro ait, quod incolentes eam viri Spheces appellabantur. Vocabatur etiam Cerastia, ut Menander in libro De Cypro refert, quod inhabitabant eam viri qui cornua gerebant; ut vero Xenagoras ait, propterea quod multas habebat eminentias, quas *cerata* dicunt, Cerastia vocata est.

10.

Chytri, urbs Cypri sic dicta, ut Xenagoras in libro De insulis refert.

Chytri, Cypri urbs, quam Xenagoras nomen habere ait a Chytro, Aledri filio, Acamantis nepoti.

11.

Carpasia, urbs Cypri. Est etiam insula Carpasia ad promontorium Sarpedonium. Xenagoras vero Carpathum eam dicit.

12.

Sicinus est insula quædam ante Eubœam sita, olim Œ-

εις πρὸ τῆς Εὐβοίας, τὸ πρότερον Οἰνοίη καλουμένη, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν ἀμπελόφυτον. Μνημονεύει δὲ τῆς μετονομασίας Ξεναγόρας, λέγων ὅτι μετωνομάσθη ἀπὸ Σικίνου υἱοῦ Θόαντος καὶ Νηίδος νύμφης.

13.

Schol. ad Lucian. Alex. c. 4, p. 139 Jacobitz. (ad Lucian. vol. II, p. 170, 10): ὑπὲρ τοὺς Κέρκωπας] Οὗτοι ἐν Βοιωτίᾳ διέτριβον Οἰχαλιεῖς ὄντες γένος, Σῖλλος καὶ Τριβαλλὸς ὀνομαζόμενοι, ἐπίορκοι καὶ ἀργοί..... Ἀπελιθώθησαν δὲ οὗτοι, ὡς Φερεκύδης φησί. Ξεναγόρας δὲ εἰς πιθήκους διὰ κακοήθειαν μεταβαλεῖν φησιν ἐν τῷ Περὶ νήσων. Eadem Bachmann. Anecd. II, p. 340.

Harpocration: Κέρκωψ· Αἰσχίνης ἐν τῷ Περὶ τῆς πρεσβείας (§ 40). Ἐν τοῖς εἰς Ὅμηρον ἀναφερομένοις Κέρκωψιν ὀηλοῦται ὡς ἐξαπατητῆρές τε ἦσαν καὶ ψεῦσται οἱ Κέρκωπες. Ξεναγόρας δὲ εἰς πιθήκους αὐτοὺς μεταβαλεῖν φησι, καὶ τὰς Πιθηκούσσας νήσους ἀπ' αὐτῶν κληθῆναι. Αἰσχίνης (Αἰσχρίων Lobeck. De Cercopibus et Cobalis p. 1) δὲ ὁ Σαρδιανὸς ἐν τοῖς Ἰάμβοις καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἀναγράφει, Ἀνδοῦλον καὶ Ἄτλαντον (Κάνδουλον καὶ Ἄτλαντα sec. Suid.). Cf. Photius et Suidas s. v. Zenobius IV, 50 p. 99 ed. Leutsch. et Schneidewin. Apostol. XI, 24. Duris fr. 38. Plura vide ap. Lobeck. l. l. et in Aglaoph. p. 1296. 1308. Müller. *Dor.* I, p. 457.

XENION.

ΚΡΗΤΙΚΑ.

1.

Tzetzes ad Lyc. 1214: Καὶ Ξενίων δὲ ἐν τῷ Περὶ Κρήτης τὰς ἑκατὸν πόλεις τῆς Κρήτης κατ' ὄνομα λέγει.

2.

Etym. M. p. 144, 36: Ἀρκέσιον· οὕτω καλούμενον ἄντρον τῆς Κρητικῆς Ἴδης, παρὰ τὸ ἀρκέσαι, τὸ βοηθῆσαι. Φασὶν αὐτὸ ὑπὸ τῶν Κουρήτων ὀνομασθῆναι, ὅτι τὸν Κρόνον αὐτοῖς φεύγουσι καὶ εἰς αὐτὸ καταδῦσι καὶ κρυπτομένοις ἐπήρκεσεν. Οὕτω Ξενίων ἐν τοῖς Περὶ Κρήτης.

3.

Stephanus Byz.: Ἀρκάδες, πόλις Κρήτης, ὡς Ξενίων ἐν Κρητικοῖς. Οἱ πολῖται ὁμοίως Ἀρκάδες. Δημήτριος δὲ οὐκ Ἀρκάδες τὴν πόλιν, ἀλλ' Ἀρκαδίαν φησίν.

4.

Idem: Δραγμὸς, πόλις Κρήτης, ὡς Ξενίων ἐν τοῖς Κρητικοῖς. Τὸ ἐθνικὸν Δράγμιος ἢ Δραγμίτης, ὅπερ ἄμεινον.

5.

Idem: Εἴνατος, πόλις Κρήτης, ὡς Ξενίων φησί. Τὸ ἐθνικὸν Εἰνάτιος. Τινὲς δὲ ὄρος καὶ ποταμὸν, ἐν ᾧ τιμᾶσθαι τὴν Εἰλείθυιαν Εἰνατίην. Cf. Etym. M. p. 302, 12. Steph. Thes. v. Εἴνατον.

6.

Idem: Ἔλυρος, πόλις Κρήτης, ὡς Ξενίων ἐν Κρήτῃ. Ὁ πολίτης Ἐλύριος.

7.

Idem: Καμάρα, πόλις Κρήτης· καὶ ὁ πολίτης Καμαραῖος. Ξενίων ἐν Κρητικοῖς φησί· « Καὶ Λατὼ ἐλέγετο. »

8.

Idem: Κάντανος, πόλις Κρήτης, ὡς Ξενίων, ἐν περιορίου Κρητικοῦ τόπῳ. Τὸ ἐθνικὸν Καντάνιος. Codex Rhed. habet Κάτανος... τόπου. Holstenius annotat hæc: « Mss. ἐν περιορίου χρητικοῦ τόπου. Unde

---

noæ vocata, quod esset vitibus consita. Commemorat nominis mutationem Xenagoras, dicens denominatam esse a Sicino Thoantis et Naidis nymphæ filio.

13.

Cercopes in Bœotia degebant Œchalienses genere, Sillus et Triballus, perjuri et segnes. Hi in lapides mutati sunt, ut Pherecydes ait. Xenagoras vero in simias propter malitiam mutatos esse, ab iisque Pithecussas insulas nomen habere refert in libro De insulis.

CRETICA.

1.

Xenion in libro De Creta centum insulæ urbes nominatim recenset.

2.

Arcesium; sic vocatur antrum Idæ in Creta, a voce ἀρκέσαι, *auxiliari*. Tradunt enim id a Curetibus sic appellatum esse, quod ipsis Saturnum fugientibus et illud subeuntibus ibique se occultantibus auxilio foerit. Sic narrat Xenion in libris De Creta.

3.

Arcades, urbs Cretæ, ut Xenion in Creticis. Cives item Arcades vocantur. Demetrius vero urbem non Arcades, sed Arcadiam dicit.

4.

Dragmus, urbs Cretæ, ut Xenion in Creticis. Gentile Dragmius vel Dragmites, quod præstat.

5.

Inatus, urbs Cretæ, ut Xenion dicit. Gentile Inatius. Nonnulli vero montem et fluvium sic vocari aiunt, ad quem colatur Ilithyia Inatia.

6.

Elyrus, urbs Cretæ, ut Xenion in opere De Creta. Civis Elyrius.

7.

Camara, urbs Cretæ. Civis Camaræus. Xenion in Creticis ait: « Etiam Lato dicebatur.

8.

Cantanus, urbs Cretæ, ut Xenion, in Cretæ regione montibus adjacente. Gentile Cantanius.

ego mutata duntaxat literula : ἐν π. Κρ. τύπου, ut sit nomen operis, quo Cretam insulam, et quidquid ad ejus territorium pertinet, descripserit. Cl. Salmasius : ἐν τῷ περὶ ὁρίων Κρητικῶν. Κρητικῷ τύπῳ τὸ ἐθνικὸν Καντάνιος. Sed sibi ipse non satisfecit. » Cf. not. Berkelii. Ceterum ferri hæc vix possunt. Nec novi istam vocem περιορίου. Possis ἐν περιόδῳ Κρητικῶν τόπων. Fortasse fuit : ἐν Παρορίου vel Παρωρείου Κρητικοῦ τόπῳ, adeo ut regio circa Cantarum urbem *Parorium* sit appellata, sicuti dicitur Παρώρειος Φρυγία (Strabo XII, p. 576), Παρώρεια Arcadiæ etc., et Παραλία Atticæ. Sin minus, licet scribere : ἐν παρορίῳ Κρητικῆς (sc. χειμένη) τόπῳ. Similiter infra fr. 14 : Ὥλερος... ἐφ' ὑψηλοῦ ᾠκισμένη τόπου. Quæ quidem optime quadrant cum situ urbis ad montium radices (v. mappam Kieperti). In Hieroclis Synecdemo p. 392, 25 pro Κάνταχος est Καντανία, ubi vide not. Wesselingii.

9.

Ibid. p. 853: Ὅτι ἐπὶ τοῦ Ἀναστασίου τοῦ βασιλέως δειναὶ ταῖς κατὰ Λιβύην πόλεσιν ἐπίσκηψαν θλίψεις ὑπὸ τῶν καλουμένων Μαζικῶν. Ἐδίδοντο γὰρ θυγατριδῷ Μαρίνου ἐς ἡγεμονίαν, ἀνδρὶ νέῳ καὶ πολὺ τὸ κοῦφον κεκτημένῳ· καὶ μετ' ἐκεῖνον αὖθις Βασσιανῷ τῷ παιδί. Ὁ δὲ οἷς ἔπραξε παντοίως τὰς τοῦ πρὸ αὐτοῦ ἄρξαντος ὑπερβαλλόμενος ἀσελγείας, ἔδωκε Λίβυσιν αἱρεῖσθαι τὰ πρότερα, καὶ ταῦτα τοῖς μὲν πενίας, τοῖς δὲ θανάτου μνήμην καταλείψαντα. Οὕτως, εἰ δέοι εἰπεῖν, οἵ τε ἀφ' αἵματος καὶ ἁπλῶς [οἱ] τὴν Μαρίνου παρευτυχήσαντες εὔνοιαν, τοῖς Λιβύων διαφερόντως καὶ Αἰγυπτίων ἐνεφορήθησαν κτήμασιν.

217.

(Cod. Vatican.): Λογισάμενος Ἰουστινιανὸς τὴν δαπάνην τῶν τοσούτων χιλιάδων δεῖν ἔκρινε μᾶλλον δι' ὀλίγων δώρων συμβάλλειν ἀλλήλοις τοὺς τῶν ἐθνῶν ἄρχοντας, ἵνα τοὺς μὲν μήτε τοσαῦτα δαπανᾷ εἰς τὸν στρατὸν μήτ' ὀχλεῖται πέμπων κατ' αὐτῶν, ἐκεῖνοι δὲ ἀλλήλοις αἰτίαι φθορᾶς γίνοιντο, ὃ δῆτα τέως ἐπὶ τοῖς ἐκεῖθεν τοῦ Ἴστρου Οὔννοις ἐποίησεν. Ἔγραψε γὰρ πρὸς

— εἰς τὸ Χέρρεως φρ.] εἰς τὸ Χερρισφρούριον cod. — ἀπολιμπανόντων] ἀπολιπαρόντων cod. — ξ' καὶ *] forte fuit: ξη' μόνον. — ἀπεχώρησαν] f. ἀποχωρῆσαι ἐκέλευσαν. — εἴργαστο] εἰργάσαντο cod. — § 6. τὸν ἐκ Καρδάμων] Κάρδιμα locum non novi. Longinus ille num est frater Zenonis, qui an. 486 consul fuit? Offendit certe hunc ab Joanne designari verbis τὸν ἐκ Καρδάμων, nisi fortasse *Cardama* est nomen castelli, in quo per plures annos Illus eum detinuerat. Cf. Tillemont. p. 516. — τῶν Ῥόγων] τῶν ῥωδίων cod.; τῶν Ῥοδίων dederat Cramer. Fortasse erat τῶν Ῥογίων, sicut in latinis scriptoribus populus ille modo *Rugi* modo *Rugii* vocatur. — παρεθεῖσα] Quid manu leni sit reponendum nescio. An παραλυθεῖσα? Theophanes p. 201, 3: Βηρίνη δὲ ἐκεῖ (in Papirio cast.) νοσήσασα ἐτελεύτησε, καὶ μετὰ χρόνον ἀνεκομίσθη εἰς τὸ Βυζάντιον ὑπὸ Ἀριάδνης. Cf. Euagr. III, 27. — § 7. νίκην] Odoacer Favam Rugorum regem vicit d. 15 Nov. an. 487, uti disco ex Tillemontio p. 520, qui testem citat Ennadem in Panegyr. Theodorici p. 298. — πρὸς ὅτι] προσήδε codex. — ὑπομιμνῄσκον αὐτόν] ὑπομιμνήσκων cod. F. ὑπομιμνήσκοντες. Reliqua desunt.

Fr. 215. Eadem Suidas v. Ἀναστάσιος. — τὴν τῆς πολιτείας ἀριστοκρατείαν] τὴν βασιλείαν εἰς ἀριστοκρατίαν Suidas. — De fide narrationis Bernhardyus conferri jubet Endlicherum in Priscian. p. 60 sq. — τὴν ἐνεγκαμένην] « Byrrachium sc., ut testatur Euagrius III, 29. » Valesius. V. Procopii Gaz. Panegyr. c. 2. *Bernhardy*. Vocem ἐπιμελῶς addidi e Suida.

Fr. 216. Eadem Suidas l. l. — θυγ. Μαζικῶν] λαζικῶν Suid. ed. Med. — Μαρίνου] sic codex et Suidas habent. Valesius scripsit Μαρίνῳ « At quum Marinum Anastasii nepotem nullus tradiderit, Endlicherus in Prisc. p. 71, aut illud (Μαρίνου) probabat aut ante θυγατριδῷ avum Marini commemoratum opinabatur. » *Bernh.* — αὖθις] Suidas; αὖθις Exc.; dein Βασιανῷ Suid. — καὶ ἁπλῶς] om. Suidas.

ἕνα τῶν ἀρχόντων, ὅτι « Τῷ κρείττονι ὑμῶν πέπομφα ἐῶρα· καὶ ἐγὼ μὲν σὲ οἰόμενος εἶναι τὸν κρείττονα διὰ σὲ τοῦτο ἔγραψα, ἕτερος δέ τις ἀφείλετο ταῦτα βίᾳ λέγων ἐκεῖνος εἶναι κρείττων. Σπούδασον οὖν ὅτι σὺ πάντων ὑπερέχεις, καὶ λάβε τὰ ἀφαιρεθέντα τιμωρησάμενος αὐτὸν κατὰ λόγον. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσῃς, εὔδηλον ὅτι ἔστιν ὁ μείζων, καὶ πάντως ἡμεῖς ἐκείνῳ προσκεισόμεθα, καὶ σὺ στερηθήσῃ τοσούτων. » Ταῦτα μαθὼν ὁ Οὖννος ἐκρότησε πόλεμον κατὰ τῶν ὁμοεθνῶν. Καὶ οὕτως ἐπὶ πολὺ μαχόμενα ταῦτα τὰ ἔθνη ὑπ' ἀλλήλων ἀπώλοντο.

218.

Ibid. : Ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως σὺν Οὔννοις ἑπτακισχιλίοις διαβὰς τὸν Ἴστρον Ζαβεργὰν ἐγγὺς τῆς βασιλίδος ἔφθασε λεηλατῶν τὰ μεταξύ, ἅτε μὴ στρατιᾶς που φρουρούσης· ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων [εἰς] ἑξακοσίας καὶ τεσσαράκοντα πέντε χιλιάδας μαχίμων ἀνδρῶν ὁ τῶν Ῥωμαίων ἐκορυφοῦτο στρατός· Ἰουστινιανὸς δὲ μόλις εἰς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα περιέστησεν. Ὥστε μηδὲ δύνασθαι ἐξαρκεῖν ἐν τῇ Λαζικῇ καὶ Ἀρμενίᾳ καὶ Λιβύῃ καὶ Γότθοις καὶ Ἰταλίᾳ.

219.

Exc. De virt. p. 853 : Ὅτι εἶχε φίλην ὁ Φωκᾶς Καλλινίκην ἀπὸ προϊσταμένων. Ὁ αὐτὸς Φωκᾶς ὑπῆρχεν αἱμοπότης.

Τέλος τῆς ἱστορίας Ἰωάννου μοναχοῦ.

Fr. 217 et 218. Hæc duo fragmenta de rebus Justiniani *ex Joannis Antiocheni Collectaneis* affert Alemannus in Comment. ad Procop. Hist. arcan. p. 400 et 454 ed. Bonn. Sunt procul dubio Exc. περὶ ἐπιβουλῶν codicis Vaticani. De rebus cf. quæ monet Alemannus l. l. [Fr. 217, l. 4, ἵνα τοὺς μὲν scribendum videtur ἵν' αὐτὸς μέν.]

ADDENDA ET CORRIGENDA.

VOLUMEN I.

PROLEGOMENA.

HECATÆUS. Pag. x, *a*, lin. 7. — *Idem cadit in Strabonis locum* (XII, p. 828 Alm., 550 Cas.) *ubi Hecatæus Xenocratis familiaris* (potius : *discipulus*) *fuisse dicitur.*] Non Strabo, sed editores Strabonis errarunt. Etenim vulgo ap. Strab. legitur : τὴν Ἑκαταίου τοῦ Μιλησίου καὶ Μενεκράτους τοῦ Ἐλαίτου, τῶν Ξενοκράτους γνωρίμων ἀνδρῶν. Quam lectionem in fragmentis Menecratis (tom. II, p. 342, fr. 3) ita mutavi ut pro ἀνδρῶν scriberem ἀνδρὸς, adeo ut unus Menecrates sit Xenocratis discipulus. Sic enim in tribus certe codicibus legi e Tzschuckio noveram. Nunc e Crameriana editione disco eandem lectionem, a Cramero quoque receptam, etiam in reliquis codicibus esse omnibus, exceptis duobus.

Ibid. in not lin. penult. — Pro ὁ Κιττιεὺς scribe : ὁ Κιττιεὺς (deb. ὁ Σιγειεὺς).

P. xi, *a*. — Commemoranda h. l. est inscriptio in Lero insula reperta, quam edidit Lud. Rossius (Inscr. gr. ined. fasc. 2, p. 68. an. 1842) : .... [εὔ]νοια[ν] καὶ προθυμίαν δικαίαν παρε[χό]μενο[ς εἰς] τῇ νήσῳ κατοικοῦντας τῶν [πολ]ιτῶν· δεδόχθαι τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπ[ῃ]νῆσθαι Ἑκ]αταῖον ὑπὸ τῶν οἰκητόρων τῶν ἐλ Λέρῳ [ἀ]ρετῆς ἕνεκα καὶ ἐπιμελείας, ἣν ἔχει περὶ αὐτούς· ὑπάρχειν δὲ καὶ φιλίαν Ἑκα[ταίῳ] πολλὴν καὶ εὔνοιαν παρὰ τῶν ἐν τῇ νήσῳ κατοικούντων καὶ αὐτῷ καὶ ἐκγόνοις· τὸ δὲ ψήφισμα τόδε ἀν[αγράψ]αι εἰς στήλην λιθίνην καὶ στῆσαι κατὰ τὴν ἀγορὰν, ὅπως [τ]αῦτα.... Demonstrare studet Rossius Lerum tunc non fuisse sui juris civitatem, sed cleruchiam Milesiorum. Quando et qua ratione in hanc redacta fuerit conditionem docere Herodotum (V, 125). Auctorem autem rei fuisse Hecatæum nostrum, quem tamquam οἰκιστὴν et πρόξενον cleruchi in insula honorarint. (Cf. etiam L. Ross. *Reisen in die gr. Inseln* II, p. 119.) Oblocutum his esse Gottfr. Heroldum in *Münchner Gel. Anzeigen* 1843, n. 158 sq. monet Creuzerus in *Wiener Jhrb.* tom. 106, p. 31.

P. xii, *b*, p. 21 sqq. — Tabulam geographicam, quam Aristagoras Cleomeni regi ostendit, ab Hecatæo delineatam fuisse, post Gronovium (ad Herod. V, 49), Santo-Crucium (*Exam. crit. des hist. d'Al.* p. 662), Ukertum (*Geogr.* I, 1, p. 70) et Clausenium nuper etiam Rheinganum (*Gesch. der Erd-und Lænderabbildungen der Alten. Jena* 1839, I, p. 109) et Forbiger. (*Alt. Geogr.* II, p. 58) censuerunt.

Ib. lin. 42. — *ad insulanum quendam.*] Ap. Athenæum pro Καλλίμαχος γὰρ νησιώτῳ αὐτὸ ἀναγράφει, probabiliter cum Dindorfio scribendum est Νησιώτῃ, cujus nominis proprii exempla habes ap. Bœckh. C. Inscr. II, n. 1930, 2655, nec non ap. Plinium in H. N. XXXIV, 8, 9 (ex cod. Bamberg.) et Lucian. Rhet. præc. c. 9; quibus locis itidem nomen proprium viri docti addubitabant usque dum confirmaretur inscriptt. Atheniensibus, de quibus agitur in *Kunstblatt* 1836 N. 16; 1840, N. 17 et in *Pauly's Realencycl.* tom. II, p. 761 v. *Kritios*.

Ib. not. 1. — Dele verba : *Verum nescio etc... continebat.*

P. xvi, *b*, 31. — Fragmentum ex schol. Thucyd. petitum insere p. 26, post fr. 341.

XANTHUS. P. xx, *b*, lin. 12. — Pro : *fr.* 19 lege : *fr.* 102, p. 262. Quæ ibidem leguntur : *atque huic historiæ scribendæ auctorem fuisse* (Ephorus : Ἡροδότῳ τὰς ἀφορμὰς δεδωκέναι), humanissimus censor, Creuzerus (in *Wien. Jhrb.* t. 106, p. 38) parum accurate dicta esse censet, idque merito. Sed de industria ambiguo sermone usus sum, nescius quippe quo potissimum sensu verba Ephori accipienda sint. Ad græca propius accedere licebat vertendo *ansam dedisse*, verum nihilo magis eo modo rem ipsam definiissem. Apponit Creuzerus verba Valckenarii De Aristobulo p. 65, ubi hæc : « Ἀφορμὴν εἰληφότες et ἀφορμηθέντες hinc illinc dicebantur, qui sua partim aliis debebant, sive ex aliorum scriptis derivarant; quique præbuerant aliis materiam, cujus ope potuerint eniti ad sua scribenda, ἀφορμὰς δεδωκότες ». Atque hoc sensu etiam Ephori verba de Xantho intelligenda esse Creuzerus cum Galeo et Larchero (ad Her. t. I, p. 381) censet, adeo ut materiam historiæ Lydiæ scribendæ a Xantho Herodotus acceperit. Contra ipse Valckenarius ad Herodot. p. 300 negat historiæ

patrem Lydica sua e Xantho mutuatum esse. « Qua in re, Creuzerus ait (Hist. ant. fr. p. 143), si probabiliter disputare licet, hactenus incautius judicasse videtur criticus Batavus, quod nimium tribueret illi uni loco Dionysii, in quo discedens a Xanthi sententia Herodotus Tyrrhenos Lydorum colonos facit. Potest enim fieri ut is in re quadam primaria diversa secutus sit, neque tamen in aliis rebus tradendis non ejusdem vestigia legerit. Namque lectitatum ab eo fuisse Xanthi scriptum vix dubitare licet cuiquam, qui meminerit, quod in Præfatione monuimus, eum in ipsis rebus Lydiis aliorum testimonia attigisse. Quidni igitur dicamus, si vere fuerunt illius Lydica, eadem in nonnullis ab ipso adhibita esse? » Verumenimvero tutius jam de re judicare licet, quæ in meras fere conjecturus hucusque retrusa erat. Nacti enim sumus Nicolai, quem Xanthi sectatorem in rebus Lydiis esse nemo nescit, fragmenta luculentissima de rebus Candaulis Gygisque, quæ ab Herodotea narratione tantopere discrepant, ut nihil inveniri possit dissimilius. Igitur e Xantho Herodotum materiam petiisse is demum contendere ausit, qui omnia hæc Dionysii Scytobrachionis sive Pseudo-Xanthi figmenta dixerit. Sed vix quemquam fore puto, qui indolem narrationis vere Lydicas traditiones sapere non agnoverit, quas a vetusto Xanthi opere acceptas Dionysius interpolaverit, ornaverit, partim etiam mutaverit, minime vero de suo omnes effinxisse sit censendus. Num igitur dixeris Xanthi exemplum Herodotum excitasse, ut ipse quoque historias scribendas susciperet; id vero ita eum fecisse, ut in minima illa operis sui parte, quæ de rebus Lydorum est, diversas prorsus traditiones adoptaret, nulla habita ratione Xanthi Lydi? Haud tu probaveris. Immo non noverit unquam Xanthum Herodotus, ut etiamnunc cum Dahlmanno statuo; Ephorus vero fabellam narraverit qualem alii narrarunt de Thucydide Herodotum audiente, et de Hellanico qui Hecatæum apud Amyntam regem convenisse inepte fingitur. Nimirum priscis illis historicis idem prorsus accidit quod philosophis antiquissimis accidisse constat : quos singulos quum disciplinæ et successionis vinculis inter se conjungere serior ætas temere allaboraret, factum est ut historia eorum magna vi mendaciorum sit adulterata. (Cf C. Fr. Hermann. *Disput. De philosophorum ionicorum ætatibus.* Gœtting. 1849, p. 5 sq.)

Ibidem. — Inter eos, qui Xanthi meminerunt, omisi Solinum c. 42 ed. Steph. : *Ingenia Asiatica inclyta per gentes fuere... historiæ conditores Xanthus, Hecataeus, Herodotus, cum quibus Ephorus et Theopompus.*

HELLANICUS. Pag. xxv *a*, lin. 3. — Quodsi Hellanicum non Ol. 74, 3, ut ex conjectura posui, sed Ol. 75, 1, ipso illo anno, quo ad Salaminem Græci vicerunt, natum esse malueris, nihil refragor, neque ipse quidquam conjecturæ meæ tribuo. Simili modo Plutarchus De mal. Her. 39 Adimantum liberos Salaminiæ victoriæ causa appellasse dicit Nausidicen, Acrothinium, Alexibiam, Aristeum, notante Krügero in *Leben des Thucyd.* p. 28.

Ibid. *b*, lin. 30. — *Appendix Deucalioneæ fuisse videtur Asopis.*] Prellerus partem Troicorum fuisse statuit, collato Apollodoro; idque verum esse puto.

P. xxvii *a*, 6-12. — *Itaque quum* etc. Hæc deleas. Præ ceteris cum Hellanici opere genealogico conferri merentur Andronis Halicarnassensis Συγγένειαι, quod opus simili modo adornatum fuisse per est probabile. Vid. tom. II, p. 346. — Ibid. lin. 34 pro *Callisthene* lege *Clisthene.*

P. xxix, *b*, 30. — Τὴν Χίου κτίσιν Prellerus partem Ἀσσυριακῶν fuisse censet. Res ambigua. — *Ib.* 36-38 dele verba : *accedit... verior sit.*

P. xxx, *b*, 18. — Pro *Ælii Severi* lege *Ælii Dii.* De loco Damasci quem in nota laudavi, v. Lobeck. Aglaopham. p. 340.

P. xxx, *a*, 35. — Orphica theologia Hellanici, quam nonnulli Hieronymo nescio cui (de Rhodio peripatetico cogitare noli) tribuisse videntur, vel quam Hieronymus exscripserat, non referenda est inter spuria Hellanici nostri opera, sed ad alium Hellanicum pertinet, ad eum, puto, cujus filius et ipse de Orpheo scripsisse dicitur. Contra vero Hellanico historico illa affingebantur opera, quæ sunt de Ægyptiis aliisque populis barbaris.

P. xxxi, *a*, 26. — *Libyorum*] l. *Libyum.* — b, 38. *edidit, ut ita dicam, Hieronymus*] l. *aliquis edidit, ut ita dicam.*

P. xxxiv, *a*, not. lin. 12 ab ima. — Lege : *pro* ἐν ταῖς ἱστορίαις *scribendum suspicatur* ἐν ταῖς ἱερείαις.

ACUSILAUS. Pag. xxxvii, *b*. De tabulis æneis cf. Nitzsch. Hist. Hom. p. 73. — Ibid. ad testimonia adde Menand. Περὶ ἐπιδεικτ. in Rhett. gr. tom. IX, p. 144 Walz. : Οἱ μὲν... καὶ τὰς γενεαλογίας μύθους εἶναί φασιν, οἷον, εἰ βούλει, ὅσα γε Ἀκουσίλεως καὶ Ἡσίοδος καὶ Ὀρφεὺς ἐν ταῖς Θεογονίαις εἰρήκασιν.

ANTIOCHUS. Pag. xlv, not. 10 lin. ultim. pro *et Phot. Bibl.* lege : *in Phot. Bibl.* — Ceterum Antiochus, Μυθικῶν auctor, idem esse mihi videtur cum illo Antiocho, cujus Περὶ θεῶν opus laudat

Plutarchus in Lucull. c. 28 (v. locum in fragm. 8 Strabonis, tom. III, p. 492); unde colligas auctorem hunc Pompeii fere ætate vixisse.

PHILISTUS. Pag. XLV. Vit. Philisti, lin. 1. *Archimenidæ filius.*] Sic Hemsterhusius scripsit ad Pollucem X, 42, p. 1191. At Pausanias V, 23' 6 (sic lege pro X, 23) habet Ἀρχομενίδου. Veram nominis formam dederit Suidas l. l., apud quem Philistus est Ἀρχωνίδου υἱός.

Pag. XLV, *b*, lin. 4, ab ultima. — Pro: *Ol.* 98, 4, lege: *Ol.* 98, 3 *sec. Diodorum* XV, 7. — In seq. pag. XLVII, *a*, lin. 15, calami lapsu scriptum est *Ol.* 103, 1 pro *Ol.* 98, 3. Ceterum de Diodori narratione ita habet Arnoldtius (*De Athana, Gumbinnæ* 1841, p. 14): « Diodori autem tota ea est narratio ut, etiamsi Philistum Leptinemque Ol. 98, 3 (386) et exterminatos esse et revocatos scribit, res tamen omnis redeat ad conjecturam. Nam ille, posteaquam XV, 6 et 7 generatim atque universe de studiis poeticis locutus est, in quibus factum Ol. 97, 1 (392) per pacem Punicam otium Dionysius prior consumpserit, narrat deinde quam ægre tyrannus Philoxeni Platonisque reprehensionem tulerit, quoque furore etiam in proximos inter eosque in Leptinem fratrem et Philistum familiarem sævierit, ex quo carmina ejus Olympiæ turpiter ceciderint. Sed quanquam Diodorus hunc casum sub Ol. 98, 3, accuratius persecutus est, Dionysii prioris ista ignominia, etiamsi suo loco (XIV, 109) a Diodoro diserte non esset præmonitum, a nobis referri non posset nisi ad Ol. 98, 1 (388. V. Kayser. Hist. crit. tragg. gr. p. 263). Ac Plutarchus quidem pro irato percitoque tyranni animo ut certiorem ita probabiliorem affert Philisti Leptinisque relegationis causam. Sed quoniam ex Diodoro illud saltem colligendum videtur, Dionysii iram, quum Leptinis et Philisti collusio detegeretur, nondum defervisse: bibliothecæ conditor, nisi forte is animi ardor per biennium tenuit, parum verisimili ratione viros illos non ante Ol. 98, 3 in exilium actos fecit. Nam qui Diodori mos est ut ad servandam narrationis perpetuitatem juxta ponat re nexa, temporibus discreta: Philistum Leptinemque quo anno in patriam reductos, eodem item exilio affectos videtur retulisse. Ac Leptinem quidem, ut qui recrudescente bello Punico Ol. 99, 2 in prœlio ad Cronium commisso caderet (Diod. XV, 17; Ælian. V. H. XIII, 45; Plutarch. Mor. p. 738, B), revera circa illud tempus domum revocatum putem; de Philisti autem reditu ad Diodor. XV, 7 jam Wesselingius dubitavit. Nam Diodori testimonium contra Plutarchi et Corn. Nepotis auctoritates eo minus stabit, quo proclivior erat, levi præsertim scriptori, error, ut quos simul e civitate pulsos, eosdem simul esse in patriam reductos scriberet. Quocirca quam diu Leptines exulabat, Philistus habitasse una cum eo videtur, ut Diodorus ait, Thuriis: qua in urbe domus fuisse, quæ hospitibus Syracusanis paterent, neutiquam est cur diffidamus (Schiller. De rebb. Thuriorum p. 35). Posteaquam autem Leptines Syracusas rediit, Philistus relictus in exilio solus sedem ac domicilium subinde mutasse videtur. Nam præter hospitium Hadrianum Plutarchus Epirum quoque memorat, De exil. c. 14, p. 637: Θουκυδίδης Ἀθηναῖος συνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελ. καὶ Ἀθ. ἐν Θράκῃ περὶ τὴν Σκαπτὴν ὕλην, Ξενοφῶν ἐν Σκιλλοῦντι τῆς Ἠλείας, Φίλιστος ἐν Ἠπείρῳ κτλ. »

P. XLII, *a*, not. 2. — Adde Marcellin. Vit. Thuc. § 27: Οἱ πολλοὶ τοῖς ἰδίοις πάθεσι συνέθεσαν τὰς ἱστορίας, ἥκιστα μελήσαν αὐτοῖς τῆς ἀληθείας... Τίμαιος δ' ὁ Ταυρομενίτης Τιμολέοντα ὑπερεπῄνεσε τοῦ μετρίου, καθότι Ἀνδρόμαχον τὸν αὐτοῦ πατέρα οὐ κατέλυσε τῆς μοναρχίας, Φίλιστος δὲ τῷ νέῳ Διονυσίῳ τοῖς λόγοις πολεμεῖ (προσπολεμεῖ conj. Grauert; an κολακεύει?).

P. XLVII, *b*, lin. 19 ab ima. — Post: *Cum Timonide facit etiam Tzetzes*, adde: *Eadem magis etiam exaggerat Timæus ap. Plutarch. l. laudato.*

P. XLVIII, *b*, lin. 16. — Dele verba: *quos neque Diodorus XV, 94 in computum suum refert.* Vide tom. II, p. 81 sq.

P. XLIX, *a*, lin. 24. — Pro: *retractavit eam et ad finem perduxit*, lege: *eam ad finem perduxit.*

P. XLIX, *a*, lin. 29. — *Quod ei ridicule sane crimini vertit Dionysius Hal.*] Succurrere Dionysio studet Krügerus in Dionys. Historiographicis p. 46. Etenim quæ in Dionysio leguntur: Φίλιστος δὲ μιμητής ἐστι Θουκυδίδου... Ἐζήλωκε δὲ πρῶτον μὲν τὸ τὴν ὑπόθεσιν ἀτελῆ καταλιπεῖν τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ τρόπον, ea ita mutanda esse censet, ut pro ἀτελῆ καταλιπεῖν legendum sit ἀφελῆ ἐκλέγειν, *argumentum simplex sibi eligere.* « Nam quum ineptum sit credere, inquit, historicum de industria opus suum non absolvisse, tum longe ineptius est, hanc primam ejus cum Thucydide similitudinis notam ponere, quum potius de argumenti, quod elegerit, natura dicendum fuisse videatur. » Equidem ejusmodi ineptias quæ ab historiæ ignorantia proficiscuntur, minime alienas esse a Dionysio, leviusculo sane historico, usu doctus dudum mihi persuasi.

TIMÆUS. P. L, not. 3. — Dele verba: *nisi forte Neanthes Cyzicenus* et quæ sequuntur.

Pag. LI *b*, lin. 36. — Libri tres De regibus Syriæ, quos Timæo Suidas affingit, probabiliter re-

ferendi sunt ad *Athenæum*, quem de iis scripsisse compertum habemus. Vide tom. III, p. 657.

Pag. LIV, not. 1. — Adde : Anecd. Paris. I, p. 392, cod. 2610 fol. 31 : Τίμαιος ὁ Ταυρομένιος γραοσυλλέκτρια ἐλέγετο διὰ τὸ τὰ τυχόντα ἀναγράφειν.

Pag. LVI, *a*, lin. 10 ab ima. — Ad Agatharchidis testimonium adde : Vitruv. VIII, 4 : *Theophrastus, Timæus, Posidonius, Hegesias, Herodotus, Aristides, Metrodorus, qui magna vigilantia et infinito studio locorum proprietates, aquarum virtutes, ab inclinatione cæli regionum qualitates, ita distributas esse scriptis declaraverunt.*

Pag. LVI, *b*, not., lin. 4 ab ima. — Dele verba : *ita tamen emendari potest* etc. Nihil emendandum, quum omnia sana sint. Vide Fragm. Chronol. p. 124 sq., ubi de computu Timæi exposui.

EPHORUS. P. LVII, *b*, et LVIII, *a*. — Quod ibi probare studuimus apud Suidam pro ἐννεακοστῆς τρίτης Ὀλ. legendum esse ἑκατοστῆς τρίτης, confirmatur loco Eudociæ p. 230, ubi : ἐπὶ τῆς ργ' Ὀλυμπ.

P. LXIII, *b*, lin. 2. Pro *mutuata* lege *mutuatum*.

THEOPOMPUS. P. LXV, *b*, not., lin. 8 ab ima. — Pro Θεογόνῳ Welckerus restitui voluit Θεοπόμπῳ. Potius corrigendum videtur Θεογένῃ. Vide tom. II, p. 12.

P. LXVII *a*, not. 2. — De his v. Welcker. *Gr. Trag.* p. 1070 sq.

P. LXVII, *b*, lin. 6 ab ima. — Pro : *Isocratis discipulus* lege : *Metrodori Isocratici disc.*

P. LXVIII, *a*. — In vita Theopompi fabulam non commemoravi quam narrat Josephus A. J. XII, 2, 13. Etenim Ptolemæus rex cum Demetrio Phalereo confabulans mirari se ait qui fiat ut admirabiles istas leges Judæorum neque historicus unquam neque poeta attigisset. Ὁ δὲ Δημήτριος μηδένα τολμῆσαι τῆς τῶν νόμων τούτων ἀναγραφῆς ἅψασθαι, διὰ τὸ θείαν αὐτὴν εἶναι καὶ σεμνήν, ἔφασκε, καὶ ὅτι βλαβεῖεν ἤδη τινὲς τούτοις ἐπιχειρήσαντες ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, δηλῶν ὡς Θεόπομπος βουληθεὶς ἱστορῆσαί τι περὶ τούτων ἐταράχθη τὴν διάνοιαν πλείοσιν ἢ τριάκοντα ἡμέραις, καὶ παρὰ τὰς ἀνέσεις ἐξιλάσκετο τὸν Θεὸν, ἐντεῦθεν αὐτῷ γενέσθαι τὴν παραφροσύνην ὑπονοῶν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὄναρ εἶδεν, ὅτι τοῦτ' αὐτῷ συμβαίη περιεργαζομένῳ τὰ θεῖα καὶ ταῦτ' ἐκφέρειν ἐπὶ κοινοὺς ἀνθρώπους θελήσαντι· καὶ ἀποσχόμενος κατέστη τὴν διάνοιαν. Eadem narrant Euseb. P. Ev. VIII, p. 354; Cedren. p. 165 ed. Paris. et Anonym. in Chron. cod. Parisin. 854 in Cram. Anecd. Par. II, p. 272. — Denique inter historicos una cum Charace καὶ ἄλλοις ἀναρίθμοις Theopompum recenset Euagrius H. Eccl. V, 24.

Pag. LXVIII, *a*, not. 6. — De Theopompi Epitome Historiarum Herodoti quæ scripsit Frommelius in Creuzeri Meletem. III, p. 136 sqq. sero nactus sum. Nihil auctor dubitat quin libellus ille sit genuinus fœtus Theopompi Chii, in Suidæ testimonio locisque duobus ubi laudatur Th. ἐν Ἡρ. Ἐπιτομῇ bona fide acquiescens; nihil tamen attulit, quo res per se parum probabilis ad majorem veri speciem adduceretur. Nam quod Theopompus in historiis suis Hellenicis vel Philippicis interdum de rebus exponit quas Herodotus quoque vel tractavit vel attigit, id ne minimum quidem facit, ut Xenophontis jam ætate exstitisse virum oratorem nobis persuadeamus, qui excerpendo modici ambitus opere excerptisque in publicum edendis obscuram inferioris ævi sedulitatem æmulatus sit. Ceterum Epitomen istam non tam junioris alicujus Theopompi fuisse opellam, sed a seriore quodam grammatico sub Theopompi Chii nomine divenditam esse crediderim.

Pag. LXVIII, *b*, lin. 5. — Ipsa verba Anonymi, de cujus loco sermo est, adscribam. Anonym. Vit. Thuc. § 5, p. 201 in Biogr. Westermanni : Πέπαυται δὲ τὸ τῆς συγγραφῆς ἐν τῇ ναυμαχίᾳ τῇ περὶ Κυνὸς σῆμα, τουτέστι περὶ τὸν Ἑλλήσποντον, ἔνθα δοκοῦσι καὶ νενικηκέναι Ἀθηναῖοι. Τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ἑτέροις γράφειν κατέλιπε, Ξενοφῶντι καὶ Θεοπόμπῳ· εἰσὶ δ' αἱ ἑφεξῆς μάχαι· οὔτε γὰρ τὴν δευτέραν ναυμαχίαν τὴν περὶ Κυνὸς σῆμα, ἣν Θεόπομπος εἶπεν, οὔτε τὴν περὶ Κύζικον, ἣν ἐνίκα Θρασύβουλος καὶ Θηραμένης καὶ Ἀλκιβιάδης, οὔτε τὴν ἐν Ἀργινούσαις ναυμαχίαν, ἔνθα νικῶσιν Ἀθηναῖοι Λακεδαιμονίους, οὔτε τὸ κεφάλαιον τῶν κακῶν τῶν Ἀττικῶν, τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν, ὅπου καὶ τὰς ναῦς ἀπώλεσαν Ἀθηναῖοι καὶ τὰς ἐξῆς ἐλπίδας· καὶ γὰρ τὸ τεῖχος αὐτῶν καθῃρέθη καὶ ἡ τῶν λ' τυραννὶς κατέστη καὶ πολλαῖς συμφοραῖς περιέπεσεν ἡ πόλις, ἃς ἠκρίβωσε Θεόπομπος. Conferri Westermannus jubet Spilleri Quæst. De Xenophont. Hist. Gr. p. 22.

P. LXX, *a*, lin. 17 ab ima. — Pro *quorum* lege *quarum*.

PHYLARCHUS. P. LXX, *b*, lin. 29. — Post vocem *Plutarchus* adde : *De gloria Athen. c.* 1 *p.* 423 *ed. Didot.*

DEMO. Pag. LXXXIII. De Demone lin. 3, ad verba : *Demone Sicyonio, philosopho Pythagorico, cui vindicanda nobis esse videntur, quæ apud schol. ad Lucian. Icaromen.* 19 *leguntur.* — Erravit frater meus. Apud schol. Lucian. l. l. legitur allegorica interpretatio fabulæ de Oto et Ephialte, ὡς ἱστορεῖ Δημῶ (sic). Quibus verbis neque Atthidis scriptor Δήμων laudatur, neque philosophus quem

Iamblichus V. Pyth. 36 inter Pythagoreos recenset, nisi forte virum cum femina confundi putaveris. Etenim schol. Luc. laudat Δημὼ feminam, quæ mythos allegorice interpretata est, quamque de aliis fabulis laudat Eustathius ad Hom. p 1154, C, et schol. Il. β', 205, et ε', 727.

FRAGMENTA.

HECATÆUS. Pag. 8, fr. 123. — Cf. Hellanici fr. 110.

P. 11, fr. 160. — Hæc Hecatæo Abderitæ vindicavi in tom. II, p. 388, fr. 6 *a*.

P. 17, fr. 254. — Cf. Chœroboscus in Bekker. An. p. 1181 : Ὁ Χνᾶς, τοῦ Χνᾶ· οὕτω γὰρ ἐλέγετο ὁ Ἀγήνωρ, ὅθεν καὶ ἡ Φοινίκη Ὀχνᾶ (Χνᾶ? Canaan.) λέγεται, de quibus v. Buttmann. *Mytholog.* I, p. 233, citante Fr. Creuzero in *Wiener. Jahrb.* 1844, tom. CIV, p. 35. Ceterum nescio an aptius fr. 254 referatur ad Hecatæum Abderitam, quem istam regionem adiisse deque ea scripsisse constat.

P. 20, fr. 291. — Hoc quoque Hecatæo Abderitæ tribui in tom. II, p. 389, fr. 10. Ibidem in annot. inter Abderitæ fragmenta posui locum Damascii, ubi de Ægyptiorum placito philosophico Hecatæus laudatur. Creuzerus eum ad Milesium Hecatæum refert l. l. itemque in *Anzeigen d. Münchner Academ.* 1848, Num. 110. Verum etiamsi placitum illud (τὸν ἥλιον εἶναι τὸν νοῦν τὸν νοερόν), quod Ægyptiis affingunt, ab Ionicis philosophis non alienum est, tamen ad Abderitam locum istum referri malui, quippe quem constat Περὶ τῆς Αἰγυπτίων φιλοσοφίας scripsisse, dum simile quid de Milesio compertum non habemus.

P. 25, fr. 333. — Cf. not. ad Characis fr. 48 in tom. III, p. 644.

P. 26, fr. 341. — Ibi addas schol. Thucyd. I, 3, quod in Prolegg. p. XVI adscripsimus. Rem tractat Creuzerus in *Briefe über Homer u. Hes.* p. 218, et in *Symbolik* tom. IV, p. 186 ed. tert.; Welcker. *Æsch. Tril.* p. 20.

P. 28, fr. 357. — Hæc plenius exhibet schol. codicis Veneti (ed. Cobet) :.. γράφων οὕτως· « Ὁ δὲ Αἴγυπτος αὐτὸς μὲν οὐκ ἦλθεν εἰς Ἄργος. Παῖδας μὲν, ὡς μὲν Ἡσίοδος, ἐποίησε πεντήκοντα, ὡς λέγω δὲ (l. ὡς ἐγὼ δὲ λέγω), οὐδὲ εἰσίν. » Καὶ Διονύσιος ὁ κυκλογράφος ἐν τῷ πρώτῳ τὰ παραπλήσιά φησι. Λέγεται δέ τις κτλ. ut in editis. Novum hoc exemplum est, quod de crisi, quam vetustissimus historicus fabulis adhibuerit, nos doceat. Cf. fr. 332.

P. 29. — Post fragm. 361 insere hæc : Schol. Sophocl. O. C. 1320 : Ἔνιοι οὐ τὸν Ἀταλάντης φασὶ Παρθενοπαῖον στρατεῦσαι (sc. ἐπὶ Θηβῶν), ἀλλὰ τὸν Ταλαοῦ, ὃν ἔνιοι διὰ τοῦ κ Καλαὸν προσαγορεύουσι, καθάπερ Ἀρίσταρχος ὁ Τεγεάτης καὶ Φιλοκλῆς ἱστοροῦσι, συγγραφέων δὲ Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος. Cf. Apollod. I, 9, 13.

P. 30. — Post fr. 371 adde Apollon. De pronom. p. 118 ed. Bekk. : Αἱ πληθυντικαὶ καὶ κοινολικτοῦνται κατ' εὐθείαν πρός τε Ἰώνων καὶ Ἀττικῶν, ἡμεῖς, ὑμεῖς, σφεῖς. Ἔστι πιστώσασθαι καὶ τὸ ἀδιαίρετον τῆς εὐθείας παρ' Ἴωσιν ἐκ τῶν περὶ Δημόκριτον, Φερεκύδην, Ἑκαταῖον· τὸ γὰρ ἐν Εἰδωλοφανεῖ ὑμέες, αἰόλιον. — Præterea memorasse liceat glossam Hesychii, quæ vulgo sic habet : ὑπ' αὐνήν· παρ' Ἑκαταίῳ Φιλητᾶς. At codex : ὑπ' αὐνὴν, παρεκατέω φιλιτάς. Reponendum esse Φιλητᾶς pro Φιλιτάς, forma ap. Hesych. constanter obvia (uti Bachius Phil. carm. p. 77 ait), certum sit; reliqua quid sibi velint, nondum liquet.

CHARON. P. 34, *a*. — Ante fragm. 8 addas hæc, quæ ex Ὧροις Λαμψακηνῶν sive ex libris Περὶ Λαμψακοῦ, quorum primam partem Κτίσεων nomine signatam reperisse alicubi Suidas videtur, deprompta fuerint :

Phot. Lex. : Κύβηβος, ὁ κατεγόμενος τῇ μητρὶ τῶν θεῶν, θεοφόρητος. Χάρων δὲ ὁ Λαμψακηνὸς ἐν τῇ πρώτῃ τὴν Ἀφροδίτην ὑπὸ Φρυγῶν καὶ Λυδῶν Κυβήβην λέγεσθαι (sc. φησίν). Cf. Steph. Thes. v. κυβήβειν.

Idem ib. : Ὀσταχός, οἱ δὲ ἀσταχός· καράβου εἶδος· καὶ τὴν πόλιν τὴν Ἄσταχον, Ὄσταχον Ἴωνες. Παρ' ὃ (χάρ ὦ cod.; ejicienda cens. Dobræus) Χάρων· « Ὄσταχος ἐκτίσθη ὑπὸ Χαλκηδονίων. » Mela I, 19, Strabo XII, p. 563 et Memnon. c. 21 Astacum Megarensium coloniam dicunt; quod quidem nihil morarer, quum Chalcedonii item essent Megarenses, nisi Eusebius Astacum 33 annis ante Chalcedonem esse conditam diceret. Sc. Astacum ait conditam Ol. 18, 2. 707; Chalcedonem Ol. 26, 3. 674. Memnon. c. 21 (tom. III. p. 536) Astaci origines refert ad Ol. 17, 1. 712. Aliter de his statuisse debet Charon Lampsacenus; nisi forte ad tralaticium istud refugeris, non de primis conditoribus Charonem hoc loco dixisse censens, sed de iis, qui postmodum urbem bellis accisam denuo incolis frequentasse videantur. — De ἀσταχῶ ἢ ὀσταχῶ cf. Athen. III, p. 105, B.

P. 35, *b*, fr. 12. — Post verba συγγενέσθαι αὐτῇ schol. Apoll. Rh. sic habet : ὑπέσχετο δοῦναι τοῦτο, φυλάξασθαι μέντοι γε ἑτέρας γυναικὸς ὁμιλίαν παρήγγειλεν· ἔσεσθαι δὲ μεταξὺ αὐτῶν ἄγγελον μέλισσαν etc., ut ap. Etym. M., nisi quod in fine habet : πηρωθῆναι αὐτόν.

P. 35, *b*, fr. 13. — Καὶ τὴν γῆν χώματι] lege

καὶ τὴν ἀρῦν χ. e cod. Vit. et Ciz. In fine pro ὡς καί φησι Ἀπολλώνιος lege ὥς φησι Ἀπ. Ceterum cum Sebastiano (ap. Müller. ad schol. Tzetz. p. 633) statuo Tzetzem Charonis narrationem (fr. 12), qualem habet schol. Apollonii cum alia confudisse, perperamque ab eo citari Charonem, cujus mentionem non aliunde nisi ex ipsis scholl. ad Apoll. arripuerit. Nec minus negligenter Tzetzes ipsum Apollonium citat; is enim narrat Parrhæbii patrem quercum, hamadryadis sedem, spretis nymphæ precibus cecidisse, idque ob facinus iram nymphæ expertum esse. Porro quæ de Arcade, Jovis vel Apollinis filio, deque ejus ex Chrysopelia liberis Tz. habet, ea sumpsit ex Apollodoro I, 9, 1, ex quo pro Προσοπίλεια corrigendum est Χρυσοπίλεια. Quodsi quis miretur ejusmodi rerum confusionem, parum ille novit qualis Tzetzes vir sit.

XANTHUS. Cum Xanthi fragmentis de rebus Lydorum omnino comparanda sunt quæ de iisdem leguntur in Nicolai Damasceni fragm. 22-29, 62-65. 68, præ ceteris vero luculentissimum fr. 49 (tom. III, p. 380–386). Satis enim liquet Damascenum sua ex Nostro esse mutuatum.

P. 36, fr. 2 *extr.* scribendum est: καὶ αὐτὸς τοὺς Λυδοὺς ἐδίδαξε, καὶ τὰ μέλη διὰ τοῦτο Τορρήβια ἐκαλεῖτο. Vide not. ad Nicolai Dam. fr. 22, p. 370.

Pag. 37. fr. 5 *a.* — Schol. Venet. et Vatican. (ed. Cobet.) ad Eurip. Androm. 10, ubi Andromeda dicit: πόσιν μὲν Ἕκτορ' ἐξ Ἀχιλλέως Θανόντ' ἐσεῖδον, παῖδά θ' ὃν τίκτω πόσει Ῥιφθέντα πύργων Ἀστυάνακτ' ἀπ' ὀρθίων. Ad hæc schol.: Ἀυσανίας κατηγορεῖ Εὐριπίδου, κακῶς λέγων αὐτὸν ἐξειληφέναι τὸ παρ' Ὁμήρῳ (Il. ω, 734) λεχθέν·

ἤ τις Ἀχαιῶν
ῥίψει χειρὸς ἑλὼν ἀπὸ πύργου·

οὐχ ὡς πάντως γενησόμενον (sic Cob.; γενόμενον Ven., γιγνόμενον Vat.), ἀλλ' εἰκαζόμενόν ἐστιν ὑπ' αὐτῆς, ὡς εἰ ἔλεγε καταχαυθήσεσθαι τὸν παῖδα ἤ τι ἄλλο. [Ξάν]θον δὲ τὸν Λυδιακὰ [συντάξαν]τά φασιν ὅτι Εὐριπίδῃ σύνηθες προσέχειν περὶ τοῖς Τρωικοῖς..... τοῖς δὲ χρησιμωτέροις..... φοις. Στησίχορον μέντοι ἱστορεῖν ὅτι τεθνήκοι, καὶ τὸν τὴν Περσίδα συντεταχότα... ποιητὴν ὅτι καὶ ἀπὸ τοῦ τείχους ῥιφείη. Supplementa sunt Cobeti. Igitur dixit scholiasta Xanthum, Lydicorum auctorem, de rebus Troicis plerumque facere cum Euripide. Quid vero deinde auctor voluerit ob lacunas est ambiguum. Scribi ita potest:. . περὶ τῶν Τρωικῶν· οὐχ οὕτως δὲ τὴν ἱστορίαν παρὰ τοῖς ἄλλοις ἔχειν τοῖς γε χρησιμωτέροις ἱστοριογράφοις, vel similem in sententiam, ut dicat auctor: Xanthum quoque pro more suo ipsum Euripidem secutum narrare Astyanactem periisse; verum non ita se rem habere apud melioris notæ scriptores; quamquam poetæ Stesichorus et Arctinus (v. Cycli ep. fr. ad calcem Homeri p. 584 Didot.) eum periisse de turri dejectum finxissent (cf. schol. Hom. l. l.). Ita vero si statuamus, aut falsa tradidit scholiasta, aut Homericus ille Ἀστυάναξ ὁ καὶ Σκαμάνδριος, Hectoris et Andromaches filius, distinguendus est ab alio Scamandrio, Hectoris filio notho, uti fecit Anaxicrates in Ἀργολικοῖς ap. schol. Venet. in Androm. 224 (vid. tom. IV, p. 301), ipseque Euripides finxisse debet v. 224, ubi spurii Hectoris filii a poeta memorantur. Nimirum Strabo e Xantho (fr. 5) refert Scamandrium post Troica Phryges ex Europa in Asiam transduxisse. Porro ex Asia in Europam profectum Scamandrium dicit Xanthi sectator Nicolaus Damascenus fr. 29 (tom. III, p. 373). Sed ne spurium hunc Hectoris filium Xanthus dixerit illud videtur obstare, quod diserte apud Nicolaum appellatur ὁ Ἕκτορος καὶ Ἀνδρομάχης. Fieri tamen potest ut Andromaches mentio ab ipso Nicolao vel ejus excerptore addita sit. Et hoc fere crediderim. Sin minus, scholium ita foret refingendum, ut sensus sit: Xanthum dicunt, etsi plerumque de Troicis rebus Euripidem sequi soleat, in hac tamen re probatioribus se addixisse auctoribus. Ceterum quod Xanthum attinet Lydica sua ad Euripidis fabulas accommodantem, noli cogitare de vetusto historico, qui Herodoto τὰς ἀφορμὰς δεδωκέναι dicitur, sed istum intellige Pseudoxanthum, qualem Dionysius Scytobrachion efformavit. Denique Lysanias, qui ap. scholiastam citatur, magnopere vereor ne esse debeat Lysimachus, quem sæpius in iisdem scholiis laudatum videmus, ut in sqq. ad Androm. v. 24 (Lys. fr. 13), 33 (fr. 14), 888 (fr. 18) et in schol. Vat. ad Troad. 31, ubi Persis Arctini ex eo laudatur, sicuti nostro loco; quem si totum ad Lysaniam qui dicitur referendum esse concesseris, sequitur non posse intelligi Lysaniam Cyrenæum, operis de poetis auctorem, quippe qui Eratosthenis præceptor fuit (Suidas v. Ἐρατοσθ.), ideoque ætate longe superare debuit Pseudoxanthum sive Dionysium Scytobrachionem. Sponte igitur se offert Lysimachus.

P. 37, fr. 6. — Ξάνθος... ὃς καὶ διὰ τοῦ ξ γράφει ἐν τόποις, Λοκοξίτας τούτους καλῶν.] Scribendum puto ἐντοπίως vel ἐντοπίῳ τύπῳ.

P. 38, fr. 9. — Cf. Anticlidis fr. 18 in Scriptt. Rerum Alex. M. p. 151. In versione dele verba: *dicis causa cædis pœnam sumentes.* — In fragm. 10 post v. *Suidas* adde v. Ξάνθος. Cf. Nicolai Dam. fr. 49, p. 382, not. 29.

P. 38, fr. 11. — Pro Μόψου corrige Μόξου. Cf. Nicolaus fr. 24, p. 374 not. — Deinde adde glossam

Hesychii : Ἀτταγάθη, Ἀθάρη, παρὰ τῷ Ξάνθῳ. « Primitus scriptum fuerit Ἀτταργάθη pro Ἀταργάτη vel Ἀταργάτις. V. Strabo XIV, p. 1085 sq. ed. Alm. Cf. Heyn. De sacerdot. Comanensi p. 108; Hisely. Hist. Cappadociæ p. 98 et *Symbolik u. Mythol.* II, p. 349, 403 sqq. ed. tert. » Creuzer. in *Wiener Jahrb.* tom. 106, p. 41.

Hesychius : Βουλεψίη· ἡ λέξις παρὰ Ξάνθῳ· λέγει δὲ τὰς Ἀμαζόνας, ἐπειδὰν τέκωσιν ἄρρεν, ἐξορύσσειν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοχειρίᾳ. Creuzerus, cui hunc sicuti antecedentem locum debeo, conferri jubet *Symbolik* II, p. 573 sqq. et præ ceteris p. 672 ed. tertiæ.

Ibid. fr. 12. — Cf. Nicolai fr. 28, p. 372.

Ibid. fr. 13. — Initio scribe : Parthenius Erot. c. 33 : Περὶ Ἀσσάονος. Ἱστορεῖ Ξάνθος Λυδιακοῖς καὶ Νεάνθης β' καὶ Σιμμίας ὁ Ῥόδιος. Διαφόρως κτλ. Cf. Neanthis fr. 28, tom. III, p. 9. Subjunge schol. Eurip. Phœn. 159 : Ξάνθος δὲ ὁ Λύδιος (sc. τὴν Νιόβην φησὶ παῖδας ἔχειν) δέκα καὶ δέκα ἐκ Φιλόττου τοῦ Ἀσσυρίου, ὃς ᾤκει ἐν Σιπύλῳ· [ὃς ἀνῃρέθη ἐν κυνηγεσίῳ ὑπὸ ἄρκτου.] Postrema addit codex Florent., qui in antecc. omittit verba καὶ δέκα. Vulgata significat : δέκα ἄρρενας καὶ δέκα θηλείας. Nomen Φιλόττου ex Parthenio reposuit Valckenarius pro vg. Φιλοξένου. Idem deinde pro τοῦ Ἀσσυρίου ex eodem Parth. scribendum proponit : θυ (i. e. θυγατέρα) οὖσαν Ἀσσάονος. De re v. Creuzer. *Symbolik* IV, p. 553, 781 sq.

Post fr. 14 insere : Joann. Lydus De mensib. III, c. 14 : Ὅτι δὲ τὸν ἐνιαυτὸν ὡς θεὸν ἐτίμησαν, δῆλον ἐξ αὐτῆς τῆς Λυδῶν βασιλίδος πόλεως. Σάρδιν γὰρ αὐτὴν καὶ Ξυάριν ὁ Ξάνθος καλεῖ· τὸ δὲ Σάρδιν ὄνομα εἴ τις κατὰ ἀριθμὸν ἀπολογίσεται, πέντε καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακοσίας εὑρήσει συνάγων μονάδας· ὡς κἀντεῦθεν εἶναι δῆλον, πρὸς τιμὴν Ἡλίου, τοῦ τοσαύταις ἡμέραις τὸν ἐνιαυτὸν συνάγοντος, Σάρδιν ὀνομασθῆναι τὴν πόλιν. Νέον δὲ Σάρδιν τὸ νέον ἔτος ἔτι καὶ νῦν λέγεσθαι τῷ πλήθει συνομολογεῖται· εἰσὶ δὲ οἵ φασι τῇ Λυδῶν ἀρχαίᾳ φωνῇ τὸν ἐνιαυτὸν καλεῖσθαι Σάρδιν. « Eodem modo Nilus pro anno accipiebatur, computatis hujus nominis literis item efficientibus anni dierum numerum. Cf. Heliodor. Æthiop. IX, 22, p. 381 ed. Coray., quem locum tractat Creuzer. in Commentatt. Herodot. I, p. 184, nostri quoque facta mentione. » Roeth. Cf. Creuzer. *Symbolik* II, p. 624, 632.

Ibid. fr. 16. — Cf. not. 38 ad Nicolai fr. 49, p. 383.

Ibid. fr. 17. — Cf. Nicol. l. l. not. 55, p. 384.

Pag. 40, *b*. lin. 5 sqq. Vide not. 7 ad Nicolai fr. 62, pag. 396.

P. 43, fr. 27. — Scribe : Ξάνθος δὲ ὁ Λυδὸς περὶ τὴν ὀκτωκαιδεκάτην, ὡς δὲ Διονύσιος περὶ τὴν πεντεκαιδεκάτην, Θάσον ἐκτίσθαι.

Ibid. post fragm. 27 inserendus locus Hephæstion. De metris p. 14 ed. Gaisf. : Προτάσσεται δὲ ἡμίφωνον ὑγροῦ.. καὶ τὸ σ τοῦ λ, κατὰ πάθος, ὡς ἐν τῷ μάσλης, καὶ σπανίως τοῦ ν, ὡς Πάσννης καὶ Μάσννης, ἃ δὴ ὀνόματα (sc. ποταμῶν) παρὰ Ξάνθῳ εἰσὶν ἐν τοῖς Αυδιακοῖς. Eadem, omissa Xanthi mentione, grammat. cod. Barocc. ap. Gaisford. ad Hephæst., et Etym. M. p. 249, 18 : Δάσληρα. Δεῖ γινώσκειν ὅτι τὸ Δάσληρα (ὄνομά ἐστι λίμνης) καὶ Βρυσμὸς (ἔστι δὲ ὄνομα βασιλίως) καὶ Πάσνης καὶ Μάσνης (ὀνόματα ποταμῶν) καὶ Ὀσροήνη (ὅπερ τινὲς Ὀρροΐνη λέγουσιν· ἔστι δὲ χώρα οὕτω καλουμένη ἐν Συρίᾳ) τὸ σ ἐν συλλήψει ἔχει μετὰ τῶν ἐπιφερομένων συμφώνων. —

Μάσνης nomen, uti inter fluvios, sic etiam inter antiquissimos Lydiæ reges occurrit. Certe Μάσνεω formam codex Vat. habet ap. Dionys. I, 27, ubi ceteri Μάνεω, a Μάνης, quæ usitata Græcis forma est. V. Steph. Thes. v. Μάνης. Pro Μάσνης alii dixisse videntur Μάσσης. Plutarch. Moral. p. 360, B : Φρύγες μέχρι νῦν τὰ λαμπρὰ καὶ θαυμαστὰ τῶν ἔργων μανικὰ καλοῦσι, διὰ τὸ Μάνιν (Μάνην) τινὰ τῶν παλαιῶν βασιλέων ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ δυνατὸν γενέσθαι, ὃν ἔνιοι Μάσσην (sic Dübnerus e codd. pro vg. Μάσδην, quæ manu lenissima mutari possit in Μάσλην) καλοῦσι. Idem Plutarchus De mus. c. 7. p. 1033, D : Τὸν δὲ Μαρσύαν φασί τινες Μάσσην καλεῖσθαι. Hinc nescio an conjicere liceat Μάσνην fluvium eundem esse cum *Marsya fluvio*, sive ille sit qui prope Celænas ex Aulucrene lacu oritur, sive ille qui juxta Harpasum fluv. e Caria in Mæandrum influit e regione *Nasli* urbis, quæ hodie est (v. *Forbiger.* II, 341, 211). Mitto Marsyam Syriæ fluv.

HELLANICUS. Sturziana operum Hellanici distinctio fragmentorumque distributio secundum ea quæ ipse in Prolegomenis disputavi atque Prellerus in egregio De Hellanici scriptis libello exposuit, hunc fere in modum mutanda est :

I. ΦΟΡΩΝΙΣ βιβλ. β'. In libro primo auctor post antiquissimas Argolidis fabulas tractavit stirpem Agenoris; in altero Beli prosapiam. Liber I : Fr. 37 (Ἑλ. ἐν Ἀργολικοῖς), Phoronei filii, Pelasgus, Iasus, Agenor. Divisum inter eos imperium. Pelasgus *Arcadiam* obtinet. Quare Prellerus ex eodem libro petita esse censet quæ leguntur fr. 79 (Ἑλ. ἐν τῷ Περὶ Ἀρκαδίας) de Cepheo Arcade, et fr. 60 de Mænalo monte. Quibus adde fr. 77 de Arcade autochthone. (Possis hæc etiam ad *Atlantidem* referre). — Fr. 1 (ἐν Φορονίδι), de Pelasgorum migratione in Italiam, ex Dionys. H. I, 28 (*). — Fr. 29 (De Pelasgis in Thessalia). Larissa

(*) De hoc Dionysii loco Prellerus p. 16 : « Vides, ait, Hellanicum opponere Hellenes, h. e. genus Deucalionis, et

ab Acrisio condita, nomen habet a Pelasgi filia. Fr. 2 et 9 (Φορων. α'). Cadmus, Agenoris f.; Sparti. — Fr. 8. Thebarum κτίσις (Ἑλ. ἐν Βοιωτικοῖς). — « Eodem retuleris schol. Vatican. Eur. Rhes. 28 : Ὁ δὲ Ἡσίοδος Εὐρώπης μέν φησιν αὐτὸν (sc. τὸν Σαρπήδονα), ὡς Ἑλλάνικος. Quamquam malim cogitare de Hellanico chorizonte. » *Preller.* — LIBER II. Beli stirps. Herculis historia : Fr. 4 (ἐν δευτέρῳ [δεκάτῳ codd.] Φορ.) Hercules Stephanephori pater ex una Thespiadum. — Fr. 3. (β' Φορ.) Archiam talitro necat. — Nemeæum leonem debellat. Quo pertinet locus Stephani B. (v. Prolegg. p. XXXIII not.) : Βεμβῖνα, κώμη τῆς Νεμέας. Ἑλλάνικος δὲ Βέμβινον καὶ πόλιν φησίν... Πανύασις (fr. 1 ed. Dübner.) ἐν Ἡρακλείας πρώτῃ· « Δέρμα δὲ θήρειον Βεμβινήτειο λέοντος κτλ. » Cf. Müller. *Dor.* II, p. 472. — Fr. 40. Hydra Lernæa. Iolaus. — Fr. 61. Stymphalides aves. — Fr. 98. Diomedis equæ. Abderus. — Fr. 33. Amazones. — 97. Boves Geryonis. — Fr. 39. Hylas. — Fr. 102. Herculis e Malide apud Omphalen serva filius Aceles, qui in Lycia urbem condit. — Fr. 90, de primo Hellanodicarum numero, peti potuit ex narratione de ludis Olymp. ab Hercule institutis. — Præterea Phoronidi diserte adscribitur fr. 5 de Hesiodo Orphei postero; cui adde fr. 6 de Homero item ab Orpheo genus ducente. Mirum est hoc ex Phoronide afferri, quum de Homeridis in Atlantiade sermo fuisse dicatur. V. infra.

II. ΔΕΥΚΑΛΙΩΝΙΑ βιβλ. β'. LIBER I : Fr. 15. (Δευκ. α') Prometheus. Deucalion. Cf. Apollodor. I, 7, 2. — Fr. 16. Diluvium. Navigium ad Othryn in Thessalia appellit. Deucalion et Pyrrha in Cyno deinde habitant, ubi nata Protogenia. (Vulgo Deucalionem appulisse narrant ad Parnassum, quem Hellanicus fr. 94 ab heroe indigena nomen habere refert.) — Fr. 88. De priscorum hominum longævitate. — Fr. 17. (Δευκ. α') Erysichthon, Myrmidonis f. (ex Pisidice Æoli f., Deucalionis neptide). — Porro ex Deucalionea prosapia civitatum plurimarum repetebantur origines. Memorantur Thessaliæ urbes : *Thegonium* fr. 21 (Δευκ. α'); *Misgomenæ* fr. 24 (Δ. α'); *Phemiæ* fr. 25 (Δευκ. α'), ἀπὸ Φημίου τοῦ Ἄμπυκος (Ampyx vel Ampyces f. Peliæ, Salmonei, Æoli, Deucalionis). Ampyx pater est Mopsi (Pausan. V, 17, 10). A Mopso, opinor, genus duxerit Aspendus, qui fr. 20 (Δευκ. α') Aspendum in Pamphylia condidisse dicitur. — Fr. 23 (Δ. α') *Laceria*, Magnesiæ urbs. — Fr. 22 (Δ. α') *Calliarus*, ἀπὸ Καλλιάρου OEdodoci et Laonomes f.; fr. 19 (Δ. α') *Alpones*; fr. 106 *OEanithe*, quæ tres sunt Locridis urbes. — Fr. 18 (Δ. α') *Agathia* in Phocide. — E LIBRO SECUNDO : Fr. 27 et 13 (Δ. β'), Bœotiæ urbs *Salmos* vel *Salmon*, aliis *Almon* vel *Olmon* (ἀπὸ Ὀλμοῦ τοῦ Σισύφου St. B. s. v.). — Fr. 26 (Δ. β'), Midæum in Phrygia. — Ad Deucalioniam pertinent etiam quæ de tetrarchia Thessalica ἐκ τῶν Θετταλικῶν Ἑλ. citantur fr. 28; et probabiliter schol. in Aristid. Panath. p. 83 ed. Frommel. : Καὶ γὰρ Δωριεῖς ὄντες (οἱ Λακεδαιμόνιοι), Πελοποννήσιοι ὕστερον γεγόνασι, ὡς Ἑλλάνικος λέγει καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἱστορικῶν. A Deucalionis progenie etiam Ætoliæ civitates insigniores conditæ esse dicuntur (v. Apollod. I, 7, 6). Quare Deucalioniam respexerit Strabo (fr. 111), carpens Hellanicum quod *Macyniam* et *Molycriam* Ætoliæ urbes, post Heraclidarum reditum demum conditas, ἐν ταῖς ἀρχαίαις recenseat; contra vero *Olenum* et *Pylenen* urbes, dudum ab Ætolis dirutas, ita memoret, quasi steterint adhuc. — Ab urbium originibus revertamur ad fabulas nobiliores. De *Peliæ et Nelei* historia Hellanicus citatur in Epimer. Hom. ap. Cramer. An. I, p. 344 : Ἑλλάνικος δέ· « Καὶ τὸν (τὸν μὲν?) Πελίαν ὠνομάζετο (ὠνόμαζεν? ὠνόμαζον?), ἐπεὶ ἐπελιώθη αὐτῷ ἡ ὄψις λακτισθέντι ὑπὸ τοῦ ἵππου (*). —

Pelasgos, h. e. genus Phoronei; nam Deucalion cum Hellenibus suis Pelasgos ex Thessalia ejecit, quod narratur apud Dionys. A. R. I, 17, quæ maximam partem ex eodem Hellanico fluxisse videntur : Πρῶτον μὲν γὰρ περὶ τὸ καλούμενον νῦν Ἀχαϊκὸν Ἄργος ᾤκησαν (Pelasgi) αὐτόχθονες ὄντες, τὴν δὲ ἐπωνυμίαν ἔλαβον ἀπὸ τοῦ Πελασγοῦ βασιλέως. Ἦν δὲ ὁ Πελασγὸς ἐκ Διὸς καὶ τῆς Νιόβης τῆς Φορωνέως, ᾗ πρώτῃ γυναικὶ θνητῇ μίσγεται ὁ Ζεὺς κτλ. Deinde narratur de Pelasgorum sedibus in Thessalia, deque dispersione eorum, qua alii in Cretam delati sint, alii in Cycladas insulas, alii Hestiæotin propter Olympum et Ossam tenuerint, alii in Bœotiam, Phocidem, Euboeam transmigraverint, alii denique in Asiæ oram, quæ Hellesponto propinqua est, vicinasque insulas et Lesbum primam cum Æolibus mixti coloniam duxerint. Quibus narratis sic pergitur : Τὸ δὲ πλεῖον αὐτοῖς μέρος διὰ τῆς μεσογείου τραπόμενοι πρὸς τοὺς ἐν Δωδώνῃ κατοικοῦντας σφῶν συγγενεῖς κτλ., quibuscum arctissime cohærent quæ modo laudata sunt de profectione in Italiam. Sed ita in universum adumbratis originibus earum regionum, quæ a Pelasgis antiquitus incolebantur, singularum fabulam secutam esse suspicor. »

(*) Preller. l. l. p. 9 scribit : καὶ Πελίαν ὠνόμαζεν αὐτόν. Schneidewin. Conject. crit. p. 99 (a Prellero p. 14 citatus) καὶ τὸν Π. ὠνόμαζον, adeo ut τὸν sit Ionice dictum pro τοῦτον. Nescio an μὲν post τὸν supplendum sit, adeo ut in media enuntiatione excerptor substiterit, pergendumque fuisset : τὸν δὲ Νηλέα ἐκάλεσεν etc. Cf. Apollodor. I, 9, 8 : Ὁ δὲ ὑποφορβὸς ἀμφοτέρους τοὺς παῖδας ἀνελόμενος ἔθρεψε, καὶ τὸν μὲν πελιωθέντα Πελίαν ἐκάλεσε, τὸν δὲ ἕτερον Νηλέα. Schol. Il. κ, 334 : Τυρὼ γὰρ ἡ Σαλμωνέως γεννήσασα δύο παῖδας ἐκ Ποσειδῶνος, παρὰ τοῖς Ἐνιπέως τοῦ ποταμοῦ ῥείθροις κατέλιπε. Τὸν μὲν οὖν ἕτερον κύων, ἀφαιρεθέντων αὐτῆς τῶν πόνων (l. γόνων; τέκνων Did.), παρέχουσα θηλὴν ἔθρεψε· τὸν δὲ ἕτερον ἵππος κατὰ τὸ μέτωπον ἐπάτησεν. Ἐπελθόντες οὖν οἱ ἱπποφορβοὶ ἀνελόμενοί τε τὰ παιδία ἔτρεφον, καὶ ὠνόμασαν τὸν μὲν, ἐπεὶ ἐκ συνδρομῆς αἵματος ἐπελιώθη, Πελίαν, τὸν δ' ἕτερον, ἐπεὶ κύων κατηλέησεν, Νηλέα. Quæ probabiliter ex Hellanico derivata.

Fr. 64, de Neleo ex Iolco in Messeniam migrante ibique Pylum condente. (Cf. fr. 10, genealogia a Deucalione ad Codrum; qui locus ex Atthide petitus est.) — Sequuntur *Argonautica*: Fr. 88, de Helles obitu. — Fr. 87, de aureo vellere. — Fr. 32, de origine Iasonis. — Fr. 35, de Aphetis (v. Apollodor. I, 9, 19). — Fr. 38, de Phineo Agenorida, Paphlagoniæ rege (*). — Fr. 34, de Iasone apud Corinthios (cf. fr. 30, de Iasonis et Medeæ filio Polyxeno. V. infra τὰ Ἡρωικά). — Mentio Dactylorum Idæorum ap. schol. Apoll. I, 1129 (v. Pherecyd. fr. 7) num ad Argonautica referenda sit, ut Prellerus putat, an ad Troica, parum liquet.

III. ΑΤΛΑΝΤΙΑΣ ἐν βιβλ. β'. — Fr. 56 (Ἑλλ. ἐν α' Ἀτλαντικῶν), Atlantides septem. Quarum natu maxima *Alcyone*, mater *Æthusæ* (Apoll. III, 10, 1, 2), a qua stirpem Homeri et Hesiodi deducunt Charax (fr. 20, tom. III, p. 640) et Agon Hom. Adde Suidam v. Ἡσίοδος, qui Hesiodum et Homerum ἀπὸ τοῦ Ἄτλαντος κατάγεσθαι refert. Cum his cohæret fr. 55: Ἑλλάνικος ἐν τῇ Ἀτλαντιάδι ἀπὸ τοῦ ποιητοῦ ῥητὸν ὠνομάσθαι τοὺς Ὁμηρίδας (cf. Welck. *Cycl.* p. 148). (**) Idem Hellanicus fr. 6 Hesiodum ab Orpheo (qui in stemmate Characis quintus est ab Æthusa) genus ducere dixisse fertur ἐν Φορωνίδι. Quo loco totum genealogiarum opus a prima ejus parte designari puto nomine Phoronidis, dum nostro loco accuratius ad suum titulum res narrata revocatur. — Ab Alcyone descendit etiam Amphion, maritus Niobes, de cujus liberis agitur in fr. 54 (ἐν τῇ Ἀτλαντιάδι). Eodem igitur pertinent, quæ ex subsequente Thebarum historia memorantur fr. 12 et 11 de Œdipi filiis, deque bellis Thebanis. — *Steropes* Atlantidis filius fuit Œnomaus, pater Hippodamiæ, de cujus e Pelope liberis est fragm. 42. — E *Taygete* genus ducit Tyndareus, maritus Λήδας τῆς Καλυδωνίας (fr. 86), quæ mater est Helenæ. Hanc a Theseo raptam esse narratur fr. 74; quanquam hoc fragmentum ita est comparatum, ut Atthidi potius sit vindicandum. Ceterum Helena ducit ad Trojanas fabulas. Transierit igitur genealogus ad *Electram* Atlantidem. Ejus e Jove liberi sint Dardanus, Iasion, Harmonia, de quibus agitur in fr. 58 et 129. Posteriore loco laudatur Ἑλλάνικος ἐν α' Τρωικῶν. Hæc non diversa esse a libris duobus Atlantiadis, cujus libro primo jam ad Electræ stirpem auctor transierit, quam præ ceteris persecutus sit, statui in Prolegomenis. Prellerus Troica ab Atlantiade distinguit, nescio an recte. Utut est, pertinent huc: fr. 130 (α' Τρωικ.), de Batea, Dardani uxore. Hæc filia erat Teucri (Apollod. III, 12, 1, 5; Mnaseas ap. St. B. v. Δάρδανος; Arrian. ap. Eustath. ad Hom. p. 351, 30). Nepos Dardani fuit Tros, de cujus filiis adde locum in fragm. omissum ap. schol. Il. o, 332, ubi ad verba Homeri: Τρωὸς δ' αὖ τρεῖς παῖδες ἀμύμονες ἐξεγένοντο, Ἶλός τ' Ἀσσαράκός τε καὶ ἀντίθεος Γανυμήδης, scholiasta notat: Τρωὸς καὶ Καλλιρρόης τῆς Σκαμάνδρου, ὡς Ἑλλάνικος. Pergit poeta v. 236: Ἶλος δ' αὖ τέκετ' υἱὸν ἀμύμονα Λαομέδοντα. Ad hæc scholia duo Victoriana; quorum alterum: Ἐξ Εὐρυδίκης τῆς Ἀδράστου (sic etiam Apollodor.); alterum: Ἐκ Βατείας τῆς Τεύκρου, ὡς Ἑλλάνικος. At non potuit hoc Hellanicus dicere. Diversa scholiasta confundit. — Fr. 136 et 138, de Laodamante in Neptunum et Apollinem, deinde in Herculem ingrato; de Troja ab Hercule capto. — Fr. 137. 142. 140, de Priamo Strymûs filio, fratre Tithoni, cui Hemera peperit Memnonem. — Fr. 139, oraculum, quo Trojani a mari abstinere jubentur. — Hæc omnia legebantur in libro priore; cui insertum vel adjectum fuerit caput, quod Ἀσωπίδος nomine indigitat Marcellinus (fr. 14). Præclare hoc eruit Prellerus p. 19. « Apollodorus (III, 12, 6), ait, his (sc. rebus Troicis usque ad initia belli Trojani) narratis, transgreditur ad genus Æaci atque Pelei, quam sectionem præfatur sic: Ὁ δὲ Ἀσωπὸς ποταμὸς Ὠκεανοῦ καὶ Τήθυος κτλ., unde colligas quid sibi velit ἡ Ἀσωπὶς Hellanici, quam laudat Marcellinus in Vit. Thuc. § 4, p. 313 Poppo: Μαρτυρεῖ τούτοις καὶ Ἑλλάνικος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Ἀσωπίδι. Erat pars Troicorum, qua Æaci prosapia recensebatur, adjunctis fabulis de Peleo, Thetide, Achille, Patroclo. Quo spectant quæ leguntur ap. St. B. v. Θεστίδειον (fr. 100), ap. schol. Il. μ, 1 (fr. 37) de Patrocli fuga ad Peleum (coll. Apollodor. III, 13, 8); apud schol. Il. o, 336 de matre Ajacis (Ὁμοίως τῷ ποιητῇ καὶ Ἑλλάνικος τὴν Ἐριώπην μητέρα Αἴαντός φησι). Restat locus apud Harpocrat. v. Κριθώτη (fr. 131)· μία πόλις τῶν ἐν Χερσονήσῳ, καθά φησιν Ἑλλάνικος ἐν α' Τρωικῶν, quæ ex parte repetuntur a Marcell. l. l.: Μιλτιάδης, ὃς ὤκισε Χερρόνησον· μαρτυρεῖ τούτοις καὶ Ἑλλάνικος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Ἀσωπίδι, coll. Suida v. Κριθώτη, πόλις τῶν ἐν Χερρονήσῳ, κατοικισθεῖσα ὑπὸ Ἀθηναίων τῶν μετὰ Μιλτιάδη ἐκεῖ παραγενομένων. » — E LIBRO II: Fr. 132 (β' Τρ.), de Achille. — Fr. 31, de Cycno ab Achille interfecto. — F. 126 (β' Τρ.), de Corytho, Helenæ amatore. — Fr. 125 memoratur Cabassus, Lyciæ urbs (ex qua oriundus

(*) Hoc fragmentum ad Persica refert Prellerus p. 32. Si genealogiam spectes, ad Phoronidem revocare possis.

(**) Aliter Prellerus p. 18: « Apollodorus, ait, nominato Mercurio, Majæ Atlantidis filio, fabulam Mercurii illustrat ex hymno Homeri; quod si ab Hellanico quoque similiter factum esse statuas, idoneum locum nactus eris, ubi de Homeridarum gente disputari potuit. »

erat Othryoneus, cui Cassandram Priamus desponderat. Hom. Il. v, 363). — Fr. 146, de Penthesilea. — Fr. 135, de Apolline Dymbræo (in cujus templo Achilles occisus). — Fr. 127 (Τρωικ.), de Trojæ expugnatione, fugaque Æneæ; de Ascanio regnum Trojæ recuperante; quam narrationem respicit Strabo XIII, p. 602 (fr. 145). De die quo Troja expugnata sit cf. fr. 144. 146 ex libro De Junonis sacerdotibus. — His adde nomina locorum : fr. 133 (β' Τρωικ.) Agamea, Troadis promontorium; fr. 124 Azeotæ, gens Troadis (Ἑλλ. ἐν τοῖς Περὶ Αυδίαν); fr. 128 (Τρωικ.), Phœtiæ, Acarnaniæ oppidum. Hujus meminerit Hellanicus in historia de *Ulysse* in patriam reduce. Troica etiam Straboni obversabantur (fr. 108), ubi dicit : Οὐδ' Ἑλλάνικος Ὁμηρικὸς, Δουλίχιον τὴν Κεφαλληνίαν λέγων. — Ad reditum *Menelai* refero quæ in fragmentis omissa leguntur ap. schol. Odyss. δ, 228 : Ὁ Θῶνος βασιλεὺς ἦν τοῦ Κανώβου καὶ τοῦ Ἡρακλείου στόματος, ὃς πρὶν μὲν ἰδεῖν Ἑλένην ἐφιλοτιμεῖτο Μενέλαον· ἰδὼν δὲ αὐτὴν ἐπιχειρεῖ βιάζεσθαι. Ὁ γνοὺς Μενέλαος ἀναιρεῖ αὐτόν· ὅθεν ἡ πόλις Θῶνος ὠνόμασται, ὡς ἱστορεῖ Ἑλλάνικος. — Ad ea quæ *Aganemnonis* reditum secuta sunt, pertinere videtur fr. 82 de Orestis judicio, et fr. 43 de Electræ et Pyladis filiis Strophio et Medonte.

IV. ΑΤΘΙΣ βιβλ. δ'. — Liber I (usque ad tempus migrationis Ionicæ) : Fr. 77, Athenienses αὐτόχθονες. — Fr. 62, Ogyges. — Fr. 69 (α' Ἀτθ.), primum in Areopago judicium. — Fr. 65 (α' Ἀτθ.), Erichthonius Panathenæa instituit. — Fr. 66 (α' Ἀτθ.), Erechtheus Phorbantem occidit. — Fr. 73, Theseus Minotaurum occidit. — Fr. 76, idem Isthmia instituit; Amazonem rapit. — Fr. 84, Amazonum in Atticam expeditio. — Fr. 74, Theseus Helenam rapit. — Fr. 75, Acamas et Demophon Æthram repetentes. — (Fr. 82, de Oreste in Areopago judicium. Priora in Areopago judicia recensentur.) — Fortasse ex Atthide fluxit etiam fr. 64, de Neleo Pyli conditore. Certius huc pertinet fr. 10, de Codri majoribus inde ab Deucalione. — Fr. 63, Neleus, Codri f., Erythras in Ionia condit. — Fr. 95 : Κάδμιοι, οἱ Πριηνεῖς, ὡς Ἑλλάνικος. Scilicet pars eorum, qui Prienen condiderunt, a Cadmeis Thebanis oriundi erant (*). — Fr. 67, Helotes post Helos captum a Lacedæmoniis servituti addicti, ὡς... Ἑλλ. ἐν τῇ πρώτῃ sc. Ἀτθίδος, ut puto. Nam, si recte numerus libri habet, ad sacerdotes Junonis locus hic referri non potest. Porro singulare de rebus Laconicis a Hellanico opus scriptum esse, ut Prellerus putat, nemo testatur, neque probabile est : nam quod Ephorus dicit Lycurgi omnino non meminisse Hellanicum, id fieri vix potuit, si data opera Lacedæmoniorum historiam tractasset. Contra vero Doriensium in Atticam invasio aptam præbebat occasionem, qua Eurystheus et Procles tamquam reipublicæ Spartanæ conditores commemorarentur (fr. 91). Et fortasse sec. Hellanicum jam Eurystheus Helos urbem cepit, quæ vulgo a successoribus ejus Soo vel Agide expugnata esse dicitur. Quamquam etiam οἱ θῆτες Atheniensium vel alia res opportunitatem mentionis Helotum suppeditare poterant. — Liber II præ ceteris origines sacrorum et pagorum Atticorum gentiumque cum his conjunctarum exposuisse videtur. — Fr. 4 (β' Ἀτθ.), stephanephori heroum. — Fr. 79, Colænus Dianæ Colænidis fanum condidit. — Fr. 70 (β' Ἀτθ.), hierophantarum genus. — Fr. 71, Munychia a Munycho rege nomen habet. — Fr. 68 (β' Ἀτθ.), Hippothoon tribûs eponymus. — E Libro tertio nihil servatum. — Liber quartus, a Medicis fortasse temporibus initio sumpto, usque ad finem belli Peloponnesiaci, vel certe usque ad annum 406 pertinebat. Huncce librum innuit Thucydides I, 97, ubi res inter Medica bella et bellum Pelop. interjectas ab Hellanico recenseri ait βραχέως τι καὶ τοῖς χρόνοις οὐκ ἀκριβῶς. — Fr. 72 (δ' Ἀτθ.), Πηγαί, τόπος ἐν Μεγάροις (*). — Fr. 78, Andocides stirpem ducit (materno genere?) a Nausicaa et Telemacho, itemque (paterno genere?) a Mercurio (**). Stemmatis pars fuerit fr. 141, ubi Perseptolis, Nausicaæ et Telemachi f., memoratur. Ceterum hæc exposita fuisse puta ad an. 415, quo loco de Hermocopidis sermo erat. — Fr. 80, de servis, qui ad Arginusas (an. 406) cum Athen. pugnaverant, manumissis, et eodem civitatis jure, quo Platæenses fruebantur, donatis. Hæc narravit Hellanicus διεξιὼν τὰ ἐπὶ Ἀντιγένους (arch. Ol. 93, 2). Adde schol. Arist. Ran. 720 : Τῷ προτέρῳ ἔτει ἐπὶ Ἀντιγένους Ἑλλάνικός (sic em. Bentleyus pro ἀλλὰ νικᾷ) φησι χρυσοῦν νόμισμα κοπῆναι· καὶ Φιλόχορος (fr. 120) δμοίως, τὸ ἐκ τῶν χρυσῶν Νικῶν.

ΛΕΣΒΙΑΚΑ (Αἰολικά), βιβλ. β'. — De his audiamus Prellerum (p. 28) : « Antiquissima Lesbi

(*) « Quos Cadmeos ex Gephyræis fuisse suspicor, qui relicta Boeotia in Atticam olim se transtulerant. V. *Demeter u. Persephone* p. 392 sqq. » Preller.

(*) « Pegarum, portus Megarici, frequens mentio fiebat in illis expeditionibus, quibus Pericles juvenis præfectus erat; inde enim et ad Peloponnesum circumnavigandam profectus est et in expeditione adversus Sicyonios. V. Thuc. I, 103. 107. 111. 115. IV, 21; Plutarch. Peric. 1. » Preller. p. 27.

(**) « Erat Andocides ex Cerycibus, qui a Mercurio derivabantur; quem quod simul repetebat a Telemacho, id videtur proprium familiæ Andocideæ stemma fuisse. » Preller.

colonia Pelasgorum erat, qui Macare duce postquam e Græcia in Asiam trajecerant, quum alias ex vicinis Hellesponto insulas tum Lesbum occupaverunt; v. Dionys. I, 18, quem verisimile est in his sequi Hellanicum. Ex Lesbo deinde in Chium insulam, Samum, Cōn, Rhodum colonos missos esse perhibet Diodorus V, 81; quo referendum videtur fragmentum 112, ubi citatur Ἑλλ. ἐν τῷ Περὶ Χίου κτίσεως. Cf. fr. 113, quo loco narratur de colonis Lesbo puta navigantibus atque ad Tenedum et Lemnum appellentibus, ubi pars eorum manebat: Τούτοις (i. e. primis Lemni incolis, qui Sinties appellabantur propter fabricam armorum atque telorum πρὸς τὸ σίνεσθαι τοὺς πλησίον) συνῴκισαν ἑαυτοὺς ἀναμίξ ὡς ἦλθον αὐτόθι καὶ κατέλιπον ναῦς πέντε, scilicet quum pergebant in insulam Chium. Si de Rhodi etiam atque Coi originibus proditum erat, adjunxeris quæ de his exstant fr. 107 et 103. Sed alteram deinde coloniam Lesbus accepit post Troica, ubi ducibus Tisameno, Penthilo, aliis Æoles primam illam insulam, deinde Æolidem quæ inde nominabatur petebant; de qua re Hellanicus laudatur fr. 114: Περὶ δὲ τῆς Ὀρέστου εἰς τὴν Αἰολίδα ἀποικίας Ἑλλ. ἐν τῷ πρώτῳ Αἰολικῶν διεδήλωσεν, et ibid.: Τὰ δὲ περὶ τῆς ἀποικίας Αἴσβου Ἑλλ. ὁ Λέσβιος ἱστορεῖ ἐν α' Αἰολικῶν, unde patet Æolica et Lesbica eodem volumine exposita fuisse. Mirum quod narrabat Orestem ipsum pervenisse Lesbum, contra quam tradunt ceteri. » — *Libro primo* adscribitur fr. 117, de Lesbi loco, quem Μαλλόεις dicebant; fr. 118, de Tragasis in Troade; *libro secundo* fr. 119 et 120, de Nape, Lesbi loco. Adde fr. 121, de Metao opp. Lesbico; fr. 116 et 134, de Asso et Gargaris opp.; fr. 115, de Pitana, quam a Pelasgis subactam Erythræi in libertatem vindicarunt.

ΠΕΡΣΙΚΑ, βιβλ. β'. — Liber I (Assyriorum et Medorum historia): Fr. 160 et 159 (α' Περσ.), Perses, Persei f., Cephei ex Andromeda nepos, a Chaldæis e Cephenia ejectus in Artæa (εἰς τὰ Ἀρταῖα) transit. — Fr. 163 et 169, de Atossa regina. — Fr. 158 (α' Περσ.), Sardanapalli duo. — Fr. 30. Pro Medo, Medeæ et Ægei f., quem Medis (olim Ariis) nomen dedisse perhibent, Hellanicus habet Polyxenum, Medeæ et Iasonis f. — Fr. 168, Ariæ et Ariorum mentio. — Liber II: Fr. 164, Cambyses frater Marphii et Memphidis. — Fr. 167, Daphernes (unus ex septem, qui Pseudosmerdin interfecerunt). — Fr. 166, Darii filii undecim (*).

(*) Fragmenta 164, 167 et 166 petita sunt ex schol. Æsch. Pers. v. 773, 778, 779. Veri simillimum est, quod Prellerus monet, ex eodem fonte fluxisse quæ ap. eundem schol. ad v. 771 leguntur de ratione qua ad regnum Darius pervenerit. « Quæ narratio, Prellerus p. 33 ait, discrepat ab illa quæ legitur apud Herodotum et Ctesiam, habetque eam formam, ut fando magis quam certa cognitionis fide ad auctorem pervenisse eam, neque post Herodotum atque Ctesiam ad illum modum fingi potuisse affirmes. Cambysem dicit in Ægyptum proficiscentem duobus magis administrationem regni mandasse, consilio simul ex nobilibus ad regnum participandum formato; certe tale quid subesse videtur illis, ἐπειδὴ οἱ Πέρσαι πάντα τῇ βουλῇ διεπράττοντο, idemque consilium habes apud Æschylum in Persis. Magos illos appellat Artaphernem et Darium, quæ nomina ne confusione orta putemus, facit quod additur, hunc Darium alium fuisse atque eum qui regnum postea adeptus sit; unde patet auctorem de veris nominibus nondum compertum habuisse. Magos illos post mortem Cambysis ab ceteris de regno dejectos esse. Jam plurimos regnum ultro detrectasse; sibi magis placere ad suum arbitrium vivere. Artaphernem vero, vel potius Daphernem quem Hellanicus appellabat, atque Darium certamen equestre iniisse, pacto ut cujus equus, ubi ad metam ventum esset, primum hinniret, ei regnum obtingeret. Jam Dario cum equisone suo callide convenisse ut tunicam ad genitalia equæ feminæ affricaret, eamque fatali illo momento ad nares equi admoveret. Ita factum esse ut Darius regno potiretur. Aliis aliter rem narrari. »

— Fr. 161 (β' Περσ.), Tyrediza in Thracia (ex hist. expeditionis Xerxis, ut ap. Herod. VII, 25). — Fr. 162 (β' Περσ.), Strepsa, Thraciæ urbs. — Fr. 81, Naxii navibus sex contra Persas Græcis auxiliantur. — Adde fr. 165, ubi Ctesias Hellanicum notasse dicitur, quod ignorasset legem Persarum, ex qua cremare mortuos nefas est.

ΙΕΡΕΙΑΙ Ἥρας, βιβλ. γ'. Liber I: Fr. 44 (Ἱερ. α'), Sipylus urbs Phrygiæ (ex Tantali historia). De fonte quodam ad Magnesiam prope Sipylum v. fr. 125. — Fr. 46 (Ἱερ. α'), Cercyra Asopis, a qua insula vocitata, mater Phæacis. — Fr. 45 (Ἱερ. α'), Macedo, Æoli f., a quo Macedones. — Fr. 51 et 53, *Alcyones* sacerdotis (quæ erat filia Stheneli sororque Eurysthei) anno vicesimo sexto, tertia generatione ante Troica, Siculi ex Italia in Sicaniam transeunt. [Quæ ordinis chronologici causa hic interposui; Hellanicus de his in secundo libro dixisse fertur, eo haud dubie loco ubi de Græcorum coloniis in Siciliam deductis sermonem fecit.] — [Alcyonæ succedit *Admeta*, filia Eurysthei. Syncellus p. 172: Ἀδμήτη, θυγάτηρ Εὐρυσθέως, ἐν Ἄργει ἱεράτευσεν ἔτη λη' (l. νη'). Αἱ ἀπὸ ταύτης τὴν ἱερωσύνην διαδεξάμεναι Φαλίδες καλοῦνται.] — Fr. 47. (Ἱερ. α'), Nisæa in Megaride a Niso, Pandionis filio, conditur. — [*Admetæ sacerdotis anno* 58, *qui postremus erat hujus sacerdotis, apotheosis Herculis, sec. Marm. Farnes., ubi:* Ἥρας Ἀργείας ἱέρεια Ἀδμάτα, Εὐρυσθέως καὶ Ἀδμάτας τᾶς Ἀμφιδάμαντος ἔτη νη'] (*). —

(*) Operæ pretium est dispicere, num de ratione chronologica celeberrimi hujus sacerdotum catalogi probabiliter aliquid statui queat. — Pertinuisse librum *primum* usque ad annum postremum Admetæ, quo ad divos Hercules abiit, *secundum* vero librum initium fecisse a *Phalidibus* sacer-

erat Othryoneus, cui Cassandram Priamus desponderat. Hom. Il. v, 363). — Fr. 146, de Penthesilea. — Fr. 135, de Apolline Dymbræo (in cujus templo Achilles occisus). — Fr. 127 (Τρωικ.), de Trojæ expugnatione, fugaque Æneæ; de Ascanio regnum Trojæ recuperante; quam narrationem respicit Strabo XIII, p. 602 (fr. 145). De die quo Troja expugnata sit cf. fr. 144. 146 ex libro De Junonis sacerdotibus. — His adde nomina locorum : fr. 133 (β' Τρωικ.) Agamea, Troadis promontorium; fr. 124 Azeotæ, gens Troadis (Ἑλλ. ἐν τοῖς Περὶ Αυδίαν); fr. 128 (Τρωικ.), Phœtiæ, Acarnaniæ oppidum. Hujus meminerit Hellanicus in historia de *Ulysse* in patriam reduce. Troica etiam Straboni obversabantur (fr. 108), ubi dicit : Οὐδ' Ἑλλάνικος Ὁμηρικὸς, Δουλίχιον τὴν Κεφαλληνίαν λέγων. — Ad reditum *Menelai* refero quæ in fragmentis omissa leguntur ap. schol. Odyss. δ, 228 : Ὁ Θῶνος βασιλεὺς ἦν τῶν Κανώβου καὶ τοῦ Ἡρακλείου στόματος, ὃς πρὶν μὲν ἰδεῖν Ἑλένην ἐφιλοτιμεῖτο Μενέλαον· ἰδὼν δὲ αὐτὴν ἐπιχειρεῖ βιάζεσθαι. Ὁ γοῦς Μενέλαος ἀναιρεῖ αὐτόν· ὅθεν ἡ πόλις Θῶνος ὠνόμασται, ὡς ἱστορεῖ Ἑλλάνικος. — Ad ea quæ *Agamemnonis* reditum secuta sunt, pertinere videtur fr. 82 de Orestis judicio, et fr. 43 de Electræ et Pyladis filiis Strophio et Medonte.

IV. ΑΤΘΙΣ βιβλ. δ'. — Liber I (usque ad tempus migrationis Ionicæ) : Fr. 77, Athenienses αὐτόχθονες. — Fr. 62, Ogyges. — Fr. 69 (α' Ἀτθ.), primum in Areopago judicium. — Fr. 65 (α' Ἀτθ.), Erichthonius Panathenæa instituit. — Fr. 66 (α' Ἀτθ.), Erechtheus Phorbantem occidit. — Fr. 73, Theseus Minotaurum occidit. — Fr. 76, idem Isthmia instituit; Amazonem rapit. — Fr. 84, Amazonum in Atticam expeditio. — Fr. 74, Theseus Helenam rapit. — Fr. 75, Acamas et Demophon Æthram repetentes. — (Fr. 82, de Oreste in Areopago judicium. Priora in Areopago judicia recensentur.) — Fortasse ex Atthide fluxit etiam fr. 64, de Neleo Pyli conditore. Certius huc pertinet fr. 10, de Codri majoribus inde ab Deucalione. — Fr. 63, Neleus, Codri f., Erythras in Ionia condit. — Fr. 95 : Κάδμιοι, οἱ Πριηνεῖς, ὡς Ἑλλάνικος. Scilicet pars eorum, qui Prienen condiderunt, a Cadmeis Thebanis oriundi erant (*). — Fr. 67, Helotes post Helos captum a Lacedæmoniis servituti addicti, ὡς... Ἑλλ. ἐν τῇ πρώτῃ sc. Ἀτθίδος, ut puto. Nam, si recte numerus libri habet, ad sacerdotes Junonis locus hic referri non potest. Porro singulare de rebus Laconicis a Hellanico opus scriptum esse, ut Prellerus putat, nemo testatur, neque probabile est : nam quod Ephorus dicit Lycurgi omnino non meminisse Hellanicum, id fieri vix potuit, si data opera Lacedæmoniorum historiam tractasset. Contra vero Doriensium in Atticam invasio aptam præbebat occasionem, qua Eurystheus et Procles tamquam reipublicæ Spartanæ conditores commemorarentur (fr. 91). Et fortasse sec. Hellanicum jam Eurystheus Helos urbem cepit, quæ vulgo a successoribus ejus Soo vel Agide expugnata esse dicitur. Quamquam etiam οἱ θῆτες Atheniensium vel alia res opportunitatem mentionis Helotum suppeditare poterant. — Liber II præ ceteris origines sacrorum et pagorum Atticorum gentiumque cum his conjunctarum exposuisse videtur. — Fr. 4 (β' Ἀτθ.), stephanephori heroum. — Fr. 79, Colænus Dianæ Colænidis fanum condidit. — Fr. 70 (β' Ἀτθ.), hierophantarum genus. — Fr. 71, Munychia a Munycho rege nomen habet. — Fr. 68 (β' Ἀτθ.), Hippothoon tribûs eponymus. — E Libro tertio nihil servatum. — Liber quartus, a Medicis fortasse temporibus initio sumpto, usque ad finem belli Peloponnesiaci, vel certe usque ad annum 406 pertinebat. Huncce librum innuit Thucydides I, 97, ubi res inter Medica bella et bellum Pelop. interjectas ab Hellanico recenseri ait βραχέως τι καὶ τοῖς χρόνοις οὐκ ἀκριβῶς. — Fr. 72 (δ' Ἀτθ.), Πηγαί, τόπος ἐν Μεγάροις (*). — Fr. 78, Andocides stirpem ducit (materno genere?) a Nausicaa et Telemacho, itemque (paterno genere?) a Mercurio (**). Stemmatis pars fuerit fr. 141, ubi Perseptolis, Nausicaæ et Telemachi f., memoratur. Ceterum hæc exposita fuisse puta ad an. 415, quo loco de Hermocopidis sermo erat. — Fr. 80, de servis, qui ad Arginusas (an. 406) cum Athen. pugnaverant, manumissis, et eodem civitatis jure, quo Platæenses fruebantur, donatis. Hæc narravit Hellanicus διαξιὼν τὰ ἐπὶ Ἀντιγένους (arch. Ol. 93, 2). Adde schol. Arist. Ran. 720 : Τῷ προτέρῳ ἔτει ἐπὶ Ἀντιγένους Ἑλλάνικός (sic em. Bentleyus pro ἀλλὰ νικᾷ) φησι χρυσοῦν νόμισμα κοπῆναι· καὶ Φιλόχορος (fr. 120) ὁμοίως, τὸ ἐκ τῶν χρυσῶν Νικῶν.

ΑΕΣΒΙΑΚΑ (Αἰολικά), βιβλ. β'. — De his audiamus Prellerum (p. 28) : « Antiquissima Lesbi

(*) « Quos Cadmeos ex Gephyræis fuisse suspicor, qui relicta Boeotia in Atticam olim se transtulerant. V. *Demeter u. Persephone* p. 392 sqq. » Preller.

(*) « Pegarum, portus Megarici, frequens mentio fiebat in illis expeditionibus, quibus Pericles juvenis præfectus erat; inde enim et ad Peloponnesum circumnavigandam profectus est et in expeditione adversus Sicyonios. V. Thuc. I, 103. 107. 111. 115. IV, 21; Plutarch. Pericl. 1. » Preller. p. 27.

(**) « Erat Andocides ex Cerycibus, qui a Mercurio derivabantur; quem quod simul repetebat a Telemacho, id videtur proprium familiæ Andocideæ stemma fuisse. » Preller.

colonia Pelasgorum erat, qui Macare duce postquam e Græcia in Asiam trajecerant, quum alias ex vicinis Hellesponto insulas tum Lesbum occupaverunt; v. Dionys. I, 18, quem verisimile est in his sequi Hellanicum. Ex Lesbo deinde in Chium insulam, Samum, Cōn, Rhodum colonos missos esse perhibet Diodorus V, 81; quo referendum videtur fragmentum 112, ubi citatur Ἑλλ. ἐν τῷ Περὶ Χίου κτίσεως. Cf. fr. 113, quo loco narratur de colonis Lesbo puta navigantibus atque ad Tenedum et Lemnum appellentibus, ubi pars eorum manebat: Τούτοις (i. e. primis Lemni incolis, qui Sinties appellabantur propter fabricam armorum atque telorum πρὸς τὸ σίνεσθαι τοὺς πλησίον) συνῴκισαν ἑαυτοὺς ἀναμὶξ ὡς ἦλθον αὐτόθι καὶ κατέλιπον ναῦς πέντε, scilicet quum pergebant in insulam Chium. Si de Rhodi etiam atque Coi originibus proditum erat, adjunxeris quæ de his exstant fr. 107 et 103. Sed alteram deinde coloniam Lesbus accepit post Troica, ubi ducibus Tisameno, Penthilo, aliis Æoles primam illam insulam, deinde Æolidem quæ inde nominabatur petebant; de qua re Hellanicus laudatur fr. 114: Περὶ δὲ τῆς Ὀρίστου εἰς τὴν Αἰολίδα ἀποικίας Ἑλλ. ἐν τῷ πρώτῳ Αἰολικῶν διεξήλωκεν, et ibid.: Τὰ δὲ περὶ τῆς ἀποικίας Λέσβου Ἑλλ. ὁ Λέσβιος ἱστορεῖ ἐν α' Αἰολικῶν, unde patet Æolica et Lesbica eodem volumine exposita fuisse. Mirum quod narrabat Orestem ipsum pervenisse Lesbum, contra quam tradunt ceteri. » — *Libro primo* adscribitur fr. 117, de Lesbi loco, quem Μαλλόεις dicebant; fr. 118, de Tragasis in Troade; *libro secundo* fr. 119 et 120, de Nape, Lesbi loco. Adde fr. 121, de Metao opp. Lesbico; fr. 116 et 134, de Asso et Gargaris opp.; fr. 115, de Pitana, quam a Pelasgis subactam Erythræi in libertatem vindicarunt.

ΠΕΡΣΙΚΑ, βιβλ. β'. — Liber I (Assyriorum et Medorum historia): Fr. 160 et 159 (α' Περσ.), Perses, Persei f., Cephei ex Andromeda nepos, a Chaldæis e Cephenia ejectus in Artæa (εἰς τὰ Ἀρταῖα) transit. — Fr. 163 et 169, de Atossa regina. — Fr. 158 (α' Περσ.), Sardanapalli duo. — Fr. 30. Pro Medo, Medeæ et Ægei f., quem Medis (olim Ariis) nomen dedisse perhibent, Hellanicus habet Polyxenum, Medeæ et Iasonis f. — Fr. 168, Ariæ et Ariorum mentio. — Liber II: Fr. 164, Cambyses frater Marphii et Memphidis. — Fr. 167, Daphernes (unus ex septem, qui Pseudosmerdin interfecerunt). — Fr. 166, Darii filii undecim (*).

(*) Fragmenta 164, 167 et 166 petita sunt ex schol. Æsch. Pers. v. 775, 778, 779. Veri simillimum est, quod Prellerus monet, ex eodem fonte fluxisse quæ ap. eundem schol. ad v. 771 leguntur de ratione qua ad regnum Darius pervenerit. « Quæ narratio, Prellerus p. 33 ait, discrepat ab illa quæ legitur apud Herodotum et Ctesiam, habetque eam formam, ut fando magis quam certa cognitionis fide ad auctorem pervenisse eam, neque post Herodotum atque Ctesiam ad illum modum fingi potuisse affirmes. Cambysem dicit in Ægyptum proficiscentem duobus magis administrationem regni mandasse, consilio simul ex nobilibus ad regnum participandum formato; certe tale quid subesse videtur illis, ἐπειδὴ οἱ Πέρσαι πάντα τῇ βουλῇ διεπράττοντο, idemque consilium habes apud Æschylum in Persis. Magos illos appellat Artaphernem et Darium, quæ nomina ne confusione orta putemus, facit quod additur, hunc Darium alium fuisse atque eum qui regnum postea adeptus sit; unde patet auctorem de veris nominibus nondum compertum habuisse. Magos illos post mortem Cambysis ab ceteris de regno dejectos esse. Jam plurimos regnum ultro detrectasse; sibi magis placere ad suum arbitrium vivere. Artaphernem vero, vel potius Daphernem quem Hellanicus appellabat, atque Darium certamen equestre iniisse, pacto ut cujus equus, ubi ad metam ventum esset, primum hinniret, ei regnum obtingeret. Jam Dario cum equisone suo callide convenisse ut tunicam ad genitalia equæ feminæ affricaret, eamque fatali illo momento ad nares equi admoveret. Ita factum esse ut Darius regno potiretur. Aliis aliter rem narrari. »

— Fr. 161 (β' Περσ.), Tyrediza in Thracia (ex hist. expeditionis Xerxis, ut ap. Herod. VII, 25). — Fr. 162 (β' Περσ.), Strepsa, Thraciæ urbs. — Fr. 81, Naxii navibus sex contra Persas Græcis auxiliantur. — Adde fr. 165, ubi Ctesias Hellanicum notasse dicitur, quod ignorasset legem Persarum, ex qua crenare mortuos nefas est.

ΙΕΡΕΙΑΙ ἭΡΑΣ, βιβλ. γ'. Liber I: Fr. 44 (Ἱερ. α'), Sipylus urbs Phrygiæ (ex Tantali historia). De fonte quodam ad Magnesiam prope Sipylum v. fr. 125. — Fr. 46 (Ἱερ. α'), Cercyra Asopis, a qua insula vocitata, mater Phæacis. — Fr. 45 (Ἱερ. α'), Macedo, Æoli f., a quo Macedones. — Fr. 51 et 53, *Alcyones* sacerdotis (quæ erat filia Stheneli sororque Eurysthei) anno vicesimo sexto, tertia generatione ante Troica, Siculi ex Italia in Sicaniam transeunt. [Quæ ordinis chronologici causa hic interposui; Hellanicus de his in secundo libro dixisse fertur, eo haud dubie loco ubi de Græcorum coloniis in Siciliam deductis sermonem fecit.] — [Alcyonæ succedit *Admeta*, filia Eurysthei. Syncellus p. 172: Ἀδμήτη, θυγάτηρ Εὐρυσθέως, ἐν Ἄργει ἱεράτευσεν ἔτη λη' (l. νη'). Αἱ ἀπὸ ταύτης τὴν ἱερωσύνην διαδεξάμεναι Φαλίδες καλοῦνται.] — Fr. 47. (Ἱερ. α'), Nisæa in Megaride a Niso, Pandionis filio, conditur. — [*Admetæ sacerdotis anno* 58, *qui postremus erat hujus sacerdotis, apotheosis Herculis, sec. Marm. Farnes., ubi:* Ἥρας Ἀργείας ἱέρεια Ἀδμάτα, Εὐρυσθέως καὶ Ἀδμάτας τᾶς Ἀμφιδάμαντος ἔτη νη'] (*). —

(*) Operæ pretium est dispicere, num de ratione chronologica celeberrimi hujus sacerdotum catalogi probabiliter aliquid statui queat. — Pertinuisse librum *primum* usque ad annum postremum Admetæ, quo ad divos Hercules abiit, *secundum* vero librum initium fecisse a *Phalidibus* sacer-

Liber II. F. 47 (Ἱερ. β′), Minos Nisum capit, Pandionis f., et Megareum Onchestium. — Fr. 143 et 144, *Callisto sacerdote*, Thargelionis mensis die duodecimo Troja capta est, Demophontis regis Athen. anno primo. — Fr. 73, Æneas ex Molossorum terra cum Ulysse in Italiam profectus Romam condit. — Fr. 49 (Ἱερ. β′), Chæronea a Chærone, Apollinis et Therûs f., conditur (Stemma : Hercules. Antiochus. Phylas. Thero. Chæron. V. Pausan. I, 5, 2. II, 4, 3. IX, 40, 3),

---

dotibus, tam est rei consentaneum, ut pro certo ponere haud dubites. Porro liquet finem libri primi atque initium libri secundi in iis versari temporibus, quibus apud Atticos regnavit Ægeus : nam Nisæam a Niso Ægei fratre conditam Hellanicus *primo* libro, eundem vero Nisum a Minoe occisum esse jam notavit libro *secundo*. In isto autem bello Minos post capta Megara etiam Athenienses eo adegit, ut notum illud tributum humanum solverent. Quod quum nono anno post ex pacto renovandum esset, tum Theseus quoque in Cretam missus est (Diodor. IV, 61, 4, coll. Apollod. III, 15), qui necato Minotauro, in Atticam revertens velo atro mortem attulit Ægeo parenti. Hinc igitur colligimus bellum Minois ponendum esse novem vel decem annis ante necem Ægei. Hujus vero successores Theseus et deinde Menestheus in chronol. Att. regnant annis 53 (v. Eoseb.). Demophontis autem anno primo capta est Troja, teste Hellanico. Itaque ab Ilii excidio usque ad bellum Minois anni fere sunt 63. Qui quidem numerus annorum quum cyclum involvat, ideoque aptissimus sit ad disterminandas epochas nobiliores : vix erraverim si Sacerdotum libri secundi vel Phalidum initium cum anno 63 ante Troj. excidium componendum esse statuam. Quodsi Clemens in Strom. I, p. 139 Sylb. dicit : Ἐνταῦθεν (sc. ἀπὸ τῆς Ἡρακλέους ἀποθεώσεως) ἐπὶ τὴν Κάστορος καὶ Πολυδεύκους ἀποθέωσιν, ἔτη πεντήκοντα τρία. Ἐνταῦθά που καὶ ἡ Ἰλίου κατάληψις· id ipsum ad nostrum computum facile licet revocare. Videlicet anni isti 53 non ad annum excidii sed ad initium belli Trojani numerandi erant. Qua quidem terminorum confusione nihil frequentius est. — Jam videamus de *Hypermnestra* sive de prima sacerdote Danaide. Eusebius Arm. sacerdotium ejus memorat ad an. Abraham. 582 (i. e. 1634 a. Chr.), qui in Canone Euseb. est Danai annus 39 : *Apud Argos sacerdotio functa est Danai filia* (Ἐν Ἄργει ἱεράτευσεν Ὑπερμνήστρα Δαναοῦ, Syncell. p. 125, B). Hieronymus (ed. Amstel. an. 1651) idem notat ad an. Abr. 851 sive 1635 a. Chr. Ab hoc autem initio usque ad Trojæ excidium (1635—1184 inclus.; vel, si mavis : 1634—1183) anni labuntur 252, sive 4×63 : adeo ut sacerdotum anni inde ab Hypermnestra usque ad finem Admetæ sint 189 sive 3×63. Auctor vero ex quo Hypermnestræ epocham Eusebius apposuit, aperte ita regum Argivorum tempora adornaverat, ut Hypermnestræ sacerdotii initium etiam Danai regis esset annus primus. Nam pulsis Inachidis quum novus rerum ordo Danai imperio induceretur, nemo erit qui Eusebii Canoni innitens contenderit sacerdotium Junonis nihilominus etiam sub Danai regno per 39 annos penes Inachidas fuisse, vel totidem annis Junonem sacerdotibus caruisse. Igitur auctor Eusebii inde a Danao usque ad excidium Trojanum computavit annos 252, eosque procul dubio ita distribuit ut Danaidis regibus annos 126, totidemque successoribus eorum assignaret. Nam quum Eusebius lib. I, p. 131, laterculum exhibeat, in quo a Danaidarum fine usque ad Trojæ excidium numerantur anni 126 (modo Eurystheo pro 45 annis tribuas annos 43, uti est in Canone), facili conjectura est hæc ex ipso illo chronologo fluxisse, ex quo in Canone notatur sacerdotium Hypermnestræ. — Restat *Io Callithyia*, quæ prima erat ex Inachidarum gente sacerdos. De hac Hieronymus ad an. Abr. 376 sive 1640 a. C., qui Hieronymo est primus Criasi regis, ita habet : *In Argis prima sacerdotio functa est Callithyia Piranthi filia.* (In Eusebio Armenio hæc omissa sunt.) Secundum hæc inter Callithyiam et Hypermnestram intercedunt anni 206 (1640—1434). Nos vero jure quodam postulamus ut hoc quoque spatium, sicuti posteriora, certo quodam cyclorum numero determinatum fuerit, adeo ut pro annis 205 exputentur aut anni 189 (= 206—17) aut 252 (= 206+46). Ac revera Eusebii auctorem Inachidis sacerdotibus tribuisse annos 252, adeo ut Inachidæ et Danaidæ et Persidæ usque ad Phalides sacerdotia gesserint per annos 441 (252+189) sive per annos 7×63 sive per unum cyclum maximum, haud difficile est demonstratu : modo teneas quæ de diversis rationibus, quibus Argivorum tempora chronologi adornaverint, in fragm. Chron. exposui. Paucis dicam quæ ad nostram rem proxime pertinent. Nimirum duo maxime computi antiquiores distinguendi sunt hunc in modum :

	Comp. A.		*Comp. B.*	
Inachidæ	an. 441	567	378	567
Danaidæ	126		189	
Persidæ et Pelopidæ usque ad exc. Troj.	126		126	
A Tr. exc. ad reditum Heraclidarum	63		63	
	756		756	

His respondent alteri duo computi recentiores, in quibus pro 63 annis usque ad red. Her. numerantur anni 80, sive 63+17, deinde vero vel Inachidis vel Danaidis detrahuntur anni 17, adeo ut summa annorum haud mutetur :

	Comp. A.	*Comp. B.*
Inachidæ	424 (441—17)	378
Danaidæ	126	162 (189—17)
Persidæ etc.	126	126
A Troj. ad red. H.	80 (63+17)	80 (63+17)
	756	756

Ex his computus B est in Canone Eusebii, qui Danaidis tribuit annos 162. Computus A vindicandus auctori ex quo Hypermnestræ epocham Eusebius enotavit. Hunc enim in Danaidarum et Persidarum etc. temporibus cyclos veteres non mutasse supra vidimus. Igitur Inachidis pro 441 annis dederit annos 424, quæ annorum summa computum B superat annis 46 (424-378). Illos ipsos vero annos 46 si Eusebii annis 206 addideris, intervallum inter Callithyiæ et Hypermnestræ sacerdotia nanciscimur annorum 252, uti res postulat. Recte igitur Eusebius Callithyiam adscripserit ad primum annum Criasi regis, quatenus ad hunc etiam in auctore suo eam positam reperire potuit; sed quum aliam chronologiam ipse, aliam ille de Inachidis sequeretur, non potuit simul etiam temporum intervalla observare. Quodsi vero hoc potius duxisset, multo etiam absurdius egisset. Nam ponenda tum Callithyiæ epocha erat in N. 330, adeo ut sacerdos illa creata esset 46 annis ante obitum Argi, qui *avus* erat Callithyiæ. — Sed hæc hactenus. Satis enim patet, opinor, sacerdotum istum laterculum secundum easdem leges adornatum fuisse, quas reliqua chronologia sequitur. — Præterea superstitem habemus seriem sacerdotum Neptuni Halicarnassensium; quod quum sui generis unicum sit monumentum, apponere liceat :

Marmor Halicarnassense in Bœckh. C. Inscr. II, p. 449,

circa an. 60 post Troica (*). — Fr. 48 (Ἱερ. β'), Phricium, mons Locridis, ejusque accolæ Phricanes (ex narratione de Cyme Phriconide ab Æolis condita, an. 60 p. Troica. V. Strabo p. 621). — Fr. 50 (Ἱερ. β'), Theocles Naxum in Sicilia condit, Ol. 11, 1. 736 sec. Euseb. Hac occasione altius Siciliæ historiam repetens, de Siculorum in Sicaniam adventu dixit. V. supra. — Fr. 104, Gela a Gelone, Ætnæ f., nomen habet. Adde schol. Thucyd. VI, 4, 3 (p. 102 ed. Didot.), ubi ad Thuc. verba ἀπὸ τοῦ Γέλα ποταμοῦ Tzetzæ versus aliquot leguntur cum glossis, quibus Hellanici et Theopompi mentio fit :

οὕτως Ἐπαφρόδιτος, ὡς λέγεις, γράφει·
Γέλας δ' ἐκλήθη τῷ πάχνην πολλὴν φέρειν·
κλῆσιν ἐκεῖ γὰρ ἡ πάχνη ταύτην φέρει. [γε
ὁ Πρόξενος δὲ σύν τισιν ἄλλοις (σὺν Ἑλλανίκῳ gloss.) λέ-
Γέλωνος ἀνδρὸς ἔκ τινος Γέλαν πόλιν.
(Οὗτος ὁ Γέλωνος υἱὸς Αἴτνης καὶ Ὑμάρου gloss.)
Ἐξ Ἀντιφήμου δ' αὖ γελωτός τις λέγει·
(ὁ Θεόπομπος glossa. At ap. Steph. v. Γέλα laudatur Ἀριστοτέλης. V. tom. IV, p. 319.)

χρησμῷ μαθὼν γὰρ ὡς πόλιν μὲν ἐκτίσαι [μέλλῃ κτίγελᾷ, δοκήσας τῶν ἀνελπίστων τόδε· [σαι?]
κλῆσιν ὅθεν τεθεικε τῇ πόλει Γέλαν.

— Liber III. Fr. 52, ubi ex Ἱερειῶν Ἥρας γ' afferuntur verba : Ἀμβρακιωτῶν καὶ οἱ μετ' αὐτῶν Χάονες καὶ Ἠπειρῶται, « ubi mihi non dubium, Prellerus ait, quin sermo sit de bello inter Acarnanes et Ambraciotas gesto Ol. 87, 4. 429. » V. Thucyd. II, 80 : Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους οὐ πολλῷ ὕστερον τούτων Ἀμβρακιῶται καὶ Χάονες βουλόμενοι Ἀκαρνανίαν πᾶσαν καταστρέψασθαι κτλ... Ἐστρατεύσαντο δὲ μετὰ Χάονων καὶ Θεσπρωτοὶ ἀβασίλευτοι κτλ.

KAPNEONIKAI. — Fr. 122 et 123, primus Carneis vicit Terpander, Midæ regis æqualis (**) — Fr. 85, Arion Methymnæus primus choros cyclicos instituit.

N°. 2655 : [*** ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, εἰπόντος (vel γραμματεύοντος vel simile) τοῦ δεῖνος τοῦ Ἀ]ριστοκλέους· μεταγράψαι [ἐκ τῆς ἀρχαίας στή]λης τῆς παρεστώσης τοῖς ἀγά[λμασι τοῖς τ]οῦ Ποσειδῶνος τοῦ Ἰσθμίου τοὺς γεγ[ενημένους] ἀπὸ τῆς κτίσεως κατὰ γένος ἱερεῖς τοῦ Πο[σειδῶ]νος τοῦ καθιδρυθέντος ὑπὸ τῶν τὴν ἀποικ[ίαν ἐκ] Τροιζῆνος ἀγαγόντων Ποσειδῶνι καὶ Ἀπόλλ[ωνι.]

Εἰσὶν δὲ ἐν αὐτῇ ἱερεῖς τοῦ Ποσειδῶνος οἵδε·

1.	Τελαμὼν Ποσειδῶνος.	ἔτη. ιβ' 12
2.	Ἀντίδιος Τελαμῶνος.	κζ'
3.	Ὑπέρης Τελαμώνος.	δ'
4.	Ἀλκυονεὺς Τελαμῶνος.	ιβ'
5.	Τελαμὼν Ἀντιδίου.	κβ'
6.	Ὑριεὺς Ἀντιδίου.	τ'
7.	Ἄνθας Ἀλκυονέως.	ιθ'
8.	Νησιώτης Ὑριέως.	κθ'
9.	Ἵππαρχος Αἰθαλίδου.	ζ'
10.	Ἀλκυο]νεὺς Ἄνθα.	ιζ'
11.	Πο]λύκριτος Νησιώτου.	κε'
12.	Φυ]λεὺς Ἱππάρχου.	ιδ'
13.	Ἀν]δρων Φυλέως.	κι'
14.	** ητος Ἱέρωνος.	ιδ'
15.	Ποσι]δώνιος Ἀριστία.	κα'
16.	Ἀνδροσθένης Ἀνδρώνος.	κγ'
17.	Ἵππαρχος Φυλέως.	δ'
18.	Δημήτριος Διοσκουρίδου.	δ'
19.	Φίλιστος Δημητρίου.	ιζ'
20.	Εὐάνδρος Ἀνδρώνος.	κβ'
21.	Δ]ημόφιλος Θεοδώρου.	ζ'
22.	....κράτης Κρατίνου.	ιτ'
23.	[Ἀνδροσθένη]ς Π[ο]λ[είτα]?	λ'
24.	Ἀθηνιππος Ἀνδροσθένους.	ν'
25.	Πολείτης Ἀνδροσθένους.	ε'
26.	Εὐαίων Πολείτου.	κη'
27.	Πολείτης Εὐαίωνος, καθ' ὑ(οθεσίαν) Ἀπολλωνίδου.	κζ

« Halicarnassius hic catalogus quo tempore transcriptus ex prisca tabula est, obsoleverat ibi jam dorica dialectus : itaque illud vix uno vel altero ante Christianam epocham seculo factum esse videtur : prisca vero illa tabula fortasse non multo ante eum scribi cœpta erat, qui ultimo loco exaratus est. Qua de re utut judicabis, non erit quisquam, qui fabulosa nomina initio catalogi collocata tum, quum illi heroes vixisse dicuntur, inscripta esse credat, sed plurimi, opinor, concedent, primam certe nominum partem omnino fictam a posterioribus sacerdotibus esse. » Hæc Boeckhius, qui deinceps fusius exponit Halicarnassensem sec. Herodotum, Strabonem, alios nonnisi post reditum Heraclidarum condi a Doriensibus (sub Antha duce) potuisse. Verum Dorienses in hac plaga colonos majorem sibi auctoritatem et jus antiquius vindicare conatos esse fingenda vetustiore horum locorum possessione, idque aliis exemplis comprobari. Antham vero illum, quem historici tamquam conditorem urbis memorant, in nostra tabula esse eum qui septimo recensetur loco. — Sed de his ipsum adeas Boeckhium suela doctrinæ ubertate hæc elucidantem. Ego quidem crediderim totam hanc tabulam compositam esse post alteram, sequentes sacerdotes exhibentem, qui re vera suo quisque tempore inscripti erant. Simulatum nostrum antiquitatis monumentum, quo series retro continuatur, annos recenset 504. Unus sane in lapide numerus corruptus est, nam nomini vicesimo sexto adscribuntur anni KN; quod nihili est; sed patet operarium exarare debuisse KH, monente Boeckhio. Jam vero anni 504 cyclos octo exhibent. Igitur in hoc quoque latercule tempus ἄγραφον priscæ memoriæ usque ad certum quoddam παράπηγμα cyclis quibusdam includi videmus. — Ab Anthea ad Telamonem Neptuni f. sunt anni 90; totidem vero inde ab Hellanici fere ætate permulti numerarunt ab reditu Heraclidarum usque ad expeditionem Trojanam; ut suspicere cum hac ipsa fabulosas istas Halicarnassi origines ex mente ejus, qui latercul um confecit, jungendas esse. Jam prouti ab epocha Trojana anni 1280 vel 1217 vel 1193 etc. proficisceris, laterculus desinit in an. 776 vel 713 vel 689 etc. a. C.

(*) « Mullerus *Orchom.* p. 148 Chæroneam arbitratur a Minyis conditam esse; sed traditur illa regio antiquitus Arne vocata esse (Pausan. IX, 40, 3), unde mihi verisimilius Bœotos ejus fuisse colonos, quorum migratio cadit in an. 60 p. Troica. » Paellen.

(**) Τοὺς ἐμμέτρους Καρνονίκας, qui l. l. citantur juxta prosarios, Prellerus factum esse putat serioris cujusdam grammatici.

OPERA SPURIA. — Αἰγυπτιακά. Fr. 148 sive Prolegg. p. xxx. (Stoicorum) placitum de bonis, malis et ἀδιαφόροις. Hæc ex ea operis parte, ubi de Ægyptiorum doctrina philosophica exposuit auctor (*). — Fr. 154, Osiris ap. Hellanicum ubique appellatur Ὄσιρις, quod ἔοικεν ἀχηκοέναι ὑπὸ τῶν ἱερέων λεγόμενον. — Fr. 152, Thebarum urbis spelunca. — Fr. 149, de Ægyptiorum supellectile. — Fr. 150, de festo et templo Tyndii urbis. — Fr. 155, vitis in Plinthine urbe inventa. — Fr. 153, Erembi ad Nili fontes. — Fr. 151, de Amasi rege.

Ἡ εἰς Ἄμμωνος ἀνάβασις (εἰ γνήσιον τὸ σύγγραμμα). — Fr. 157, de phœnice arbore.

Περὶ ἐθνῶν (fr. 92). Ἐθνῶν ὀνομασίαι (fr. 93). Κτίσεις (fr. 109. 110). Νόμιμα Βαρβαρικά (ἐκ τῶν Ἡροδότου καὶ Δαμάστου συντεγμένα, fr. 173). — Fr. 173, de Zamolxi, Getis initia monstrante (ex Herodot. IV, 95). — Fr. 110, (Pæones) brytum ἐκ ῥιζῶν, sicuti Thraces potum ἐκ χριθῶν bibunt. — Fr. 92, Sindi et Mæotæ Scythæ. — Fr. 172, Scythæ Alazones et Callipidæ. — Fr. 170, Amadoci Scythæ (Ἑλλ. ἐν Σκυθικοῖς). — Fr. 171, Amorgium, apud Sacos campus (Ἑλλ. ἐν Σκυθ.). — Fr. 109, Cercetæi, Moschi, Heniochi, Coraxi. — Fr 9 Nomadum in Libya supellex (ex Herodot. IV, 190). — (Fr. 96, Hyperboreorum victus, et justitia (Ἑλλ. ἐν ἱστορίαις). — Præterea fr. 147, Carpasia, Cypri urbs, a Pygmalione condita, memoratur ex Hellanico ἐν Κυπριακοῖς, quæ item pars operis fuerint in quo barbarorum terras, urbes, mores Pseudohellanicus perlustravit.

Διὸς πολυπτυχία, fr. 174, scriptum, ut videtur, argumenti cosmogonici.

ADDENDA ET CORRIGENDA IN FRAGMENTIS HELLANICI. — P. 45, fr. 3. ἐν ταῖς ἱστορίαις] ἐν ταῖς ἱερείαις scrib. conjicit Preller. p. 17, not. Cf. Prolegg. p. xxviii.

P. 45, fr. 4. — ἐν δεκάτῳ Φορωνίδος] lege: ἐν δευτέρῳ. V. Prolegg. p. xxvi. In nota ad hoc fragm. dele verba postrema: *Quod verum videtur.*

Pag. 49, fr. 30. — Hæc uberius exscribenda erant. Medea, Pausanias ait, relicto Ægeo, Athenis fugit in Ariam: παραγενομένη δὲ ἐς τὴν λεγομένην τότε Ἀρίαν, τοῖς ἀνθρώποις ἔδωκε τὸ ὄνομα καλεῖσθαι Μήδους ἀπ' αὐτῆς. Τὸν δὲ παῖδα, ὃν ἐπήγετο φεύγουσα ἐς τοὺς Ἀρίους, γενέσθαι λέγουσιν ἐξ Αἰγέως, ὄνομα δέ οἱ Μῆδον εἶναι· Ἑλλάνικος δὲ αὐτὸν Πολύξενον καλεῖ καὶ πατρὸς Ἰάσονός φησιν εἶναι.

(*) Similiter Hecatæus Abderita Ægyptiacis suis caput vel librum περὶ τῆς Αἰγυπτίων φιλοσοφίας præmisit, itemque Stoicorum placitum aliquod (τὸν ἥλιον εἶναι τὸν νοῦν τὸν νοητόν) Ægyptiis attribuit.

P. 50, fr. 38. — *Apollon. III*, 178] lege: Apollon. II, 187.

P. 51, fr. 49. — Ita exhibendum erat: Χαιρώνεια, πόλις πρὸς τοῖς ὅροις Φωκίδος. Ἑκαταῖος... Ἀριστοφάνης ἐν Βοιωτικῶν δευτέρῳ· « Λέγεται δ' ὀλιγιστὴν γενέσθαι τοῦ πολίσματος Χαίρωνα. Τοῦτον δὲ κτλ.... Ἥρας. ** Ἀθηναῖοι κτλ. Hellanicum laudavit Aristophanes Bœotus. Verba Ἀθηναῖοι κτλ. aut ejusdem Aristophanis sunt, aut alius scriptoris, cujus mentio excidit. Theopompi esse conjeceram in Prolegg. p. xxviii.

P. 52, fr. 54. — Titulus esse debet: Ἀτλαντιάς, non Ἀτλαντίς, monente Prellero.

P. 53, fr. 64. — Cf. cod. Harlej. in Crameri Anecd. Parisin. tom. III, p. 431: Νηλεὺς μαχεσάμενος κτλ... παρασχόντων. Ἱστορεῖ Ἑλλάνικος.

P. 54, fr. 66. — Quæ antecedunt apud Harpocrat., ea vide in Andronis Halicarnassensis Συγγενειῶν libro octavo, tom. II, p. 351 fr. 10.

Ib. fr. 71. Cum Ulpiani loco cf. similem narrationem in Nicolai fr. 53 (Exc. De ins.), tom. III, p. 387; coll. Müllero in *Min.* p. 391.

P. 55, fr. 75. — Pro λάβωσιν e cod. Guelph. scribe λαβεῖν. Idem cod. post v. δώροις, addit: καὶ μὴ ἐᾶσαι ταύτην ὑπὸ τούτων κατασκαφῆναι. Codex Venetus (ed. Cobet.) post v. δώροις addit: ἦσαν δὲ καὶ μετὰ Χαλκώδοντος ἐν Εὐβοίᾳ.

P. 56, fr. 80. — Post v. συμπολιτεύσασθαι αὐτοῖς adde: διεξιὼν τὰ ἐπὶ Ἀντιγένους (arch. Ol. 93, 2) τοῦ πρὸ Καλλίου, quæ habet cod. Raven., omissa tamen vocula πρό.

P. 56, fr. 82. — Initio fragmenti Prellerus p. 24 scribendum conjecit:... οἱ Ἀθηναῖοι ἔφασαν τέλος (litem dijudicabant?), ἀμφοτέρων ἐπαινούντων. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τὴν δίκην ἔστασαν ἐννέα γενεαῖς ὕστερον ** Ἄρης κτλ. Vereor ne majus ulcus lateat. Quæ vero deinceps sequuntur haud minus corrupta emendasse mihi videor in not. ad Nicolai fragm. 34, tom. III, p. 375.

Ib. fr. 83. — γ' Ἑλλ.] lege η' Ἑλλ. V. Theopomp. fr. 15 *a*, p. 280.

P. 57, fr. 85. — V. Prolegg. p. xxix. Pro Κραναϊκοῖς codex Venetus Καρναϊκοῖς, ad verum propius accedens.

P. 58, fr. 94. — Cf. Andron. fr. 2, tom. II, p. 349. — Ib. fr. 96 pro χρηφαγοῦντας l. χρεοφαγοῦντας.

P. 59, fr. 104. — τοῦ Αἴτνης καὶ Ὑμάρου] Preller. p. 49 dedit τοῦ Αἴτνου τοῦ Ὑμάρου. Etenim in cod. Voss. et in Rhedig. est Αἴτνου, suprascripto ης, et Salmasius in codd. Palatt. esse dicit τοῦ Αἴτνου τοῦ Ὑμάρου. Ceterum vulgata habetur etiam in schol. ad Thucyd. (Vide supra in Sacerdotibus Junon.). Ὑμάρου nescio an fuerit Ἰμείρου, ut Gelon

sit Ætnæ nymphæ et Himeræ fluvii. Gelon noster diversus est a Gela illo Tenio, cujus Herodotus VI, 3 meminit.

Ibid. fr. 108. — Cf. Andronis Hal. fr. 8. Cum fr. 110 cf. Hecatæi fr. 123.

P. 60, fr. 118. — Pro ἐν Ἠπείρῳ leg. ἐν ἠπείρῳ *in continente* (sc. in Troade).

P. 60, fr. 114. — Antecedunt apud Tzetzem ad Lyc. 1324 hæcce : Ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι μετὰ τὴν ἀναίρεσιν Αἰγίσθου καὶ Κλυταιμνήστρας παρὰ τοῖς Ἀζᾶσιν Ἀρκάσιν ἐνιαυτὸν Ὀρέστης ἐνδιατρίψας, ὡς καὶ Εὐριπίδης φησίν, χρησμὸν ἔλαβε στέλλεσθαι πρὸς ἀποικίαν· ὃς συνάξας ἐκ διαφόρων ἐθνῶν λαοὺς, οὓς ἐκάλεσεν Αἰολεῖς, διὰ τὸ ἐκ διαφόρων τόπων εἶναι, ἦλθεν εἰς Λέσβον. Αὐτὸς μὲν ταχὺ ἀποθανὼν πόλιν κτίσαι οὐκ ἠδυνήθη· ἀπόγονος δὲ τούτου καλούμενος Γρᾶς μετὰ ἑκατὸν ἔτη κυριεύσας τῆς Λέσβου, πόλιν ἔκτισε.

P. 61, fr. 124. — Cf. Hesych. : Ἀξιῶται, ἔθνος Τρωάδος.

P. 62, fr. 128. — Post v. Ἀκαρνανίας adde : ἀπὸ Φοιτίου, τοῦ Ἀλκμαίωνος, τοῦ Ἀμφιαράου.

P. 63, fr. 130. — Cf. Etym. M. v. Βάτεια. Apud St. B. v. Ἀρίσβη cod. Rhedig. pro Ἄτειαν habet Ἄντειαν.

Ib. fr. 132. — ἐν τῇ Ἰδῃ δθεν καὶ ὁ Σκ.] Post v. Ἰδῃ excidit φησίν. Pro δθεν καὶ, ingeniose Prellerus : ὁ θεὸς ὅτε, καὶ. Idem ubique formas ionicas refinxit. — *Ibid.* fr. 135. Cf. Bachmann. An. I, p. 467, 21, ubi de eadem re Hellanicus laudatur.

P. 64, fr. 139. — In antecedd. scholiasta hæc habet : Ἀχαιοὶ Αἰολεῖς λοιμῷ (λιμῷ in codd. L. V.) κρατηθέντες ἐμαντεύοντο περὶ ἀπαλλαγῆς. Ὁ δὲ θεὸς αὐτοῖς ἔχρησεν ἐξιλάσκεσθαι τοὺς Τεύκρων δαίμονας (codd. BLV : τοὺς ἐν Τροίᾳ Κρονίους δαίμονας, Χιμαιρέα τε καὶ Λύκον [Ἰμερτω καὶ Λ. cod. V.)]· οὕτως δὲ πρότερον οἱ Ἰλιεῖς ἐκαλοῦντο. Μενέλαος οὖν ἀφικόμενος εἰς Ἴλιον, τὸ προσταχθὲν ἔπρασσεν· κἀκεῖθεν εἰς Δελφοὺς παρεγένετο περὶ παίδων γενέσεως χρησμὸν ληψόμενος. Συνείπετο δὲ αὐτῷ καὶ Ἀλέξανδρος περὶ γυναικὸς μαντευόμενος. Γενομένων οὖν ἀμφοτέρων ἐπὶ τὸ μαντεῖον, λέγεται χρῆσαι τὴν Πυθίαν τάδε·

> Τίπτε δύω βασιλῆες, ὁ μὲν Τρώων, ὁ δ' Ἀχαιῶν,
> οὐκέθ' ὁμοφρονέοντες ἐμὸν δόμον εἰσανέβητε ;
> ἦτοι ὁ μὲν πώλοιο γόνον διζήμενος εὑρεῖν,
> αὐτὰρ ὁ πῶλον ἑλεῖν. Τί νυ μήσεαι, ὦ μεγάλε Ζεῦ;

Τοὺς δὲ μὴ νοήσαντας τὸ λόγιον χωρισθῆναι... Ἑλλάνικος δὲ κτλ.

P. 65, fr. 144. — Versu sexto pro παρθένου εἰσελάασα scribendum : παρθένος, εἰσελ.

P. 66, fr. 148. — Vid. Prolegg. p. xxx.

P. 67, fr. 158. — Dele quæ leguntur inde a verbis Εἰς τὸ αὐτό. (Ἄλλως. Ὁ δὲ Ἑλλάνικος in edit. Dübner.), a quibus novum scholium incipit. A codice Ravennate verba ὁ δὲ Ἑλλάνικος ... γεγονέναι, sicuti quæ deinceps sequuntur, absunt. Quæ antecedunt ap. schol. Arist., vide in Apollodor. fr. 69, tom. I, p. 440. Suidas v. Σαρδανάπαλλος, qui de duobus Sardanapallis laudat Καλλισθένη ἐν β' Περσικῶν, Callisthenis et Hellanici mentionem, quam apud auctores suos reperit, perperam miscuisse videtur. Laudabatur haud dubie de Sardanapallo Callisthenes libro II de Alexandro, et Hellanicus ἐν Περσικοῖς. V. Script. Rer. Alex. p. 7 et 21.

P. 67, fr. 160. — Pro (*lege* Χώχην) etc. scribe : (*lege* Κηφηνίτην) ἔσχον. [*Suppl.* Ἀπὸ τούτου δὲ vel Ἀφ' οὗ] οὐκέτι etc. Vid. not. ad Nicolai Dam. fr. 13. Latine locus interpretandus hunc in modum : « Cepheo jam defuncto, e Babylone profecti *Chaldæi* Cephenes e sedibus suis expulerunt, ipsique Cepheniam occuparunt; quæ regio ab hoc inde tempore non amplius Cephenia (*sed Chaldaica*) appellata est, neque Cephenes incolæ, sed Chaldæi vocitati sunt. »

Pag. 68, fr. 165. — In latinis scribe : « Meminit Ctesias etiam viri (*non constat cujusnam*), qui patris cadaver contra legem cremaverit. »

Pag. 69, fr. 173, lin. 2. — Lege : Ἑλλάνικός τε, uti est in mss., quamquam τε mallem abesse.

PHERECYDES. Pag. 70. — [Fr. 1 *a*.] Schol. Aristid. p. 313, 20 ed. Dindf.: Εὐεργετεῖν φησι τὸν Διόνυσον καὶ δοῦναι ἀνθρώποις. Δηλοῖ δὲ ὁ Φερεκύδης, καὶ μετ' ἐκεῖνον Ἀντίοχος, λέγοντες καὶ διὰ τοῦτο κεκλῆσθαι Διόνυσον, ὡς ἐκ Διὸς ἐς νύσας ῥέοντα· νύσας γάρ, φησιν, ἐκάλουν τὰ ὄενδρα· εἶτ' ἐπεξίασι φυσικώτερον τῷ λόγῳ λέγοντες Ἴσιν μετωνομάσθαι τὴν γῆν, ἀπὸ τῆς περὶ τὴν θέσιν τὴν κατὰ μέσον ἰσότητος, ταύτης δὲ ἀδελφὸν Ὄσιριν καθ' Ἕλληνας καὶ (δὲ?) Διόνυσον τὸν ἐκ Διὸς εἰς γῆν ῥεόμενον Βρόντου παῖδα, τὸν ὦρον τὸν ἄρειον ἡδύκαρπον. Ταῦτα δὲ * λέγουσι Ὠγύγου καὶ Θήβης, τῆς τούτου γυναικὸς, τῶν Ἀττικῶν αὐτοχθόνων, ἐλθόντων ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, τά τε μυστήρια πρῶτον αὐτοῖς κατασκευάσασθαι τὰ περὶ τὴν Ἶσιν, καὶ θεοὺς οὕτως ὀνομάσαι τούτους μετὰ τὸ κτίσαι τὸν Ὠγυγον τὰς ἐκεῖ Θήβας τὴν πολιν. Hæc Antiochi (de quo cf. fr. 101) potius quam Pherecydis esse censeo.

Pag. 70, adde fragm. 2 *a* ex Cramer. Anecd. Paris. IV, p. 183, 21 : Θριά Θριχή (?)· Ἀρχίλοχος· καὶ ὅτι ἀπὸ Θριῶν τῶν Διὸς θυγατέρων ἐωνομάσθησαν, ὡς Φερεκύδης ἱστορεῖ, ἐπεὶ τρίαι εἰσὶν, οἷον τρισσαὶ κατὰ τὸν ἀριθμόν. Cf. Philochori fr. 196, p. 416.

Pag. 70, fragm. 2 *b*. — Schol. Il. ω, 343 : Ταύτην (sc. τὴν ῥάβδον, ᾗ ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει) Ἀπόλλων αὐτῷ (sc. Ἑρμῇ) ἔδωκεν, ὡς φησι Φερεκύδης.

P. 72, fr. 9. — φησὶ καὶ Ἄρατος] sic cod. Pa-

risinus; sed schol. vulgata pro Ἄρατος habent Ἄραιθος; scribendum est Ἀρίαιθος. Vide Ariæthi fragm. 4, tom. IV, p. 319.

Ibid. adde ad fragm. 16 schol. cod. Venet. ad Eurip. Androm. 18 (ed. Cobet.). Ait Andromache: Φθίας δὲ τῆσδε καὶ πόλεως Φαρσαλίας ξύγχορτα ναίων πεδί', ἵν' ἡ θαλασσία Πηλεῖ συνῴκει χωρὶς ἀνθρώπων Θέτις, φεύγουσ' ὅμιλον· Θεσσαλὸς δέ μιν λεὼς Θετίδειον αὐδᾷ θεᾶς χάριν νομφευμάτων. Ad hæc schol.: Τοῦτο ἀπὸ ἱστορίας εἴληφεν· αὖθις (l. αὖθι vel αὐτόθι) γὰρ αὐτῇ συνῴκησε Πηλεὺς καὶ ἡ (καὶ ἐγέννησεν?) Ἀχιλλέα· τὸ Θετίδειον διόπερ (l. διόπερ τὸ Θετίδειον) ἐστὶ πόλις Θεσσαλίας, ὡς φησι Φερεκύδης καὶ Σουίδας (sc. ἐν Θεσσαλικοῖς). De Thetidis *urbe* cf. Hellanici fr. 100. *Urbem* vero intellige fanum Thetidis cum ædificiis aliquot ad id pertinentibus. Meminerunt loci Strabo IX, p. 431, Polyb. XVIII, 3, 6. 4, 1. Cf. Dindorf. in Steph. Thes. v. Θετίδειον in Addendis. — Ceterum ap. Tzetz. Lyc. 175 (in fr. 16) scribe ἐπὶ τῶν ἵππων, οἰκεῖ, sic enim cod. Vit. et Ciz. Mülleri. —

P. 74, fr. 24 *a*. — Schol. Victor. Hom. Il. ν, 663: Φερεκύδης οὕτω γενεαλογεῖ· ἀπὸ Μελάμποδος Μαντίου, οὗ Κλεῖτον, οὗ Κοίρανον, οὗ Πολύιδον· εἶτα Πολύιδος, φησὶ, γαμεῖ Εὐρυδάμειαν τὴν Φυλέως τοῦ Αὐγέα· τῷ δὲ γίνονται Εὐχήνωρ καὶ Κλεῖτος, οἳ Θήβας εἶλον σὺν τοῖς ἐπιγόνοις· ἔπειτα εἰς Τροίαν ἔρχονται σὺν Ἀγαμέμνονι, καὶ θνήσκει Εὐχήνωρ ὑπ' Ἀλεξάνδρου.

Pag. 75, *b*, lin. 21. — Apollonii schol. codex Parisinus pro ὑπὸ τοῦ ἐρχίου habet ὑπὸ τὸ ἐρχίον, quod præstat. De re v. Creuzer. Commentt. Herod. p. 236 sqq. (sive in Herodot. tom. III, p. 804 ed. Bæhr.), *Symbolik* I, p. 80 ed. tert.

P. 77, fr. 27. — Eodem fonte, ex quo sua hausit schol. Odyss. λ, 265, usus est etiam schol. ad Il. ξ, 323, adeo ut in singulis interdum verbis concinant. Ceterum alter scholiasta altero est modo brevior modo fusior. Quare adscribam verba schol. Iliadis: Ἀλκμήνης τῆς Ἠλεκτρύονος τῆς Ἀναξοῦς τῆς Ἀγχαίου ἐράσθη Ἀμφιτρύων, ὃς ἀνελὼν Ἠλεκρύονα βοῶν ἀμφισβητήσεως χάριν ἐξ Ἄργους ἔφυγεν εἰς Θήβας· σὺν αὐτῷ δὲ καὶ Ἀλκμήνη. Ὑποδεχθέντες δὲ ἀσμένως ὑπὸ τῶν βασιλευόντων τῆς πόλεως Κρέοντος καὶ Ἡνιόχης, τιμῆς ἐτύγχανον μεγίστης. Οὐ βουλομένης δὲ τῆς Ἀλκμήνης γαμηθῆναι, εἰ μὴ οἱ φονεῖς τῶν ἀδελφῶν αὐτῆς ἀναιρεθῶσι Τηλεβόαι, κατηγωνίσατο αὐτοὺς Ἀμφιτρύων, προσλαβόμενος συμμάχους Βοιωτοὺς καὶ Λοκροὺς, ἔτι δὲ Φωκεῖς, ἑνιαυτὸν προσεδρεύσας. Ὡς δὲ ὑποστρέψας ἀπὸ τῆς στρατείας ἦγε τοὺς γάμους ἑαυτοῦ τε καὶ Ἀλκμήνης, τῇ αὐτῇ νυκτὶ ἐρασθεὶς αὐτῆς ὁ Ζεὺς καὶ εἰκασθεὶς Ἀμφιτρύωνι ἐμίγη καὶ υἱὸν ἐποίησεν· ὁμοίως δὲ καὶ Ἀμφιτρύων τῇ αὐτῇ νυκτί. Ἦδη δ' ἐκείνης τὸν ἑπταμηνιαῖον χρόνον τῆς μίξεως ἐχούσης, γεννᾶται Ἡρακλῆς μὲν ἐκ Διὸς, Ἰφικλῆς δὲ ἐξ Ἀμφιτρύωνος. — Φασὶ Δία συγκοιμώμενον Ἀλκμήνῃ πεῖσαι τὸν Ἥλιον μὴ ἀνατεῖλαι ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας· ὅθεν ἐπὶ τρεῖς νύκτας συγκοιμηθεὶς αὐτῇ ὁ Ζεὺς τὸν τριέσπερον Ἡρακλέα ἐποίησεν. Hæc Veneti codd. duo et schol. Didymi quæ vocantur. Addit cod. Vratislav. ap. Heynium: Ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδει.

P. 78, fragm. 31. — Verbis scholiastæ præmitte verba Homeri: ἄλοχον Σθενέλου Περσηϊάδαο.

Pag. 81 *a*, lin. 4 (fr. 33). — Pro Ἶφιτος corrigendum est Εὔρυτος ex Herodoro ap. schol. Eurip. Hippolyt. 545 (V. not. ad Herodor. fr. 33, tom. II, p. 37). Quo facto, nihil est cur postrema verba fr. 33 a Pherecyde aliena esse putemus. Initio fragmenti verba μετὰ τὸν ἀγῶνα significant: post institutum certamen Olympicum. — *Ibid.* ad verba ἐν Θούλῃ τῆς Ἀρκαδίας nescio an admoveri debeat locus Stephani Byz.: Θούλη, πόλις Ἀρκαδίας.

Ibidem post fragm. 35 insere schol. Lucian. p. 139 ed. Jacobitz: Ἀπελιθώθησαν δὲ οὗτοι (Cercopes), ὡς Φερεκύδης φησί. Quo loco non est cur cum Jacobitzio Pherecratem comicum Pherecydi substituendum esse putemus.

Pag. 82 *a*, lin. 3 pro Κώμαρχος corrigendum esse censeo Κλέαρχος.

Pag. 82, fr. 36 *a*. — Schol. Il. ψ, 296: Ἀκουσίλαος ἐν τρίτῳ Γενεαλογιῶν κύριον ἤκουσε τὸ Ἐχέπωλος, οὕτως· « Κλεωνύμου δ' Ἀγχίσης, τοῦ δὲ Ἐχέπωλος ». Καὶ Φερεκύδης ἐν τῷ τρίτῳ· « Κλεώνυμος δὲ ὁ Πέλοπος ᾤκει Κλεωναῖσι, καταστήσαντος Ἀτρέως Τοῦ δὲ γίνεται Ἀγχίσης, τοῦ δὲ Ἐχέπωλος. » Fragmento 36 sermo est de Hercule ad Cleonas Molionidas interficiente. Echepolus apud Homerum est Sicyoniorum princeps, cui Agamemnon remisit expeditionem, equo accepto strenuo.

P. 82, fr. 38 *a*. — Schol. Hom. Il. κ, 266: Φερεκύδης δὲ Βοιωτὸν τὸν Ἀμύντορά φησιν. De Amyntore ab Hercule interfecto v. Apollodor. II, 7, 7.

P. 85, fr. 51, lin. 2. — Μενίππου] scrib. Μελανίππου, uti in nota diximus. Idque ipsi etiam codd. nonnulli habere videntur, quum ita ediderit Bekkerus, qui in schol. ad Homer. corrupta non solet corrigere.

Ibid. insere fragm. 51 *b*: Schol. Il. Θ, 336: Ὁμοίως τῷ ποιητῇ καὶ Ἑλλάνικος τὴν Ἐριώπην μητέρα Αἴαντός φησι. Φερεκύδης δὲ ἐν εω' (ἐν ε'?) καὶ Μνασίας ἐν π' Ἀλκιμάχην.

Pag. 86, fragm. 52, lin. 1 pro *matrem* scribe *novercam*. — In fragm. 53 dele verba: *Fragmenta* etc... *pertinere*.

P. 87, fragm. 60, lin. 5: ἀσάνδαλος] Ut prisca dialectus restituatur, e codice Gotting. revocanda est forma ἀσάμβαλος, monente Bœckhio in Expl. Pindar. p. 370.

Ibid. cum fragm. 63 junge quæ de Orpheo Homeri proavo leguntur in Hellanici fr. 6, p. 46, ubi Hellanico sociatur Pherecydes.

P. 89, fragm. 73. — Matthiæi conjectura minime nunc mihi probabilis esse videtur.

Pag. 60, fragm. 76, lin. ultima, pro ἀνέστησε (quod Valckenarius dedit pro vg. ἀνέστη) e codd. Vatican. et Florent. scribendum ἀνίστη. Porro addenda erant quæ in eodem schol. paullo post subjunguntur : Φερεκύδης ἐν τῇ ἱστορίᾳ (ἐν τῇ η′ cod. Vatican.) τοὺς ἐν Δελφοῖς θνήσκοντας αὐτὸν ἀναδιώσκειν.

Pag. 91, fr. 82. — Post vocem τὸ σῶμα adde : Ἀγρίου δὲ καὶ Δίας τῆς Πορθάονος αὐτόν φησιν (sc. Φερεκύδης).

Pag. 92, fragm. 87, lin. 2, deleta voce ἦν, lege : διαβὰς εἰς Ἀρκαδίαν (ἦν γὰρ ἀψιμαχία τις ἐκεῖ Ἀρκάσιν τε καὶ Βοιωτοῖς τοῖς αὐτοῦ πολίταις περὶ ὅρων γῆς), πλείστην κτλ. Verba in parenthesi posita ita exhibet codex Parisin. 2679 in Cramer. An. P. III, p. 10 : ἦν γὰρ ἀψιμαχία τοῖς βεβρότων (τοῖς ἐκεῖ τῶν?) Βοιωτῶν πολίταις καὶ τοῖς Ἀρκάσι περὶ γῆς ὅρων. — Deinde post verba κράτιστος ἀνὴρ schol. Venet. ita pergit : λόχον ποιήσας ἔσεισε (sic cod. Par.; ἔπεισε ap. Bekk.) τὴν πολλὴν τοῦ Ἀρηιθόου φάλαγγα, ἀνειλέ τε αὐτὸν καὶ ὑπολαβὼν τὴν λείαν, ἔτι καὶ πρὸς ἄμυναν [τὴν] παντευχίαν μετὰ καὶ τῆς κορύνης **.

Pag. 93, fr. 92. — Cf. Plutarch. De frat. am. c. 11, p. 483, C; Proverb. Plutarchi I, 74, p. 332 ed. Leutsch. et Schn.; Libanius Ep. 389 extr.

P. 94, fr. 95 *a*. — Schol. Il. τ, 53, ad verba poetæ : ἦλθεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων ἕλκος ἔχων· καὶ γὰρ τὸν ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ οὔτα Κόων Ἀντηνορίδης χαλκήρεϊ δουρί] : Φερεκύδης Κύνωνά φησιν· ἄμεινον δὲ παρὰ τὴν σύνεσιν· Ἀντήνορος γὰρ αὐτὸν λέγει.

Pag. 95, fragm. 98 *a*. — Schol. Venet. ad Eurip. Androm. 1217 : Ὅτι μὲν ἐν Δελφοῖς ὁ Νεοπτόλεμος τέθαπται καὶ Φερεκύδης ἱστορεῖ· ὅτι δὲ νεκρὸς ἐλθὼν εἰς Φθίαν πάλιν εἰς Δελφοὺς ἐπέμφθη, διεψεύσθη.

Ibid. fr. 99, lin. ult., adde : Corrupta hæc emendatius et plenius exhibet schol. Venet. ad Eur. Hecub. 1 ed. Cobet, ubi sic : Φερεκύδης γράφει οὕτως· « Πρίαμος δὲ ὁ Λαομέδοντος γαμεῖ Ἑκάβην τὴν Δύμαντος, τοῦ Ἰονίως (l. Ἰτωνίως) τοῦ Πρωτέως ἢ Σαγγαρίου τοῦ ποταμοῦ, καὶ Νηίδος νύμφης Εὐαγόρας (Εὐνόης sch. Il. π, 718). » Γλαυκίππην δ' ἔνιοι τὴν Ξάνθου τῆς Ἑκάβης παρέδοσαν μητέρα. Adde schol. Victor. ad Il, π, 718, ubi Asius, frater Hecubæ, filius esse dicitur Δύμαντος καὶ Εὐνόης νύμφης, ὡς Φερεκύδης, Ἀθηνίων δὲ Κισσίως καὶ Τηλεκλείας.

Pag. 95, fr. 101, lin. 1. — Pro : *p.* 163 lege *p.* 103. Lin. 9 lege κατεννεγμένων ἐν τῇ τῶν γιγάντων. Verba corrupta : Αἴγοι ὅ' ἂν καὶ περὶ ἄλλων πολλῶν Παλλαδίων, τοῦ τε καταλχόμενον (sic cod. B; καταλυόμενον cod. D. ap. Dindorf. p. 320) τὸν αὐτόχθονα καὶ τῶν περὶ αὐτεφυρῶν (περὶ αὐτῶν γεφυρῶν cod. B.) καλουμένων κτλ., ex parte recte sanavit O. Müller. scribendo κατ' Ἀλαλκομενὸν, uti monui ad Phylarch. fr. 79 p. 357. Quas vero de sequentibus protulerunt Müllerus et Luchtius conjecturas, eæ longius a traditis recedunt quam ut verisimiles sint. Ego restituendum puto καὶ τῶν παρὰ [vel ἐπὶ] τῶν γεφυρῶν καλουμένων, quo ducit cod. B. et solennis vocum περὶ et παρὰ confusio. Cf. Joann. Lydus De mens. I, 21 : Διὰ τὸ ἐπὶ τῆς γεφύρας τοῦ Σπερχειοῦ ποταμοῦ ἱερατεύειν τῷ Παλλαδίῳ sc. Gephyræi vocantur. Aliud in ponte Palladium habuit Attica.

Idem An. Ox. I, p. 48, 18 (Epimer. Hom.) : Ἀνέμοιο (Il. ζ, 346)· ὄνομα προσηγορικὸν ἀπὸ ῥήματος. Ἀπολλόδωρος παρὰ τὸ ἀνύειν· ὁ δὲ ποιητὴς παρὰ τὸ ἀεῖν.

Idem ib. I, p. 420, 8 : Ὑπόδρα (Il. α, 143) ἐπίρρημα πόθεν γίνεται; Ὁ μὲν Ἀπολλόδωρος δύο λέγει παραγωγάς, ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς μίαν ἀπὸ παρακειμένου οὕτως· ὥσπερ ἀπὸ τοῦ ἠρεμῶ γίνεται ἠρέμα,

καὶ ἀπὸ τοῦ σιγῶ σίγα, οὕτως καὶ ἐκ τοῦ δρῶ δρα, καὶ μετὰ τῆς ὑπό ὑπόρα, καὶ πλεονασμῷ τοῦ δ ὑπόδρα, τὸ ὑφορᾶσθαι. Καὶ ἄλλως. Ἔστι δρῶ, καὶ σημαίνει τὸ βλέπω, ἐξ οὗ καὶ δράσις καὶ δρᾶμα· ἐκ τοῦ οὖν δρῶ γίνεται δρᾶ, καὶ μετὰ τῆς ὑπό ὑπόδρα, τὸ ὑποβλέπειν, καὶ δραπέτης. Ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς λέγει ὅτι ἐκ τοῦ ὑποδρὰξ γίνεται κτλ.

Idem ib. I, p. 66, 30 : Ἀπὸ τῆς ἀμφί προθέσεως τὸ ἀμφίς ἐπίρρημα ταύτης παραλαμβάνεται· « Οἵπερ νέρτεροί εἰσι θεοὶ Κρόνον ἀμφὶς ἑόντες (Il. ο, 225) ». Οὐδεμία γὰρ πρόθεσις πλεονάζει τὸ σ. Τὸ δὲ ε, οἷον ἀμφί ἑ, ἀντωνομία νῦν ἀρσενικὴ ὀρθοτονουμένη, νῦν μεταλαμβανομένη εἰς σύνθετον· Ἀπολλόδωρος δὲ ψιλοῖ τὸ ἑ.

Pag. 468, fr. 241. — Eadem Suidas s. v. Dele notam : *In antecedentibus* etc. Etenim Suidas quoque, sicuti Athenæus, et Antiphanis et Apollodori meminit.

Pag. 468, fr. 242 *a*. — Athenæus XIV, p. 636, F : Ἀπολλόδωρος δ' ἐν τῇ πρὸς τὴν Ἀριστοκλέους ἐπιστολὴν ἀντιγραφῇ, « ὃ νῦν, φησίν, ἡμεῖς λέγομεν ψαλτήριον, τοῦτ' εἶναι μάγαδιν· ὁ δὲ χλεψίαμβος χλῃθείς, ἔτι δὲ ὁ τρίγωνος καὶ ὁ ἕλυμος καὶ τὸ ἐννεάχορδον ἀμαυρότερα τῇ χρείᾳ καθέστηκε ».

Aristoclem intellige eum qui De choris et de musica scripsit.

Pag. 469, *b*. — Quæritur cujusnam Apollodori sint hæcce : Festus De verb. sign. p. 224 Lindem. : *Apollodorus in Euxenide ait Æneæ et Lavinia natos Mayllum Mulum Rhomumque, atque ab Rhomo urbi tractum nomen.*

Plutarch. Qu. Gr. 42, p. 301, C : Ἀπὸ τίνος ἐρρέθη τὸ παροιμιῶδες « Αὗτα χυρία »; Δίνων ὁ Ταραντῖνος, στρατηγῶν, ἀνὴρ δ' ὢν ἀγαθὸς ἐν τοῖς πολεμικοῖς, ἀποχειροτονησάντων αὐτοῦ τινα γνώμην τῶν πολιτῶν, ὡς ὁ κῆρυξ ἀνεῖπε τὴν νικῶσαν, αὐτὸς ἀνατείνας τὴν δεξιάν, « Ἄδε, εἶπε, χρείσσων. » Οὕτω γὰρ ὁ Θεόφραστος ἱστόρηκε· προσιστόρηκε δὲ καὶ ὁ Ἀπολλόδωρος ἐν Ῥυτίνῳ (?), τοῦ κήρυκος « αὖται πλείους » εἰπόντος, ἀλλ' αὗται, φάναι, βελτίους » καὶ ἐπικυρῶσαι τὴν τῶν ἐλαττόνων χειροτονίαν. Utrumque locum Meursius et Fabricius ad comicum Apollodorum retulerunt, refragante Meinekio in Hist. crit. com. p. 463. — Ceterum fragmenta Apollodori, grammatica maxime, augeri adhuc posse confido; ego hunc in finem post Heynium veteres auctores excutere nolui; quæ ultro se mihi obtulerunt, enotasse satis habui.

VOLUMEN II.

PROLEGOMENA.

Excerpta Escorialensia Augustus quoque Federus, vir doctissimus, e codice olim descripsit. Sed quibus edendis ante viginti hosce annos paucorum dierum otium suffecisset, eorum particulam nunc demum typis mandare placuit (*Polybii, Diodori atque Dionysii fragmenta cum Nicolai XXV prioribus. Darmstadii an.* 1849). Parisiensem editionem nusquam Federus memorat. Igitur non novit eam; quod qui negarunt, malevolos esse censeo. Ceterum Parisiensis et Darmstadiensis editiones etiam in iis, quæ non in trivio cuique obvia essent, sæpenumero consentiunt. Quod gaudeo. Enotabo quæ nova accedunt. Præterea Nicolaus Piccolo, vir non minus humanitatis quam ingenii et doctrinæ laude clarissimus, egregia multa attulit in appendice ad commentarium suum in Nicolai fragmentum Περὶ βίου Καίσαρος (v. infra Add. ad tom. III). Quorum quidem pleraque jam ante duos abhinc annos v. d. mecum communicaverat.

Pag. VII, 1, lin. 6. ἀνελεῖν μὲν] Federus v. μὲν uncis inclusit, ut de suo additam. At μὲν plenis literis in cod. exstat; contra vero pro ἀνελεῖν codex ἂν, sicut mox ἀποστεῖλαι pro ἀποστεῖλαί, et fr. 9, ἐν pro ἐννοήσας, et fr. 34, ᾖ pro ᾖχε etc. Unde patet librarium compendia scripturæ, quæ erant in libro describendo, non satis intellexisse. Federus de hujusmodi rebus plerumque nihil monuit, quasi hæc parvi essent momenti in emendando libro corruptissimo.

Pag. VIII, fr. 4, lin. 4. ἐπὶ τῆς] l. ἐπὶ τὰς, uti est in nota.

Pag. IX, fr. 6, lin. 3. οἱοὺς] Cum Federo corrige οἰωνοὺς. — Ib. fr. 8, lin. 5 προέγων] προσχὼν tacite scripsit Feder. et h. l. et pag. XVIII, fr. 23, lin. 3. Quod sane miror.

Pag. XI, fr. 12, lin. 3. διὰ τοὺς ἰδίους ἐκείνων περιεσπασμένων] περισπασμοὺς recte Federus. διὰ τοὺς Ἰουδαίους conj. Piccolo. — lin. 6. καρπούμενος] lege ἀρχούμενος, uti est in latinis. Error typothetæ, qui vocem ἀρπούμενος in ἀρχούμενος corrigere jussus erat.

Pag. XII, lin. 14. ἕνεκεν αὐτῶν βασιλέα εἶναι] Hæc quantumvis dura possis tueri : *per ipsos* (Romanos) *Timarcho licere regi esse.* Sin minus hoc placet, leg. ἔδωκεν αὐτόνομον. In not. ad h. l. lege

Μήδων pro Μηδῶν. — fr. 14, l. 3. τὴν ὁμοιότητα τῆς ὄψεως καὶ τὴν ἡλικίαν ὁμοίαν ἔχοντα] Vario modo hæc ad majorem concinnitatem revocare licet. Suavissimam medicinam propinat Dübnerus meus, legendum censens : τὴν ὡραιότητα. Sin excerptoris verba sunt, Diodorus dederit : τήν τε ὄψιν καὶ τὴν ἡλ. ὁμοίαν ἔχοντα, uti legimus infra p. XVI, lin. 3 in gemella narratione.

Pag. XIII, lin. 6. In nota ad h. l. lege : Codex ὀνομάζειν ὁ φάνην, unde in contextu dedi ὀνομαζόμενον Ὀφάνην. Sed præstat cum Federo legere ὄνομα Ζηνοφάνην. Certe Zenophanem quendam posterioris ævi in Cilicia tyrannum memorat Strabo XIV, p. 672. — Ibid. lin. 14, 15 corrige sphalma illud ταῖς ἐπὶ pro ἐπὶ ταῖς. — Ib. fr. 15, lin. 2. ἐπιβουλεύσαντες Ἀριαράθην.] Dativum ex vulgari loq. usu reponendum recte, puto, censent Piccolo et Feder. Quamquam accusativi exemplum habes in Steph. Thes. IV, p. 1544, A.

Pag. XIV, not. 6. διασαφεῖν] διαγράφειν conj. Feder. Mox pro ὀργυιῶν codex præbet ὀργυαῖον, quod notare omisi. Dein pro τάλαντων l. ταλάντων. — lin. 4 ab ima. προσεχόντων] iterum Federus tacite προσσχόντων.

Pag. XV, lin. 3. verba πρὸς τέλος ἀγαγεῖν excerptoris esse videntur. Diodorus dixerit : ἐφιλοτιμήθη περὶ τὴν vel ἐπὶ τῇ. — lin. 18. Βυζάντιοι] οἱ B. dedit Feder. — lin. 28 post τέλος excidit [δὲ]. V. nota. Contractam esse narrationem patet. At nihil est cur v. ἐγκρατὴς ad Metellum, non vero ad Pseudo-Philippum spectare putemus. — In not. ad fr. 17, lin. 2 pro *ed. Bonn.* lege *ed. Boiss.*

Pag. XVI, fr. 20, lin. 5. Κάσιον] Κάσσιον, nomen romanum, Federus, quamquam dubitans, introduxit. Syrorum Ζεὺς Κάσιος, ὄρος Κάσιον etc. satis indicant nihil n. l. inesse a Syria alienum.

Pag. XVII, lin. 14. In not. (3) ad h. l. adde : « Sed præstare videntur quæ in latinis expressimus, ubi vertimus quasi lin. 9 in græcis esset [ἐν οἷς καὶ] τοὺς περὶ τὴν Λάρισσαν. » Idem Federo visum est. — lin. 25 παρὰ πόλιν] περὶ π. male Feder. — lin. ult. Μολχέστης s. Μολχέλτης] Optime Federus refinxit Μοαγέτης. « Per temporum rationes, ait, vix diversus esse poterit a *Moagete* Cibyræ tyranno ap. Polyb. 22, 17, indeque Livium (38, 14). Idem nomen a Strabone lib. 13 extr. ultimo ejusdem civitatis tyranno, centum fere annis posteriori, tribuitur; quo e loco simul discimus Pisidarum quodammodo coloniam Cibyram, hujusque in ditione fuisse Bubonem. Qui legationi ad Manlium interfuisse frater a Polybio memoratur, hic noster fortasse Semias fuerit. »

Pag. XIX, ante not. 6. πορρωτάτω] προσωτάτω tacite Feder. In not. 4 ad hoc fr. dele verba : *Mox excidisse videtur* v. δύναιτο. — Ibid. fr. 25, in versione lin. 5, lege *et duces qui a regia familia stabant.* Quod in gr. codex habet τοῦ ἀπὸ τοῦ κτλ. frustra tuetur Feder.

Pag. XXI, lin. 6. ὑπερβολὴν] fort. ἀναβολὴν fuisse conj. Feder. — lin. 9 interpunge ante verba, τὴν Ἔνναν, quæ sunt ecclogarii, qui totum h. locum perperam excerpsit. In antecc. plura excidisse vel ex particula μὲν, quæ nunc abundat post v. παραχρῆμα, colligas. Nam perperam hoc in excerptis nostris tuearis comparatis aliis optimorum auctorum locis, ubi post μὲν nullum sequitur δέ. Nihil enim subesse nisi excerptoris oscitantiam luculentissime docent ea excerpta quæ cum integro opere conferre licet. — Ut illuc revertar, Eunus Diodoreus hæc dixerit : confestim nulla interposita mora defectionis consilium exsequendum esse, primum vero Ennâ potiri debere; id enim subsequentibus cœptis omen esse; nam fati decreto factum, ut hæc ipsis patria urbs data esset, quæ totius insulæ esset acropolis. Pro τὴν πατρίδα fort. fuit ταύτην τὴν πατρίδα. — Federus interpunxit τὴν πατρίδα, τὴν Ἔνναν οὖσαν, ἀκρόπολιν. Quod nihili. — lin. 7. βίαιον? ἀνήκιστον] Pro inepto signo interrogationis pone ἢ, ut tacite pro more Federus, vel μηδ', ut mavult Piccolo.

Pag. XXIII, lin. 1 ἐπιβολῆς] ἀναβολῆς e conj. dedit Feder. — Ib. fr. 31, l. 8 pro ὁ δὲ Ἐξ. cum Federo l. ὁ δὴ Ἐξ. et deinde Σάντιος, coll. Livio Ep. 70, et fr. 32, lin. 3. καταιτιώμενος. — lin. 3 ab ima pro Ταρκύνιος Feder. reponi vult Ταρκυίτιος, fort. recte. Apud Plutarch. Sertor. 26, 2 habes : Περπένναν δὲ καὶ Γρακῖνον.

Pag. XXIV, l. 4. ἀναχλιθεὶς] καταχλιθεὶς Federus vult. Non opus. Cf. γαμαὶ ἀνέκλινε in Exc. Nicol. tom. III, p. 386, l. 13. — fr. 33, l. 20 ὑπακούεσθαι l. ὑπακούσεσθαι, mon. Federo et Dübnero. — In extr. fragm. Federus pro corrupto εἰς τὰς χεῖρας conjecit εἰσαγείρας, quod a traditis propius abest. De re cf. Strabo XII, p. 576 : Ἔγγὺς ἦλθον οἱ Κυζικηνοὶ τοῦ ζωγρίᾳ λαβεῖν τὸν βασιλέα ἐν τῇ ἐώρυγι ἀντιδιορύττοντες· ἀλλ' ἔρθη φυλαξάμενος καὶ ἀνελαβὼν ἑαυτὸν ἔξω τοῦ ὀρύγματος. Locum, qui me fugit, debeo Federo.

Pag. XXV, ad fr. 34. Federus putat Antiochum, de quo h. l. sermo est, non esse Ant. Asiaticum ut nos statuimus, quia hujus regno Seleucidarum seriem claudat Appianus, in nostro vero fragmento superstes sit adversarius ipse quoque Seleucida. Quæ argumentatio nulla est. Appianus non eum memorare voluit, cujus morte gens Seleucidarum extincta est, sed eum qui postremus Syriæ rex fuit.

Pag. XXVI, fr. 35, l. 6. ταύτην αἰτίαν] l. ταύτην τὴν αἰτ. — l. 21. τῆς ἀμίλλης] τῆς ἀμίλλας ed. Feder.

et reapse sic codex habet, quod notare omisi. Fort. leg. ἀπειλῆς conj. Feder., de quo ipse quoque cogitaveram. Num fort. ἀμειλιχίας, an τοιαύτης ὁμιλίας?

Pag. xxviii, l. 7. πρὸς τοὺς περὶ Ἀγαθοκλέα] πρὸς τὸν Ἀγαθ. Federus, nescio quo lapsu. — l. 8. ὑδρείας] l. ὑδρίας. — l. 15. Ἀρσινόης φόνῳ] Cf. Joan. Antioch. fr. 54, p. 558. — l. 21. τὴν πατέρα] l. τὸν π. — l. 29. προέκειτο] προσέκειτο Feder., quod nisi sphalma est, male habet. — l. 30. Verba ἐξ ἀπιστίας, unde elicui quod sequitur ἐξαπέστειλε, parenthesecos signis, ut a librario efficta, includenda erant. — lin. ult. μηδὲν] μηδένα scr. Feder.

Pag. xxix, lin. penult. ἥξειν (ἕξειν cod.)] ἕλξειν Federus, quod præfero.

Pag. xxx, l. 1. ἔτι μᾶλλον] ἔτι μέλλον vel ἐπιβάλλον conj. F. — lin. 11. ἐκκηλούμενος] fort. fuisse ἐκκαλούμενος opinatur F. — Ib. not. 17. adde : ὑπὸ τούτους conj. Feder. — l. ult. pro καθιστάμενος l. καθισταμένος.

Pag. xxxi, l. 11. ῥᾳστώνην] l. ῥᾴστην cum Piccoloo et Federo. — l. 24. μετὰ τροφῆς] μιστὰς τ. conj. Feder. — l. 27. οὐδὲν ἀγαθοῦ] leg. videtur οὐδὲν ἀγαθὸν, ut Feder. et Picc., vel οὐδενὸς ἀγαθοῦ. — l. ultim. ἔργῳ] l. ἔργα, ut Piccolo et Feder.

Pag. xxxii, l. 12. ὀλίγος] ὀλίγου conj. F. — l. 15. πάντων μάλιστα] παντὸς μ. Feder. — l. 36. leg. Μισηνόν. — l. 38. κατέπλησε ταῖς τρ.] verbi dativo juncti exempla v. in Steph. Thes. v. πίμπλημι. Quod propter Federum moneo.

Pag. xxxiii, l. 9. ποιήσηται διὰ τὴν ἐκ] Federus conj. ποιήσῃ τὴν διάστασιν ἐκ τῆς κτλ., Piccolous conj. ποιήσηται δικαστήν. Mihi etiam nunc verba αὐτὸν ποιήσηται et αὐτὸν ποιήσηται in eadem linea magnopere displicent, et librario imputanda esse videntur. Scripserim : ἢ τὸν δῆμον ἐρεθίσῃ πρὸς αὐτὸν, διὰ τὴν ἐκ τῆς ἑταιρείας ἐπιβολὴν (sic malim pro ἐπιβουλήν) τινὰ (neutr. plur.) κατ' αὐτοῦ μηχανησάμενος.

Pag. xxxiv, l. 1. ἔχοντι] ἔχοντα maluit Fed. — l. 3. τῷ τε] leg. τῷ δὲ cum Picc. et Fed. — lin. 8. λεγομένων τε καὶ] hæc verba ap. Federum exciderunt. — l. 24. ὅπου] ὁ ποῦ Fed.

Pag. xxxv, l. 3. ὑποκαθιεῖσθαι] ὑποκαθῆσθαι leg. censet F. — l. 9. leg. ἀθρόων, ut Fed. — l. 10. ἀπεκόπη] ἀνεκόπη F. — lin. 13. τῶν Ῥωμαίων] l. τὴν Ῥ. — l. 34. τοῦ θορύβου] supple accus. τὴν πόλιν vel τὸν δῆμον, aut lege τὸν θόρυβον.

Pag. xxxvi, l. 17. ἀποτραπέσθαι μηδὲν] ἀ. καὶ μηδὲν Fed. — l. 27. ἰσόπεδον μένον] Aut fuit ἰσόπεδον Μήλιον (μέλιον in cod. aliquo fuerit) uti Federus censet, aut verba ὡς ἂν... μένον ex inepta glossa in textum irrepserunt. Deinde in verbis quæ ex Dionys. Exc. Vat. supplevi, scripserim : τόπος οὖν [Αἶκον] Μήλιον κτλ. — lin. 7 ab ima ἄγειν] ἀπάγειν conj. Feder.

Pag. xxxvii, l. 1. lege γενόμενος cum Piccoloo et Federo. — l. 6. ταῖς οἰκίαις] ἐν τ. οἰκ. conj. Piccolo. — lin. 9. excidit τοῖς ante Καμπανίαν. — l. 13. ἐλάμβανον] eadem vox quum paullo post redeat, Piccolous priori loco fort. leg. suspicatur ἀπέλαυον, aut altero loco μικρὸν ἐβάλλοντο. — l. 21. οἱ δὲ ἀσθενεῖς] fort. fuisse οἱ δὲ πλεῖστοι ἀσθενεῖς suspicatur Piccolo. — l. 32. ἐκ τοῦ πεδίου] ἐκ τοῦ σπουδαίου eleganter conj. Piccolo, collatis Nicolai verbis (t. III, p. 355) ἀπὸ τοῦ βελτίστου καὶ σπουδαιοτάτου. Federus dedit ἐκ τοῦ παλαιοῦ. Similiter possis ἐκ τοῦ βεβαίου, ἐκ τοῦ ἀϊδίου, ἐκ τοῦ ἐμπέδου. Nec fortasse deerit, qui ipsam vulgatam tueatur, collata v. πεδόθεν, i. e. ἀρχῆθεν, sec. Hesych. — lin. 38. ἐαὶ] in ὃ mutavit F. — ib. κωλῦσαν] leg. κωλῦσον, suadente Piccoloo. — l. 40. Σιτικηνοὶ] Verum gentis nomen, Σιδικῖνοι, posuit Feder., dubitans tamen. Cf. Steph. Byz. v. Σιτηκόν. — l. 44. ἐάσωμεν] l. ἐάσομεν, ut bene Federus.

Pag. xxxviii, l. 17. αὐτὸν] αὐτὸς Feder., quod ipse quoque malim, quia propius abest ab αὐτοὺς, uti est in cod. — l. 19. τὰς τότε οὔσας] καὶ τότε οὔσας, et deinde ἐπειδὴ, Feder. — l. 33. διακομίσαι] παραχ. F. — l. 34. χωρήσαντες] l. χωρίσαντες, uti est in lat. — l. 45. Ταρρακινὰ] Hic quoque, ut passim, ad Romanam orthographiam nomina exigens Federus scr. Ταρρακίναν, quamquam refragante Stephano qui ipsum citat Dionysium. — ult. καὶ γὰρ] l. καὶ χείρ, ex correctione Federi.

Pag. xxxix, l. 2, not. 14 ἁπάντων] præstat ὑπ' αὐτῶν, ut conj. Feder. — l. 6. συμπεμπόντων] excudi deb. συμπροπεμπόντων. — l. 12. Οὐλτουρνὸν] l. Οὐλτοῦρνον vel Οὐουλτοῦρνον, coll. Dionys. VII, 3. Strabo V, p. 238, 249. — l. 23. στρατιάν τε γὰρ] fuerit στρατολογίαν γὰρ. Feder. conj. στρατιάν τ' ἀγείρειν. — l. 26. χρονισμοῦ] χρόνου, sphalma ap. Fed. — l. 37. φόγον] φόβον Fed. — ib. extr. pro ὑπὲρ τοῦ [υἱοῦ τοῦ] ὑπάτου Μαλλίου, tacite Feder. : Περὶ τοῦ υἱοῦ Μαλλίου.

Pag. xl, l. 10. ἀπολυθέντων] ἀπεληλυθότων conj. Fed. — l. 11. ἐν ταῖς ὑποψίαις] artic. tacite om. Fed.; ἔν τινι ὑποψίᾳ conj. Piccolo. — l. 15 sq. ὀκτακοσίους... τετρακοσίους] ὀκτακισχιλίους... τετρακισχιλίους; tacite Feder., quasi hæc codex haberet. At non fuisse Rheginis 12,000 præsidiariorum, vel inde collegeris quod infra Pyrrhus cum 500 tantum militibus urbe potiturus fuisse fingitur. Ac nescio qui fiat, ut ipse etiam Federus p. 70 not. Decium dicat cladem istam excitasse « cum suis *octingentis* Campanis et *quadringentis* Sidicinis. » — lin. 28. In not. 6 ad h. l. ita lege :... « in antecedentibus post v. πρὸς αὐτοῦ excidisse videtur

παρεκαλεῖτο vel simile verbum. Quam emendandi rationem proposuit Piccolous, eamque unice veram esse puto. » — l. 44. μέλλειν] l. μέλλων ex Dionys. Exc. Ambros. ap. Mai. p. 521, ubi pannus hujus fragm. exstat. — *ib.* φ' (500) στρατιώτας] τετρακοσίους (quod in cod. foret υ') στρ. Federus tacite. Falsum hoc esse subindicat Dionysii Exc. Ambros. l. l., ubi habes πενταχισχιλίων. Quodsi hic verus numerus est, fortasse etiam supra 8000 et 4000 pro 800 et 400 desiderabis. Nescio an tale quid Federo in mentem venerit; quamquam nihil ille de Dionysii numeris monuit.

Pag. XLI, l. 7. καὶ γόνασι προσκυλιομένους] Hæc non leguntur in ed. Federi. — lin. 17. τίθησι] l. τίθηται et mox ἀναμείνασα pro ἀναμένουσα, et lin. 22 insere [τὸν] ante ἕτερον. — lin. 33. ἀντέχεσθαι] errore typogr. pro ἀνέχ. — lin. 38. ἐγένετο χρόνος] cum Federo lege ἐγίγνετο [ὁ] χρόνος.

P. XLII, lin. 3. lege ἐπὶ τοῖς κακούργοις, uti scripsit Federus.

FRAGMENTA.

P. 9, fr. 1 a. — Schol. Venet. et Vatican. in Eurip. Orest. 859 : Ἡ πολλὴ δόξα κατέχει μὴ ἀφῖχθαι τὸν Αἴγυπτον εἰς Ἄργος, καθάπερ ἄλλοι φασὶ καὶ Ἑκαταῖος γράφων οὕτως (v. Addend. ad vol. I, p. 28)... Καὶ Διονύσιος ὁ Κυκλογράφος ἐν τῷ πρώτῳ (ἐν τούτῳ cod.) τὰ παραπλήσιά φησι. Φρύνιχος δὲ ὁ τραγικός φησι σὺν Αἰγυπτίοις τὸν Αἴγυπτον ἥκειν εἰς Ἄργος. Λίγεται δὲ κτλ. quæ vide in fragm. Diniæ.

Pag. 3, *b.*, lin. 9 ab ima. — Cf. ἡ κατὰ Κάδμον καὶ Δαναὸν γραμματική, quæ 16 tantum literis utebatur, ap. Syrianum ad Hermogen. p. 17. Fabric. B. Gr. I, c. 23.

P. 5, *b*, *not.* — Pro *Herod.* VI, 69 lege : VI, 98.

P. 5, *a*, lin. 1. — Τὰ μετὰ Δαρεῖον fuerint τὰ μέχρι Δαρείου sc. Περσικά.

Pag. 7 *b*, lin. 7. — Eadem ex Socrate habet Nicephorus Hist. Eccles. X, 13.

Pag. 9, fr. 11 a. — Schol. Hom. Odyss. μ, 85: Ταύτην (sc. τὴν Σκύλλαν τὴν Φόρκυνος καὶ Ἑκάτης θυγατέρα) λέγεται τὸν Ἡρακλέα, ὁπότε τὰς Γηρυόνου βοῦς ἦγεν, ὡς εἶδεν ἀπληστευομένην, ἀνελεῖν, τὸν δὲ πατέρα διὰ πυρὸς ἀναγκάσαι πάλιν αὐτὴν ἀναζῆσαι. Ἡ ἱστορία παρὰ Διονυσίῳ (Διονύσῳ cod.).

Pag. 10, fragm. 5 a. — Schol. Ven. ad Eur. Hec. 119 ed. Cobet. : Τοὺς Θησέως παῖδας ἔνιοί φασι μὴ ἡγεμόνας στρατεύεσθαι ἐπὶ Ἴλιον, μηδὲ τῆς συμμαχίας χάριν, ἀλλὰ ἀπολῃφομένους τὴν Αἴθραν. Διὸ καὶ τὸν Ὅμηρον λέγειν τὸν Μενεσθέα ἡγεῖσθαι τῶν Ἀθηναίων. Διονύσιος γοῦν ὁ τὸν Κύκλον ποιήσας « Δημοφῶν δὲ ὁ Θησέως ἐδεῖτο αὐτῶν δοῦναι Αἴθραν τὴν Πιτθέως τὴν τοῦ πατρὸς μητέρα, ὅπως αὐτὴν κομίσωσιν οἴκαδε. Μενέλαος δὲ πρὸς Ἑλένην πέμπει Ταλθύβιον κελεύσας ἄγειν Αἴθραν· καὶ Ἑλένη δωρησαμένη Αἴθραν παντοδαπῷ κόσμῳ ἀποστέλλει πρὸς Δημοφῶντα καὶ Ἀκάμαντα. » Ἑλλάνικος δὲ (fr. 75)....

Pag. 12 *not.* — Rheginum, qui Πολυμνήμονα scripsit, Valesius ad Socrat. H. E. III, 23 eum esse putat, cui Phrynichus sophista unum ex libris, quos de oratoris apparatu scripsit, nuncupavit. Vixisset igitur sub Marco Antonino et Commodo impp. *Rheginum* ἐπίσκοπον Πανίου τῆς Θρᾳκῶν χώρας habes in Concilio Constantin. 3, p. 500 Vide tom. IV, p. 69 not.

Pag. 15 ad Hippyis fr. 7. — Cf. Aristotelis fr. 95, p. 136.

Pag. 16, Eugeonis fr. 1. — Adde in not. : Apud Heraclidem deinde sermo est de alba hirundine, quæ in Samo insula apparuerit. Hoc ex Eugeone fluxerit, quem fortasse innuit Antigon. Mir. c. 132 : Ὁ τοὺς Σαμιακοὺς ὥρους συγγεγραφὼς ἐπὶ τῶν πρώτων κληθέντων μαθητῶν τῶν περὶ Ἡρόστρατόν φησι χελιδόνα λευκὴν φανῆναι. Quid sibi velint verba ἐπὶ τῶν κτλ., obscurum. Cf. not. Schneidewini ad Heraclid. Pont. p. 215. Consentaneum est Samios horographos rerum tempora retulisse ad seriem Junonis sacerdotum, quarum prima fuit Admata sive Admete. Fortasse tale quid etiam h. l. latet. — Præterea nescio an Eugeonis nomen restituendum sit apud Tzetz. Chil. I, 144, ubi Candaulis uxorem Nyssam dici ait παρ' Αἰνείᾳ ἐν Σαμιακοῖς λόγοις, teste Ptolemæo (v. Abantis fr. 1, tom. IV, p. 278).

Pag. 24, Glauci fr. 6 a. — Schol. Venet. et Rom. ad Eurip. Hec. 41 : Τύμβῳ φίλον πρόσφαγμα] Ὑπὸ Νεοπτολέμου φασὶν αὐτὴν σφαγιασθῆναι Εὐριπίδης καὶ Ἴβυκος· ὁ δὲ τὰ Κυπριακὰ ποιήσας φησὶν ὑπὸ Ὀδυσσέως καὶ Διομήδους ἐν τῇ τῆς πολεως ἁλώσει τραυματισθεῖσαν ἀπολέσθαι, ταφῆναι δὲ ὑπὸ Νεοπτολέμου, ὡς Γλαῦκος γράφει· ἄλλοι δέ φασι συνθέμενον Πριάμῳ τὸν Ἀχιλλέα περὶ τοῦ Πολυξένης γάμου ἀναιρεθῆναι ἐν τῷ Θυμβραίου Ἀπόλλωνος ἄλσει. Cypriaca Glaucus laudaverat, opinor. Eadem in schol. Androm. ed. Cobet. vocantur Κυπριακαὶ ἱστορίαι.

Pag. 25. Cum octo libris Ὑπομνημάτων, quæ Democrito attribuuntur, conferri potest Ὀχτάτυχος, quæ Osthanæ, mago celeberrimo, Democriti magistro, adscribitur (Euseb. P. E. I, 10 fin. Chron. p. 43). — Quæ pag. 24 not. de temporibus Democriti et Anaxagoræ monui, approbavit ulteriusque exsecutus est C. Fr. Hermannus in *Disputatione De philosophorum Ionicorum ætatibus*. Gœtting. 1849.

P. 30 ad fr. 9. — Cf. Creuzer. *Symbolik* II, p. 224

Pag. 32 ad fr. 11. — Cf. Philoponus ad h. l. p. 71. 72.

Ibid. fr. 15 lin. 6. — Post v. *Amyci* excidit : *interfecit.*

Pag. 33, fr. 18, lin. 2. — Pro *Laodamantis* lege *Laomedontis.*

Pag. 34, ad fr. 22. — Adde Steph. Byz.: Κανθηλία, πόλις περὶ Καρχηδόνα. Ἑκαταῖος (fr. 309. 310) Ἀσίᾳ. Ἡρόδοτος (Ἡρόδωρος?).

Pag. 41, fr. 64. — Hunc locum fortasse cum fragm. 1 conjungendum esse, quoniam Cephalleniam Taphii olim inhabitarint, suspicatur Creuzerus in *Münchner Gel. Anzeig.* 1849, p. 781.

Pag. 42, Sim. fr. 2. — De fabula v. Creuzer. *Symb.* III, p. 377.

Pag. 43 a, lin. 18. — Pro *Hist. Rom.* leg. *Hist. Homeri.*

Pag. 47 ad Ionis fr. 1. — In Vita Sophoclis p. 131 Biogr. Westerm. leguntur hæc : Ἠθοποιΐ δὲ καὶ ποικίλλει καὶ τοῖς ἐπινοήμασι τεχνικῶς χρῆται, Ὁμηρικὴν ἐκματτόμενος χάριν. Ὅθεν εἰπεῖν Ἰωνικόν τινα, μόνον Σοφοκλέα τυγχάνειν Ὁμήρου μαθητήν. Ibi Ἴωνα τὸν ποιητὴν Meinekius, Ἴωνα τὸν Χῖον Bergkius legendum esse censent. Dubitat Leutsch. in *Philologo* I, p. 133.

Pag. 59. — De Hippia testimoniis adde Apulej. Florid. p. 676 : *Hippias Eleus sophista, artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli secundus.*

Pag. 58, fr. 18. — Pro Ἀντιφάνης δὲ, quod habent schol. vg., in Anecd. Crameri l. l. est Ἀντισθένης δὲ.

Pag. 59 *b*, not. 1. — De hoc Aphareo, tragico poeta, v. Wagner. in Fragm. tragg. p. 113.

Pag. 60 *b*, not. 1. Recte Osannum pro *Thasio* Hippia *Eleum* reposuisse, jam minus confidenter dixerim. Certe Hippias Thasius quidam, quem Triginta viri capitis damnarunt, occurrit ap. Lysiam C. Agorat. § 54.

P. 64 *init. lin.* 4. — Δαμάστης ὁ Σιγειεὺς] Apud Dionys. A. R. I, 72 (v. Dam. fr. 8) libri plurimi, ut vid., exhibent ὁ Σιγεὺς; idque recte habere videtur, ut per literas vir summus Bœckhius me admonuit. Nam consentit Avienus verbis *Damastem nobili natum Sige.* Apud Dionysium Eusebii Arm. est *Damastes Sidetes*, i. e. Σιγήτης, quod genuinum est gentile nominis Σίγη (St. B. : Σίγη, πόλις Τρωάδος, ὡς Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Σιγίτης leg. Σιγήτης), juxta alteras formas duas Σιγεὺς et Σιγαῖος. Quamquam licet mirari hancce formam ab Eusebio exhiberi, quum in nostris libris sit forma in ευς desinens. — Apud Suidam v. Δαμάστης pro Σιγειεὺς (Σιγιεὺς codd. A V) ἀπὸ Σιγείου τῆς Τρωάδος ante Bernhardyum legebatur : Σ. ἀπὸ Σιγείου γῆς τῆς Τρ., quod ipsum fort. refingendum putaveris in Σ. ἀπὸ Σίγης τῆς Τρ., quamquam vox γῆς abest a codd ABVE.

Pag. 74, ad Themistogenem. — In Lexico gr. ap. Hermannum De emend. rat. gr. et in Lecapeno ap Matthæium (Lectt. Moscov.) complura ex Xenophonte citantur, quæ in nostris exemplaribus non leguntur. Sic Lecapen. p. 67 v. θανατόω. Ξενοφῶν· « Θανατοῖ δὲ σὺν ἄλλοις καὶ τὸν τοῦ Ἀραίου (Ἀριαίου in Xen.) τοῦ μεγάλου ἀδελφιδοῦν. » — Ibid. p. 71 v. μεταφέρων. Ξενοφῶν· « Καὶ ὁ Χειρίσοφος τὸ πλέον τοῦ στρατεύματος ὑπὸ τὸν λόφον μεταφέρων ἐξαπίνης οὐ καιρίαν τιτρώσκεται. » — Id. p. 58 v. ἀπαλάττω. Παρὰ Ξενοφῶντι· « Ἀπήλλαττε δὲ μετὰ τῶν Σκυθῶν ὁ Κῦρος ἐν Ἰωνίᾳ. » Hæc aperte ducta sunt ex Anabasi aliqua. Num forte igitur ad Themistogenem vel ad Sophænetum pertinent, adeo ut notius Xenophontis nomen hisce auctoribus a sciolo quodam substitutum sit? Ceterum ex eodem opere fluxerint etiam quæ sub Xenophontis nomine afferuntur ap. Lecapen. p. 56. 65. 66. 76. 58, et ap. Hermann. l. l. p. 351. 357. 360. 375. 389.

P. 74. — Apud Plutarchum De glor. Athen. c. 1, Wyttenbachius cum Meziriaco pro καὶ Θεμιστογένη... τὸν Συρακούσιον legi mavult καὶ Θεμιστογένει... τῷ Συρακουσίῳ.

Pag. 75. De Cratippo. — In loco Plutarchi Ἀρχίνου pro Ἀρχίππου jam reponi jusserat Wyttenbachius, qui præterea lacunam statuendam esse Xenophonteique operis mentionem excidisse suspicatur.

Tom. II, p. 81. — Sero nactus sum libellum J. F. T. Arnoldti *De Athana rerum Siculorum scriptore* (Gumbinnæ 1846), ex quo disco ea quæ Heynius de adornatione et ambitu historiarum Athanæ scripsit, impugnasse etiam Heldium in Prolegg. in Timol. Plutarchi (Programm. Baruthi 1834, p. 6) et Bœttcherum in Præfatione libelli de rebus Syracusanis apud Livium et Plutarchum (Progr. Dresdæ 1838, p. 14). Quomodo interpretanda essent verba Diodori, jam viderat Retterus in dissertatione historico-chronologica de Sicula Dionysiorum tyrannide (Giessæ 1726, p. 28); cujus sententiam merito adoptarunt et Heldius et Arnoldtius; contra vero quæ Bœttcherus protulit aperte falsa sunt, iisque refellendis majorem quam par erat Arnoldtius impendit operam. Ceterum non prætermittenda est conjectura Berkelii haud improbabilis, quam p. 5 Arnoldtius commemorat. Etenim suspicatur Berkelius Athanam sive Athanim (*) nostrum eundem esse cum illo, cujus Theopompus meminit apud Stephanum v. Δύμη,

(*) Confert Arnoldt. p. 4 formas promiscue adhibitas nominum Θαμύρας, Θάμυρις; Ἄλχας et Ἄλχις; Θήρας, Θῆρις; Θεύδας, Θεῦδις; etc., etc. — Porro Ἀρέτας, Ἀρέτης, Ἄρετις. Ἀρίστας, Ἀρίστης, Ἄριστις. Πύθας, Πύθης, Πῦθις, alia, coll. Papii Lexic. onomatolog. s. vv.

ubi : Θεόπομπος μ'· « Προστάται δὲ τῆς πόλεως ἦσαν τῶν μὲν Συρακοσίων Ἄθηνις (Ἀθάνις cod. unus Berk.) καὶ Ἡρακλείδης, τῶν δὲ μισθοφόρων Ἀρχέλαος ὁ Δυμαῖος. » Ad hæc Arnoldtius : « Lobeckius quidem attingens nomen Ἄθηνις Pathol. p. 505 et 524 a rerum Sicularum scriptore judicare alienum videtur : quanquam quum parum offensionis habeat formæ Ἄθανις ad vulgare Ἀθηνᾶς nomen accommodatio, equidem non omnino repudiandam censuerim Berkelii suspicionem. Temporis certe ratio non repugnat. Quum enim Theopompus per longam digressionem libris 39-41 res Dionysiorum comprehendisset, non dubitandum est quin, qui Theopompi loco ap. Steph. memoratur Heraclides, notissimus sit Dionis in bello contra Dionysium posteriorem gesto obtrectator atque adversarius (Pseudoplat. Ep. III, IV, et VII, Diodor. XVI, 6 sq., Plutarch. Dion. 32. 48. 49. 53, Cornel. Nep. Dion. 5. 6. 7. Longin. De subl. IV, 3). Quodsi Athanas historicus illius Heraclidis socius fuit, quemadmodum Timonides Leucadius, literis consignavit res, quarum testis oculatus partem haud exiguam ipse administraverat? » — Denique monendum est Athanam Siculorum rerum scriptorem Westermanno non diversum esse videri ab Athanada, qui Ἀμβρακικὰ composuit (vid. tom. IV, p. 344).

Pag. 84, *b*, lin. 14 ab ima. — Ad eundem Dionysodorum Trœzenium pertinere videntur quæ ex Dionysodoro afferuntur ap. schol. Theocrit. V, 21, de proverbio : οὗτος ἄλλος Ἡρακλῆς.

P. 88. Valckenarius ad Theocrit. Adoniaz. v. 11 p. 304 suspicatur ex Dinone ducta esse quæ de rebus Persicis apud Ælianum in Hist. Var. leguntur I, 31 (Περσικὸς νόμος περὶ τοῦ ὥρα προσφέρειν τῷ βασιλεῖ), 32 (Περὶ δεδωρημένου ὕδατος τῷ Περσῶν βασιλεῖ), 33 (Περὶ μεγάλης ῥοιᾶς τῷ αὐτῷ δεδωρημένης), II, 17 (Περὶ μάγων τῶν ἐν Πέρσαις σοφίας καὶ Ὤχου), VI, 14 (Περὶ Δαρείου ἐπιβουλευθέντος), XII, 1 (prolixa ac perelegans narratio Περὶ Ἀσπασίας). Quæ suspicio si certa res esset, confidentius sane et commodius de Dinonis dicendi narrandique genere disputari posset.

Pag. 89, ad Dinonis fr. 1. — Nomen Dinonis restituendum puto apud Syncell. p. 167, A, ubi ex Cephalione narratur Semiramidem muris Babylonem cinxisse, ὡς πολλοῖσι λέλεκται, Κτησίᾳ, Ζήνωνι (l. Δείνωνι), Ἡροδότῳ.

P. 90, fr. 4. — Fort. fragmentum hoc non Dinoni, sed Diniæ vindicandum est; nam hic quoque opus suum in plures συντάξεις diviserat, uti nunc constat ex Eurip. scholiis Venetis (v. tom. III, p. 24, fr. 3); argumentum vero loci Diniæ magis quam Dinoni convenit.

Pag. 91, ad fr. 7. — Eadem paullo aliter (e Ctesia) narrat Nicolaus Damasc. fr. (Exc. De ins.), tom. III, p. 403.

Pag. 110, ad fr. 13. — Cf. Pollux VIII, 85, quem locum v. in nota ad Heraclid. fr. 1 § 11, tom. II, p. 209 sq.

Pag. 111, ad fr. 17. — Cf. Schol. Arist. Vesp. 500 : Δοκεῖ δὲ ἡ τυραννὶς (sc. τῶν Πεισιστρατιδῶν) καταστῆναι, ὡς φησιν Ἐρατοσθένης, ἐπὶ ἔτη ν', τοῦ ἀκριβοῦς διαμαρτάνων, Ἀριστοφάνους μὲν τεσσαράκοντα καὶ ἓν φήσαντος, Ἡροδότου δὲ ἓξ καὶ τριάκοντα. Pro Ἀριστοφάνους Bentlejus reponi voluit Ἀριστοτέλους, probante Dindorfio, improbante, et recte quidem, Bernhardyo ad Eratosth. p. 216 et Schneidewino ad Heraclid. De reb. publ. p. 38.

Pag. 113 *a*, lin. 1. — Lege : Ἔτι μὴν (τὰ γράμματα τῆς πολεως *addit Telephus* etc. — Deinde lin. 4 dele : (τῆς πόλεως *addit Telephus*).

Pag. 125, fr. 64. — Cum Aristotele facit Theophrast. ap. Ciceron. De off. II, 18. Cf. Heraclid. fr. 1, § 8, p. 209.

P. 128, fragm. 75 *a*. — Clemens Strom. I, p. 152 Sylb. (422 Pott.) : Τόν τε Μίνω παρὰ Διὸς δι' ἐνάτου ἔτους λαμβάνειν τοὺς νόμους ἱστοροῦσι φοιτῶντα ἐς τοῦ Διὸς ἄντρον, τόν τε αὖ Λυκοῦργον τὰ νομοθετικὰ εἰς Δελφοὺς πρὸς τὸν Ἀπόλλωνα συνεχῶς ἀπιόντα παιδεύεσθαι γράφουσι Πλάτων τε καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Ἔφορος (fr. 63).

Pag. 131, fr. 88. — Eadem etiam in schol. Venet. Eurip. Androm. 446 : Ἐξῆς δὲ αὐτοὺς (τοὺς Λακεδαιμονίους) εἴς τε τὰ ἄλλα καὶ φιλοχρηματίαν κακῶς λέγει (Εὐριπίδης). Καὶ Ἀριστοτέλης δὲ τοῦτο ἱστορεῖ ἐν τῇ τῶν Λακώνων πολιτείᾳ καὶ τὸ ὑπὸ θεοῦ αὐτοματισθὲν προστίθησιν ἔπος· Ἀ φιλοχρηματία Σπάρταν ὄλεῖ, ἄλλο γὰρ οὐδέν.

Pag. 134, fr. 90. — De tempore ad quod hæ συνθῆκαι referendæ esse videntur, vide Müller. *Dor.* I, p. 190.

Pag. 140, fr. 102 *a*. — Adde Diogen. L. I, 98 : Οὗτος (ὁ Περίανδρος) πρῶτος δορυφόρους ἔσχε, καὶ τὴν ἀρχὴν εἰς τυραννίδα μετέστησε· καὶ οὐκ εἶα ἐν ἄστει ζῆν τοὺς βουλομένους, καθά φησιν Ἔφορος καὶ Ἀριστοτέλης. Cf. Heraclid. Pont. fr. 5, p. 213.

Pag. 151, fr. 145. — Cf. Schol. Vat. Eurip. Alc. 1164 : Εἰς τέσσαρας διῄρητο τότε ἡ Θεσσαλία πόλεις, αἵτινες ἦσαν ὑποτεταγμέναι Ἀδμήτῳ, ὡς καὶ Ἀρίσταρχός φησιν. « Non Aristarchum testem, sed Aristotelem exspectares. » Schneidewin. in Heraclid. Reliqq. p. LXIX, not. At non Admeti temporibus, sed multo post ab Aleua Thessalicam tetrarchiam constitutam esse Aristoteles dixit.

Pag. 151, fragm. 145 *a*. — Schol. Ven. Eurip. Rhes. 311 : Πέλτη ἀσπίς ἐστι ἴτυν οὐκ ἔχουσα, καθάπερ φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Θεσσαλῶν πολιτείᾳ

γράφων οὕτως· « Διελὼν δὲ τὴν πόλιν Ἀλεύας ἔταξε καὶ τὸν κλῆρον παρέχειν ἑκάστους, ἱππέας μὲν τεσσαράκοντα, πελταστὰς (sic Cobet. pro ὁπλίτας cod.) δὲ ὀγδοήκοντα. Ἦν δὲ ἡ πέλτη ἀσπὶς ἴτυν οὐκ ἔχουσα, [οὐδ'] ἐπίχαλκος, οὐδὲ βοὸς, ἀλλ' αἰγὸς δέρματι περιτεταμένη· καὶ τριακόντα (sic cod.; τρία ἀκόντια?) ἢ μακρὸν δόρυ πάντες ἐφόρουν, ὃ σχέδιον ἐκαλεῖτο. Eadem, laudato Aristotele, sed omissa operis mentione, habes ap. schol. Platon. p. 453 Bekker. Porro ex eodem Aristotelis loco propagata sunt, quæ de pelta habent Hesychius, Photius, Suidas, Timæus Lex. Plat. p. 211, Lex. Bekk. An. p. 297, 9.

Pag. 151, fr. 146. — *Aminei Thessali* fort. iidem sunt qui ap. Steph. Byz. Ἀμυμνοι vel Ἀμυμναῖοι, ἔθνος Ἠπειρωτικόν, vocantur.

Pag. 171. — Ad ea quæ de libro Διαιώματα πόλεων inscripta diximus, adde locum Joan. Gallensis (ord. fr. minor. in Anglia, sæc. XIV, qui se vitam Aristotelis e græco transtulisse affirmat) in *Summa de regimine vitæ humanæ* (Lugduni, an. 1511, cap. 6, fol. 166 rect.) : *Composuit* (Aristoteles) *scriptas ab eo justificationes græcarum civitatum, quibus Philippus lites Græcorum determinabat.* Attulit hunc locum Hüllemannus in *Staatsrecht des Alterthums* p. 122; ego debeo Schneidewino, qui citavit hæc in Heraclid. Pol. p. XVII, addens hæc : « Rectene Hüllemanus ex illis verbis collegerit Philippum Macedonem in secandis litibus civitatum græcarum Aristotelis opere usum esse haud facile dixeris, et est cur de eo dubitetur : illud recte posuit : « Aristoteles' Werk hat von den herkömmlichen gegenseitigen Gerechtsamen der griechischen Staaten gehandelt, auf die sie sich schon früher in ihren Streitigkeiten zu berufen pflegten (Thucyd. I, 41). » Eodem sensu ego quoque de argumento hujus libri statui.

Pag. 185, fragm. 272 *a*. — Harpocratio v. Διδάσκαλος. Ἰδίως διδασκάλους λέγουσι τοὺς ποιητὰς τῶν διθυράμβων ἢ τῶν κωμῳδιῶν ἢ τῶν τραγῳδιῶν. Ἀντιφῶν ἐν τῷ Περὶ τοῦ χορευτοῦ (§ 11) « Ἔλαχον, φησὶ, Πανταχλέα διδάσκαλον. » Ὅτι γὰρ ὁ Παντακλῆς ποιητὴς, διεδήλωκεν Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Διδασκαλίαις. Cf. Stephan. Byz. Ἀτήνη, δῆμος Ἀντιοχίδος φυλῆς... Ὁ δημότης Ἀτηνεύς, « Πατροκλῆς Ἀτηνεὺς ἐχορήγει καὶ Πανταχλῆς », quæ Harpocrationis ope sic restituit Meinekius in Hist. crit. com. p. 6 : Πατρ. Ἀ. ἐχορήγει, [Ἀντιοχὶς] ἐνίκα, Πανταχλῆς [ἐδίδασκεν]. Ceterum de Didascaliorum ratione vide quæ post Casaubonum ad Athen. VI, p. 235, F, et Fabricium in B. Gr. II, p. 288 Harl., exposuit Bœckhius in C. Inscr. N. 229, I, p. 350 sq., et Meinekius l. l.

Pag. 186, fr. 274, lin. 2. — In latinis lege : *Neleus Codri filius.*

P. 190. — Ad mythologica Aristotelis nescio cujus, adde schol. Vat. Eurip. Rhes. 28 : Διττὰς δὲ τὰς Εὐρώπας ἀναγράφουσιν ἔνιοι· μίαν μὲν Ὠκεανίδα, ἀφ' ἧς καὶ τὸ ἓν μέρος τῆς οἰκουμένης κληθῆναι, καθάπερ Ἀπίων ἐν τοῖς Περὶ ἐπωνύμων καὶ Ἀριστοτέλης ἐν πρώτῳ τῆς Θεογονίας, ἑτέραν δὲ Φοινικίαν καὶ Ἀγήνορος.

Pag. 198 *a*, not., lin. 14. — Pro *architectus ille* leg. *ab architecto illo.*

Pag. 201, a, lin. 17. — Cum codice Parisino 1657 componendus est codex Escorialensis ω, I, 11, in quo Politiarum fragmenta tanquam pars Variæ hist. Æliani exhibentur. Titulus est : Ἐκ τῶν Ἡρακλείδων (sic) περὶ πολιτίας Ἀθηναίων. Quibus adduci possis, ut unam Atheniensium Politiam Heraclidæ Pontico vindicandam putes. Ceterum codex Escor. (quem scriba in Hispania absolvit die XII Martii an. 1543) Parisino inferior, nec quidquam habet quod enotari mereatur.

Pag. 216, fr. 11, § 2. — Hæc quo pertineant docemur Nicolai fragmento 53 (Exc. De insid.).

Pag. 222, fr. 31. — Conf. quæ similia de muribus in Gyara ins. narrat Antigon. Mirab. c. 21.

Pag. 239, fr. 11 *a*. — Schol. Venet. in Eurip. Androm. 1 : Δικαίαρχός φησιν ἐνθάδε (ἐν τῇ Θήβῃ, Ὑπλακίῳ) ἀπόσπασμά τι μετὰ τοῦ Κάδμου οἰκῆσαι.

Pag. 245, fr. 31, in latinis, lin. 4 ab ult., pro *Crotonem* lege *Metapontum.*

Pag. 255, fr. 59, § 2 extr. — Vocem ἀνθρώπων (ἀνων in codd. scribi solet) non glossema, sed ex v. εἶναι ortam esse puto.

Pag. 260 *a*, in not. lin. 12 ab ima. — Lege *vocem nude positam.*

Pag. 263, fr. 61 init. — Corruptum istud στάμπου nescio an fuerit Στύμφου. Certe Στύμφη vel Τύμφη mons in Thessalia, Epiri et Macedoniæ confiniis situs est, optimeque eo terminus notari potuit. Nomen hoc varie in libris corruptum est. Vide Strabo VII, p. 326 cum not. Crameri, Arrian. Anab. I, 7.

Pag. 286, ad fr. 64. — Adde Hesych.: Κλεψίαμβοι· Ἀριστόξενος, μέλη τινὰ παρ' Ἀλκμᾶνι.

P. 294 *a*, init. — Titulum sic lege : **ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ ΕΦΕΣΙΩΝ.**

Pag. 301, ad fr. 40. — E Phaniæ libro Περὶ ποιητῶν propagata etiam ea fuerint, quæ eodem loco Eustathius e Timolao (qui Phaniam testem adduxerit) narravit de Demodoco et de Phemio, quorum ille Clytæmnestræ, hic Penelopæ custos sit appositus.

Pag. 332, fr. 6. — Cf. Tertullian. De pallio c. 9, in Alexandri Polyh. fr. 151, tom. III, p. 244.

Pag. 333. — Fortasse nomen Κλύτος vel Κλειτος corruptum est in Κλειτοφῶν apud schol. Hom.

Il. υ, 404. V. Clitophontis fr. 5, tom. IV, p. 368.

Pag. 337, ad fr. 11. — Mæandrii Milesii nomen restituendum puto in schol. Apoll. Rhod. I, 1126, ubi de Milesiorum instituto laudatur Μέναν∂ρος. Locum exscripsi in Menandri fragm. tom. IV, p. 443. Cf. etiam Domitii Callistrati fr. 2 not., tom. IV, p. 354. — Num huc pertineat etiam Ἀστά∂ρου ἡ Ἀρχτιά∂ης apud schol. Odyss. γ, 344, nescio. Vide not. ad Aretadæ fr. 3, tom. IV, p. 316.

Pag. 342, ad fr. 3. — Cf. supra p. 623 Addenda ad Hecat. init.

Pag. 345 *b*, lin. 21. — *Menecratem Ephesium Arati præceptorem.*] Hunc esse puta Menecratem quem de re astrologica laudat schol. Vatican. ad Eurip. Rhes. 524, p. 299 ed. Cobet.

Pag. 354, post fragm. 5. — Fragmentis Diodori Periegetæ addendus videtur locus Ulpiani ad Demosth. Or. de coron. p. 73, C ed. Wolf, ubi Diodorus ex Hellanico (v. Hell. fr. 71, tom. I, p. 54) refert Orchomenios a Thracibus pulsos in Atticam venisse sub Munycho rege, locumque iis assignatum Munychiam vocatum esse. Vulgo hæc leguntur in Fragm. Diodori Siculi (tom. II, p. 583 ed. Didot.). Ad periegetam Diodorum retulit Prellerus (De Hellanico p. 25), recte puto.

Pag. 356, ad fr. 15. — Adde : Steph. Byz. : Ἀτήνη, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς. Φρύνιχος δὲ τῆς Ἀτταλίδος φησίν. Ὁ δημότης Ἀτηνεύς. « Πατροκλῆς Ἀτηνεὺς ἐχορήγει, [Ἀντιοχὶς] ἐνίκα, Πανταχλῆς [ἐδίδασκεν]. » Διονύσιος Ἀτηνίαν τὸν δῆμον (sc. καλεῖ). Ἀλλ' οὐκ ἰᾷ τὸ Ἀτηνεύς· ὀφεῖλον Ἀτηνιεύς.

Pag. 370 not. 2 extr. — Dele verba : *Lycus* Περὶ Θηβῶν, etc. Etenim librum *De Thebis* non esse Lysimacho vindicandum, sed revera esse *Lyci Rhegini* patet ex loco auctoris Recogn. ap. Clement. — Quare adde p. 374 quæ huc pertinent hæcce :

ΠΕΡΙ ΘΗΒΩΝ. Fr. 14, *a*. — Tzetzes ad Lyc. 1206 : Λύκος ἐν τῷ Περὶ Θηβῶν ἱστορεῖ· « Μετὰ τὰ κατὰ Δευκαλίωνα Ζεὺς μιγεὶς Ἰοδάμᾳ τῇ Ἰτώνου τοῦ Ἀμφικτύονος, γεννᾷ Θήβην, ἣν δίδωσιν Ὠγύγῳ, ἀφ' οὗ Ὠγυγία ἡ Θήβη.

Fr. 14 *b*. — Auctor Recogn. ap. S. Clement. X, 21, p. 318 A : *Lycus Rheginus ex Iodama, nepte Amphictyonis, qui avum habuit Prometheum, illam* (Theben) *genitam scribit.* De Thebes parentibus varias vett. sententias fusius exponit Unger. in Theban. Paradox. p. 63 sq. De Ogygiæ nomine cf. Aristodemus ap. schol. Eur. Phœn. 113. Cf. etiam Müller. *Min.* p. 392.

Fr. 14, *c*. — Schol. ad Hesiod. Theog. 326 : Λύκος ἐν τῷ Περὶ Θηβῶν (Θηβαίων libri) αὐτὴν (sc. τὴν Σφίγγα) ὑπὸ Διονύσου πεμφθῆναί φησι. Φῦκα δὲ αὐτὴν οἱ Βοιωτοὶ ἔλεγον. Alii Sphingem a Marte vel ab Junone missam aiunt. V. quæ de his congessit Unger. l. l. p. 385 sq. De nomine Φίξ (æol. pro Σφίγξ) et de Phicio monte v. Müller. *Min.* p. 33.

Fr. 14, *d*. — Suidas : Καδμεία νίκη, λέγεται ἐπὶ τῶν ἐπὶ κακῷ νικώντων. Οἱ μὲν λέγουσιν ὅτι Θηβαῖοι νικήσαντες ὕστερον ὑπὸ τῶν Ἐπιγόνων ἡττήθησαν· οἱ δὲ ὅτι Οἰδίπους τὸ αἴνιγμα λύσας ἔπαθλον τὴν μητέρα ἔγημε. Τίθεται καὶ ἐπὶ τῶν ἀλυσιτελῶν. Ὡς δὲ αὐτὸν (l. Λύκος) ὁ τὰ περὶ Θηβῶν συντάξας, ὅτι Κάδμος ἀνελὼν τὸν τὴν Ἀρείαν κρήνην τηροῦντα ὁράκοντα ἐθήτευσεν Ἄρει ὀκτὼ ἔτη. De re v. Unger. l. l. 107 sqq. Pro Λύκος, quod restitui, Küsterus reponi voluit Λυσίμαχος, Bernhardyus *Armenidæ* mentionem latere putavit.

P. 382, ad Calliæ fr. 1. — Apud Macrobium cod. Paris. 6371 pro δὲ χερρός ἐστιν τό τ' ὄρος etc., præbet ΔΕΕΧΥΤΟCΕCΤΙΝΟΤΟΡΟC, quod Schneidewinus in *Rh. Mus.* 1843, p. 83 corrigit in δὲ ἐχυρός ἐστιν ὁ τόπος. ** Καὶ [ἡ Παλικὴ], τὸ παλαιὸν κτλ. Post τόπος plura Calliæ verba a Macrobio omissa, deinde ἡ Παλικὴ supplendum esse censet. Assentior. — Pro Δεῦλλους ibid. lin. 3, ex aliis scriptoribus legendum videtur Δέλλους; codex Paris. habet h. l. ΔΕΑΛΛΟΥΣ.

Pag. 385 *a*, lin. 25. — Lege : *non diversum fuisse videtur* τὸ βιβλίον etc.

Pag. 385, not. 1, lin. 2. — Lege : *Deque iis quæ Herodotus in Ægyptixdescriptione ex Hecatæo Milesio in opus suum* etc.

P. 386, fr. 2. — Priorem hujus loci partem latine vertit Natalis Comes Myth. IX, 6. Idem IX, 15 hæc affert : *Alii dicunt, inter quos fuit Callisthenes in Navigatione* (ἐν Περίπλῳ sc.) *et Hecatæus de Hyperboreis, duos colles fuisse in Phrygia, qui Aures asini vocarentur, super quibus munitissima oppida condita fuerint, e quibus latrones complures viatores et peregrinos adoriebantur. His locis quum arma Midas intulisset, ac oppidis per vim potitus fuisset, obtruncatis eorum locorum latronibus, dictus est fabulose aures asini habere.* Græce hæc leguntur ap. Tzetzem in Lyc. 1401 : Λέγουσιν ἐν Φρυγίᾳ δύο εἶναι λόφους καλουμένους ὦτα ὄνου, ὥνπερ ὁ Μίδας κρατήσας καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς λῃστὰς ἀνελών, ἐμυθεύθη ἔχειν ὄνου ὦτα. Cf. Diogenian. VI, 73, schol. Aristoph. Plut. 287. De Mida quædam afferuntur ap. Stob. Flor. VII, 69 ex Callisthenis (fr. 45) Metamorphosibus. Hinc fortasse suum Callisthenem finxit Natalis. Unde vero Hecatæum arripuerit, nescio.

Pag. 389, fr. 12, lin. 7, in latinis, post : *Olymp. centesimam* adde *octogesimam.*

Pag. 453, fr. 3 *a*. — Sotion. De fluvv. et fontt. fr. XXXIII, p. 188 in Paradox. Westerm. : Ἱερώ-

νυμος ἱστόρησεν, ἐν τῇ Ναβαταίων χώρᾳ τῶν Ἀράβων εἶναι λίμνην πικράν, ἐν ᾗ οὔτε ἰχθῦς οὔτε ἄλλο τι τῶν ἐνύδρων ζώων γίνεσθαι, ἀσφάλτου δὲ πλίνθους ἐξ αὐτῆς αἴρεσθαι ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων. Ipse Hieronymus lacus hujus custodiæ præfectus fuit. Vide Diodor. (XIX, 100 sqq.), qui uberrimam ejus (ex Hieronymo) dedit descriptionem.

Pag. 461. — Post fragmenta Hieronymi Cardiani vellem mentionem injecissem *Stratoclis* oratoris, quippe qui etiam historica quædam scripsisse videtur, quandoquidem Cicero Brut. c. 11 : *Hunc Themistoclem*, inquit, *isti* (sc. Clitarchus et Stratocles) *aiunt, quum taurum immolavisset, excepisse sanguinem patera, et eo poto mortuum concidisse. Hanc enim mortem rhetorice et tragice ornare potuerunt; illa mors* (qualem Thucydides narrat) *vulgaris nullam præbebat materiam ad ornatum.* Cf. Clitarchi fragm. in scriptt. Rer. Alex. p. 76. De Stratocle oratore vilique Antigoni et Demetrii Poliorcetæ adulatore v. Ruhnken. ad Rutilium Lup. I, 9; Westermann. *Gesch. der gr. Bereds.* § 54, 24. 72, 12 sqq.

Pag. 462, Proxeni fr. 5 *a*. — Schol. Venet. Eurip. Androm. 24, de Pyrrhi Epirotæ liberis. Quem locum vide in Lysimachi fr. 13, tom. III, p. 338.

Pag. 363, ad fr. 7. — Eadem (ex Stephano) habes ap. Tzetzem in schol. ad Thucyd. VI, 4. 3. Vide Addenda ad Hellanici fr. 104.

Pag. 465, fr. 5 *a*. — In latinis pro *Deucalionis filia* lege : *Deucalionis uxore*.

Pag. 465, Suidæ fr. 5 *b*. — Schol. Venet. in Eurip. Androm. 18, de Peleo cum Thetide congresso eo loco, qui Thetidium vocatur. Vide Addenda ad Pherecydis fr. 16.

Fr. 5 *c*. — Schol. Il. π, 175 : Ἐκ τίνος Πηλεὺς Πολυδώραν ἔσχεν; ὡς μὲν Στάφυλός φησιν ἐν τῇ σ' (l. ς'; ἐν υῇ γ' sch. Didym.) Θεσσαλικῶν ἐξ Εὐρυδίκης τῆς Ἄκτορος θυγατρός· Φερεκύδης δὲ (fr. 17, p. 73) ἐξ Ἀντιγόνης τῆς Εὐρυτίωνος, ἄλλοι (Σουίδας cod. Ven.) δὲ ἐκ Λαοδαμείας τῆς Ἀλκμαίωνος.

Pag. 482, fr. 52, lin. 2. — In lat. legendum : *Examya... Thelidarum* pro *Examyo... Thesidarum*.

Pag. 487, fr. 76 lin. ult. — Lege : *Herodor. fr.* 28.

Pag. 504 *a*, lin. 11. — Pro 243 lege 234. — Ibidem dele notam ad fr. 11 *a*.

Pag. 509. — In regum tabula Senacheribo adscripti sunt anni 81; lege an. 18.

Pag. 510, fr. 22 lin. 5. — Lege : *CCCCXC* pro CCCXC.

Pag. 520 *b*, lin. 25. — Pro : *Quamquam Bœckhius* p. 36... *censet*, lege : *Quamquam nonnulli* (*v. Bœckhius p.* 36)... *censent*.

Pag. 501, fr. 7, lin. 3. — In latinis Eusebii lege *Ottartæ* pro *Otirtæ*.

Pag. 561, fr. 37, lin. 1. — Pro Σταμμένης lege : Σταμμενεμῆς.

Pag. 577 *b*, lin. 1. — Dele vocem *suspicor*.

Pag. 615, fr. 12 not. — Corrupta illa τὴν δὲ ἀρχὴν ἦν Ἑρμιππος ὁ ἀστρολογικὸς, ὡς ὁ κόσμος ingeniose emendavit Creuzerus in Dionyso p. 26; hunc in modum : τὴν δὲ ἀρχὴν ἦν Ἑρμοῦ ἴσως ἀστρολογικὸς, ὡς ὁ κ. (« Anfangs war (dieses Gefæss) aber des Hermes astrologische Laterne (Spiegel, Becher), etc. ») Quam conjecturam probasse etiam Tœlkensium nec non Schweighæuserum vir summus monet in *Münchner Gelehrt. Anzeigen* 1849. N. 172, p. 342, deque re conferri jubet *Symbolik* II, p. 109 sqq. ed. tert.

Pag. 26, fr. 8. — Cf. not. ad Ariæthæ Tegeatæ fragm. 5, tom. IV, p. 319.

VOLUMEN III.

Pag. 26, ad fr. 9. — Nescio an Diniæ mentio lateat apud Suidam v. οὐδὲ Ἡρακλῆς πρὸς δύο, de quo proverbio laudatur Δίων ἐν δευτέρῳ τῆς δευτέρας συντάξεως (v. Dinonis fr. 4, tom. II, p. 90). — Præterea Meinekius in Hist. crit. com. p. 385, Diniæ nomen reponendum esse suspicatur apud Cramer. Anecd. III, p. 351, ubi citatur Αἰνέας ἐν Σαμιακοῖς λόγοις : de quo loco v. not. ad Abantis fr. tom. IV, p. 278.

Pag. 31, fr. 17. — ἰσχυρὸν δίνησιν κτλ.] Egregie hunc locum emendavit Dübnerus meus in præf. ad Himerium p. XXVI, ubi hæc : « Optimus codex Tzetzæ, de quo pluribus retuli in Museo Rhenano, versu 3 recte ἐχθρὸν et δ et τινάξαι, v. 4 ῥηϊδίως. Restat δίνης τῆσιν, quod sæpissime cum diphthongo scribitur ΔΕΙΝΗΙΙCΤΗΙCΙΝ, id est ΔΕΙΝΗΙΚΤΗΙCΙΝ :

> ἐχθρὸν ἀεὶ νήκτῃσιν· ὃ πρὶν ποσὶ παῦρα τινάξαι
> ῥηϊδίως ξηρὴν ἤλασεν ἐς ψάμαθον. »

Pag. 53, fr. 76, not. — Dele verba *Dalionem autem vixisse post Timosthenem* etc. Cf. Aristocreontis fragm. 2, tom. IV, p. 333.

Pag. 54, fr. 81. — Vide supra Addenda ad tom. II, p. 615.

Pag. 70, fr. 9. — Eadem in Crameri Anecd. Parisin. IV, p. 65, 5, ubi pro υἱοὶ Ἄρτως legitur υἱοὶ Αἰνείου, quod procul dubio etiam in Etym. M. reponendum.

Pag. 71. — Ex hoc Simonide Lucianum suam Galatarum pugnæ descriptionem mutuatum esse Wernsdorfius cum eoque alii censent. Simonidem de ea carmine, non soluta oratione, scripsisse ex voce ἐποποιὸς ap. Suidam colligit Droysenius *Hellen.* II, p. 233.

Pag. 149. — De Mnasea egerunt Preller. in *Zeitschft für Alterthumswissenschaft* 1846, fasc. 8, et post hunc peculiari libello Eugenius Mehlius (*Mnaseæ Patarensis Fragmenta. Lugd. Bat.* 1847). Prelleri scripto uti non licuit.

Pag. 149, not. 1, lin. 3 lege : *fr.* 6. 15. 33. 39. Linea 6 lege : *fr.* 5. 9. 35. 46. — Illis locis Mnaseas Πατρεὺς, his Παταρεὺς appellatur. In fragm. 38 in plurimis codd. est Πατρεὺς, in Vaticano Παταρεύς. Prellerus adoptavit formam Παταρεὺς, itemque Mehlius, qui formam Πατρεὺς errori tribuendam censet, « quod (ait) quum vel ex exiguo locorum istorum pateat numero, eos tacite licebit corrigere. » Sed numerus testimoniorum idem est ab parte utraque; codicum vero numerus et auctoritas major est ab parte eorum scriptorum, qui formam Πατρεὺς exhibent. Aliunde vero nihil afferri licebit, cur ex Lycia potius quam ex Peloponneso oriundum esse scriptorem volueris. — Ibidem lin. 11 pro *Mnaseas Corcyræus* lege : *Mnaseas* (*Corcyræus, uti videtur*).

Pag. 149, ad fr. 2. — Cf. Suidas et Etym. M. s. ead. v. et Bachm. Anecd. I, p. 38.

Pag. 150, fr. 3, lin. 5. — Ap. Zenobium pro νομίσαντες ἀναμένειν Wyttenbach. et Mehlius legunt ὁμόσαντες ἀναμενεῖν, recte, puto.

Ib. fr. 6, lin. ult. — Pro σκάρον ex Aristot. H. An. IV, 9 et Æl. H. An. X, 11 leg. κάπρον. Cf. Pausan. VIII, 21, 1; Plin. XI, 112. IX, 34.

Pag. 151, ad fr. 8. — Ead. Eudocia p. 379 et 213. Priore loco pro τοὺς Μολίονας legitur notum illud τοὺς Μολιονίδας, quod etiam n. l. reponendum esse videtur.

Ibid. fr. 11, lin. 2. — Prellerus vulgatam Διὸς Ἡρακλέους tueri studet. « Effinxit novum deum Jovem-Herculem, ortum Jovis Herculisque e conjunctione, licet analogiis eum studeat fulcire (cf. Heinrich. De hermaphroditis p. 14). » *Mehlius*, qui ipse in textu verborum dedit : Ἡρακλέους τοῦ Διός, Schneideri legens vestigia. In annotatione tamen hanc rejecit conjecturam, urbisque nomen (Δῖον) latere suspicatur.

Ibid. fr. 12. — Cf. Stephan. v. Σύμη.

Pag. 152, fr. 16. — Mehlius pro *Apollinem* leg. proponit *Apopidem*, coll. Plutarch. De Is. et Os. tom. VII, p. 442 R.: ἄλλος δὲ λόγος ἐστὶν Αἰγυπτίων, ὡς Ἄποπις ἡλίου ὢν ἀδελφὸς ἐπολέμει τῷ Διὶ κτλ. Sed Ægyptia hæc male quadrarent cum *tertio libro Europæ*, nec quidquam inest vulgatæ, quod ab euhemeristica Nostri doctrina abhorret. Aliorum de hac re silentium nullius est momenti. Ceterum meminit hujus loci Müller. Prolegg. in myth. p. 307, monente Mehlio.

Ib. fr. 17. — Pro Θελξίνειαν vel Θελξινίαν Mehl. scr. Θελξίνοιαν, probabiliter, quamquam Θελξινία nomen habet etiam Hesych. : Θελξινία Ἥρα τιμᾶται παρὰ Ἀθηναίοις.

P. 153, fr. 20. — Pro Ἰταλίᾳ Mehl. scripsit Θεσσαλίᾳ, quæ emendatio extra dubitationis aleam posita est.

Ibid. fr. 22. — Pro ὑπὲρ τὸν Ἄθω Mehlius legi vult : ὑπὸ τ. Ἀ., absque causa idonea.

Pag. 153, ad fr. 23. — Eadem Suidas s. v. Cf. Hellanici fr. 173.

P. 154, fr. 25 *b*. — Cf. Eudocia p. 306.

Pag. 154, post fragm. 31 adde schol. Æsch. Pers. 742 : Ἱερὸν δὲ τοῦτον (sc. τὸν Ἑλλήσποντον Αἰσχύλος) φησὶ διὰ τὸ ἱδρῦσθαι αὐτόθι Διὸς ἱερὸν, ὡς Μνασέας.

P. 155, fr. 35. — Pro Ἑρμαφρόδιτον Mehlius leg. putat Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης, probabiliter. Vulgatam tuetur Heinrichius De hermaphroditis p. 33, quamquam nihil afferens quod ad tuendam eam valeat.

Pag. 156, ad fr. 42, not. — Apud Hygin. I, 23 *Mnaseam* pro *Musæo* reposuit jam Valesius Emendatt. lib. V, 13, p. 134, notante Mehlio. Si admittis conjecturam (neque enim tam certa est quam videri possit), consequitur eodem modo corrigendum esse ap. schol. Germanici p. 103, ubi de eadem re hæc : *Musæus* (Mnaseas) *de capra hoc refert. Datur Jovis infans nutriendus Themidi et Amaltheæ, quæ fuit domina capræ, quæ ex ea Jovem nutrivit. Esse autem hanc capram filiam Jovis dicunt, cujus adspectus tam atrox fuisse dicitur, ut Titanes eam timerent, rogarentque matrem Terram, ut eam abderet. Terra autem in antro clausam Amaltheæ tradidit custodiendam, ibique Jovem cum cura Amaltheæ educavit. Qui quum esset juvenis, et ille contra Titanas vellet inermis pugnare, ejus pellem dicitur acceptam pro scuto habuisse, quod semper Titanibus agitator timoris fuerit.* Hinc sua Lactantius De f. rel. I, 21, qui item laudat *Musæum*.

Pag. 156, fr. 44. — Eadem in Cramer. An. IV, p. 318.

Pag. 157, fr. 46 : — Εὐρυστέρνας] εὐρυστέρνου Ruhnken. Ep. crit. I, p. 91. Locus mutilus. Ceterum in latinis pro Eurysternas scribe *Eurysternæ*.

Fort. scribendum est :... συναγωγῇ, [Γῆν] Εὐρυστέρνας vel Εὐρυστέρνου κτλ.; sin minus, cum Ruhnkenio pro ἀναστῆσαι in sqq. lege ἀναστῆναι.

P. 158. — Apud Plutarchum Qu. Gr. c. 19. in v. Μνασιγείτων latere nomen *Mnaseæ* Hüllemannus quoque ap. Mehl. l. l. p. 113 conjecit. — Ceterum fragmentis sedis incertæ adde locum dubiæ auctoritatis ap. Apulejum De orthogr. p. 5 Osann., de Furiarum parentibus : *Filiæ, secundum Eudemum, Acheruntis et Noctis fuerunt; Orpheus Plutonis et Proserpinæ. Virgilius modo hunc modo illum secutus. Athenodorus et Mnaseas* (*Mnastes* cod.; *Mnaseas* em. Mai.) *Orci et Stygis.* Eudemum Osannus intelligit peripateticum, e cujus Theologumenis Damascius De princip. XIV, in Wolfii Anecd. t. III, p. 236, placita de rerum principio a Nocte derivando citat.

Pag. 164, ad fragm. 17 adde locum Hieronymi in Jovinianum (Opp. Hier. tom. IV, p. 207) : *Refert Satyrus qui illustrium virorum scribit historias, quod Diogenes palliolo duplici usus sit propter frigus; peram pro cellario habuerit, secumque portarit clavam ob corpusculi fragilitatem, qua jam senex membra sustentare solitus erat; et ἡμιρόβιος vulgo appellatus sit, in præsentem horam poscens a quolibet et accipiens cibum. Habitavit autem in portarum vestibulis et porticibus civitatum. Quumque se contorqueret in dolio, volubilem se habere domum jocabatur et se cum temporibus immutantem. Frigore enim os dolii vertebat in meridiem, æstate ad septemtrionem : et utcunque sol se inclinaverat, Diogenis simul prætorium vertebatur. Quodam vero tempore habens ad potandum caveum ligneum, vidit puerum manu concava bibere, et elisisse illud fertur ad terram, dicens : « Nesriebam quod natura haberet poculum. » Virtutem ejus et continentiam mors quoque indicat. Nam quum ad agonem Olympiacum qui magna frequentia Græciæ celebrabatur, jam senex pergeret, febri in itinere dicitur apprehensus, accubuisse in crepidine viæ; volentibusque eum amicis aut in jumentum aut in vehiculum tollere, non acquievit; sed transiens ad arboris umbram locutus est : « Abite quæso, et spectatum pergite : hæc me nox aut victorem probubit aut victum. Si febrem vicero, ad agonem veniam; si me vicerit, ad inferna descendam. » Ibique per noctem eliso gutture, non tam mori se ait, quam febrem morte excludere.*

Pag. 164, fr. 21. — Eundem locum usque ad verba συγγένεια οὕτως περιέχει eodem modo, paullo corruptius tamen, habet Eudocia p. 366, et Ducangius in notis ad Zonaram (tom. I, p. 677 ed. Bonn.). Ceterum initio fragmenti, linea 5, post verba πρώτην κατέστησεν Eudocia addidit τὴν Διονυσίαν, quam vocem ap. Theophilum excidisse monuimus. Meinekius Anal. Alex. p. 346 τὴν Διονυσίδα dedit, quamquam in seqq. vulgatam τῇ Διονυσίᾳ φυλῇ retinuit. Præterea pro ἐν Κυρήνῃ βασιλεύοντος Eudocia melius habet ἐν Κυρήνῃ βασιλεύσαντος. Quæ sequuntur apud Eudociam De regibus Persarum, Syriæ et Ægyptii usque ad Cleopatram, ad Satyrum nihil pertinent.

Pag. 165 *a*, lin. 21 verba Ὅθεν καὶ... δῆμοι, quæ uncis inclusi, transponenda esse ante verba ὅθεν καὶ ἐν τῇ Διονυσίᾳ κτλ., bene monet Meinek. l. l. Deinde verba Ἀριαδνὶς ἀπὸ τῆς θυγατρὸς Μίνω, γυναικὸς δὲ Διονύσου, παιδὸς πατροφίλης τῆς μιχθείσης Διονύσῳ ἐν μορφῇ πρυμνίδι, ita dedit, ut in postr. scripserit ἐν ὁροφῇ πρυμναίᾳ. Quæ nimis quæsita verba sunt quam ut cum reliquo loci tenore conciliari possint. Neque fabulæ ejusmodi quid suppeditant. Diodorus V, 51, 4 : Διόνυσος δὲ νυκτὸς ἀπήγαγε τὴν Ἀριάδνην εἰς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον Δρίος (in Naxo ins.). Hinc nostro loco refingere possis : ἐν κορυφῇ ὀρυμώδει. At hoc quoque parum placet. Vereor ne verba παιδὸς... πρυμνίδι, ex glossa fluxerint, quæ in textum irrumpens corrupta est. Annotaverit aliquis : τῆς Μίνω παιδὸς καὶ Πασιφάης τῆς μιχθείσης [Μινοταύρῳ] ἐν [βοὸς] μορφῇ πρινίνῃ. In postremis Meinek. pro Εὐαινὶς ἀπὸ Εὐνόος, quod libri habent, scripsit Εὐνεὶς ἀπὸ Εὔνεω. At *Bacchi* filium Euneum non novimus.

Pag. 168 *a*, lin. 1. — Pro *Serapionis Sotionis f.*, lege *Serapionis f., Sotionis.*

P. 169, fr. 5, not., lin. 3. — Pro *ab Alexandro condita* lege *ab Alexarcho condita.*

P. 196, post fr. 15 non fuerit nefas meminisse Natalis Comitis, qui ita habet lib. IX, 3 : *Scripsit Agatharchides Cnidius libro tertio Rerum Asiaticarum Chimæram mulierem fuisse Amisodari, qui imperavit Lyciæ, quæ duos fratres haberet, Leonem et Draconem. Hi quum Lyciæ loca incursionibus et insidiis opportuna cum magna manu juvenum occupassent, adeuntes ea loca obtruncabant; ob concordiam igitur fratrum et sororis corpus unum tria habere illa capita fabulati sunt. Hos Bellerophontes vi superavit et in servitutem redegit. Quare dictus est plumbum in eos intrusisse, quod etiam testatur Isacius in Lycophronem.* Verbotenus fere hæc e Tzetze ad Lyc. 17, p. 300 ed. M. translata sunt, nisi quod Agatharchidis mentionem de suo addidisse Natalis videtur.

Pag. 236, fr. 94. — In hoc fragmento pro Ἀλέξανδρος ἐν τῷ Περὶ Κύπρου scribendum videtur Μένανδρος etc. Vide Menandri Ephesii fr. tom. IV, p. 448.

Pag. 248, not. 1. — Idem cum Posidonio Aristarchi anagnosta vel alius grammaticus est *Posido-*

nius Apolloniata, cujus meminit Tzetzes in Exeges. ad Il. p. 4, 10 :... ὥσπερ καὶ Ποσειδώνιος ὁ Ἀπολλωνιάτης ὁ τῷ Ἡσιόδῳ μέμψιν ἐπάγων ὡς παραφθείραντί τινας τῶν Ὁμήρου λέξεων, τὸν Ὀϊλέα Ἰλέα εἰπόντι, καὶ τὸν νήδυμον ἧδυμον, καὶ ἄλλα ἄττα τοιαῦτα. Cf. id. p. 19, 2. 126, 20. — Adde Posidonium nescio quem ap. Etym. M. p. 645, 52 : Ὄψις, ὡς μὲν Ποσειδώνιος, παρὰ τὸ ἅπτω, ἅψω, ἁψίς τις οὖσα ἡ φῶς ἐμποιοῦσα καὶ καταυγάζουσα τῶν ὑποκειμένων ἕκαστα, ὡς πῦρ.

Pag. 251, *b*, lin. 4 ab ima. — *Ex ipso M. Bruti facinore duxit originem*] Hoc nimium est (v. Cicero Tusc. IV, 1 ; Brutus c. 4 ; ad Att. XIII, 4); attamen ex facinore ita quasi confirmata est, ut in severiorem historiam irrepere potuerit.

Pag. 259, not. ad fr. 20. — Error Athenæi in eo potius quærendus est quod Seleucum illum βασιλέα fuisse dicit. Nimirum sermo est de Seleuco Antiochi Sidetis regis filio, qui patrem in expeditione Parthica comitatus ab Arsace captus est, uti discimus ex Porphyrio. Vide tom. III, p. 713, not. 7.

Pag. 272, fr. 47, not. — Post *eadem leguntur* adde : *ex Joanne Antiocheno*.

Pag. 277. — Posidonii historiarum fragmentis, quorum incerta sedes est, adde Exc. De sent. Eunapii (fr. 35) p. 268 ed. Mai. : Ὅτι ὁ Ποσειδώνιος ἔλεγεν, ἀπελθόντος Ἀλεξάνδρου τὸ στρατόπεδον ἐοικέναι τῶν Μακεδόνων ἐκτετυφλωμένῳ Κύκλωπι.

Pag. 287, fragm. 80 *a*. — Schol. Basilii minoris ad Gregor. Nazianzen. in cod. Paris. 573, fol. 216 vso, quod edidit E. Millerus in *Périple de Marcien*, p. 137 : Ποσειδώνιος δὲ καὶ Ἐρατοσθένης ἐκ τῶν σκιαθηρικῶν, τουτέστι τῶν τὰς σκιὰς θηρευόντων ὀργάνων καὶ ὡρολογίων, καὶ πλάτος αὐτῆς (sc. τῆς γῆς) καὶ μῆκος παραδιδόασι. Ποσειδώνιος μὲν ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν μεσημβρίαν Κανώβου ἀστέρος σημειοῦται, ὃς μὲν ἐν Ἑλλάδι οὐδὲ ὁρᾶται, ἀπὸ δὲ τῶν ἀρκτικῶν εἰς μεσημβρίαν ἰοῦσιν, ἐν Ῥόδῳ φησὶν ὀφθεὶς μόνον ἐπὶ τοῦ ὁρίζοντος, εὐθέως τῇ στροφῇ καταδύεται τοῦ κόσμου· ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δέ, ἐπειδὰν μεσουρανήσῃ, τέταρτον ζωδίου ἐπέχει, ὅ ἐστι τεσσαρακοστὸν ὄγδοον τοῦ διὰ Ῥόδου καὶ Ἀλεξανδρείας μεσημβρινοῦ. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ὑπερκείμενον αὐτοῦ μη′ μέρος αὐτοῦ ἐστιν. Ἐπεὶ οὖν καὶ τὸ ὑπερκείμενον μέρος τῆς γῆς τῷ τμήματι σταδίων ,εἴστι, καὶ τὰ τοῖς ἄλλοις ὑπερκείμενα ὁμοίως ,εκε′ (leg. ,ε), ὁ ἄρα μέγιστος τῆς γῆς κύκλος εὑρίσκεται μυριάδων κδ′ (240000=5000×48; contra 5025×48=252000, qui computus est Eratosthenis).

Pag. 296, ad fr. 101 addere licet hæc ex Damascio p. 78 in Append. ad Stobæi Floril. edit. Gaisf. : Ποσειδώνιος ὑπὸ μὲν τῆς σελήνης κινεῖσθαι (φησὶ) τοὺς ἀνέμους, ὑπὸ δὲ τούτων τὰ πελάγη, ἐν οἷς τὰ προειρημένα γίνεσθαι πάθη.

Pag. 306. — Fort. Asclepiades Ægyptius Θεολογουμένων auctor idem est cum eo qui in inscriptione apud Falconer. (cujus meminit Bernhardy. *Gr. Lit.* I, p. 369) occurrit, ubi sic : Ἀσκληπιάδην Ἀλεξανδρέα,.. νεωκόρον τοῦ μεγάλου Σαράπιδος καὶ τῶν ἐν Μουσείῳ σιτουμένων ἀτελῶν φιλοσόφων.

Pag. 338, post. fr. 12 pone scholium Vatican. Eurip. Androm. 10, ubi pro Αυσανίας haud dubie scribendum est Αυσίμαχος. Vide locum in Addendis ad Hellanici fr. 5.

Pag. 345 *a*, lin. 27. — Attamen titulum Περὶ Ἑλληνικῆς ἱστορίας recenset etiam Valesius in præfat. ad Exc. De virtut., adeo ut aliunde de eo constare videatur.

Pag. 348. — In Nicolai reliquiis præter ea quæ sero in arenam descendens, quasi ἔφεδρος, *Federus* præstitit (Cf. supra p. 650), largam emendationum et conjecturarum messem viri conjunctissimi præbuerunt, *N. Piccolous* et *Fr. Dübnerus*. Quorum hic quidem ἀνὴρ κριτικώτατος, quum jam olim haud pauca correxisset, nunc etiam δευτέρων φροντίδων ἄωτον edidit in Præfatione ad Himerium p. XXVI sqq. ; ille vero, Adamantii Corais in hac urbe successor, amplissimum illud corruptissimumque Nicolai de vita Augusti fragmentum Escorialense peculiari libello tractandum sibi selegit, idque commentario instruxit bonæ frugis plenissimo, in quo etiam reliquis Damasceni excerptis, quæ medicum adhuc exspectabant, manum admovit delinientem. In eodem denique libello de Nicolao et de ipso adeo Augusto imperatore optime meruit egregiæ spei juvenis, *Alfredus Didotus*, qui græcam historici lævitatem versionis gallicæ elegantia assequi studuit feliciter.

Pag. 349, fr. 2, lin. 9. — Καὶ δι' αὐτὴν ποιητικῆς] καὶ, [νὴ] Δία, τῆς ποιητικῆς conj. Piccolo. Sequentia idem vir doctissimus ita legenda censet : τραγῳδίας ἐποίει καὶ κωμῳδίας· ηὐδοκίμησε δ' ἔτι μᾶλλον ὕστερον αὐξηθείς, ὥστε καὶ τὴν δύναμιν συνανθῆσαι ῥητορικῆς etc., omissa cum codd. B. C. voce ἐπεμελεῖτο. — Ib. not. 9. Vocem προσυμβαίνει jure, ut puto, damnat Piccolo. Legerim πως συμβαίνει.

Pag. 350, lin. 11. — Ἥκοντα δὲ τὸν Νικόλαον· διόμενοι] εἶχοντο δὲ τοῦ Νικολάου διόμενοι leg. censet Piccolo probabiliter.

Pag. 352, lin. 17. — Γίνεται] γίγνεται Feder. tacite.

Pag. 353, not. 22. — Συνέπλευσεν δ' οὖν] δὲ particulam tacite intulit Federus, quasi carere ea haud possis. Ceterum ne quis miretur confidentius me de codicis scriptura loqui. Etenim majorem Nicolai fragm. partem ex apographo E. Milleri, viri doctissimi et in legendis describendisque co-

dicibus exercitatissimi, jam transcripseram antequam in Hispaniam proficiscerer. Deinde ipse codicem cum apographo denuo accurate contuli, ac præ ceteris ea quæ mendam traxisse videbantur, diligentissime excussi. — Ib. lin. ult. Federus scripsit αὐτῷ pro αὐτοῦ, quod tenor orationis non admittit.

Pag. 354, l. 3. — Ἐπεκάλουν... ᾐξίουν (ἀξιοῦν cod.)] Federus ita : ἐπικαλοῦν... ἀξιοῦν, quod nescio an præferendum sit.

Pag. 355, l. 20. — Καὶ διατριβῶν] καὶ δ. conj. Piccolo. — l. 22. πόνου] φθόνου conj. idem.

Pag. 356, fr. 7, lin. 10. — ὑποφθάσαντας] ἀποφθάσαντας codex ; quod notare omisi.

Pag. 357, l. 1. — Τούς γε (δὲ cod.) νεανίας] τοσοῦσδε νεανίας Feder tacite perperamque. — Lin. 11. ἐπ' ἄκρου τοῦ ὄρους] ἐπ' ἄκρον τοῦ ὄρους leg. censet Dübnerus. De constructione verbi ἀναβαίνειν agens Bremius ad Lysiam Cont. Alc. § 10 p. 128 : « Plerumque, ait, scriptores addunt accusativo præpositionem ἐπί ; nec rejicitur genitivus cum ἐπὶ, quamquam is rarior est. » Ceterum in iis quæ sub manu erant, locutionem ἀναβαίνειν ἐπί τινος quæsivi frustra. Quamquam facile credo constructionem verbi ἐπιβαίνειν interdum etiam in v. ἀναβαίνειν translatam esse. — Lin. 20. ὥστε] ὥσαιτε Dübnerus legi vult secundum regulam. Indicativum futuri tuetur Federus, neque ego mutaverim.

Pag. 358, fr. 9, lin. 1. — Ἐπὶ] hanc vocem omisit Feder. — Lin. 3. εἰς νοῦν ἐνεβάλετο καὶ ἐνεθυμήθη] εἰς νοῦν ἐβάλετο scribi vult Dübnerus. Quod foret elegantius vitata repetitione præpos. ἐν. Ceterum fuisse εἰς ν. ἐνεβάλετο, quod per se bene habet, in codice, quem scribæ Constantini discerpserunt, probant Excerpta De virt., in quibus locus noster repetitur (fr. 8 extr.). — Lin. 6. Ἀσσύριον] Ἀσσυριχὸν tacite et absque causa Feder. — Lin. 14. μαντικῇ τῇ τε ὀι' ὀνειράτων] Præpositio διὰ excidit ap. Federum. — Lin. 18. ἐξεφαντίζοντο καί πως] De hoc loco Dübnerus : « Constructione nulla et medio verbo posito ubi activum oportebat. Scribo : ἐν ᾗ δύο ἵπποι ἐξεφάντιζον τὸ χάρφος, ἐν μισ. κτλ. Sequitur : ἐπιφορεῖν τῷ στόματι ἐπὶ τὸν Ἀρβάχην, καθεύδοντα καὶ αὐτὸν, ἄχυρα. » Hæc optime Dübnerus. Ceterum vocem χάρφος suppleverim intacta relinquens verba καί πως, quæ minime librarium redolere videntur, sed apprime huic narrandi generi conveniunt, et quemadmodum apud Herodotum sæpius adhibentur, sic in iis Nicolai fragmentis, quæ ex ionicis scriptoribus, Xantho et Ctesia, petita sunt, iterum iterumque occurrunt, ut p. 380, fr. 49 lin. 4, et ibid. fin. penult.; p 385, lin. 5 ab ult.; p. 386, lin. 15; p. 397, fr. 65, l. 6; p. 405, l. 37; adde p. 366, fr. 15, l. 13, ubi Hellanicum logographum ionicum fontem esse in not. statuimus. Orationi pendenti succurrere licet legendo : πρὸ τῶν θυρῶν [ἦν]. Idem Federus efficere studuit interpungendo hunc in modum :... ἐν ᾗ δύο ἵπποι ἐξεφαντίζοντο, καί πως ἐν μεσημβρίᾳ, κατέδαρθεν αὐτόθι. — Lin. 26. Καὶ δὴ] καὶ εἰ δὴ servavit Federus notans : « εἰ δή, *siquidem*, quadam forte elegantia, tamquam minus fidenter ita e mente scilicet istius loquenti, præ magis usitato altero εἴπερ δή placuit. » Dübnerus ita : « Müllerus εἰ delevit, ego mutem in ὡς, cujus compendium paullo minus quam oportet curvatum simile fit compendio ει. Infra legitur πλέον γάρ τι εἰδὼς λέγω et πλέον τι τεκμαιρόμενος, ut hic quoque putem sic locutum esse Nicolaum : καὶ ὡς δή τι πλέον [κατὰ] τὰ θεῖα εἰδώς. » Mihi olim in mentem venit : καὶ εἰ δή τις, *et si quis alius*. — Lin. 28. παρὰ τὸν Τίγριν] Diodorus (II, 3. 7. 26) Ninum ad Euphratem sitam fuisse dicit; idque e Ctesia narrari eatenus erat probabile, quatenus hunc præ ceteris auctorem Diodorus in historia Assyriaca secutus esse, quamquam etiam Athenæum quendam et *alios* quosdam inter fontes suos recenset. Jam vero pro epitome Diodorea variis ex auctoribus consarcinata fragmenta habemus historiæ uberrimæ, quæ tam manifesto colorem ionicum toto narrandi genere singulisque adeo verbis præ se ferunt, ut verbotenus fere e fonte ionico, quem præter logographos unum Ctesiam novimus, descripta esse luce clarius sit. Vel hinc igitur dubitaveris num quæ de Nino Euphratea leguntur, diutius Ctesiani nominis præstigio ornanda putemus, an potius ex ignoto quodam auctore Diodorus arcessiverit, an denique ipse ceteris oscitantiæ et acrisiæ documentis etiam hancce fluviorum Mesopotamiæ confusionem tamquam coronidem adderit. Multo magis dubites, si rem ipsam spectaveris. Nam falsum esse Diodorum ex unanimi optimorum auctorum consensu viri eruditi collegerunt rectissime; ejusmodi vero errorem ad Ctesiæ ætatem nonnisi coactus retuleris; ne cogamur, adest Nicolaus. Primus de Nino ad Tigrim sita nos docet Herodotus, qui tribus vix post eversionem urbis generationibus Mesopotamiam adiit. Eo vero tempore jam evanuisse memoriam locorum, in quibus celebratissima steterit metropolis, adeo ut ne de flumine quidem præterfluente constaret, quis tandem persuaderi sibi patiatur! Ceterum cum Herodoto optime concinit Ctesias Nicolai. Quemadmodum enim ex Herod. II, 150 elicuerunt viri docti regiam urbis haud procul a flavio dissitam fuisse, sic idem etiam e nostro fragmento consequitur. — Porro Ctesiæ historiæ Asiaticæ

tam secunda usæ sunt fortuna, ut posteriores scriptores pæne omnes, spreto Herodoto, Ctesiæ vestigiis insisterent. Neque tamen seriorum quispiam capitale illud, si fuisset, de Nini situ inter Ctesiam et Herodotum dissidium vel uno verbo attigit. Inter comites Alexandri Nearchus ἐν Παράπλῳ ap. Arrian. Ind. 42 Ninum ad Tigrin memorat. Eodem ducit Diodorus (XVII, 53), quem in Alexandri historia Clitarchum sequi constat. Is enim Darium dicit Babylone profectum inter Euphratem et Tigrin per Mesopotamiam adscendisse, ut exercitum in campos duceret, qui circa Ninum late patentes aciei explicandæ accommodi essent, castraque ad Arbela posuisse, ubi prœlium exspectans milites exercuisset. His adde Strabonem XVI, p. 738 et Plinium VI, 13 et qui Ninum recentiorem memorant, Tacitum An. XII, 13, Ptolemæum VI, 1, Marcellinum XXIII, 6 et 7, Theophanem I, p. 494, Cedrenum I, p. 730 ed. Bonn. (Quos locos vide ap. Hœfer. *Premier mémoire sur les ruines de Ninive*. Par. 1850. Mitto alium locum Marcellini XIV, 8, 7, collat. Philostrato V. Ap. I, 3, ubi Hieropolis urbs *Vetus Ninus* nuncupatur. Nam hæc ad nostram quæstionem nihil pertinent.). — In hoc igitur auctorum concentu una dissona vox Diodori, quæ, si numeranda sunt testimonia, minimi est, sin recte ponderanda, nullius plane momenti. De duabus denique urbibus, quarum altera a Nino ad Euphratem, altera post Arbacem condita sit, sanior hodie cogitare nequit. Nam istud majorum nostrorum commentum de duobus Assyriorum imperiis, quo chronologiarum discrepantias componendas esse censebant, severior crisis dudum repudiavit. Præterea cavendum est, ne in hac disquisitione Lucianum testem advocemus; id quod olim incauto mihi, (ad fr. Ctesiæ p. 15), sicuti nuper Hœfero l. l. accidit. Etenim in Charonte dialogo c. 23, quem circa an. 547 a. C. (quo tempore Othryades contra Argivos pugnavit, c. 24 coll. c. 8) institutum esse Lucianus fingit, Mercurius de rerum humanarum vanitate et imbecillitate verba faciens, inter alia docturus est ipsas etiam urbes maximas haud secus quam singulos homines quasi emori. In eo igitur argumento versans, ἡ Νίνος μέν, inquit, ἀπόλωλεν ἤδη, καὶ οὐδὲ ἴχνος ἔτι λοιπὸν αὐτῆς· οὐδ' ἂν εἴποις ὅπου ποτ' ἦν. Hæc vero si quis putaverit non dicturum fuisse Lucianum, nisi probe compertum habuisset, reapse sexaginta post eversionem annis ne vestigium quidem urbis ingentis superfuisse nec de situ ejus amplius constitisse, adeo ut cuncta nostra antiquitatis de hac re testimonia merisnitantur conjecturis: is, inquam, mirum in modum Luciano abuteretur, atque verbis a rhetore fusis majorem quam jejunæ historiæ vim tribueret; præsertim quum satis abunde constet, quanta Luciani circa geographica et historica sit levitas. Sic, ut unum proferam, simili modo ac Diodorus, Euphratem cum Tigride confundit, idque ipse Euphratensis homo. Etenim Seleuciam, urbem Babyloniæ longe celeberrimam, non prope Tigrim, sed ad Euphratem conditam esse refert (De dea Syr. c. 18). Quo quid dici potuit oscitantius! Sic flocci facit historiam in Icaromenippo, ubi eodem temporis momento evenisse dicit quæ duarum fere generationum intervallo separata erant. Sed ne immoremur rei profligatæ. Nam vel ii qui post Dahlmanni (*Forschungen* I, p. 12-37) de Luciano judicium paullo severius tueri auctorem data opera studuerunt, ingenue tamen fatentur eum, utpote poetam, historiæ veritatem parum curasse, eamque pro re nata poeticis suis vel rhetoricis consiliis accommodasse. (V. Krüger. *Leb. d. Thuc.* p. 12 sqq. Heysius Quæst. Herod. p. 37 sqq.) Nihil igitur mirum rhetorem dicere Nini urbis ne levissimum quidem vestigium Cyri temporibus superfuisse. Id enim ad ea quæ probare voluit aptius erat, quam si cum Diodoro (II, 8, 3) memorasset Nini regis tumulum, quanquam eversa urbe, adhuc superstitem vel si simile Sardanapalli monumentum ostendisset, quod Alexandri æquales viderunt Chœrilus Iasensis et Amyntas.

Pag. 359, l. 9. — Τόδε μοι] τόδε [δέ] μοι Feder. et Dübner. — l. 13. σοι ἐπῆλθε] σου ἐ. Feder. nescio quo lapsus. — l. 26. Lege ἀδυνάτων αὐτὸν ἐᾶν, ut Piccolo et Feder.

Pag. 366, l. 5. — Lege: πάσχοι... μόνη... εἶρκτο, monente Dübnero. — Ejusdem fragm. lin. ultima ante μητέρα excidit τὴν articulus; habet enim codex, eoque opus est. Contra in lin. 2, fragm. 15 Federus scripsit τὴν Ἐπιχάστην, ubi codex articulum non præbet, neque eo opus est. Ibidem pro ἐγίνοντο, quod rectissime codex exhibet, Federus ponit ἐγένοντο, et paullo post pro γίνεται dedit γίγνεται. — Lin. 6 in nostris male est ἐπέθετο, lege ἀπέθεντο, quod non debebam tacite mutare.

Pag. 367, fr. 15 lin. ante penult. Ἀγαγών] ἄγων Fed. — Lin. penult. λευκαδί] typoth. errore pro λευκίδα, in nota item lege: λευκίδα *codex*. • Conjecturas Feder. promit has: λιγίδα συχνήν, vel παλλαχίδι συνῆν. vel, quod præfert, ἐνοικίδιος συνῆν — Fr. 17, lin. 3. — Leg. τὸν Τρωὸς ut Fed.

Pag. 368, fr. 17, l. 6 ab ult. — ἐκείνην] τι addere placuit Federo.

Pag. 369, fr. 20, l. 7 ab ult. — ἐναγόντων] προσεναυόντων conj. Piccolo.

Pag. 371, not. lin. 7. — Lege: fluvium significari

monet, testante Etym. M. v. Δάσκληρα. Vid. Add. ad Xanthi fr.

Pag. 372, not. lin. 3. — Pro *Alcimius* lege *Alciamus*.

Pag. 376, not. 8. — Non erat cur mutarem vulg. ἐβουλεύθη; monet Dübner. — Not. 11. ἔχαρνοι ἦσαν] ἐξηρνήθησαν tacite Feder. — Fr. 39, lin. 2. στρατιωτῶν] lege Σπαρτιατῶν, uti codex; quod quum primo conatu in στρατιωτῶν mutassem, factum ut sic excuderetur. Hinc Piccolous proposuit : ἐβασίλευσε τῶν [Μεσσηνίων κρατήσας μετὰ τῶν αὐτοῦ] στρατιωτῶν.

Pag. 377, l. 7. — ἀνεχομένου] Dübnerus leg. censet ἀνεχόμενοι; quod in codice legisse sibi videtur Federus; falso utique. Ceterum Federus quoque edidit ἀνεχομένου, uti nexus narrationis et historia flagitare videntur. In seqq. vero non erat cur supplerem [οἱ ἐγχώριοι]; nam hæc quoque ad Dores Messeniæ referenda sunt. Videlicet Cresphontes statim ab initio res Messeniæ ita arbitrio suo ordinavit, ut Doriensium commoda flocci penderet. Nam regione in quinque civitates divisa, cum Messeniis pacta quædam iniit, deinde etiam prorsus ἰσονόμους Doriensibus esse voluit. Neque id coactus neque bonitate ingenii vel quadam in subditos clementia ductus fecisse putandus est; sed quemadmodum in reliquis tamquam vir vafer malæque in suos fidei apparet (v. Apollodor. II, 8, 4), sic etiam Doriensium in Messenia auctoritatem eo consilio minuit, ut ex rege, qualem mores Dorici patiebantur, tyrannus evaderet. Jam vero consentaneum est Dorienses, qui in singulis civitatibus una cum Messeniis res administrabant, mox detrectasse auctoritatem regis infestissimi, adeo ut complures quasi principatus per Messeniam exsisterent. Quo intellecto, Cresphontem cœpti pœnituit; mutatoque consilio τὴν ἰσονομίαν quidem tollere, simul vero nonnisi unam civitatem esse (μόνην τὴν Στενύκλαρον νομίσαι πόλιν), in eamque omnes Dorienses congregari voluit. Causam hujus conversionis *prætexebat* (ἐκ μὲν τοῦ εὐπρεποῦς λέγων) injustum esse Messenios eodem cum Doriensibus frui jure : *revera* autem quid machinaretur, excerptor quidem non enotavit, sed sponte patet regem non Doriensibus, sed suæ ipsius potestati voluisse prospicere. Tum igitur Dorienses τὰ καθεστῶτα omni contentione tuebantur, tantumque aberant ut antiquanda illa ἰσονομίᾳ allicerentur, ut violentiæ malæque fidei regem τὸ ἰσόμοιρον jam non amplius tolerandum esse censentem accusarent; denique tollere ipsum regem, et suo quisque loco manere, quam in unam regiam coacti unius viri arbitrio se committere malebant. — Ib. lin. 15 οὓς τότε] οὕς ποτε scripsit Feder., male. — L. 18. ἐτιγνάσατο] ἐτιγνεύσατο Feder. in cod. legit; non ego. Verbum τιγνάζειν habes etiam infra p. 395, l. 12.

Pag. 380, fr. 49, l. 2. — Κατέλιπε] κατέλειπε male Feder. et contra cod. — L. 5. Δαμοννὼ] Δαμανὼ Feder. ex marg. — L. 6. μοιχευθεῖσα] μοιχηθεῖσα tacite Feder., quasi ita codex. At μοιχεύειν, non vero μοιχᾶν habes etiam infra fr. 61, l. 5. — L. 10 φάρμακα] φάρμακον tacite Feder. Pluralis non erat mutandus propterea quod singularis l. l. usitatior foret. — L. 36. Σπέρμῳ] Σπέρμῃ tacite Feder. Codex bis habet dativum Σπέρμῳ, semel nominativum Σπέρμης; adeo ut de genuina nominativi forma possit dubitari. Ceterum ipse quoque malim formam Σπέρμης. — L. penult. ἠράσθη] Optime Dübnerus correxit : τὴν θυγατέρα... ἠγάσθη, collat. p. 313 lin. 3 ab ima.

Pag. 381, lin. 5. — Οἶκοι ἀναπεισθεὶς] ἦκοι ἀν. Feder tacite. Idem conjecerat Piccolo. Possis etiam οἶκοι ἀναπεισθείς. Illud tamen malim. Quamquam etiam negligentiorem codicis orationem licet defendere. — L. 13. διαπέπρακται] in διαπεπρᾶχθαι absque causa mutavit Feder. — L. 19. χειμένην] χείμενον Feder., absque sensu. — Lin. 28. Σπέρμος μὲν] Feder addidit [οὖν], ut passim. — Lin. 38, not. 34. πῶς; Σπέρμον] vocem cod. παῖς ejecit Federus, addens : « Qualia plerumque monstra tacui. » Quod dolendum.

Pag. 382, l. 5. — ἐβασίλευσε] sic bene cod.; ἐβασίλευε Fed.

Pag. 383, ad not. 38. — De Tylone cf. quæ monet O. Müllerus *Kleine Schriften* tom. II, p. 157 : « Die Athener sollte Triptolemus nach Syrien geführt haben, der auch in den Stadtsagen des benachbarten Kleinasiens viel vorkommt, wo man einen Lydischen Gott oder Dæmon *Tylos* in diesen Eleusinischen Heros der Agricultur umdeutete. V. Annali dell' istit. di corrisp. archeol. tom. II, p. 157. » — L. 14 Σύραν] sic cod.; Federus tacite Συρίων, quasi eo careri non posset. — L. 18. ἀποχωρήσαντος] sic cod., non ἐπιχ., ut Fed. — L. 29. τοῦτον ἐλθόντα] iterum οὖν, et h. l. tacite, interposuit Fed.

Pag. 384, l. 14. — Ἐχθρὸν πατέρων] ἐχθρὸν πατρῷων tacite, ceterum bene dedit Federus. Idem vel ἐχθρῶν πατέρων proposuit Piccolous. — Paullo post Federus vocem ἀποδείξει absque ratione mutavit in ἀπέδειξε. Deinde vero pro ταῦτα λέγων bene correxit ταὐτὰ λέγων. — L. 20. [γαμεῖν] ἔμελλε] Dübnerus scrib. censet ἔγημε, quod majusculis literis exaratum facillime abire potuerit in ἔμελλε. Federus supplet ἀγαγέσθαι. — Ibid. Ἀρωάσσου] Hoc Federus mutavit in Ἄρδυος, quia Mysiæ ille rex aliunde non notus Ἀρδύνιον condi-

disse dicitur. Fortasse igitur simili modo corrigendi sunt qui Antiochiam a Seleuco non vero ab Antiocho, et Arsinoen a Ptolemæo, non vero ab Arsinoe conditas esse dicunt. Ceterum ex Arcadii præcepto oxytone scribendum est Ἀρνωσσός, sicuti Βηρωσσός, Κηρωσσός. — Lin. ult. ἡ δὶ] ἡ δὴ tac. Feder.

Pag. 385, l. 1. — Τοὺς φίλους] τοῖς φίλοις κοιν. bene emendavit Feder. — Lin. 21 interpunge : ἡγνόει μάλιστα, τοῦ κτλ., uti Dübnerus et Feder., nisi malis cum Piccoloo legere : ἡγνόει, μόλις ποτὲ τοῦ κτλ. — Lin. 5. θεὸς] Præstaret ὁ θεὸς, monente Piccoloo; sed constat sibi excerptor p. 388, fr. 54, l. 14. — Lin. 30. Αἶξον] Malim cum Piccoloo legere Αἶξω.

Pag. 386, l. 9. — Κατορύξαι] κατορύξειν dedit Feder., uti est supra p. 385, l. 32. — Lin. 15 ita Federus : [πῶς ἔχοι] πῶς τε δεινοίη.

Pag. 387, fr. 53. — Ὅτι Ἴωνες] Φωκεῖς reponendum esse censet Federus. Idem lin. 7 post ἡγεμόνας αὐτῶν ex conjectura paullo audacius intulit nomina Φιλογένην καὶ Δάμωνα. Scilicet de bello ab Ionibus contra Orchomenios gesto non constare dicit. Deinde miratur prolem Ionum spuriam et a legitima prole pulsam postea tamen cum Ionibus in Asiam trajecisse. Censet igitur Iones illos excerptoris deberi oscitantiæ. Deinde, « Hoc itaque concedentibus, inquit, anquirendum diligentius cujusnam gentis nomen pro falso huic Ionum substituendum videatur, relinquo; sin quid mihi conjectura tentandum sit, haud scio an finitimos Orchomeniis Φωκεῖς postliminio restituendos censeam, quippe de quibus, si Delphos excipias, omnibus Pausanias 7, 2, 2. (Φωκέας ἀποδάσμιοι Herodoto I, 146 audiunt) admixtos Ionum expeditioni socios, acceptis a Philogene et Damone (quorum Strabo tantummodo priorem habet) navibus, eisdemque ducibus constitutis, Phocæam non armorum vi, sed pactione cum Cumæis facta condidisse auctor est. Quæ sane omnia prorsus iis convenire fatendum est, quæ hic de exulibus nothis, quorum patres eclogarii vel librarii culpa Ἴωνες audiunt, explicatius narrata habemus; adeo ut ad hæc ἡγεμόνας αὐτῶν προστησάμενοι illorum potius apud Pausaniam ducum nomina quam τοὺς Κόδρου παῖδας vel Νηλείδας excidisse suspicer. » Hæc Federi conjectura probabilitatis aliquid habet ex iis quæ sub finem fragmenti leguntur, ubi Vatias postquam Cumæorum tyrannum nothorum istorum auxilio devicerat, εὐθέως τὰς πρὸς Φωκαέας (Φωκέους cod.; Φωκαίους Feder., latinum nomen græco substituens) συνθήκας ἠξίου ἐμπεδοῦν, ἃς ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ἐλευθερίας συνέθετο· οἱ δ' ἐπείσθησαν καὶ τῆς γῆς ἔδοσαν. Etenim Phocæorum in antecedentibus nulla facta mentio est, adeo ut ipsi illi advenæ intelligendi videantur, atque verba interpretanda sint hunc in modum : « Statim curavit ut rata fierent pacta, quibus libertatem Phocæensibus illis nothis promiserat. Obtemperarunt Cumani et regionis suæ partem illis dederunt. » Sed ne quid certius contendamus, eo impedimur, quod aperte excerptor Nicolai narrationem in breve contraxit. Nam primum non liquet quinam sint ἐκεῖνοι, quibuscum pacta iniisse nothi dicuntur; nam in antecc. de uno Vatia sermo est. Deinde nescimus quid sibi velint verba ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ἐλευθερίας. Nihil enim præcedit de libertate amissa. Hinc igitur suspiceris agmen nothorum, quod a Cumæorum regione Mennes tyrannus arcuerat, in potestatem venisse Phocæorum, qui socii erant Cumæorum. Deinde Vatia in Mennem fratrem conspirante, inter hunc et Phocæenses convenisse, ut nothi illi pro auxilio suo libertati redditi partem agri acciperent Phocæensium, qui ipsi suos agros a Cumanis acceperant. Jam quod nothi isti dicuntur *Iones* fuisse, offendere sane possit; attamen, ut nunc res habet, a mutando abstinendum esse dixerim. Nam historiam Ionum, inde ab illo tempore quo Peloponneso expulsi in Græciam migrarunt, usque ad emigrationes eorum Asiaticas, prorsus ignoramus. Ac per se parum probabile est totam istam nationem per illud tempus inter angustos Atticæ terminos sese continuisse. Fierique potuit ut pars eorum se adjungeret Æolensibus Bœotis, qui tum ex Thessalia ejecti in Bœotia ad lacum Copaidem novam Arnen cum Itoniæ Minervæ cultu condiderunt, atque hinc regna Thebanorum et Orchomeniorum everterunt. Spuria vero proles illa Ionico-Orchomenia e Bœotia pulsa in Atticam se contulerit, quod jam olim Orchomenii a Thracibus ejecti eo commigraverant (v. Hellanici fr. 71, tom. I, p. 56). Hinc deinceps quum iterum emigrandum esset ob locorum angustias, quid mirum illos in easdem oras enavigasse, quas reliqui Iones et qui variis e gentibus iis admixti erant, iteratis itineribus appetebant. Ceterum si quid peccatum a librario est, equidem Ionibus substituerem Æoles Itonios, non vero Phocenses, quos tunc non tam bello Orchomenios petisse, sed una cum illis Æoles illos Thessalicos tanquam hostem communem coercere studuisse consentaneum est. — Ib. l. 12. τὸ [δὶ] μεταξὺ] τὸ δὴ μ. dedit Feder.; τὸ διέχον μεταξὺ conj. Piccolo.

Pag. 388, l. 4. — Τοῖς Κυμαίοις] articulus ap. Federum excidit. — Lin. 8. τῆς γῆς ἔδοσαν] τὴν γῆν tacite Feder.; male; ceterum malim μετέδοσαν. — Fr. 54, l. 28. Οἵτινές τε εἶεν] τε omisit Feder. — L. 29. ἐφ' ὅτῳ ἥκοιεν] ἐφ' οἵῳ ἥ. tacite Feder. — L. 31. τοῦ Ἀχαδάμαντος.., ὅστις αὐτοῖς εἴη ὁ Ἀχαδά-

μας]. « Haud dubie scribendum ὅστις ΔΙΙΙΟΤΕ τίη, ex quo sic obscurato ΑΙΙΤΟΙC ortum αὐτοῖς. » Dübner, acute, uti solet. Ceterum v. αὐτοῖς h. l. non molestum; et particula ὁήποτε vel ποτε etiam carere licet, ut in noto illo Euripidis Ζεὺς, ὅστις ὁ Ζεύς et similibus.

Pag. 389, lin. 16. — προσεῖπεν] lege προεῖπεν cum Federo et Piccolo. Nihil mutaveram ob locum Euripidis Iph. Taur. 370; sed ibi quoque nunc προεῖπας pro προστεῖπας repositum est. — Fr. 55, lin. 6. ἀναδῆσαι] Particulam ἀν addit Feder., qua non opus. — Lin. 8. παλαί' ἄττα] Hoc Dübnerus mihi proposuerat. Fortasse illud ἄλλα ortum ex dittographia vocis ἄττα. Cf. infra Add. ad p. 402, lin. 8. Contra Federus : « Illud πρόβατα, sane post ἄλλα ἄττα inficetum, pro glossemate recidas. » Quod non assequor. — Lin. 9. αἱ δὲ διὰ τοῦτο] ὡς δὲ διὰ τοῦτο tacite maleque Feder. — Lin. 10. ἐγίνετο] ἐγένετο tacite Feder. Imperfectum, quod codex habet, unice aptum. — Lin. 19. Ἰτώνῳ] Ἰτωνίῳ Feder.; fort. typothetæ culpa.

Pag. 391, fr. 58, lin. 7. — ἐπὶ τοῦτο] Lege ἐπὶ τούτῳ, auctore Dübnero. — Lin. 14. πολλῶν διαφέροντα] πολλῷ δ. conj. Piccolo; [τῶν] πολλῶν δ. scripsit Feder.

Pag. 393, fr. 60, lin. 3. ὧν Εὐαγ.] ὧν se addidisse Feder ait; at est in codice. Ibidem pro ἐξαγαγὼν ap. Federum legitur ἐξάγων. — Lin. 10. lege ἐπιθοῖντο pro ἐπίθοιντο. Ib. post v. βασιλεύοντα Federus addidit ἂν, bene.

Pag. 394, lin. 4. — Ὅστις ἦν Γόργου] V. ὅστις Federus in apographo suo omisisse videtur; quare conjecit : καὶ Γόργου μὲν ἦν. — Lin. 16 pro corrupto ἐστρατεύσατο Piccolo fuisse censet ἠύτρεπίσατο. — Fr. 61, lin. 3 lege [ἃς] οὐ λάθρα, uti censent Piccolous et Federus. — Lin. 11 pro αὐτὸν ὁράσαντα lege cum Dübnero ἂν τὸν ὁρ., vel simpliciter τὸν ὁρ.

Pag. 395, lin. 3. — Ὁ Ἰσόδημος] ὁ om. Feder. — Lin. 6. θανόντι ὑπὸ τἀδελφοῦ] ἀποθανόντι ὑπὸ ἀδ. tacite Fed. — Lin. 23. Feder. conjecit : θύειν αὐτῷ καὶ τὰ ἱερὰ [ῥέζειν], idque probabiliter. — Lin. 32. στράτευμα] στρατὸν Feder.

Pag. 398, lin. 7. — Παρέχοι] leg. παρέχῃ, auctore Piccolo. — Lin. 28 leg. Ἀρτεμβάρεω, uti est in ima pagina, pro Ἀρτεμβάρου. Monuit Dübnerus.

Pag. 399, lin. 5. Μεγάλῳ ὄντι] μέγα φρονοῦντι conj. Piccolo.

Pag. 400, l. 3. — Cum Dübnero leg. videtur [δ] οἰωνισάμενος. Eodem jubente, lege paullo post ποδαπὸς [τὸ] γένος. — Lin. 7. Οἰβάρας] Ubique reponendum Οἰβάρας cum spiritu aspero. Vide Appendicem in Piccoloi edit. fragm. Nicolai, ubi M. E. Burnouf., vir celeberrimus, quem Piccolous consuluit, fusius de hoc nomine exponit. Etenim Οἰβάρας Zendica lingua Zoroastri foret *hubára*, i. e. *afferens bonum*, ἀγαθάγγελος; Indice idem nomen scriberetur *subhára*, quibus respondet nomen *Sœbares* pro OEbares apud Justinum. Præterea Burnoufius monet vocem *hubára*, *afferens bonum*, tropice etiam significare posse *fortunam*, *potestatem*, πλοῦτον καὶ δύναμιν, utpote quæ bonorum auctores sint. Quare Piccolous in verbis ὥσπερ καὶ τοὔνομα λέγει excidisse censet verba τοῦ ἀνδρὸς s. τοῦ ἀνθρώπου. Alias hæc pertinerent ad vocem, quæ fumum equinum Persarum lingua significat.

Pag. 401, l. 1. — Ἐνασυλώτατος] ἐναισιμώτατος conj. Piccolo, ἐναμιλλότατος vel εὐβουλότατος Dübner. — Lin. 10 ab ima. προελθόντα] προελθόντες scribi vult. Dübner.

Pag. 402, l. 8 — Ἄλλα ὅπλα] Alterum utrum ex dittographia ortum esse recte procul dubio statuit Dübnerus. Cf. p. 389, fr. 55, lin. 8. — Lin. 29. ἑπανίοι] l. ἑπανίῃ, auctore Piccolo.

Pag. 403, not. 47. — Αἴπολον κακὸν conj. Dübnerus.

Pag. 404, lin. 27. — Περὶ αὐτὸν] l. π. αὑτὸν; monet Piccolo. — Ib. l. 8 ab ima Dübnerus ita legi vult : ἢ [νικήσασιν ἢ] ἡττηθεῖσι.

Pag. 405, lin. 19. — Διὰ μέσου δὲ διεξιέναι] δ. μ. δὲ μηδένα διεξ. conj. Piccolous; δ. μ. δὲ διεξιεῖσι Dübnerus.

Pag. 406, lin. 24. — Ὠφέλουν] lege ὠφελοῦντο, corrigente Piccolo.

Pag. 408, not. 10. — Ὡς μὴ συναπόληται leg. censet Piccolo.

Pag. 413, lin. 33, not. 22. — Ἀποίκων] an ἀπειρηκότων? Piccolo.

Pag. 430, cap. 6 vers. fin. : — cum Piccolo leg. censeo : ὡς μὴ τὴν δίαιταν... μεταβαλὼν τὴν ὅλην ἕξιν κτλ.

Pag. 433, not. 2. — Vulgatam ἐν τῇ μετὰ ταῦτα (sc. ἡλικίᾳ) recte, opinor, tuetur Piccolo. Idem linea sequente pro ἐν ἔργοις mallet ἐπ' ἔργοις.

Pag. 434, fr. 101, lin. 2. — Nisi plura exciderint, fortasse legendum esse Piccolo censet : ἄγων ἐν Ἀπολλωνίᾳ vel disertius : ἐν Ἀπολλ. μῆνα μετὰ τὴν ἐκ Ῥώμης ἀποδημίαν. — Lin. penult. διατρίψουεν] l. διατρίψειεν.

Pag. 435, not. 16. — Lege ex Piccoloi correctione : Τιμωροὶ δὲ ἐσ. Κ. προσεδοκῶντο. — Ib. cap. 17, not. 1. Apollodori nomen in textum reposuit Piccolo.

Pag. 436, not. 11. — Οἵ τε τῆς] εἰ καὶ μὴ τῆς scr. Picc.

Pag. 437, cap. 18, lin. 3. — Ἐποίει] ἐπῄει Piccolo; recte, puto. — Ibid. post not. 3. Pro ἀπέ-

στειλε leg. ἐπέστειλε, monente Dübnero. — Ib. post not. 5. Piccolo scripsit, φανεῖσθαι, τοσοῦδε ὀνόματος καὶ ἀρχῆς [οὐ] παραχωρήσων.

Pag. 438, lin. 6. — Τῶν συμπάντων] l. τῷ σ., corrigente Dübnero. — Not. 8. « Fort. leg. φίλων τινὲς ἃ καὶ » Piccolo. — Not. 9. « Fort. leg. : κἀκείνους [προάγειν] εἰς τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ἐπέξοδον, ἄλλως τε καὶ τοῦ ὀνόματος [αἰωνοῦ] μεγάλου [ὄντος] » Id. Post not. 10. Συναγωνίζειν] ἀναπαινίζειν conj. Dübner. — Lin. 3 ab ima : ὅπως] ὁποῖα Dübner. ὁπόσα Piccolo. — Lin. ult. οὔτε πρότερον] l. οὔπω πρ. cum Dübn., vel οὔποτε πρ. ut Piccolo.

Pag. 439, lin. 4. — Κάσσιός τε καὶ] dele τε, mon. Picc. — Lin. 8. « εἰρήν βίον εἶχον nihil sunt nisi εἰρηνικὸν εἶχον : nam in vetustis codicibus βι et ιν figuram habent inversi *ιυ*, sic ut in altero medius ductus emineat altior. De ceteris talem conjecturam propono : ἐκείνου δὲ ἡττηθέντος, γενόμενοι ὑπὸ Καίσαρι, τὸ ἀπ' αὐτοῦ εἰρηνικὸν εἶχον ἀδεὲς, πράως καὶ φιλανθρώπως προσαγομένου ἕκαστον· τὸ δ' ἐν τῇ διανοίᾳ δύσελπι αὐτῶν ἀφῃρεῖτο ἀμνησίκακος ὢν τὸ ἦθος etc. In quibus πράως καὶ sunt meliora exspectantis, sed ἀδεὲς pro οὐδὲ repositum exemplo nititur, cap. 31, not. 2, ubi οὐδεὲς codex pro ἀδεές, et cap. 30, not. 1, ubi ὁρῶν pro ὁρῶντα. » Dübnerus. Ex his proficiens Piccolo ita scripsit : τὸ ἀπ' αὐτοῦ εἰρηνικὸν εἶχον ἀδεὲς· [ὡς] οὐδεὶς γὰρ ἄλλος φιλανθρώπως προσαγόμενος ἕκαστον, τὸ ἐν τῇ διανοίᾳ δύσελπι αὐτῶν ἀφῃρεῖτο, ἀμνησίκακος ὢν τὸ ἦθος κτλ.

Lin. 33. Ἀσμενοί τε ἂν] ἄσμενοι κατέπλευσαν scripsit Piccolo. — Lin 3 ab ima. ἀλλ' ὧν] ἀλλ' οἷον scripsit Piccolo Linea seq. pro ἤχθοντο τὸ... σεσῶσθαι πεποιηκότι, Dübner. et Picc. ἤχθοντο τῷ... σεσῶσθαι. . πεποιηκότος. Quamquam ferri potest quod codex præbet.

Pag. 440, lin. 4. — « Ita scripserim : καὶ μὲν δὴ κἀκείνων (nimirum τῶν κρατούντων [?]) τὰ ἤθη αὐτὰ διάφορα ἤδη ἦν, τῶν τε συστρατευομένων πάλαι ἐν ἰδιωτῶν μοίρᾳ τῶν τε ἡγεμόνων καὶ (hoc deleverim) οὐ τιμῆς μεταποιουμένων τὸ νῦν (τὸ μὲν cod.), ὅτι συγκατετέταχτο εἰς τὸ ἀρχαῖον στρατιωτικὸν τὸ πολέμῳ ἁλοῦν etc. » Dübnerus. Piccolous vero ita locum constituit : καὶ μὲν δὴ κἀκεῖνα τὰ ἤθνη αὐτῷ διάφορα ἤδη ἦν, τῶν τε συστρατευομένων πάλαι ἐν ἰδιωτῶν μοίρᾳ [ὄντων], τῶν δὲ ἡγεμόνων οὐ τιμῆς μεταποιουμένων τὸ νῦν, ὅτι συγκατατέταχτο κτλ. Quorum illud τὰ ἤθνη perelegans conjectura, cui tum ex aliis scriptoribus patrocinari possis (v. Steph. v. ἔθνος), tum etiam ipso Nicolao; nam paullo infra paucis comprehendens auctor classes vel, ut cum Cicerone dicere licet, *nationes* eorum, qui Cæsari irascebantur, similiter utitur verbo φῦλα : Παντοδαπὰ οὖν συνίστη φῦλα ἐπ' αὐτὸν κτλ. Ceterum etiam sic, non Nicolai, sed excerptoris verba nos habere puto : nam illud κἀκεῖνα ad præcedentia referri usus communis postulat. Fortasse Nicolaus in hanc fere sententiam scripsit : καὶ μὲν δὴ κἀκεῖνα τὰ ἔθνη (δεινότατα διετέθη vel potius διετίθη πρὸς) αὐτόν· διάφορα [δὲ] ἤδη ἦν [καὶ τὰ] τῶν κτλ. — In sequentibus nolim suppleri ὄντων, quum non de exauctoratis militibus, sed de gregariis, qui inde a longe tempore militabant (συστρατευομένων πάλαι), sermo esse videatur. Denique τὸ μὲν nescio an non mutandum sit in τὸ νῦν; facilis enim conjectura est post τὸ μὲν ὅτι etc. excidisse alterum colon : τὸ δὲ ὅτι etc. Quæ servata sunt, spectant querelas gregariorum; quæ exciderunt de ducibus erant. — Ib. not. 16. ὑποτιμωμένων] sic Nicol. p. 435, cap. 17, lin. 2. ὑποτεινομένων Piccolo, quod propius a traditis abest. — Ib. cap. 20, not. 1. [ἄλλας] ἐπ' ἄλλαις] sic Nicolaus etiam p. 449, lin. 6 ab ima; ἐπαλλήλοις eleganter conj. Dübnerus.

Pag. 441, l. 5. — Τόσον] l. τοιόνδε ex conj. Dübneri. Καινοτόμον conj. Piccolo. — L. 8 δὲ πάνυ] δὴ π. mavult Dübn. Deinde debebam πρὸς αὐτὸ cum Piccolo vel τοῦτο. In lat. leg. *id vero Romanis.., suspectum esse solet.* — Lin. 10. ἐπαλθ. δὲ] an δὴ? *Picc.* — Lin. 17. οὐκέτι] οὔτε Dübn. et Picc. — Lin. 20 ἑρῶντα] cod. hab. εὑροντα, non εὑρόντα. — Ib. lin. ultima, parentheseos signum, quod est post sec. συναρχόντων pone post ν. ἐξηγηγόρει. Monuit Dübnerus.

Pag. 442, lin. 1. — Τίθεται] l. τίθησι; correxit Piccolo; idem orationem aperte contractam fortasse hunc in modum refingendam esse censet... βοῶντος δὲ τοῦ δήμου ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τιθέναι. [Καὶ δὴ ἐποίει· Καίσαρος δὲ ἀγαναχτοῦντος] καὶ ἐπὶ τοῦτον κτλ. Idem de sanitate verborum ἐπὶ τοῦτον dubius. — Lin. 32. τῆς... γλώττης] τῇ γλώττῃ reposuit Picc.

Pag. 443, lin. 4. — Ῥωμαῖοι ἄριστοι] l. Ῥωμαίων ἄρ., mon. Piccolo. — Lin. 20. Συνόντες] συγγνόντες conj. Piccolo. Idem lin. 24 pro βουλόμενοι supplet πεφυκότες. — Lin. 5 ab ima, lege ἐπιθήσονται καὶ ὅπου, auctore Dübner.

Pag. 444, lin. 7. — Verba οὐ γὰρ... αὐτῆς parentheseos signis include, præeunte Piccoloo. — Lin. 29. μάλιστα φίλοις] præstat μ. φίλος, ut Piccolo scripsit.

Pag. 445, l. 5. — Πολὺ μάλιστα] ἤδη μ. Dübn.; πάλιν μ. Piccolo. — Lin. 7. Ἐκίλευσι] leg. ἐπέτευσε ex conj. Piccoloi. — Lin. 19. Τύλλιος] servandum est Τίλλιος, monente Piccolo. — Lin. 23. Piccolo succurrere loco studet interpungendo hunc in modum : καί τι θρασύτερον, εἴσω τὰς χεῖρας ἔχοντος ἐδόκει ὁρᾶν. Idem in nota addit : « Fortasse : εἴσω τὰς χεῖρας ἔλων ἄκοντος. » Malim καί τι θρ. αὐτὸν εἴσω τ. χ. ἔχοντα ἐδ. ὁρᾶν, vel τοῦ εἴσω... ἔχοντος ἐδό-

χαὶ δράσισθαι. — Lin. 20. Ἀμυνόμενος] l. ἀμυνούμενος, Picc. — 42. ε' καὶ λ'] e male exaratis Κ καὶ Γ' orta esse probabiliter censet Piccolo. — Lin. 3 ab ima. φυγόντων] l. φευγ. Piccolo.

Pag. 446, lin. 20. Leg. ἐναντιώσισθαι, corr. Dübn. — 22. Ἀποφανοῦς] ἀφανοῦς conj. Dübn.; ἀπὸ προφανοῦς Piccolo; fort. ἀπὶμφανοῦς. — 29. εὑρεῖαι] μυρίαι conj. Dübn.; εὑριπώδεις Piccolo comparans Plutarch. Cæs. 60. — 35 ἐκεῖ] ἔτι Picc. — 44. l. μεταμφιεννύμενοι.

Pag. 447, l. 11. — Στενὼ] στόνος Dübn.; οἰμωγῇ καὶ στόνῳ Piccolo. — 25. Προφάσεσι] προφάσει Dübn. — 31. Εἴ τι] εἴ τις conj. Dübner. Quod cod. præbet Thucydidium est. — 40. l. ἐβουλεύθη, monente Dübnero.

Pag. 428, 5. — Ὁ χρὴ] ὅτι χ. Piccolo. — 10 comma quod est post Καίσαρος pone post v. μέρει uti Piccolo. — 11. Ἐκείνοις] l. ἐκεῖνοι. Dübn. et Picc. — 36. Dübnerus correxit : φιλότητα καὶ κέρδη ἴδια, [οἱ] δὲ καὶ ν. ἐρῶντες. — Lin. 3 ab ima. πλέονι] πλεονεκτεῖν conj. Piccolo. — Lin. ult. εἰδότες] εἰδότως conj. Dübner. Simpliciter scripserim ἦσαν οἳ παρεκελεύοντο.

Pag. 449, l. 14. — Dele comma post v. Λεπίδῳ. — Cap. 28, l. 6. Πρὸς ἀλλήλους inclusit Piccolo, ut male repetita. — Lin. ult. γενόμενος] γενόμενον... πρὸς ἑαυτὸν Dübner. et Picc.

Pag. 450, l. 2. — Γενόμενον] γέγονε vel ἐγένετο conj. Dübner. Potius ex antecc. male repetita. — 15. ἀνάγοντες] l. ἀνάπτοντες cum Dübn. vel ἀναύοντες cum Piccolo. — 19. ὅπως αὐτῶν τὴν] ὅ. αὐτῷ τινα Picc. — 16. Leg. καταστήσαιτο. — 31. ταραχὴ] ἀρχὴ scrips. Piccolo, cujus vide annot. de his vocibus passim confusis. — 34. Ex codicis verbis τούτους δὲ κομάνους Λεύκιος optime Dübner. elicuit τοὺς δὲ Κομάτους Λεύκιος.

Pag. 451, l. 5. — Τῶν (τε)] τῶν τότε Piccolo. — Cap. 29, post not. 4. Καὶ ταῦτα δοκιμάζων] ταὐτὰ καὶ δοκ. Piccolo; idem mox corr. μεσιτεύσειν. — Lin. penult. Piccolo conjecit οὐ γὰρ ἐγνώριζεν ἔτι.

Pag. 452, l. 11. — Piccolo scripsit : ἅμα καὶ τῇ βουλῇ τὰ πιστὰ φυλάττοι. Mox post ἐκεῖνοι μὲν inseruit οὖν. — 24. l. οὓς δύναιτο cum Dübn. — Cap. 30, l. 5. ἐποιοῦντο] ἐπείθοντο conj. Picc.; ἐπενοοῦντο Dübner. Mox Piccolo γενναίαν δὲ pro γ. τε.

Pag. 453, l. 13 ab ima. — Ὡς οὐδὲ τοὔνομα] ὡς σπουδῇ τοὖν. conj. Piccolo.; ὡς πολὺ τοὖν., vel ὡς οὐδὲ [προσθείη, καὶ] τοὖν. Dübn. — Lin. penult. ἐνδεινον] οὐ δεῖν conj. Picc.; μὴ δεῖν Dübner.

Pag. 454, l. 2. — Που] ποι Dübn. — 6. καὶ ἀστῶν... διελέγετό τε Dübner. — Cap. 31, l. 8 ἐθελῆσαι] ἀφειδῆσαι Picc.; ἐλλογῆσαι. Dübn. De ἔτι ἐξ ἀρχῆς, *jam inde ab initio*, v. Steph. Thes. v. ἔτι p. 2154, B. — Lin. penult., insere τῇ ante ξυνάμει, monente Piccolo.

Pag. 455, 6. — Ἀσφαλὲς] malim τἀσφαλές, ut Piccolo scripsit. — 8. μᾶλλόν περ] μεθ' ὅπλων παραβάλλεσθαι vel πολεμεῖν παραβαλλόμενον Piccolo. — 9. περιωθουμ.] παρωθ. Picc. — 12. τύχης ἀγαθῆς] l. τύχῃ ἀγαθῇ, præeunte Piccolo. — 15. ἦν γὰρ ἐκεῖ ἡ] οὗ vel οὗπερ ἦν ἡ Dübner. — 32. Leg. ἀναλώσειεν. — L. ult. οὐ πάντα] οὐ πάνυ Dübnerus; οὐ πάνυ τι Piccolous.

Pag. 499 ad Chæremonis fr. 4. — Locus Hieronymi (In Jovin. II, 13, Opp. tom. IV, p. 205), quem in nota indicavimus, exscribi meretur. Sic habet : *Chæremon stoicus, vir eloquentissimus, narrat de vita antiquorum Ægypti sacerdotum, quod omnibus mundi negotiis curisque postpositis semper in templo fuerint, et rerum naturas causasque, ac rationes siderum contemplati sint; numquam mulieribus se miscuerint; numquam cognatos et propinquos, ne liberos quidem viderint, ex eo tempore quo cœpissent divino cultui deservire : carnibus et vino se semper abstinuerint, propter tenuitatem sensus et vertiginem capitis, quam ex parvo cibo patiebantur; et maxime propter appetitus libidinis, qui ex his cibis et ex hac potione nascuntur. Pane raro vescebantur, ne onerarent stomachum. Et si quando comedebant, tusum pariter hyssopum sumebant in cibo, ut escam graviorem illius calore decoquerent. Oleum tantum in oleribus noverant, verum et ipsum parum, propter nauseam et asperitatem gustus leniendam. Quid loquar, inquit, de volatilibus, quum ovum quoque pro carnibus vitaverint et lac? Quorum alterum carnes liquidas, alterum sanguinem esse dicebant, colore mutato. Cubile iis de foliis palmarum, quas baias vocant, contextum erat; scabellum acclive et ex una parte obliquum* (ξύλινον δὲ ἡμικυλίνδριον εὖ λελεασμένον Porphyr.), *in terra pro pulvillo capiti supponebant, bidui triduique inediam sustinentes. Humores corporis, qui nascuntur ex otio et ex mansione unius loci, nimia victus castigatione siccubant.*

Pag. 499 *b*. — Post locum e Tzetz. Chil. petitum adde hæc : Tzetzes Exeg. in Il. p. 146, 12 : Περὶ τῶν Αἰθιοπικῶν γραμμάτων Διό... (Διόδωρος?) μὲν ἐπεμνήσθη καὶ μερικῶς εἶπεν, ἀλλ' ὥσπερ ἐξ ἀκοῆς ἄλλου μαθὼν καὶ οὐκ ἀκριβῶς αὐτὸς ἐπιστάμενος· [εἰ δὲ] καί τινα τούτων κατέλεξεν ὥσπερ ἐν οἷς οἶδε, παρρησιάζεται. Χαιρήμων δὲ ὁ ἱερογραμματεὺς ὅλην βίβλον περὶ τῶν τοιούτων γραμμάτων συνέταξεν· ἅπινα ἐν τοῖς προ... (προσήκουσι?) τόποις τῶν Ὁμηρείων ἐπῶν ἀ[κρι]βέστερον καὶ πλατυτέρως ἐρῶ.

Idem p. 123 : Οἱ γὰρ Αἰθίοπες στοιχεῖα γραμμάτων οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' ἀντ' αὐτῶν ζῶα παντοῖα, καὶ μέλη τούτων καὶ μόρια. Βουλόμενοι γὰρ οἱ ἀρχαιότε-

ροι τῶν ἱερογραμματέων τὸν περὶ θεῶν φυσικὸν λόγον κρύπτειν, δι' ἀλληγορικῶν καὶ συμβόλων τοιούτων καὶ γραμμάτων τοῖς ἰδίοις τέκνοις αὐτὰ παρεδίδουν, ὡς ὁ ἱερογραμματεὺς Χαιρήμων φησί. Καὶ ἀντὶ μὲν χαρᾶς γυναῖκα τυμπανίζουσαν ἔγραφον· ἀντὶ λυπῆς ἄνθρωπον τῇ χειρὶ τὸ γένειον κρατοῦντα καὶ πρὸς γῆν νεύοντα, ἀντὶ δὲ συμφορᾶς ὀφθαλμὸν δακρύοντα, ἀντὶ τοῦ μὴ ἔχειν δύο χεῖρας κενὰς ἐκτεταμένας, ἀντὶ ἀνατολῆς ὄφιν ἐξερχόμενον ἔκ τινος ὀπῆς, ἀντὶ δύσεως εἰσερχόμενον, ἀντὶ ἀναβιώσεως βάτραχον, ἀντὶ ψυχῆς ἱέρακα, ἔτι καὶ ἀντὶ ἡλίου καὶ θεοῦ· ἀντὶ θηλυγόνου γυναικὸς καὶ μητρὸς καὶ χρόνου καὶ οὐρανοῦ γῦπα, ἀντὶ βασιλέως μέλισσαν, ἀντὶ γενέσεως καὶ αὐτοφυῶν καὶ ἀρρένων κάνθαρον, ἀντὶ γῆς βοῦν· λέοντος δὲ πρωτομὴ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ φυλακὴν δηλοῖ κατ' αὐτούς, ὠρὰ λέοντος ἀνάγκην, ἔλαφος ἐνιαυτόν· ὁμοίως ὁ φοῖνιξ· ὁ παῖς δηλοῖ τὰ αὐξανόμενα, ὁ γέρων τὰ φθειρόμενα, τὸ τόξον τὴν ὀξεῖαν δύναμιν· καὶ ἕτερα μυρία· ἐξ ὧν Ὅμηρος ταῦτά φησιν. Ἐν ἄλλῳ δὲ τόπῳ, εἴπερ αἱρεῖσθε, ἰδὼν ἐκ τοῦ Χαιρήμονος καὶ τὰς τῶν γραμμάτων αὐτῶν ἐκφωνήσεις Αἰθιοπικῶς εἶπω.

Pag. 530, lin. 5. — Pro τὴν Κύπρον ἐπολιόρκει Droysenius (*Hellenism.* I, p. 343) legendum censet τὴν Τύρον ἐπολιόρκει.

Pag. 534, in not. ad cap. 15 lege : *tom. II, p.* 170.

Pag. 608 *b*, lin. 2. — Post Λούκιος et ante Μάρκελλος excidit : Ἀκίλλιος.

Pag. 623, fr. 59. — Pro Εὐρυόπης legend. puto Εὐρυρρόης, et fr. 60 pro Εὐρυόπης leg. Εὐρώπης. Cf. Hippostrati fr. 1, tom. IV, p. 432.

Pag. 636. — Nulla Charax scripsit Ἰταλικά; nam fr. 21 pro Χάραξ emendandum est Πάρθαξ. V. tom. IV, p. 466.

Pag. 641. — Dele fragm. 26, videque notata ad Parthacis fragm. tom. IV, p. 466.

Pag. 639, ad fragm. 10 et 11. — Adde schol. Aristid. p. 17, 24 ed. Dindf. : Δεῖ δὲ γνῶναι ὅτι ὁ Χάραξ ἱστορεῖ τοὺς Ἀθηναίους ἀποίκους εἶναι τῶν Σαϊτῶν. Ἔστι δὲ Σάϊς πόλις Αἰγυπτίων, καὶ οἰκιστὴρα ἴσχεν Ἐρυχθία (deb. Κέκροπα). Διὸ καὶ διφυῆ προσαγορεύεσθαί φησιν ὄντα δίγλωσσον· ἕτεροι δέ φασιν ὅτι πρῶτος ἐδόξαζεν (ἔδειξεν al. schol.) ἐκ τε γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς τοὺς γεννωμένους παράγεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο διφυὴς ἐδοξάζετο. Περὶ μὲν οὖν τούτου πολλὴ διαφορά. Ἐκ δὲ τῆς ἀποικίας ὠνομάσθαι φησὶ πολιοῦχον τὴν Ἀθηνᾶν· ἔστι γὰρ ἡ Σαΐς Αἰγυπτίων φωνῇ παρ' Ἕλλησιν Ἀθηνᾶ. Καὶ τούτου παράγει μάρτυρα τὸ τὴν Ἀθηνᾶν ἐποχεῖσθαι κροκοδείλῳ πρὸς τῇ ἀκροπόλει, δηλοῦσαν τὴν ἀποικίαν ἐκ τοῦ Νείλου τυγχάνουσαν. — In fr. 10 de origine διφυὴς epitheti Characi vindicatur ea sententia, quam Noster secundo loco ponit.

Idem p. 65, 9, ubi de Areopago sermo est : Ἄριστα δὲ ὁ Χάραξ ιῶ (ἐν η'?) φησὶν ὅτι πάγος πᾶς ὑψηλός ἐστι τόπος... Ἄρης, ὁ φόνος.

P. 656. — Ad locum Theophili adde hæc : Quæ deinde apud Theophilum sequuntur de temporibus imperatorum Romanorum, quum probabiliter ex Chryserote, quem modo auctorem Theophilus adduxerat, depromta sint, exscribere liceat : Ἐκράτησαν οὖν Ῥωμαίων ἐνιαύσιοι, ὡς φαμεν, ἔτεσι υνγ'. Ἔπειτα οὕτως ἦρξαν οἱ αὐτοκράτορες καλούμενοι. Πρῶτος Γάϊος Ἰούλιος, ὃς ἐβασίλευσεν ἔτη γ', μῆνας δ', ἡμέρας ξ'. Ἔπειτα Αὔγουστος ἔτη νς', μῆνας δ', ἡμέραν μίαν. Τιβέριος ἔτη κϐ'. Εἶτα Γάϊος ἕτερος ἔτη γ', μῆνας η', ἡμέρας ζ'. Κλαύδιος ἔτη κγ', μῆνας η', ἡμέρας κδ'. Νέρων ἔτη ιγ', μῆνας ς', ἡμέρας κη'. Γάλβας ἔτη β', μῆνας ζ', ἡμέρας ς'. Ὄθων μῆνας γ', ἡμέρας ε'. Οὐιτέλλιος μῆνας ς', ἡμέρας κϐ'. Οὐεσπασιανὸς ἔτη θ', μῆνας ια', ἡμέρας κϐ'. Τίτος ἔτη β', ἡμέρας ς'. Νερούας ἐνιαυτὸν, μῆνας δ', ἡμέρας ι'. Τραϊανὸς ἔτη ιθ', μῆνας ἕξ, ἡμέρας ις'. Ἀδριανὸς ἔτη κ', μῆνας ι', ἡμέρας κη'. Ἀντωνῖνος ἔτη κϐ', μῆνας ζ', ἡμέρας ς'. Οὐῆρος ἔτη ιθ', ἡμέρας ι'. Γίνεται οὖν ὁ χρόνος τῶν Καισάρων μέχρις Οὐήρου τοῦ αὐτοκράτορος τελευτῆς, ἔτη σλζ', ἡμέραι ε'.

Pag. 696, § 7, lin. 6. — Post verba : Πτολεμαίου λάγου adde : (*deb.* Πτ. Κεραυνοῦ).

Pag. 696, § 8. — Eadem habet Symeon Logotheta in cod. Parisino 1712, fol. 73.

Pag. 704 *a*, lin. 10. — Post verba *Alexippi Larissæus* exciderunt hæc : *Deinde Cleomachides Enei* (sic) *Larissæus.*

Pag. 715, not., lin. 2 ab ima. — Pro *Grypus* lege *Philippus.*

VOLUMEN IV.

Pag. 103, fr. 27. — Eadem ex Prisco exscripsit Joannes Antiochenus fr. 202, qui omnino in hac historiæ parte Priscum sequitur.

Pag. 104, fr. 29. — Postrema hujus fragmenti verba apud Joannem Antiochenum prima sunt fragmenti 204, ubi vide.

Pag. 133, fr. 14. — Pro Δαλίσανδα Joannes Antiochen. fr. 211 habet Δαλίσανδον. Dalisandis in custodia erat Verina Augusta.

Pag. 138. — In codice Parisino 1555 fragmentum exstat, cui titulus est : Εὐσταθίου Ἐπιφανίου Συρίας ἐπιτομὴ τῆς ἀρχαιολογίας Ἰωσήπου, no-

tante Cramero in Anecd. Paris. II, p. 87. Eustathius ille fortasse non est diversus ab historico nostro. Ceterum fragmentum illud quum nonnisi summa capita historiæ Judaicæ paucis verbis indigitet, non erat cur exscriberem.

Pag. 146, not. ad fr. 4, lin. 6. — Nimirum 360 annos habet Suidas v. Ἡράκλειτος; annos 362, quos Meursius e Suida affert, idem grammaticus præbet v. Κωνσταντῖνος ὁ μέγας p. 382, 16, ed. Bernh.

Pag. 181. — Apud Codinum De ædif. Constant. p. 114 ed. Bonn. lego hæc : Τὸ παλαιὸν Πετρίον Πέτρος τις πατρίκιος ἐπὶ τοῖς χρόνοις Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου ἔκτισεν· ὀλίγον δὲ αὐτὸν καὶ Βαρσυμιακὸν τὸν Σύρον, πολλὰς ἀρχὰς τῷ τότε ἀνύσαντα. Hæc, si quid video, ad historicum nostrum pertinent. Igitur parentes ejus e Syria oriundi Thessalonicæ habitaverint. Apud Procopium vero Goth. I, 3 (v. testimon. 2, p. 183) pro Ἰλλύριον τὸ γένος scribendum puto Σύρον (in libris fuerit Σύριον) τὸ γένος. Quo admisso, non est cur ad Niebuhrianam vocis Ἰλλύριον explicationem, quantumvis ingeniosam, confugiamus.

Pag. 269. — Post Menandri fragm. 75 adde hæc : Suidas v. Φᾶσις : Καὶ Φασιανοὶ οἱ οἰκήτορες τοῦ τόπου, καὶ Φασιανοὶ κατάλογοι (cohortes Phasianæ), οἱ ἀπὸ τοῦ Φάσιδος, παρὰ Μενάνδρῳ.

Alexander Balæ, juvenis Smyrnæus, qui Antiochi Epiphanis filiom se dictitabat; ab Attalo II Zenophani traditur, qui e Cilicia eum tempore opportuno in Syriæ regnum duceret, II, *præf.* p. XII, 14. Exercitu mercenario et Ptolemæi Attalique copiis Demetrium Soterem vincit regnoque Syriæ potitur. Regni tempus. A Demetrio Nicatore, D. Soteris filio, ad Antiochiam victus et imperio ejectus est, III, 711, 15; 712, 16. Ejus filius Antiochus, III, 712, 17. Uxorem duxerat Cleopatram, Ptolemæi Philometoris filiam, quam deinde ademit ei Ptolemæus ac Demetrio Nicatori Syriam sibi armis vindicaturo despondet. Antiochenses ab eo deficiunt, auctore Hierace et Diodoto, II, *præf.* p. XVI, 19; prælio victus, Abas in Arabiam fugit, ad Dioclem, cui Antiochum f. tradiderat; ibi Heliadis et Casii proditione interficitur, II, *præf.* p. XVI, 20. Diogenem peripateticum in honore habebat, III, 657. Tanquam filius ejus Alexander Zabina a Ptolemæo Physcone Demetrio Nicatori opponitur, III, 713, 20.

Alexander Zabina, quasi Alex. Balæ filius, a Ptolemæo Physcone in Syriam mittitur, ut regnum sibi vindicaret. Demetrium Nicatorem prope Damascum vincit, III, 713, 20; IV, 524, 4.

Alexander I (*Ptolemæi VII filius junior, qui post fratrem Ptolemæum Soterem II una cum Cleopatra matre regnavit*, 107-89), luxuria diffluens, III, 265, 37. Cf. Ptolemæus IX et X.

Alexander, Hyrcani f., post Aristobulum fratrem rex Judæorum, a Ptolemæo Lathuro ad Jordanem victus, III, 322, 5. 414, 75.

Alexander et Aristobulus, Herodis f., Antipatri fratris calumniis circumventi a patre capite plectuntur, III, 351 sq., 5.

Alexander Severus filiam duxit Martiani; quem deinceps conspirantem interemit, filiamque ejus repudiavit, III, 673, 9. Sub hoc, ut videtur, Carpi stipendia sibi annua solvi postulabant, IV, 186, 8.

Alexander, Placidiæ, Olybrii uxoris, procurator, a Zenone commendatus, IV, 120, 13; eundem Zeno Comitem rerum privatarum fecit, ibid. Cf. De rebus Alexandri Exc. ex Herodiani historia, IV, 593 sq.

Alexander Cytherius, musicus, psalterium perfectius reddidit, III, 482, 77.

Alexander Ephesius, ὁ λύχνος, hist. et geogr., III, 244.

Alexander Polyhistor, III, 206.

Alexander (?), Augusti præceptor, Apollonia in Pergamum patriam redit, III, 435, 17.

Alexander Argivus, Theodori p., III, 704, 2.

Alexander, Thrasymachi Thessali pater, III, 704, 2.

Alexander, Demetrii f., Tianus e Bithynia, longævus, III, 609, 1.

Alexandriæ urbis condendæ locus, quomodo Alexandro indicatus sit, II, 199, a. In recens conditam Judæos etiam congregavit Alexander M., II, 395, 15. Alexandria et Rhodus sub eodem meridiano sitæ, III, 286, 80. Alexandriæ phylæ, quibus Bacchica nomina dedit Ptolem. Philopator, III, 164, 21. Alexandrinorum seditionem dissolvit Horus (453), IV, 101, 22. Alexandrini Hypatiam Theonis phil. filiam discerpunt, III, 176, 87. Ἀλεξανδρεῶται, IV, 584, 52. Alexandrini Andron, Aristonicus, Bathyllus, Chæremon, Isidorus, Lysimachus, Nicanor, Nicander, Seleucus, Timagenes, q. v.

Alexandria, Troadis urbs, IV, 385, 4. Ex ea Hegemon poeta et Hegesianax, q. v.

Alexandria; sic ab Alexandro M. Charax urbs appellata est, III, 478, 44.

Alexandria in Asia a Leonnato jussu Alexandri condita, III, 476, 39.

Alexarchus, Cassandri regis frater, Uranopolim in Atho m. condit; etiam novorum vocabulorum architectus, III, 169, 5.

Alexarchus historicus, IV, 298.

Alexandrides (Anaxandrides) Delphus scriptor, III, 106. ad eum Polemonis epistola, III, 137, 76 *a*.

Alexini philosophi Olympiæ commoratio, vitæque finis, III, 41, 35; IV, 156, 5.

Alexinus dialecticus in Craterum Mac. carmen scripsit, III, 46, 42.

Alexippus, Hippolochi p., III, 704, 2.

Alexis, Epei frater, Elei filius, II, 189, 281.

Alexis comicus primus parasitos in scenam produxit, III, 339, 17.

Alexis Samius, historicus, IV, 299.

Alimata, Lyciæ opp., IV, 133, 2.

Alimus herba famem arcens, II, 33, 19; 40, 18.

Alinda (s. Calynda), Cariæ opp., III, 234, 60.

Aliphani in Italia puteus, IV, 437, 16.

Alipsuri. V. Amilsuri.

Alitemniorum, Libycæ gentis, mos, III, 463, 138.

Allobroges, III, 645, 59.

Allitrochades, Indorum rex, Sandrocotti f., ad quem Daimachus missus est, II, 423, 30; 440.

Allovichus Gothus Eusebium præpositum Ravennæ fustibus necari jubet, IV, 60, 13; occiditur ipse, IV, 60, 14.

Almelon vel Amelon, Babyloniorum rex antediluvianus, II, 499, 5.

Almene (*Armene?*), urbs ad Pontum Euxinum, III, 598, 62.

Alone, insula Cyzicena, IV, 392, 1.

Alope, Locridis urbs, terræ motu læsa, IV, 381, 2.

Alope, in Amazonum regione, postea Zelia, II, 339, 4; postea Lycia, ad Ephesum sita. Ejus mulieres cur sint Amazones vocatæ, IV, 512, 3.

Alopecensis ex Antiochide tribu Aristides, II, 366, 14.
Alorus, Chaldæorum rex ante diluvium, IV, 280, 1. II, 499, 5.
Alpes olim Ῥιπαῖα ὄρη, dein Ὀλβία, postea Ἄλβια, III, 273, 48. Alpium longitudo, III, 323, 10. Ad Alpes habitarunt Hyperborei, III, 289, 90. Circa eas lacus, ad quem calthæ flores, III, 416, 82.
Alphesibœa Baccho Medum parit, IV, 428, 3.
Alpheus fluv., III, 44, 35; ad eum posita columna fœderis Lacedæmoniorum et Tegeatarum, II, 134, 90.
Alpheus, pater Melanthiæ, II, 136, 95. Ex posteris ejus Althephias, II, 135, 94. Alphei et Dianæ ara Olympica, II, 36, 29.
Alphinous, Hyperidis consobrinus, II, 50, 65.
Althæa, Thestii f., mater Deianiræ, III, 165, 21.
Althæis, tribus Alexandriæ, III, 165, 21.
Althæmenes e Creta in Rhodum migrat, ubi templum Jovis Atabyrii condit; patrem Catreum, Cretensium regem, invitus occidit; præ mœrore moritur; post mortem Rhodiis heros, III, 177.
Althephias, ex Alphei posteris, qui vili cuidam nomen dedit, II, 135, 94.
Altus, locus prope Thessalonicen, IV, 509, 2.
Alucius, Apiliutæ f., ex Interaniesia Lusitanus longævus, III, 609, 1. Docurii pater, *ib.*
Alusias (*Lusias*), fluvius in Thuriorum regione, ubi νυμφῶν Λουσιάδων antra, II, 372, 6.
Alyattes Mermnada, Sadyattis pater, Alyattis avus, III, 396, 63.
Alyattes, Sadyattis ex sorore filius, rex Lydorum, III, 396, 63; a Lyde patris sorore ad mitiores mores adducitur, IV, 530. Ejus indoles; Smyrnam expugnat, III, 396, 64. Caribus bellum infert, ad quam expeditionem Crœsus filius ex Adramyttio copias adducit, III, 397, 65. Pater Crœsi et Adramyti, II, 163, 191. Ad eum Corcyræos pueros castrandos mitti jussit Periander, III, 394, 60. IV, 396, 13. Alyattes Thraces colonos in Lydiam advocat, III, 413, 71.
Alybe Homerica in Bithynia sita, III, 495, 45.
Alybe vel Calpe, Herculis columna, III, 640, 16.
Alybia, Athemii f., Recimeri uxor, IV, 617, 209.
Alycus ad Aphidnas a Tyndaridis interfectus, IV, 427, 3.
Alycus, locus agri Megarici, IV, 427, 3.
Amadoco Seuthes insidias parat, II, 154, 161.
Amalchius, oceanus septentrionalis, II, 388, 6 *a*.
Amalthea, Jovis nutrix, III, 156, 42.
Amalthææ cornu, locus prope Hipponium, a Gelone exstructus, II, 479, 41.
Amammenes, rex Ægypti (dyn. XII), II, 557, 560.
Amandra vicus, postea Iconium urbs, IV, 544, 18.
Amantia in Illyria, v. Abantia, III, 30, 1.
Amasea ad Pontum, IV, 134, 6; a Lucullo capitur, III, 555, 54.
Amasias, Aramæi f., Gelamii pater, rex Armeniæ, IV, 285, 12.
Amasis, rex Æg., IV, 552, 27; Inachi æqualis, Anarim exscidit, III, 509, 2. Nitetidem ad Cyrum mittit, II, 91, 11.
Amastrianus Myronianus scriptor, IV, 454.
Amastris Amazon, IV, 385, 9.
Amastris, Oxathris f., ab Alexandro datur Cratero; hoc eam deserente, a Dionysio ducitur, Heracleæ tyranno, cui tres liberos peperit, cujusque post mortem regnum administrat, favente Antigono, et Lysimacho, qui uxorem ducit, et Sardes arcessit; ab hoc quoque deserta redit Heracleam, et Amastrim urbem in Paphlagonia condit, III, 529 sq., 4; IV, 385, 9. A filiis Clearcho et Oxathre mari suffocatur, III, 531, 5. Cædem ejus ulciscitur Lysimachus, 531, 6.
Amastris, Paphlagoniæ urbs, ab Amastride Perside (sec. alios ab Am. Amazone), IV, 385, 9; III, 530, 4; urbem tenet Eumenes, qui eam Ariobarzani tradit, III, 535, 16; a Connacorige (post proditam Heracleam) occupatur; dein Triario ab eo traditur, III, 553, 52.
Amata, Latini uxor; ejus mors, III, 93, 23.
Amathus Cypri urbs, II, 472, 12. Amathusius Creon hist., IV, 371.
Amaurus, pedibus claudus, rex Tenediorum, II, 213, 7, 2.
Amazonum in Asia sedes, III, 315, 3. II, 21, 1. III, 204, 4. II, 339, 4. IV, 512, 3. Nominis etymologia, IV, 512, 3. Amazones ad Thermodontem a matribus generis seriem recensent, III, 597, 58. E Libya in Asiam transierunt; Atlanticum populum in Libya subegerunt; in Asia urbes condiderunt plurimas, II, 9, 9; ab iis dictæ: Ephesus, Anæa, Myrina, Cyme, Elæa in Bithynia, et Thiba ad Pontum, III, 597, 58. Aliarum Amazonum nomina sunt: Tralla, Isocratea, Palla, III, 597, 58, Sanape, II, 348, 2. Sub Eurypyle expeditionem suscipiunt contra Assyrios Mesopotamiæ, III, 595, 48. Contra ipsas expeditionem suscepit Hercules, III, 201, 4, qui regionem inter Mycalen et Pitanen sitam iis concessit, II, 222, 34. Amazon dolo a Theseo abducta, II, 19, 1. Amazones contra Athenienses pugnantes, Antiopen ad Thesei latus pugnantem occidunt, II, 32, 16. Expeditio in Atticam quo anno facta sit, III, 503, 3. Quæ de Amazone Alexandrum conveniente feruntur, ficta sunt, II, 474, 18; IV, 475, 4.
Amazonium in Attica, Bœotia et Bithynia, III, 597, 58.
Ambaron, Persarum castellum, quinque dierum itinere a Circesio distans, IV, 275, 4.
Ambasum, urbs Phrygiæ, III, 233, 49.
Ambatus, Docurii f., ex Interaniesia Lusitanus longævus, III, 609, 1.
Ambracia, Phorbantis f., Mesoli uxor, mater Dexameni, II, 148, 135.
Ambracia, Melanei f., Eurydi soror, a qua urbs Ambracia nomen habet, IV, 344.
Ambracia, Epiri urbs; de ejus possessione coram Cragaleo judice disceptant Hercules, Apollo et Diana. Herculi urbs adjudicatur, IV, 343 sq. Ambraciotæ Apollini servatori sacrificant, IV, 344. Ambraciotæ contra Epirotas bellum gerunt, quod adventu Sisiphidarum ad felicem exitum perducitur, IV, 344. Ambraciam coloniam deduxit Gorgus Cypseli frater (*filius*), IV, 344. Urbis tyranni Phalæcus, Phaylus, Periander; mutationes reipubl., II, 148, 136. Ambraciæ pars Dexamenæ, II, 148, 135. Ambraciota Epigonus, q. v.
Ambrosia Hyas, III, 304, 19.
Ambrosia flos, IV, 357, 6.
Ambrus et Yezidus Caisi fratris Byzantium profecti præfecturam Arabicam administrant, IV, 179.
Ambrus, Alamundari f., tributa sibi debita a Justiniano per Persas postulat (562), III, 216. IV, 211. 216. 220, 15; ad Justinum de stipendiis legatos mittit; nihil obtinet, IV, 223 sq. Camboso fratri jubet ut Alamundari Romanis addicti terram vastet, IV, 225, 17.
Amegalarus, rex Chaldæorum ante diluvium, IV, 280, 2; II, 499, 5.
Amelesagoras Atheniensis, Eleusinius, Chalcedonius, II, 31.
Amempsinus, Babylon. rex antediluvianus, II, 499, 5. 6.
Amenophis (Amenophthis), Æg. rex (dyn. XVIII, 3), II, 573, 50; (dyn. XVIII, 8) II, 573; (dyn. XVIII, 17) II, 573; (dyn. XIX, 3) in Æthiopiam fugit cum Sethe filio, II, 580 sq. Amenophis, pater Ramesses, nocturnis

terroribus ut se liberaret, homines impuros Ægypto pellere statuit. At ipse ab impuris istis sub Mose et Josephio ducibus pulsus in Æthiopiam fugit, relicta uxore gravida, quæ Messenen peperit, qui cladis ultor patrem ex exilio revocat, III, 493, 1. — Amenophis Tanita, rex Æg. (dyn. XXI, 4), II, 590. — Amenophthis rex, Memnonis lapis, III, 522.
Amensis. V. Ameses.
Ameritæ. Vide Homeritæ.
Ameses (Amensis), soror Amenophis, Æg. regina (dyn. XVIII, 4), II, 573.
Amestris Artaxerxis filia et uxor, II, 97, 7.
Amida, munitissima Mesopotamiæ urbs, a Cabade Persa capta, postmodo ab Anastasio restaurata, IV, 142, 6.
Amilcar in Eryce Romanos obsidet, III, 90, 16.
Amillarus, rex Chaldæorum, IV, 280, 1.
Amilmarudachus, Nabocodrosori f., a Neriglisaro genero occiditur, IV, 283, 8. 9.
Amilsuri (*Alipsuri* Jorn.), gens barbara, quæ Hunnorum metu ad Romanorum societatem confugit, IV, 71, 1.
Aminei Thessaliæ vites suas in Italiam transtulerunt, II, 151, 146.
Amisodarus, Cariæ dynasta, cujus filiam duxit Bellerophontes, II, 43, 2.
Amisus, II, 452, 1 *a*. Eo ad Mithridatem Heracleotæ frumentum mittunt, III, 538, 24; urbs a Lucullo et Murena obsessa, III, 606, 12; capta, III, 549, 43. Amiseni Hypsicrates et Tyrannion, q. v.
Amitrochatis Indiæ regis ad Antiochum Soterem epistola, IV, 421, 43.
Ammanitæ a Davide subacti, III, 225, 18.
Ammenemes vel Amenemes, Diospolita, rex Æg. (dyn. XII, 6), II, 560; alius (dyn. XIX, 5), II, 581. Cf. reges Æg. XXXII et XXXIII in serie Eratosthenica, II, 561.
Ammenon vel Almelon, rex Chaldæorum, IV, 280, 1; II, 499, 5.
Ammeres, Diospolita, rex Æg. (dyn. XII, 5), II, 560.
Ammigus (s. Amingus), dux Francorum bellum contra Romanos renovat (561), IV, 204, 8.
Ammites fluv. ad Apolloniam Chalcidicam in Bolben influit, IV, 420, 40.
Ammon Juppiter, II, 166, 206. Ammon (*Amun*) quid significet, II, 613, 75.
Ammon pastor cum pecoribus ex Africa ad Liberum regem in Ægyptum venit, a quo agrum Thebanum accepit. Rei hujus memoria in forma qua Ammon effingitur, II, 332, 6. — Ammon semideus, rex Ægypti, II, 531 *a*. — Ammonis oraculum Lacedæmonii adeunt, IV, 472.
Ammon, geometra, IV, 67, 43.
Ammon, Hipponici cognomen, II, 199 *b*.
Ammoneæ stelæ, quibus vetus de diis doctrina inscripta, III, 564, 5.
Ammonis insula in mari extero, IV, 443, 1.
Ammoniacus sal ex Ægypto in Persiam mittitur, II, 92, 15.
Ἀμμωνάς, navis sacra Athen., II, 121, 49.
Ἀμμωνίς vocatur Libya, III, 238, 17.
Ammus, Cephalleniæ locus, II, 41, 64.
Ammaces, v. Acamnaces, III, 337, 9.
Amolbus, urbs Magnetum, IV, 346, 1.
Amor deus. Ei Samii Eleutheria celebrant, IV, 406; sacra ei faciunt Lacedæmonii et Cretenses, IV, 501, 7.
Amorcesus Nocalius (*Amru 'l Kais, pater Alamundari, avus Ambri, Hierensium rex XVI, ap. Pocock. Spec. hist. p.* 69), e Persia profugus, partem Arabiæ Petrææ et Jotaben insulam sibi subjicit regnumque ibi condit. Fœdus cum Romanis initurus Petrum episcopum Saracenorum ad Leonem imp. mittit, deinde ipse ad imperatorem venit, votique compos et honoribus affectus revertitur (473), IV, 112, 1.
Amorgus ins., III, 644, 44; ferax, II, 218, 19. Olim Pancale et Psychia, et Carcesia; ejus urbes tres, III, 379, 47.
Amos. V. Tuthmosis.
Amosis, Saita, rex Æg. (dyn. XXVI, 8), II, 593.
Amosis rex Æg. priscum in Hithyiæ urbe homines Junoni inactandi morem sustulit, II, 615, 83.
Ampeliotæ, Libyæ gens, donarium quale Delphos miserint, III, 107, 4.
Ἀμπελίτις γῆ quæ ad Seleuciam in Pieria effoditur, III, 277, 64.
Ampelus, Cyrenaicæ regionis urbs, III, 295, 5. Amphiaraus, III, 408, Argonauta, II, 17, 1; coactus contra Thebas egrediens quid Alcmæoni filio mandaverit, III, 305, 23; terra haustus, III, 337, 8; IV, 471.
Ἀμφιαράου Διὸς ἱερόν, non longe ab Oropo situm, II, 256, § 6. III, 44, 36. Ara ad Byzantium, III, 149, 16.
Amphicles, Chiorum tyrannus, IV, 431.
Amphictus, Euboeus ex Hestiæa, post Œnopionem rex Chii insulæ, II, 50, 13.
Amphicrates Atheniensis, historicus, IV, 300.
Amphictyon, Itoni p., III, 234, 53; IV, 339, 1.
Amphictyone, Phthii f., Asterio parit Dotidem, III, 153, 21.
Amphictyones Pythios ludos ob Pythonem interfectum instituunt, II, 189, 282. Solonis auctoritate bellum Cirrhæis indicunt, II, 184, 265.
Amphidamas, Arcas, Ereuthalionis pater, IV, 318, 2. Clesonymi pater, III, 33, 35.
Amphilochi, opp. Lusitaniæ, III, 301, 5.
Amphilochus in Lusitania diem obit, III, 301, 5.
Amphilochus puer, Olenius, ab ansere amatur, II, 314, 36.
Amphilochus historicus, IV, 300.
Amphilochus quidam, II, 318, 47.
Amphimeni Coo cum Pindaro contentio fuit, II, 188, 297.
Amphiphanes, Phegei f., II, 144, 115.
Amphion et Zethus. Eorum historia sec. Cephalionem, III, 628. Quomodo Antiopam matrem liberaverint, III, 365, 14. Amphion ab Apolline lyra donatur, II, 196, 8, vel a Musis, IV, 339, 2. Quomodo intelligenda sit fabula de lapidibus lyræ sonos secutis, IV, 539, 10. Homoloei p., III, 309, 2. Amphion et Zethus Ogygen ad Ogygias portas sepulcro condunt, III, 309, 2 *a*.
Amphion Thespiensis historicus, IV, 301.
Amphipolitæ, Chalcidensium colonis in urbem receptis, plerique ab his ejecti sunt, I, 154, 160.
Amphipoli a Perseo thesaurum conditum esse finxit Andriscus, II, *præf.* XIV, 16. Amphipolis a Taxile, Mithridatis duce, capitur, III, 542, 31 Amphipolitæ: Zoilus, Sarce, Dizas, Mantis, Cæprœzus, Philippus, q. v.
Amphipolis, Syriæ urbs, III, 237, 99.
Amphirysus sive Ambirysus, Thessaliæ fluvius, II, 7, 2.
Ἀμφισβητήσεως δίκαι ad archontem regem pertinent, II, 114, 27 *b*.
Ἀμφίσκιοι quinam sint, III, 283, 70.
Amphissa, Locridis urbs, unde dicta, II, 145, 120; ab Adræmone condita, *ibid.*
Amphithemis vel Garamas, Acacallidis f., IV, 293, 4; in Libya gignit filios Adyrmachidem, Araraucelam, Byzam (vel Asbytam), Machlyem, Macam, Psyllum, IV, 294, 1.
Amphitres Leodamantem occidit, regnoque Mileti potitur; a filiis Leodamantis, qui Assessum se receperant, victus interficitur; filii ipsius fuga disperguntur, III, 388, 54.
Amphitropensis demus Atticus, II, 620, 6.
Amphitryo, Electryonis cædem ultus, Alcmenen uxorem ducit, II, 23, 1. Praedam inter socios divisit (in bello

contra Teleboas gesto); sibi relinet poculum, II, 67, 1. Pater Herculis, IV, 338, 2. Datum ei de Herculis futura gloria oraculum, III, 369, 20. Ejus bubulci, II, 29, 4.
Amra, Abracaadi f., IV, 547, 11. Pater Mosis et Aaronis, *ib.*
Amram, Clathi f., III, 217.
Amuhia (*Aroita*) Asdahagis Medi f., Nabucodrossori despondetur, IV, 282, 7.
Amulius, III, 74 sqq. 84 sqq. Ejus rex, III, 411. II, *præf. p.* VIII, 6.
Amun, Ammon, ap. Ægyptios quid significet, II, 389, 9.
Amurius (C.) Tiro, e Cornelia urbe longævus, III, 608, 29.
Amus, Cariæ urbs, II, 234, 56.
Amuthartæus, rex Æg. XXXVII, sec. Eratosth., II, 565.
Amyre sive Cittia, Salaminis Cypriorum regis f., ejus sepulcrum, IV, 469.
Amyclæ, II, 627, 11. Amyclæus ager ab Heraclidis conceditur Philonomo, qui ex Lesbo colonos adducit, III, 375, 36. Amyclæensium contra Spartanos bellum, II, 127, 75.
Amyclas, Lacedæmonis f., Leucippi pater, III, 324, 22.
Amyclas et Clinias Pythagorei, Platonem impediverunt, ne commentarios Democriti combureret, II, 290, 83.
Ἀμύντρες in India, II, 424, 30; 423, 29.
Amycus, rex Bebrycum, a Polluce pugilatu victus, II, 19, 9; IV, 548, 15; a Mariandynis occisus, II, 39, 49
Amycus (Amyci heroum), locus ad Propontidem, non longe ab Nymphæo Chalcedonio dissitus, IV, 304.
Amymones, Epiri gens, II, 462, 4.
Amynandri, Athamanum regis, filius Gakrstes, II, *præf.* XVIII, 22.
Amyntæ, Thesprotiæ populus, II, 143, 134.
Amyntas I, Aeropi f., regnat 42 annis; succedit Alexander filius, III, 690; II, 152, 154.
Amyntas II Aridæi f., Amyntæ nepos, Alexandri I pronepos, post Archelaum II vel Aeropum II regnat annum unum; a Pausania ejectus mox redit regnatque annos sex; iterum ejectus iterumque restitutus regnat annos octodecim; succedit Alexander II filius, III, 691. Alter ejus filius Perdiccas III et Philippus II, *ibid.*
Amyntas filius Alexandri I, frater Perdiccæ II, pater Aridæi, privatam vitam egit, III, 591.
Amyntas ὁ μικρός a Derda, quem contumelia affecerat, insidiis appetitur, II, 153, 156.
Amyntas, Cratis f., Pierius, Thessalorum prætor (191 a. C.), III, 703, 2.
Amyntor, Pheretis f., Astydamiæ p., IV, 286.
Amynus in Phœnicum mythologia, III, 567, 8.
Amyrice (vel Amyrus) Thessaliæ urbs. Amyræi primum vocabantur Eordi, deinde Leleges et Centauri et Hippocentauri, II, 465, 5.
Amyrus. V. Amyrice.
Amyrtæus, Æg. rex XXIII sec. Eratosth., II, 558.
Amyrtæus, Saita, Æg. rex (dynast. XXVIII), II, 596.
Amystis in Gangem influit, II, 413, 18.
Amythaon, Cretei et Tyrûs f., III, 302, 3; Melampodis pater, IV, 390, 9.
Amythaonidæ prudentia clari, III, 374, 33.
Amytis (*Amytis*? Amuhia, Euseb.), Astyagis, Mediæ satrapæ, filia, Nabucodrossori Chaldæo despondetur, II, 502, 12.
Amytis. V. Anutis
Anacampseros herba, III, 515, 30.
Anaceum Athen. a Polygnoto pictum, III, 481, 71.
Anacharsis, 7 sapp. unus, II, 244, 28. E Galactophagis Scythis oriundus in Græciam venit, III, 460, 123. Quando Athenas ad Solonem venerit, II, 40, 16; IV, 502, 15. Mysonem convenit, IV, 502, 16.
Anacreon, III, 73, 8. Ejus ætas, II, 279, 23. Poeta in amando puero Polycratis rivalis, IV, 299, 2. Ejus inventum barbitum, III, 3, 5. Anacreontis locus a Posidonio explicatus, III, 277, 67.
Anactorium a Cypseli filio colonis frequentatum, III, 392, 58.
Anacyndaraxes, Sardanapalli pater, II, 180, 253.
Anacus tibicen, IV, 301.
Anadoma, Æthiopiæ opp., IV, 351, 1.
Anæa in Caria, Menelai poetæ patria, IV, 451, 9; ab Amazone dicta, III, 597, 58.
Anagæus (Hunnus), Turcarum dux, ad Bosporum castra habet (576), IV, 247, 43. Utigurorum præf., IV, 247.
Anagastes Ornigiscli f., Istri fl. custodiæ præfectus, IV, 108, 38. Gothorum manum ad deditionem adigit (467), IV, 108, 39. Ullibum (?) Scytham interfecit, IV, 616, 205. Rebellat (476), IV, 216, 206, 2.
Ἀναιδείας χῶρος in Troade, II, 370, 21.
Anaitis, Venus Babyloniorum, II, 498, 2.
Anaitidis statuæ ab Artaxerxe Memnone dedicatæ, II, 509, 16.
Anancastes Rom. ad Turcos legatus, IV, 245.
Ananias, Oniæ f., dux sub Cleopatra regina, III, 491, 3.
Anaphes insulæ incolæ ob perdicum multitudinem emigrare coacti, IV, 421, 42.
Anaplus Byzantii, IV, 150, 22.
Anapus, Siciliæ fl., II, 373, 8.
Anastasius, ex Epidamno urbe ortus, post mortem Zenonis imp., uxore ejus Ariadne atque regno potitur, IV, 141, 3 Longinum, Zenonis fratrem, in Isauriam amandat, IV, 141, 5. Isaurorum rebellionem per Joannem Scytham restinguit, IV, 141, 6. Arabes Scenitas, qui vicinas Rom. imp. provincias depopulabantur, per duces suos clade affligit adeo ut pacem petant, IV, 142, 6. Contra Persas, qui rupto fœdere Armeniam invaserant, duces mittit Ariobindum, Patricium, Hypatem, Appionem, IV, 142, 6 et 7. Avum Nonnosi ad Aretham Saracenorum Chindenorum principem mittit (c. an. 498), IV, 179. — Ejus rerum publicarum administratio, IV, 621, 215 sq.
Anatha sive Tyrus, in Euphrate castellum, III, 590, 22.
Anatole, Indiæ mons, ad Gangem, unde nomen habeat, II, 441, 4 *a*.
Anatolius magister, Juliani in exp. Persica comes, IV, 5.
Anatolius ad Attilam legatus mittitur, cum quo paris conditiones componit, IV, 74, 5; iterum a Theodosio ad Attilam una cum Nomo mittitur (449), IV, 97, 13 et 14 613, 198.
Anaxagoras philos., IV, 101, 6. Calliade archonte Athenis philosophari cœpit (480), II, 362, 2; septem sapientibus annumeratur, IV, 48, 8. Ejus sententia de Homeri carminum argumento, III, 581, 26; de luna, II, 30, 9; de aerolithis, II, 441, 5. Anaxagoras a Democrito reprehensus, III, 582, 33. Ejus accusatores, defensores et condemnatio, III, 163, 14; 43, 31; 243, 141; discipulus Themistocles, II, 33, 1; et Metrodorus Lampsacenus, III, 581, 26. Anaxagoræ cum Sosibio contentio fuit, II, 188, 297.
Anaxander, Thebanorum in Thermopylis dux, IV, 338, 3.
Anaxandrides. V. Alexandrides.
Anaxarchus Eudæmonicus, Alexandri M. adulator, III, 164, 18. Ejus luxuria, II, 308, 14; dictum, IV, 159, 10.
Anaxibia in India Solis amorem fugit, II, 441, 4 *a*.
Anaxicrates, archon Athen., III, 170, 9.
Anaxicrates, historicus, IV, 301.
Anaxilas, Rheginorum tyrannus, II, 173, 228; Olympicis ludis rheda victor, Græcos convivio excipit. Epinicium ei scripsit Simonides, II, 219, 25. Post victoriam Olympi-

cam, monetis clavam et leporem insculpsit, II, 173, 228 *a*.
Anaxilaus medicus, II, 84 *b*.
Anaximander Lampsacenus, II, 67, 3.
Anaximander Milesius, II, 5, 1; gnomonem et horoscopia invenit, III, 581, 27.
Anaximander Milesius junior, historicus, II, 67 *a*.
Anaximenis contra Phrynen oratio Euthiæ tribui solet, II, 354, 5; III, 51, 67; maledicus scriptor, II, 84 *b*. In eum Theocriti Chii dicterium, II, 86 *b*. Archiæ Thurii magister, II, 368, 18.
Anazarba, Ciliciæ opp., patria Asclepiadis hist., III, 306.
Ancæus, Arcadiæ mons, IV, 318, 2.
Ancæus, Lycurgi et Antinoes vel Antiopes f., apud Arcades colitur, II, 133, 89; IV, 336.
Ancæus, Neptuni et Astypalææ f., in Samo agriculturam exercens, quomodo mortuus sit, II, 159, 176. Samii rex, II, 215, 10.
Anchemolus, Rhœti f.; ejus facinus, III, 231, 28.
Anchiale, Iapeti f., a qua urbs cognominis; mater Cydni, a quo fluvius, III, 486, 1; 188, 11.
Anchiale vel Anthilene (?) Apollini Oaxem parit, IV, 476, 1.
Anchiale urbs ab Anchiale condita, III, 188, 11; vel a Sardanapallo, II, 305, 5.
Anchialeus fluv. ad Anchialen urbem, III, 487, 1.
Anchialus Parin educavit, III, 303, 11.
Anchialus in Thracia a Gothis vastata, III, 681, 22.
Anchimolius Lacedæmonius contra Pisistratidas missus repellitur, II, 110, 17.
Anchimolus philosophus, strenuus aquæ potator, IV, 418, 24.
Anchises. V. Æneas.
Anchitus Pausaniæ Geloi pater, III, 163, 12.
Ancilia Saliorum, III, 469, 8.
Ancon, γλυκὺς ἀγχών, Sardibus locus dicitur ubi servi Lydorum cum filiabus dominorum ab Omphale inclusi sunt, II, 305, 6; 310, 22.
Ancyra, Galatiæ urbs, unde nomen nacta sit, IV, 312, 13; a Trogmis condita, III, 536, 19. Ibi turbas excitat Marcianus sub Zenone, IV, 137, 1.
Ancyropolis, Ægypti opp., III, 238, 112.
Andania, Messeniæ urbs, III, 574, 14.
Andanis, fluv. Carmaniæ, III, 476, 39.
Andatis, Æthiopiæ opp., IV, 331, 3.
Andigan, Hormisdæ regis legatus, de pace ineunda cum Zacharia, Tiberii legato, confabulatur. Ejus dolus (580), IV, 260 sqq., 60.
Andocides propter hermas truncatos in judicium vocatus absolvitur, II, 75, 1. Andocidis herma, II, 483, 62.
Andonnoballus Herulus apud Claudium imp., IV, 196. 9.
Andræmon Amphissam in Locride condidit, II, 145, 120.
Ἄνδρες Cretensium, II, 131, 88 *a*.
Andria, urbs Elidis, IV, 509, patria Teupali, *ib*.
Andriscus, qui se Persei filium dictitabat, a Demetrio Sotere Romam ablegatur. Ex custodia aufugiens Miletum venit. Quamnam de se fabulam finxerit, et quomodo pervenerit, ut haud parvis subsidiis instructus paternum quod dicebat regnum recuperare tentaverit, II, *præf.* xiiif sq., 16. Assumpto Philippi nomine, per unum annum regno Macedoniæ potitur. Captus vinctus Romam traducitur, III, 702, 13. Cf. Pseudophilippus.
Andriscus, historicus, IV, 302.
Andro, unus e 400 viris contra Antiphontem decretum scripsit, II, 621, 10.
Andro ab Eucle Rhodio pugilatu in Olympia victus, II, 183, 261.
Andro, Ephesius, Teius, Halicarnassensis, Alexandrinus, historici, II, 346; alii, *ibid.* not.
Androcalis, opp. Æthiopiæ, III, 478, 42.
Androclus servus, ejusque leo, III, 510, 5.
Androcottus Phryx, vir mollitie diffluens, III, 152, 14.
Androcydes Pythagoreus, περὶ συμβόλων Πυθαγορείων scripsit, II, 279, 23; III, 6, 19.
Androcydes, Cyzicenus pictor, φιλιχθύς, Scyllam pingit, III, 134, 66.
Androdamas Rheginus Chalcidensibus Thraciis leges scripsit, II, 153, 159.
Andromeas Tenedius scriptor, IV, 304.
Androgeon, Minois f., sub Eurygyæ nomine ludis honoratur ap. Athenienses, II, 22, 3; IV, 339, 16.
Androgyni Libyæ, IV, 352; II, 179, 249. Cf. III, 618, 35; 619, 36; 37, 38, 39.
Andromache et Hector parentes Scamandrii, III, 373, 29. Neoptolemo tres filios parit, III, 338.
Andromachus Carrhenus Crassum Parthis prodit; facinoris pœnas dat, III, 418, 88.
Andromatis in Gangem influit, II, 413, 18.
Andromeda, Perseo parit filios quattuor, II, 28, 1. Cf. IV, 544, 18; rupi circa Jopen affixa, III, 323, 27.
Andronicus Alypius, scriptor, IV, 304.
Androsthenes, Idalii f., Gyrtonius, Thessalorum prætor, (187 a. C.), III, 704, 2.
Anebus, Babii f., Arbeli (vel Chaali) pater, IV, 284, 11; 285, 12.
Anementus, animal in cosmogonia Chaldaica, IV, 280, 1.
Anetussa, Libyæ opp., III, 239, 133.
Anganes, ab Elesbaa Homeritis præficitur, IV, 178.
Angares, Astyagis cantor, Cyri consilia Astyagi inter canendum subindicat, II, 90, 7.
Angues in Troglodytide, III, 16, 20.
Anguillæ Lethonis fluvii, III, 186, 2; Copaidis, III, 192, 1.
Angurus mons ad Istrum fl., IV, 319, 3.
Anicetus, Herculis et Megaræ f., IV, 330, 3.
Anippe, Nili f., Neptuno parit Busirin, IV, 291, 2.
Anima. De ea Dicæarchi sententia, II, 265.
Anio, Italiæ fluvius, unde dictus, III, 230, 26.
Annelotus bellua et semideus ap. Chaldæos, IV, 280, 1; II, 499, 5 *b*.
Annius, Tuscorum rex, III, 230, 26.
Annuli cur in digito qui est minimo proximus gerantur, III, 511, 7.
Annus magnus. De eo variorum sententiæ, IV, 317.
Anobret in mythologia Phœnicum, II, 570, 4.
Anochus, Madianis f., III, 215, 7.
Anadaphus, rex Chaldæorum ante diluvium, IV, 280, 1.
Anolinus, præfectus prætorio Maximini imp., interficitur, III, 673, 13.
Anoyphis, rex Æg. decimus ap. Eratosth. II, 545.
Antæ ad Avares, qui agros ipsorum vastabant, legatum miserunt Mezamerum, quem Avares occidunt (c. an. 560), IV, 204, 6.
Antæa, Prœti uxor, Bellerophontis amplexus petit; repulsam ferens, Bellerophontem ficta accusatione ulciscitur, III, 303, 12.
Antæus Tingi sepultus; ossa ejus effossa vidit Sertorius. Cum Antæi uxore Hercules gignit Sophacem, III, 471, 19. De Antæa fabula explicatur, IV, 539, 13.
Antagoræ poetæ dictum in castris Antigoni Gonatæ, IV, 416, 15.
Antalcidas, Leontis f., Lacedæmonius; probrosæ Græcis pacis auctor; summopere ab Artaxerxe honoratur, II, 94, 28; 296, 11.

Antander, Syracusanus, Agathoclis frater, et rerum ejus scriptor, II, 382.
Antandrus urbs sub Ida sita, olim Edonis et Cimmeris ab incolis appellata, II, 162, 190.
Antenor Græcis Trojam prodit, III, 244. Astyanactem e regno pellit; contra Antenorem vero prospere rem gerit Æneas, IV, 271, 2. Antenor in Italiam trajecit. Ejus comes Opsicelas, III, 301, 5.
Antenor Promnesum Cephalleniæ tyrannum occidit, ipseque princeps a populo creatur, II, 222, 32.
Antenor, historicus, IV, 305.
Antenoridarum collis in Cyrene, III, 337, 9.
Anthana, Laconiæ opp., III, 644, 43.
Anthea, Argolidis urbs, III, 574, 15.
Antheas Lindius; ejus mores et poemata, IV, 477, 2.
Anthedon, Glauci pater, III, 151, 12.
Anthedon. Via Thebis eo ducens; urbis situs, forum; agrorum proventus; incolarum studia, figuræ, ungues; de origine eorum traditio, II, 259, 23. Anthedon, πλεονεξία; sedes, II, 240, 25. Anthedonia vitis ab Antho nominata, II, 135, 94. Anthedonia Myrtis poetria, III, 78, 44.
Anthedonia, vetus Calauriæ ins. nomen, II, 136, 95.
Anthemion Atheniensis, Anyti pater, II, 281, 31 *a*.
Anthemius ad imperium evectus, IV, 109, 40. Pater Marciani et Procopii, IV, 137, 140, 3. Ex ejus ærario magna pars pecuniæ a Leone in bellum contra Vandalos impensæ fluxit, IV, 137, 2. In Romanum patricium injuste animadvertens, Recimerum generum a se alienavit, IV, 617, 207. Hinc seditio, bellumque, in quo Gundubaldi manu imp. interficitur, IV, 617, 209; 119, 10.
Anthemocritus, Aristomachi tyr. parasitus, III, 193, 5.
Anthemoisia, Lyci fluvii f., Dascyli uxor, Lyci regis mater, II, 39, 49.
Anthemusa, priscum Sami ins. nomen, II, 159, 175.
Anthena, Laconiæ urbs, III, 30, 8.
Anthi gens Arcadica, III, 11, 33.
Anthimus melicus, ut Theuderichio favens, a Zenone in exilium agitur (478), IV, 120, 11.
Antium, urbs Italiæ, III, 661, 22.
Antho, Amulii f., III, 75, 2.
Anthropophagi supra Borysthenem, IV, 435, 1.
Anthus, a quo Anthedonia vitis vocatur, II, 135, 94; Hyperetis frater, in Calauria sedem fixit, quæ inde Anthedonia vocata; infans raptus, a fratre investigatur, II, 136, 95.
Anthes, Neptuni f., a Cleomene interfectus, III, 30, 8.
Antheus Halicarnassensis, obses versatus apud Phobum Milesiorum regem, cujus uxor Cleobœa ob contemptum amorem necat Antheum, II, 164, 199.
Antia in Italia unde dicta sit, IV, 527, 6.
Anticlea, III, 19, 2. Ulyssis mater, III, 101, not. II, 147, 130.
Anticles, Theocriti f., II, 86, not.
Anticlides Lacedæmonius, Leonis pater, III, 122, 22.
Anticondylenses in Bœotia, III, 337, 1.
Anticrates Laco Epaminondam occidit; ab eo genus ducunt Machæriones Spartani, II, 192, 3.
Anticyra, Phocidis urbs, IV, 331, 3.
Antigenes ante Calliam archon Athenis, II, 248, 42.
Antigenes archon (407), II, 351, 14.
Antigenides Thebanus tibicen, II, 286, 60. Alcibiadis magister, III, 521, 9.
Antigona, Eurytionis f., Peleo Polydorum parit, IV, 506, 3.
Antigoniam evertit, incolas Antiochiam transducit Seleucus Nicator, IV, 506, 3.
Ἀντιγονίς, navis sacra Athen., II, 121, 49.
Ἀντιγονίς, poculi genus, III, 133, 57.
Antigonus, Philippi f., quam sit provinciam nactus post mortem Alexandri, III, 694, 668, 1. Cyprum oppugnanti auxiliatur Dionysius Heracleæ tyrannus, III, 529, 4. Antigonus filiorum hujus Dionysii curam habet, *ibid.* Theocritum Chium, ob dicteria in regem jactata, interficit, II, 87, *a*. Demonem amat, III, 168, 4; 67, 4; Oxythemidem occidit, III, 168, 4. Contra Seleucum et Lysimachum pugnans occidit vitæ anno octogesimo primo, II, 453, 4; quot annis in Asia regnaverit, III, 706, 1.
Antigonus Gonatas, Demetrii Poliorcetis et Philæ, Antipatro natæ, filius, Gonis in Thessalia educatus, Macedoniæ regnum quot annos tenuerit, III, 700, 8. 696, 8. 703, 1. E Græcia in Macedoniam properat contra Ptolemæum Ceraunum; prœlio navali victus redit in Bœotiam, III, 534, 13. Post necem Ptolemæi Cerauni Macedoniæ regnum occupat, III, 534, 14. Menedemi Eretriensis discipulus; Gallos ad Lysimachiam vincit; ad regem Menedemus se confert, III, 44, 36. Antigonus contra Pyrrhum bellum gerit, locisque nonnullis ei cedere cogitur, III, 703, 1. Contra Antigonum bellum parat Antiochus Soter, III, 535, 18. In castris Antigoni Antagoras poeta, IV, 416. 15. Antigonus, inter tutores filiorum Nicomedis Bithyni, III, 537, 22. Zenonem Cittiensem magni facit, IV, 165, 30. Persæum stoicum Corintho præficit, III, 48, 52. Ejus frater Demetrius ὁ καλὸς qui Cyrenen abiit; filius et in regno successor Demetrius, III, 709, 1.
Antigonus Doson (*Phuscus* macedonice), Demetrii Pulcri et Olympiadis Larissææ filius, post mortem regis Demetrii II uxorem ejus Chryseidem ducit, et tutor Philippi V regnum Macedoniæ administrat per annos novem, III, 701, 10. 696, 10. Ab Arato in Græciam vocatur, III, 23, 4. Achæis auxilians Cleomenem Spartanum vicit, Spartanosque libertate donavit, III, 703, 1. Ejus magister Euphrantus, III, 19.
Antigonus historicus, IV, 305.
Antigonus Judæorum rex ab Antonio securi percussus, III, 494, 15.
Ἀντιγραφεῖς in rep. Athen., II, 113, 25.
Antileo Chalcidensium tyrannus, II, 142, 108.
Antileo, Hipparinum amasium ulciscens, Archelaum Heracleotarum tyrannum occidit; ipse a satellitibus tyranni truncatur; statua ei posita, II, 298, 16.
Antileo historicus, IV, 306.
Antilibanus mons unde dictus, III, 566, 7.
Antilochus historicus, IV, 306.
Antilochus Lemnius, Socratis adversarius, II, 187, 279.
Antilochus poeta, II, 485, 65.
Antimachus, Thrasyanoris f., Deiphontis p., III, 376, 38.
Antimachus Dyspontius, Ol. 4. olympionica, III, 605, 4.
Antimachus poeta, Stesimbroti Thasii discipulus, II, 52 *a*. Lyden amasiam carmine elegiaco cecinit, II, 316, 42. Carmine Lysandrum celebrante ab Nicerato superatur, II, 485, 65. Platonis de Antimacho judicium, *ib.* Antimachi de Homeri patria sententia, II, 58, 18.
Antimachus quidam historicus, IV, 306.
Antimenes, Nelei f., III, 304, 19.
Antimenides Mytilenæorum exulum dux, II, 158, 172. Ei cum Pittaco contentio fuit, II, 188, 297.
Antinoe Lycurgo parit Ancæum et Epiochum, IV, 336.
Antinous, e Bithynio Bithynus, Adriani deliciæ; ejus in Ægypto nex, III, 585.
Antiochiæ ad Daphnen in Syria origines, IV, 468, 4. III, 276, 59. IV, 469. Sæpenumero urbs terræ motibus quassata, IV, 469. Antiochenses ab Hierace et Diodoto excitati ab Alexandro Bala deficiunt, ac Ptolemæo Philometori

regnum offerunt, II, *præf.* XVI, 19. Antiochenses contra Antiochum Asiaticum rebellantes et vi repressi, Philippum, Philippi Grypi f., in regnum reducere instituunt, II, *præf.* XXIV, 34. Antiochiæ Euphorio sepultus, III, 71. Antiochenses ludos Olympicos a Pisaris redimunt, regnante
470 Claudio, IV, 276. Urbis episcopus Calandion, IV, 136, *b*; et Gregorius, IV, 272, 1. Regnante Justiniano urbs a Persis capta, IV, 207, 11.

Antiochia; sic Charax urbs ab Antiocho V appellata est, III, 478, 44.

Antiochia aliquando dicta est Alabanda Cariæ urbs, III, 644, 48.

Antiochia ad Mæandrum. Ibi androgynus natus, III, 618, 35.

Antiochianus, belli Parthici scriptor, III, 649, 13.

Antiochis, tribus Athen., II, 366, 14. III, 117, 7. Ejus pagi Thoræ, Crioa, Colonus, II, 356, 15.

Antiochus, sub Alcibiade classis dux, a Lysandro vincitur, II, 351, 14.

Antiochus Soter, Seleuci Nicanoris et Apames Persidis filius, quot annis regnaverit; ex Stratonice, Demetrii Poliorcetis f., procreat Antiochum Theum, Stratonicen Demetrii III regis Mac. uxorem, Apamen Magæ uxorem, III, 707, 5. Cf. IV, 558, 55. Initio regni Patroclum ducem cum Hermogene legato in citeriora Tauri mittit; per eum cum Heracliensibus fœdus init; in Bithynia autem (a Zipœte) clade afficitur, III, 534, 15. Deinde expeditionem contra Nicomedem Bithyniæ regem instituit, III, 535, 16. 18. 20. Eodem tempore contra Antigonum Gonatam bellum parat, *ibid.* Gallos vincit, III, 71. Amitrochati, Indiæ regi, caricas et vinum mittit, IV, 420, 43. Sostrati tibicinis filios corporis custodibus adscripsit, IV, 416, 13. Ejus (vel Antiochi II) parasitus Sostratus, III, 310, 7.

Antiochus II Theus, Antiochi Soteris et Stratonices f., III, 707, 5. Ejus tempora; decessit Ephesi; e Laodice pater Seleuci Callinici, Antiochi Hieracis, Stratonices, quam Ariarathes duxit, et alterius filiæ, quæ nupsit Mithridati, III, 707, 6. Byzantinis bellum infert, sed quum hosti auxiliarentur Heracleotarum naves, a cœpto destitit (c. 258), III, 538, 23. Ejus præfectus in Parthia Pherecles occiditur, Parthique in libertatem se vindicant, III, 586, 1. Magni facit Herodotum logographum, et Archelaum saltatorem, IV, 416, 13. Ejus amasius Themiso, IV, 488, 2.

Antiochus Hierax, Antiochi Thei et Laodices f.; ejus contra Seleucum Callinicum fratrem natu majorem bella, ceteraque historia, III, 708-710.

Antiochus III Magnus, Seleuci Callinici f., frater Seleuci Cerauni, pater Seleuci Philopatoris et Antiochi Epiphanis; regni tempus; nex, III, 711, 12. Ad eum Agathocles, Ptolemæi V Epiphanis tutor, Pelopem legatum mittit de servando fœdere et societate, II, *præf.* p. XXVIII. Cleopatram filiam uxorem dedit Ptolemæo Epiphani (193), III, 720, 2 not. Gazam obsidet; Scopam Ætolum, Ptolemæi Epiphanis ducem, ad Panium montem in Cœlesyria vincit. De eo prœlio Zenonis historici errores, III, 180 sq. Hannibale consiliario utitur; deinde eum suspectum habuit, III, 98, 6. Ab eo deficit in Armenia Artaxias, II, *præf.* p. X, 9. Cum Xerxe Armenio fœdus et cognationem contrahit, IV, 557, 53. Apud Thermopylas ab Acilio Glabrione victus Elateam fugit; hinc Ephesum trajecit. Futuri ejus casus prodigio nuntiantur, III, 616, 32. Inter duces ejus Buplagus Syrus, qui ad Thermopylas cecidit, *ib.* Antiochus a Romanis in Asia debellatus, II, 539, 26. Scriptores in ejus aula versantes, II, 68 sqq.

Antiochus IV Epiphanes, Antiochi Magni f., Seleuci Philopatoris frater, quamdiu regnaverit; pater Antiochi Eupatoris, III, 711, 14. Ptolemæi Philometoris pueri duces inter Pelusium et montem Cassium prœlio vincit; Memphim adscendit; Ptolemæi rebus se providere dicens Ægyptum sibi subjugavit, III, 720, 2 *not.* IV, 558, 57. Judæorum templum exspoliavit, III, 322, 3. 414, 73. 256, 14. Artaxiam imperata facere cogit (an. 165), II, *præf. p.* X, 9. Antiochiæ fontem vino miscuit, IV, 425, 6. Ejus luxuria, III, 186, 1. Pro filio ejus Attali machinatione venditatur juvenis quidam, cui Alexandri (*Balæ*) nomen inditum, II, *præf. p.* XII, 14. III, 657.

Antiochus V Eupator, Antiochi Epiphanis f., rex Syriæ, duos annos regnat, III, 711, 14. Facie simillimus erat Alexandro cuidam, juveni Smyrnæo, II, *præf. p.* XII, 4. Ejus tutor Lysias, quem interfecit Demetrius Soter, III, 711, 15. Antiochus Characem Mediæ urbem Antiochiam appellavit, III, 478, 44.

Antiochus VI, Alexandri Balæ f., III, 712, 17; quem infantem pater apud Dioclem Abarum in Arabia principem deposuerat, II, *præf.* XVI, 20. Puer apud Iamblichum in Arabia degit, unde in regnum eum reducere instituit Diodotus, II, *præf.* XVII, 21. In regnum reductus postea ab eodem Diodoto interficitur, II, *præf.* XIX, 25. Diogenem Babylonium peripateticum suffocari jussit, III, 657, 1.

Antiochus VII Sidetes, Demetrii Soteris f., Demetrii Nicatoris frater, Sidæ educatus, post captum ab Arsace fratrem regno Syriæ politus regnat annis novem. Judæos debellavit, mœnia Hierosolym. evertit. In expeditione Parthica occumbit; filius ejus Seleucus ab Arsace capitur, III, 712, 18; IV, 561, 66. Tryphonem in Doro urbe obsidet, III, 644, 40. Hierosolyma oppugnat, III, 256, 14. In expeditione Parthica Indaten, Parthorum ducem, ad Lycum fluv. vincit; comitatur eum Hyrcanus, III, 414, 74. Præter Seleucum, quem cepit Arsaces, quattuor habuit liberos, filias duas, quibus Laodices nomen, filios, Antiochum mature exstinctum, et alterum Antiochum cui Cyziceni cognomen, III, 713, 19. Ejus luxuria et violentia, III, 257, 17. 258, 20.

Antiochus, Antiochi Sidetis f., mature exstinctus, III, 713, 19; frater Antiochi Cyziceni, III, 713, 19.

Antiochus VIII Grypus sive Philometor, Demetrii Nicatorio (*et Cleopatræ*) f., fratri Seleuco in regno succedit; Alexandrum Zabinam debellat, undecim annis regno potitus, adventante Antiocho Cyziceno, potestate abdicata Aspendum se confert, III, 714, 21. Mox reversus una cum Ant. Cyziceno regnat usque ad mortem, III, 714, 22. Ejus uxor Tryphæna, Ptolemæi VIII filia, III, 716, 27. Filii quinque: Seleucus, Philippus, Antiochus major, Antiochus minor, Demetrius Eucærus, III, 715, 23, 25 *ibique not.* Heracleonem Beroensem ad summas dignitates provehit; sed pœne ab eo esset regno ejectus, III, 265, 36. Ejus parasitus Apollonius, III, 264, 33. Ludos Daphnenses celebrat splendidissime, III, 263, 31.

Antiochus IX Cyzicenus, Antiochi Sidetis f., apud Craterum eunuchum educatur; terrore Demetrii Nicatoris Cyzicum fugit, III, 713, 19. Postmodum in Syriam reversus primum solus regnat, deinde una cum Antiocho Grypo, postea, defuncto Grypo, iterum solus usque dum prœlio contra Seleucum Ant. Grypi filium victus se ipse interimit, III, 714, 22 et 23. Filius ejus Antiochus Eusebes, III, 715, 24.

Antiochus X Eusebes, Antiochi Cyziceni f., Seleucum, Antiochi Grypi filium, ad Mopsuestiam in Cilicia, et deinde fratrem ejus Antiochum debellat, III, 715, 24, 25. Cum tertio Antiochi Grypi filio Philippo de regno certat; uterque partem Syriæ obtinet; tandem superatus Antiochus ad Parthos confugit, III, 715, 26. (Idem

ab Alexandrinis invitatus, ut in Ægyptum se conferat, ibique regnum cum filia Ptolemæi Dionysi capessat, morbo impeditus diem obit, 716, 26.) Ejus e Selene filius Antiochus Asiaticus, III, 716, 26 *not.*
Antiochus XI major et Philippus, Antiochi Grypi (*et Tryphænæ Ptolemæo* VIII *natæ*) filii gemini; cum Antiocho Eusebe de regno certant; Antiochus prælium committens in Orontem fluvium cum equo delapsus perit, III, 715, 25.
Antiochus XII minor, Dionysus, Antiochi Grypi f., III, 715, 25 *not.*
Antiochus Asiaticus, clade accepta, contemnitur; Antiochensium rebellionem comprimit; contra Philippum, Philippi Grypi f., cui regnum tradere adversarii volebant, Sampsigeramum advocat; is vero dolo Antiochum interfecit, II, *præf.* XXIV, 34.
Antiochus XIII Asiaticus, Antiochi Eusebis et Selenes filius, a Pompeio regnum Syriæ repetens repulsam tulit; ab Alexandrinis, ut in Ægyptum se conferat, invitatus, morbo præventus perit, III, 716, 26.
Antiope, Æetæ mater, IV, 397, 1.
Antiope, Lycurgi uxor, Ancæi mater, II, 133, 89.
Antiopes, Nycteo natæ, historia, III, 618, 6. III, 866, 14. Theseo Hippolytum parit, III, 305, 24. Attrectationem Soloentis Atheniensis repellit et Theseo denuntiat, II, 345, 8.
Antipas, Herodis f., tetrarcha ab Augusto constituitur, III, 354, 5.
Antipater Macedo, Iollæ f.; ejus scripta, II, 338. Summa ejus ap. Philippum regem auctoritas, IV, 357, 3. Macedoniæ, Græciæ, Illyriis, Triballis, Agrianis præficitur, III, 668, 1. Cum Cassandro f. regnum Aridæi et Alexandri administrat, III, 694. Oratores Athen. condemnatos et fuga dilapsos per Archiam investigat, II, 367, 18. Himeræum. Demetrii Phalerei fratrem, interficit, IV, 358, 10. Ejus filia Phila, III, 529, 4; et Eurydice, quam duxit Ptolemæus Lagi, III, 699, 5. Ejus frugalitas; ejus convictu utitur Polydorus Teius melicus, IV, 357, 7; II, 85 *b.*
Antipater, Cassandri filius, III, 694. 697, 3. 703, 1. Thessalonicen matrem interimit; ad Lysimachum, cujus filiam Eurydicen duxerat, confugit; a Lysimacho neci traditur, III, 695, 3. 698, 3. cf. 703, 1.
Antipater, Philippi filius, Antipatri nepos, Meleagro in regno Macedoniæ succedit; 45 diebus post a Sosthene pulsus est, quia ductando exercitui contra Gallos impar erat, III, 699, 6. Etesias appellatur, *ibid.* Postea recuperare regnum studet, 699, 7. 700, 8.
Antipater, e Tio Bithynus, Chrestes p., III, 609, 1.
Antipater, Nicolai Damasceni p., III, 348.
Antipater, Herodis f.; institutum de eo judicium, III, 423 sq., 25; II, 351, 55.
Antipater, archon Athen. (45 p. C.), III, 618, 35.
Antiphellus, Lyciæ urbs, III, 235, 80. IV, 479, 4.
Antiphemus Rhodius, Lacii frater, et Entimus Cretenses Gelam condunt, IV, 342, 5. 319. III, 29, 1.
Antiphon prodigiorum interpres, Socratis adversarius, II, 187, 279.
Antiphontem (contra) decretum scripsit Andron, II, 621, 10.
Antissa, Macarei f., a qua dicta urbs Lesbi, III, 574, 16.
Antissa, Lesbi urbs, II, 574, 16. Antissæi Chios exules, quos in urbem receperant, vi ejiciunt, II, 158, 173. Antissæa in regione Orphei caput jacet; ibi suavior est cantus lusciniarum, IV, 458, 8.
Antissa, una ex Cycladibus ins., III, 574, 16.
Antissa, Indiæ urbs, II, 444, 2.
Antissa, urbs Indica, III, 574, 16.
Antisthenis Socratici de Alcibiade dictum, III, 160, 1; aliud ejusdem dictum, II, 299, 20. Antisthenes in ludis Isthmiis, III, 45, 33. Primus pallium duplicavit, III, 5, 15; IV, 503, 19. Ejus placita, IV, 158, 7.
Antisthenes Meleagridis auctor, III, 79, 6.
Antisthenes Rhodius historicus; alius Ephesius; alius Heracliteus, III, 182.
Antistichus (L.) Soterichus, libertus, e Ravenna longævus, III, 610, 3.
Antistius (L.) Vetus, consul (116 p. C.), III, 619, 38.
Anton, Philisti amator; ejus facinus, II, 142, 107.
Antonia Secunda, Publii f., e Velia longæva, III, 609, 1
Antonini Pii mors, III, 662, 29; indoles, IV, 581, 115.
Antoninus Heliogabalus, patruus Alexandri Severi, III, 673, 9. De ejus historia v. IV, 592, 137.
Antonius Caracalla. V. Caracalla.
Antoninia in honorem Antonini Caracallæ vocatur Byzantium, IV, 153, 38.
Antoninianæ thermæ Romæ, IV, 67, 43.
Antonius, Perpennæ in Sertorium conspirantis socius, II, *præf.* XXIV, 32.
Antonius, Cæsaris collega, III, 443, 22; apud Cleopatram, III, 326; cui Chalcidem in Syria attribuit, III, 725, 9. Antigonum Judæorum regem securi feriri jussi, III, 491, 15. Consul quæ post necem Cæsaris Romæ gesserit, III, 448 sqq.
Antonius (M.), Lucii f., e Placentia urbe longævus, III, 608, 29.
Antonius (T.) e Parma longævus, III, 609, 2.
Antonius (T.) e Rhegio longævus, III, 608, 29.
Antro Coratius, Sabinus, III, 470, 12.
Antyllus excæcatus oculorum usum recuperavit, III, 325, 17.
Antyllus, Quintus, jubente C. Graccho, cujus familiaris erat, in Capitolio trucidatur, II, *præf.* XXI, 27.
Anubis semideus, rex Ægypti, II, 531 *a.*
Anutis (*potius : Amytis*), Xerxis (*Artaxerxis*) soror, Bagazi (*Megabyzi*) uxor, mulier formosissima, et intemperantissima, II, 93, 21.
Anytus, Alcibiadis familiaris, III, 160, 1. In rep. Athen corrumpendorum judiciorum auctor, II, 127, 72. Socratem accusavit, III, 43, 32. Rogationem fecit, ut Herodoto qui historias suas Athenis legerat, decem darentur talenta, II, 360, 1.
Aornum in Adiabene orificium, quod aves supervolare non valent, IV, 294, 7.
Apachnas (*Pachnan*), in Ægypto rex, II, 567 sqq.
Apame Persis, Seleuci Nicanoris uxor, mater Antiochi Soteris, III, 707, 5. Ab ea urbis nomen habet, IV, 470.
Apame, Antiochi Soteris et Stratonices filia, uxor Magæ, III, 717, 5.
Apame, Prusiæ uxor, III, 51, 72.
Apameorum bellum cum Larissæis, III, 253, 5. Apamea urbs, III, 276, 59, olim Mazabda vicus; opus Seleuci Nicatoris, IV, 469. Terræ motu quassata tempore Mithridatis, III, 416, 80. Ejus episcopus Conon Isaurus (sub Anastasio), IV, 141, 6. Urbs ab Adaarmane, Chosrois duce, capta, incensa, cives in servitutem abducti, IV, 275, 4. In ea urbe Euphorion sepultus, III, 71. Apamenses: Tryphon, Posidonius, Numerius, q. v.
Apamea Bithyniæ, olim Myrlea, quam a Philippo V accepit Prusias Zielæ f., qui nomen ei ab uxore Apame indidit, III, 51, 72. A Triario in bello Mithridatico capitur, III, 547, 41.
Apamea in Media urbs, III, 308, 4.
Apappus, Æg. rex XX sec. Eratosth., II, 551.
Apatura, urbs non longe a Phanagoria, IV, 247.

Apaturiorum festi origo, IV, 539, 19.
Apaturius Gallus, interfector Seleuci Cerauni, Syriæ regis, III, 711, 11.
Apellæi (?), III, 106, 2.
Apelles, Melanopis f., pater Maronis et Dii, II, 66, 10. III, 641, 20.
Apelles pictor, III, 516, 31. Artis discendæ causa Sicyonem se confert, III, 120, 17.
Apelles vel Apollas Ponticus historicus, IV, 307.
Apellico Teius, civis Atheniensis adscriptitius, Aristotelis et reliquorum peripateticorum libros emendo et furando corradit; ex Metroo plebiscita et senatus consulta surripiens in furto deprehenditur; capitis periculum fuga evadit; postea tamen redire ei licet; ab Athenione in Delum mittitur; sed ab Orbio Rom. prætore clade affectus vix fuga evadit, III, 269 sq.
Ἀπήνης certamina Olympica, III, 122, 21; ἀπήνη vocabuli origo, III, 122, 21.
Apes chalcoides in Creta, IV, 305, 1.
Apesas heros, et Apesantus mons Argolidis, II, 30, 9.
Ἀφαμιῶται, servorum genus ap. Cretenses, IV, 399, 2.
Apharban Narsæi ad Galerium legatus (297), IV, 188, 13. 189, 14.
Aphareus, pater Idæ, IV, 401, 5.
Aphareus, Hippiæ e Plathane filius, ab Isocrate adoptatus, II, 50 *b*, *not.*
Aphetæ, II, 295, 7.
Aphidas vel Amphidamas Arcas, Ereuthalionis pater, IV, 318, 2.
Aphidas, Oxyntæ filius legitimus, a Thymœte occiditur, III, 386, 50.
Aphidnæ a Tyndaridis captæ, II, 470, 3. III, 118, 10. IV, 427, 3.
Aphormium, in Thespiensium ditione navale, unde Argo profecta, IV, 307.
Aphras, Abraami f., III, 214, 7.
Aphrodisias, Ciliciæ urbs, III, 256, 89. IV, 533, 5. Hinc oriundus Apollonius historicus, q. v.
Aphrodisias insula, III, 100, 3. IV, 477, 3.
Aphrodisium, portus Athen., IV, 430, 4.
Aphrodisius, ab Seleuco I procurator missus in Phrygiæ oppida et quæ Ponto adjacent, III, 533, 11.
Aphusmon, castellum Armeniæ in confiniis Romanorum et Persarum, IV, 255. 257.
Aphytæorum institutum, II, 153, 158. 223, 29.
Apicius, homo luxuriosissimus, Rutilio auctor exilii, III, 265, 37.
Apii corona lugubris, II, 486, 74.
Bicheris, Memphita, Æg. rex (dyn. IV, 6), II, 548.
Bieneches (Bienthes. Vibestes), Æg. rex (dyn. 1, 8), II, 539.
Bigilas (*Vigilans*) interpres, insidiarum, quas Attalo Cluysaphius struxit, conscius, cum Maximino ad Attilam proficiscitur, IV, 76, 7; cum Esla ad Romanos remittitur, IV, 81; in Attilæ aulam redit, IV, 94; insidiis detectis in vincula conjicitur, IV, 95; pretio soluto dimittitur, IV, 98.

Bigres, rex Ægypti decimus quartus, II, 545.
Bilistiche. V. Belistiche.
Binganes Persa, præfectus Chlomaronis castelli a Mauritio obsessi (480), IV, 258, 57.
Binorius, Æg. rex, IV, 539, 21.
Binothris (Biophis), rex Æg. (dyn. II, 3), II, 543.
Bionis ἰχθυοφάγου dictum, IV, 417, 19.
Bion (?) nescio qui, cum Dione Syracusano componi videtur, II, 83 *a*.
Bion Milesius statuarius, III, 135, 68.
Bioni Borysthenitæ in Chalcide morbo laboranti Antigonus rex duos famulos misit, III, 582, 30. Scriptum in eum epigramma, IV, 159, 12.
Bion Salensis, historicus, IV, 350.
Bion Abderita regiones esse dixit, ubi semestris nox sit, IV, 160, 12.
Bisaltes, Solis et Terræ f., a quo Macedoniæ regio dicta, III, 583, 44.
Bisaltia, Massylorum regis filia, III, 70, 11.
Bisaltia, Macedoniæ regio, a Bisalte dicta; ibi lepores duo jecora habent, III, 583, 44.
Bistacia arbor describitur, III, 253, 6.
Biston, Ciconis f., III, 30, 7.
Bistones, gens Thracica, III, 29, 6.
Bitharmais, opp. in Persia, IV, 214.
Bithyas, a quo Bithyopolis dicta, III, 591, 27.
Bithyni nomen habent a Bithyno, Thyni fratre, Phinei vel sec. alios Odrysi filio, III, 594, 41. Bithyniam Cimmerii in Asiam irrumpentes occupant; deinde, ejectis Cimmeriis, Thraces, qui sub Patara duce ex Europa venerant, III, 593, 37. Bithyni olim classe valentes; terræ proventus iis sunt varii, III, 594, 41. Olim a Bosporo usque ad Rhelantem habitabant; hinc Thyni usque ad Caletem fluv. *ibid.* Thynia et Bithynia Psilio fluvio disterminantur, IV, 354, 4. Bithyni lites disceptantes, in solem conversi sedent, III, 592, 33. In montium cacuminibus invocant Jovem Papam et Attim, III, 592, 30. Vetus iis artifex Dædalus; Jovem Stratium colunt, III, 594, 41; Bithynorum reges Dydalsus, Botiras, Bas, Zipœtes, III, 536, 20. Bithynorum reges, Nicomedes, Zeilas, Prusias, q. v. Sub Zipœte Antiochi Soteris ducem Patroclem insigni clade afficiunt (280), III, 534, 15. Bithyniæ regem senatus Rom. constituit Nicomedem, Nicomedis et Nysæ f.; huic Mithridates Socratem τὸν χρηστὸν opponit; sed prævalet electio Romanorum, III, 541, 30. Quare bello eos aggreditur Mithridates, cujus a duce Archelao Bithyni prœlio victi, in victoris veniunt potestatem, III, 541, 31. Bithynia terræ motu quassata Ol. 203, 1, III, 607, 15; imbribus immensis obruitur (c. 467), IV, 110, 42. Bithyniæ fl. Horcus, ad quem juratur, III, 595, 43; Hypius fl., III, 595, 44. Urbes: Bithynium s. Claudiopolis, Apamea, Myrlea, Astacus, Heræa, Megaricum, Nicomedium emporium, Mocata, Tarsus, Tarantus, Mazæum, Bithyopolis, Cossus, quas vide. Castellum Libyssa, III, 232, 41, 600, 75 *a*. Bithyniæ arbor χαμαιπίτυος, III, 300, 4. Bithyni Damophilus et Demosthenes historici, q. v.
Bithynium s. Claudiopolis, Bithyniæ urbs, patria Antinoi, III, 585.
Bithyopolis Bithyniæ, III, 591, 27.
Bithys, Dizastæ f., Parœcopolitanus, III, 609, 1.
Bithys, Lysimachi regis parasitus, III, 310, 11.
Bittera, urbs Palæstinæ, IV, 328.
Bituitus, Avernorum rex, Luerii filius, III, 260, 23.
Blachernæ, regio Byzantii, IV, 138 *b*.
Blachnum, planta, III, 592, 44.
Blacia, locus prope Cumas. Βλακὸς ἀχρηστότερος, proverbium, II, 163, 193.
Blaudus, Phrygiæ urbs, a Blaudo nomen habet, II, 343, 3.
Bleda frater Attali, cum eo contra Sorosgos in bellum proficiscitur, IV, 72, 1. Una ex ejus uxoribus Romanorum legatos hospitio excipit, IV, 84. Bledæ Zerconi favet, IV, 92. III, 96, 11.
Bleda episcopus Marciani ad Genserichum legatus, IV, 102, 24.
Blemmyarum oppida: Prima, Chiris, Thapis, Talmis, smaragdi fodinæ. Has regiones lustravit Olympiodorus, IV, 66, 37. Blemmyes et Nubades a Romanis victi (453). Pacis fœdera, quæ inierint, IV, 100, 21.
Blistiche. V. Belistiche.
Blityri quid? III, 482, 78.
Boa, Paphlagonia, meretrix et tibicina, mater Philetæri regis, IV, 358, 12.
Boagrius, Locridis fl., cursum mutat terræ motu, IV, 381, 2.
Boanensis lacus juxta Nicomediam, IV, 110, 42.
Boaz, pater Obedis, IV, 549, 17.
Bochanus, Turxanthi Turci dux, ad Bosporum occupandum mittitur, (376), IV, 247, 43.
Bochiana, Æthiopiæ opp., IV, 351, 1.
Bocchoris, Æg. rex, Judæos lepra infectos, mergendos, reliquos in desertum deportandos statuit, III, 334, 1; ejus ætas, *ibid.*
Bocchoris Saita, rex Æg. (dyn. XXIV), II, 592. Neochabis f. victu frugalis, IV, 299, 3. Cf. IV, 539, 21.
Bocchi regis elephanti, III, 474, 3. Rex capitur, IV, 561, 64.
Bochus. V. Boethus.
Bodone, urbs Thessaliæ; unde Βοδωναῖος Ζεύς, II, 463, 4
Bodincus, postea Padus fl., III, 205, 8.
Bœbeis lacus in campo Pelasgico, II, 455, 11. Etiam Neisonis vocatur, IV, 317, 1.
Bœoti Thessaliæ; datum iis oraculum; Coracas ad Pagaseticum sinum condunt, II, 188, 280. Bœoti, Arnen Thessalicam obtinentes a Thessalo vincuntur, III, 638, 8.
Bœotiam Græciæ tenuere Leleges, II, 146, 127; 140, 103 Bœotiæ gens Sparti, II, 61, 3; 9, 2. In Bœotiam ex Arcadia fugerunt Lycaonis filii Eleuther et Lebadus, IV, 317. Singularum in Bœotia urbium ἀλλήματα, II, 260, 25. Bœoti cum Megarensibus Heracleam condunt, III, 201, 3. E Bœotia in Pontum transfertur Sinope, II, 348, 3. Bœoti de Sida agro cum Athen. certant, Epaminondæ temp., III, 192, 4. Bœotorum communi decreto Menedemus Oropo pellitur, III, 44, 36. Bœotiæ Anticondylenses et Cœlepiryges, IV, 337, 1; mons Cotylæus, IV, 315, 3; vinum optimum ap. Tanagræos, II, 257, 8; anguillas Copaidis diis immolant, III, 192, 1. Bœotiæ urbes præcipuæ: Oropus, Tanagra, Platææ, Thebæ, Anthedon, Thespiæ, describuntur, II, 256 sqq. Vide etiam v. Lyncus, Œnophytæ, Eteonus, Ceus, Astyra, Harma, Eleon, Scolus. Bœotorum institutum, III, 458, 113.
Bœotus, Neptuni et Arnes f., IV, 465, 3; Eurythemisten ducit; Asterio monti nomen imponit, II, 330, 2.
Bœotus Siculus, parodiarum poeta, III, 128, 45.
Boethius, Aetio addictus, ab Valentiniano interficitur, IV, 615, 201, 4.
Boethus (Bochus), rex Æg. (dyn. II, 1), II, 542.
Bogus, rex in Maurusia, Eudoxi Cyziceni ætate, III, 280.
Boisci gens ad Istrum, Romanorum ad societatem confugiunt, IV, 71, 1.
Bolbe Herculi parit Olynthum, IV, 420, 40.
Bolbe lacus, in quem influunt Ammites et Olynthiacus fluv., IV, 420, 40.
Βωμός quomodo ab ἐσχάρα differat, III, 9, 29. Cf. II, 486, 73.
Bombus vates a Thebanis occisus, II, 198 *a*.

Bombycum origo Constantinopoli quando primum cognita fuerit, IV, 270.
Bonchimæ, gens Carrbenis finitima, inter Euphratem et Cyrum fluv., III, 660, 15.
Bonifacius, Africæ præf., Massiliam ab Adaulpho obsidente urbem liberat, IV, 62, 21. Ex Africa pecunias subministrat Placidiæ Ravenna expulsæ, aliaque eidem obsequia præstat, IV, 66, 40. Ejus fortitudo et justitiæ amor, IV, 67, 42. Eum perdere studet Aetius, IV, 613, 196.
Bonnosi, qui contra Probum imp. surrexit, ingenium vinosum, III, 729, 2.
Bononia, IV, 59, 12. Bononienses: Portensius. Ælius Dorotheus. Palla Donata. L. Terentius. Lallia Tionæus. Clodia Potesta. Accelius. Veteranius. Servius Secundus. T. Ennius Pollio. Turella Forensis, q. v.
Bonus comes rei privatæ a Narse legatus ad Francos mittitur (561), IV, 204, 8. Istri custodiæ præfectus ut Avarum incursiones impediret (562), IV, 205, 9. Sirmium contra Avares defendit; vulneratur; Bajani legatis respondet (568), IV, 231 sq., 27. Bellum in Avares renovare jubetur, IV, 235, 28. Avarum strategema eludit, IV, 236, 31.
Bonzes, Toni f., e Macedonia Parœcopolitanus, longævus, III, 609, 1.
Boreadæ tres apud Hyperboreos urbis imperium et sacrorum curam habent, II, 387, 2. Boreæ et Chionis filii, II, 387, 4.
Boreadas, Zeten et Calain, ad Tenum ins. interficit Hercules, quem hospitio exceptum ex insidiis tollere voluerant, IV, 286. Boreadæ cum Hercule de Iasonis donis litigantes, ab Hercule interficiuntur, II, 58, 17. Cf. IV, 495, 18.
Boreas ventus, III, 296, 101. Boreas, Cleopatræ pater, III, 302, 3. Boreas, Stegmonis non filius sed nepos, (Astræi filius, IV, 539, 6) Orithyiam rapit, IV, 427, 4; 539, 6. Boreas e Chione tres genuit Boreadas, Hyperboreorum principes, II, 387, 4. Boreas Celtarum rex, 306, 28.
Borgodi in Arabia, III, 478, 45.
Bornum, Tityæ f., qui in venatione periit, cantilenis lugent Mariandyni, IV, 253, 2; III, 13, 9.
Borsippa, urbs Chaldæorum, Apollini et Dianæ sacra λειτουργεῖα habet, III, 590, 20. In ea Nabonnedus a Cyro obsidetur, II, 508.
Borum, Æthiopiæ opp., III, 351, 1.
Bosporus Thracius unde dictus sit, III, 16, 18, 148, 6; 593, 35; olim fretum Mysium dicebatur, III, 593, 35.
Bosporus Cimmerius terræ motu concussus; reperta tum ossa humana ingentis magnitudinis, III, 622, 48.
Bosporus, urbs Ponti ad sinum Cimmericum, III, 574, 15; a Parisade Mithridati traditur, III, 264, 34 *a*. Ad eam castra habet Turcarum dux Anagæus, ad eundem occupandum ab Turxantho mittitur Bochanus, IV, 247, 43.
Botachidæ, locus in Tegeatica regione, III, 379, 44.
Botachus, Lycurgi f., a quo locus Tegeaticus nomen habet, III, 379, 44.
Botiras, Bithynorum rex, 75 annis regnat; ei succedit Bas filius, III, 536, 20.
Botryas Myndius, scriptor, IV, 351.
Botrys Messana oriundus, παιγνίων poeta, IV, 296, 1.
Botrys in Phœnicia ab Ithobalo Tyriorum rege condita, IV, 447, 4; 471, 1.
Bottiæorum origo Cretica et Atheniensis, II, 153, 157.
Boves Epiri λαρινοί, ἀστρινοί, II, 370, 2.
Βουλεύσεως γραφαί, Thesmothetarum jurisdictio, II, 116, 31; βουλεύσεως ἔγκλημα, II, 107, 6
Βουθήρας, Lyci Rhegini cognomen, II, 370 *a*.
Brachia cur vocetur mare Arabicum, IV, 526, 25.
Brachmanes; eorum vita et doctrina, II, 435 sqq.; IV, 430, 1, 2; III, 236, 95. Eos audivit Pythagoras, III, 239, 138.
Branchiades Apollo, III, 205, 7.
Branchus Thessalus, ab Apolline amatus, III, 205, 7. Clonis pater, templum τὸ ἐν Βραγχίδαις condidit, II, 100, 11.
Brasidæ thesaurus Delphicus, III, 106, 3.
Brathy, mons Phœniciæ, unde dictus, III, 566, 7.
Bratus arbor eximii odoris in monte Zagro, III, 522, 1.
Brauron. Αἱ ἐν Βραυρῶνι πενταετηρίδες, II, 120, 47 *a*. Brauronia Diana, II, 622, 17.
Brennus, Gallorum dux, a Sosthene clade affectus, III, 699, 6. Asiam vastans Ephesum venit, quam urbem capit Demonices proditione, IV, 367, 3.
Brettia nympha, a qua Abrettene regio, III, 594, 39.
Briareus, Cœli et Telluris f., sive Ægæon, mari nomen dedit; ejus arx Euboea; hinc ceteras insulas occupavit; monumentum ejus, *Manus Briarei*, ad Rhyndacum fl. III, 594, 42. Briarei columnæ, quæ postea Herculis col., III, 610, 16. Briareus pater Sicani et Ætnæ, IV, 331, 1
Briges nominis significatio, III, 484, 88.
Brisæ nymphæ Aristæum educant et instruunt, II, 214, 9, 2.
Briseis, iræ Achillis causa, II, 469, 2.
Briseus Eetionis pater, III, 154, 29.
Britagoras Heracleota civibus suadet, ut urbem Romanis tradant, III, 553, 51. Cum Propylo filio libertatem patriæ recuperare studet beneficio J. Cæsaris, quem propterea per duodecim annos comitatus, usque dum senectute exhaustus moritur, III, 557, 60.
Britomartis, Hecates filia, unde nomen habeat, III, 8, 21
Brittanicis ex insulis stannum Massiliam deportatur, III, 273, 48. In Brittannia imperat Constantius *Chlorus*, Const. M. pater; ibidem exercitus contra Honorium rebellans imperatorem creat Marcum (407), dein Gratianum, post hæc Constantinum, IV, 59, 12.
Brixellensis: Veltius, Nonius, Nonius Maximus, Regævi, q. v.
Brizo vates, cui sacra faciunt Deliæ mulieres, IV, 493, 3
Broutinus, Empedoclis magister, III, 6, 20.
Brouton, Theoboi pater, III, 628, 6.
Brundusios bello petit Diomedes, II, 220, 27.
Bruti (M.) genus, III, 272, 47. Porciæ uxoris nex, III, 419, 90. Bruti et C. Cassii in Cæsarem conjuratio prolixe exponitur, III, 439 sqq.
Bruttii et Lucani Thuriorum ditionem vastant. Contra eos præsidio Romano se muniunt Rhegini, II, *præf.* p. xl.
Bruttius s. Brettius, chronogr., IV, 352.
Bryaxis Sesostri fecit Osiridis statuam, III, 487, 4.
Brychon ad Pelium montem fluvius, II, 262, § 7.
Bryson, sophista, pater Herodori Heracleotæ, II, 27.
Bryson, Stilponis f., Pyrrhonis mag., III, 243, 146.
Buaorum, Libycæ gentis, institutum, III, 462, 133.
Bubalsus, Archennis filius, IV, 359, 15.
Bubalsus, Marciani rebellis socius, IV, 619, 211, 3.
Bubasticum, Nili ostium, II, 567.
Bubastitæ reges dynastiæ vicesimæ secundæ, II, 590.
Bubastus in Ægypto; ibi terræ motus, II, 543, 10.
Bubia, urbs non longe a Ctesiphonte dissita, IV, 5.
Bubon, Lyciæ vel Pisidiæ urbs, ex qua Molestes tyrannus oriundus, II, *præf.* xviii, 22.
Bucellarii qui? IV, 59, § 7.
Bucerais fons apud Platæenses, III, 575, 18 *a*.
Bucheta, Epiri urbs, unde dicta, III, 30, 9.
Buchetus, Siciliæ urbs, III, 153, 25.
Buchetus, a quo Buchetus Sicula urbs nomen habet, Echedi pater, III, 153, 25.

Bucolia, locus ad Byzantium, IV, 147, 5.
Bucolii, gens in Ithaca, cujus auctor Philœtius, II, 158, 133.
Bucolion, Panis f., III, 150, 7.
Bucolus, Coloni f., III, 78, 4.
Budidæ, gens in Ægina, IV, 487, 2.
Budion, Œnones pater, IV, 487, 1, 2.
Budyas, Indorum rex, Spatembæ successit, II, 418, 22.
Bules Lacedæmonius, IV, 519, 2.
Bulgari a Zenone auxilio advocantur contra Theuderichum, IV, 619, 211, 4.
Bulias. V. Bunas.
Bunas (s. Bulias) Atheniensis, quem judicem controversiæ faciunt Elei et Calydonii. De eo proverbium, III, 150, 3.
Buplagus Syrus, Antiochi M. dux, in pugna ad Thermopylas cæsus e mortuis surrexit, III, 610, 32.
Buprasis regio Peloponnesi, II, 135, 93.
Bura, Achaiæ urbs, Pytheæ pictoris patria, III, 574, 14.
Burgundionum præfectus Guntiarius, IV, 61, 17.
Buria Lychnænis, e Parnia urbe longæva, III, 609, 2.
Burichus, Demetrii Poliorcetæ assentator, II, 449, 3.
Busalbus profugus ad Theuderichum, a Zenone exposcitur; ab Th. non traditur, IV, 131, 19.
Busalussorus. Vid. Nabopalassarus.
Busiris, Neptuni et Anippæ f., advenas mactat; ipse ab Hercule interficitur, IV, 291, 2.
Busiritis nomus Æg., III, 226, in quo Phalereus Demetrius mortuus jacet, III, 47, 50.
Butas una cum Tlepolemo Argis in Rhodum ins. se confert, ubi Tlepolemo in regno insulæ succedit, III, 178.
Buthoe, Illyriæ urbs, unde dicta, III, 574, 15.
Buthrotus, chersonesus prope Corcyram, IV, 439, 3; unde nomen habeat, IV, 508, 1.
Buzyges. V. Epimenides.
Buthus athleta, Pythionica. Βοῦθος περιφοιτᾷ, proverb., II, 184, 265 *a*.
Butorides, hist., IV, 353.
Byblis, Mileti f., Cauni fratris amore ardet, vel, sec. alios, frater ipsam deperit; ejus mors, IV, 334, 2.
Byblis fons, e Byblidis lacrimis ortus, IV, 335, 2.
Byblus urbs, III, 567, 12; a Saturno condita, 568, 18. Eam Baaltidi deæ Saturnus dat, III, 569, 25.
Bysius mens. Delphicus, III, 107, 6.
Bydis semideus, rex Ægypti, II, 526 *a*.
Byzantium, ab Argivis vel ab Megarensibus s. ab Byzante conditum ad Cydarum et Barbysen fl., IV, 147, 3. Semestræ ibi ara; Bucolia locus, 147, 4. Ceras promont., 148, 7. Neptunus et Apollo cum Byzante mœnia exstruunt, 148, 12. Septem turres vocales, 149, 13. Herculis turris, 149, 14. Byzas templa consecrat Rheæ, Fortunæ, Hecatæ, Dioscuris, Neptuno, Veneri, Dianæ, Minervæ; aras vero Achilli et Ajaci et Amphiarao, 149, 15 et 16. Urbem aggreditur Thraciæ tyrannus Hæmus, quem Byzas prosternit, 149, 17. Odryses, Scytharum rex, urbem obsidet; hunc Phidalia Byzantii uxor strategemate repellit, 149, 18. Strombus, Ceroessæ f., bellum Byzantinis infert; at auxilio veniens Chalcedone Dinæus hostem fundit, præturamque urbis obtinet, 150, 20. Urbs serpentibus infestatur; peste hac ciconiæ eam liberant, 150, 23. Ciconiæ lapideæ ab Apollonio Tyaneo consecratæ, 151, 25. — Leo, urbis prætor, sub quo Philippus Macedo urbem obsedit incassum, 151, 26. Tymbosynes murus, 151, 27. Hecates lampadifera statua, *ibid.* Byzantios contra Philippum tuetur Chares Athen. dux, qui in promontorio Propontidis Damalin uxorem amittit; mulieris monimentum, 151, 28. — Post Charetis discessum prætor urbis Protomachus, qui contra Thraces prospere rem gerit, 152, 31. Dein Timesius Argivus cum Ephesiis ex Ephesiate loco Byzantium se contulit, ubi prætor eligitur, et legislator exstitit, 152, 32. Templa restauravit, alia exstruxit, 152, 33. Post hunc Calliades prætor, vir domi forisque insignis, Byzantis et Phidaliæ statuas celeberrimas in Basilica exstruxit, 152, 34. — Byzantium in Romanorum venit potestatem, 152, 35. Byzantii quum Nigri partibus se addixissent, Severus imperator mœnia urbis dejecit, cives privilegiis exutos Perinthiis sive Heracleotis servire jussit, 153, 36. Idem Severus, ira placata, in pristinum statum urbem reduxit; ædificavit Zeuxippum balneum maximum, Hippodromum exornavit; reditus ex militari ærario assignavit urbi, quæ in honorem Antonini Caracallæ vocata est Antoninia; post ejus mortem vetus nomen recuperavit, usquedum Constantinopolis nuncupata est a Constantino, III, 153, 37 sq. Monumenta et mœnia a Constantino exstructa, IV, 154, 39. — Ad Byzantios Atheæ, Scytharum regis, epistola, IV, 336, 4. Ad Byzantium multos barbaros capit Cimon, II, 48, 4. Byzantii vinosi; urbe obsessa, Leonides dux in muris cauponum tentoria figi jubet, IV, 377. Ad eos Heracleotæ legatos mittunt de societate ineunda (post mortem Lysimachi), III, 533, 11. Byzantii adversus Istrianos et Calatianos propter Tomim emporium bellum gerunt, superioresque evadunt, III, 537, 21. Inter tutores filiorum Nicomedis regis, III, 537, 22. Antiocho II bellum inferente, Heracleotarum classem sibi adjungunt; quare a cœpto Antiochus destitit. (c. 258), III, 538, 23. Byzantii magna piscatorum turba, III, 154, 162. Andriscum ad ipsos devertentem honoribus afficiunt. Cujus imprudentiæ pœnas dederunt Romanis, II, *præf.* XV, 16. Byzantium fit Constantinopolis, IV, 3. Byzantii: Telenicus, Demetrius, Theophanes, Aspasius, Epigenes, Zopyrus, q. v.
Byzas, Neptuni et Ceroessæ filius, ad Semestræ nymphæ aram educatus a Byzia nympha, unde nomen habet, IV, 148, 9. Qua occasione Byzantium condiderit, 148, 11. 147, 5. Ejus uxor Phidalia, IV, 149, 18. Byzantis et Phidaliæ statuas in Basilica Byzantii posuit Calliades prætor, IV, 152, 34.
Byzas (in Libya), Amphithemis f., IV, 294, 1.
Byzia, nympha Byzantem enutrivit, IV, 148, 9.

C

Cabades, rex Persarum, rupto fœdere (12mo anno Anastasii), Armeniam invadit; Theodosiupolim et Amidam in Mesopotamia capit, IV, 142, 6 et 7. Duces ab Anastasio contra eum missi, *ibid.*
Cabalis s. Cabalissa in Caria, III, 234, 64.
Cabarnus Cereri raptum filiæ indicat; ab eo Parus ins. olim Cabarnis, III, 633, 6.
Cabira, castellum, e quo Mithridates ad incitas redactus in Armeniam fugit, III, 549, 43. Eo politur Lucullus, III, 549, 44. 606, 12.
Cabiri Samothraciæ, III, 272, 46; a Cabiro monte nominati, quorum in honorem sunt instituta Samothracica, II, 58, 14. Iidem cum Corybantibus sec. nonnullos, *ibid.* Cabiri duo, Dardanus et Iasion, Jovis et Electræ f., e Cabiro monte Phrygiæ in Samothraciam veniunt, IV, 348, 1. Cabirorum nomina, III, 154, 27; apparitiones, III, 137, 76 *a*. Eorum sacra ex Phrygia Assessum deportantur ab Onne et Totte; eaque ante phalangem prælata efficiunt ut hostes Assessiorum fugam arripiant, III, 388, 54. Cabiri septem Phœnicum, III, 569, 27. Cabiris et Neptuno Saturnus dat Berytum urbem, III, 569, 25.

Cabirus, Berecynthiæ mons, II, 58, 14. IV, 345, 1.
Καχώσεως ἔτος ad archontem eponymum pertinet, II, 114, 27 *a*.
Cacuthis in Gangem influit, II 413, 18.
Cacyparis, Siciliæ fl., II, 373, 8.
Cadeuma, opp. Æthiopiæ, III, 478, 42.
Καδίσκοι in judiciis Athen., II, 118, 38.
Cadmea victoria, prov., III, 598, 65.
Cadmia, lapis, III, 274, 31.
Cadmilus, Cabirus, II, 84 *b*.
Cadmus, Agenoris et Tyrûs f., IV, 345, 1a; Europam quærens in Rhodum ins. venit, ubi Neptuno fanum consecrat, et Phœnices sacerdotes relinquit, III, 177. Ad Dardanum in Samothraciam venit, ibique, mortua Telephassa, Harmoniam ducit, Dardanumque contra Teucrum in Asiam mittit, III, 154, 28. Samothracia abducit Harmoniam, IV, 378, 1. III, 598, 64. In Thraciam venit, IV, 424, 6. Datum ei oraculum, III, 157, 47. Usque ad ejus adventum desertæ erant Thebæ a Phlegybus dirutæ, II, 86 *a*. Draconem Thebanum interficit, ejusque filiam Harmoniam ducit, IV, 387, 4. Tiresiam ex exilio revocat, III, 627, 4. Cadmi opus, canales e Cadmea aquam ducuntes, II, 238, § 13. Cadmus in Illyria, III, 574, 15. Cadmus Bacchi Ægyptii f. Semeles filium de avi nomine nuncupavit, III, 639, 13. Ejectos ab Ægyptiis alienigenas in Græciam ducit, II, 391, 13. Ejus successor in Thebarum regno Nycteus, III, 628, 6; filiæ quinque Hyades, IV, 458, 6; Inûs pater, II, 344, 6. III, 34, 37. Literas, Phœnicum inventum, in Græciam affert, II, 181, 25. 6. II, 5. III, 170, 2. Κάδμου ποῦς, priscum nomen Ismeni fluvii, IV, 505.
Cadmus Milesius literarum inventor, II, 1.
Cadmus Cous, II, 3 *a*.
Cadusii, II, 444, 7; hostili in Astyagem animo erant; præfectus eorum Onaphernes prodere gentem regi molitur, III, 399, 400.
Cadys, Adyattis f., una cum Ardye fratre regnat; Damononis uxoris et Spermi insidiis perit, III, 380, 49.
Cadys, e Tylonia gente, pater Sadyattis, III, 393.
Cæcias ventus, III, 296, 101.
Cæcilius Telestem, Pseudophilippi ducem, ad defectionem pellicit, II, *præf.* XV, 18.
Cæcilius Calactinus gramm. et hist., III, 330.
Cæculus (Chous), rex Ægypti (dyn. II, 2), II, 542.
Cæmaro, hist., IV, 352.
Cæneus. V. Cænis.
Cænina urbs Italiæ, III, 85 *b*; a Romulo capta, III, 412.
Cænis, Elati f., a Neptuno in Cæneum transmutatur, II, 244, 30; III, 618, 34.
Cæplo securitatem promittit viris qui cædem Viriathi pollicebantur, II, *præf.* XIX, 24.
Cæprœzus, Mantis pater, Amphipolitanus, III, 609, 1.
Cæsan, Ægypti urbs, III, 219, 10.
Cæsarea Cappadociæ urbs, in quam Marcianus relegatur, IV, 140, 3; patria Bemarchii scriptoris, q. v.
Cæsarea, Jubæ regia; ibi in lseo crocodilus dicatus, III, 473, 29.
Cæsetius (L.) Flavius tribunus, Cæsare auctore exilio mulctatus, III, 441, 20; cedit, 442. 22.
Cæsonius (C.) Pætus consul (61 p. C.), III, 622, 49.
Caicus fluv., II, 163, 191. Ejus ad fontes prope Lydiam Mysi considunt, II, 342, 2.
Cainas in Gangem influit, II, 413, 18.
Caisus, Arethæ nepos, regulus Saracenorum Chindenorum et Maadenorum; ad hunc Justinianus imp. legatum misit Abramum et deinde filium ejus Nonnosum, qui Caisum Byzantium adduceret, filiumque ejus Maviam obsidem acciperet; deinde iterum Abramus ad Caisum mittitur. Præfecturam suam Caisus Ambro et Jezido fratribus dat; ipse Palæstinæ ab Justiniano præficitur, IV, 179.
Cajus Romanus, Ol. 177 Olympionica, III, 606, 12.
Calaber, Geræsti et Tænari frater, III, 636, 1.
Calactini e Sicilia Silenus et Cæcilius scriptores, q. v.
Calais et Zetes ex Hyperboreis Argonautæ, II, 476, 28; IV, 472, 1. V. Zetes et Boreadæ.
Calamenthe s. Calaminthe, urbs Phœnicum, II, 34, 22.
Calamine, Lydiæ lacus, in quo calami saltant, IV, 436, 3.
Calamis unam ex tribus Furiarum statuis, quæ Athenis sunt, fecit, III, 127, 41.
Calamodrys Cyzicenus athleta, voracitatis laude ab Mithridate secundus, III, 415, 77.
Calandion Antiochiæ episcopus a Zenone constituitur, IV, 136 *b*.
Calanus, gymnosophista, II, 439, 42; 323, 69.
Calarna, Macedoniæ opp., IV, 440, 2.
Calas, Alexandri M. præfectus, a Baa, Bithynorum rege, clade afficitur, III, 537, 20.
Calauria insula, olim Irene, postea ab Anthio et Hyperi frequentata Anthedonia et Hypereia vocatur, II, 136, 95; olim eam Apollo, deinde Neptunus tenebat, III, 31, 17.
Calchas, Chalcedontis p., IV, 150, 21.
Calendæ unde dictæ, IV, 146, 3.
Cales fluv., terminus ditionis Thynorum, III, 591, 41; in ditione Heracleensium, III, 538, 22.
Calingæ, gens Indica, II, 414, 18.
Callæschrus, Criliæ Atheniensis pater, II, 68 *a*.
Callaici in Lusitania, e Græcis oriundi, III, 301, 5.
Callatia, Heracliensium colonia. Propter Tomim emporium bello a Byzantinis petiti Callatiani societatem metropoleos petunt; ab hoste devicti conditiones pacis subire coguntur, III, 537, 21. Callatianus Demetrius scriptor. IV, 380.
Calliades, Byzantii prætor, Byzantis et Phidaliæ statuas in Basilica urbis exstruxit, IV, 152, 34.
Calliades, archon Athen. (480 a. C.), II, 362, 2.
Calliades comicus, IV, 358, 11.
Callias multam Miltiadi irrogatam solvens a Cimone Elpinicen in matrimonium accepit, II, 54, 3.
Callias archon (Ol. 81, 1), II, 185, 272; post Antigenem; sub eo Ranæ Aristophanis doctæ, II, 248, 42.
Callias Atheniensis, Hipponici f., divitiarum ejus origo; vita dissoluta; pauper miserque moritur, II, 199 *b*.
Calliæ Atheniensis grammatica tragœdia, II, 321, 62.
Callias, pater Abronis exegetæ et scriptoris, IV, 277.
Callias Syracusanus, historicus, II, 382; artis præcepta quibus Isocrates et Alcidamas utebantur, Demosthenem dedit, III, 49, 60.
Callias Mytilenæus grammaticus, II, 247, 36.
Calliclea, postea Pythagoras, II, 244, 30.
Calliclis de Homeri patre sententia, II, 16, 2.
Callicrates primus judicum mercedem immodice auxit, II, 126, 69.
Callicrates Ptolemæi III adsentator, III, 19, 2.
Callicrates scriptor, IV, 449, 3, 352; III, 663.
Callicratidas, Empedoclis frater, III, 573, 3.
Callidemus, historicus, IV, 352.
Callimachus in Sosibium carmen elegiacum scripsit, II, 630, 24. Callimachus laudatur, IV, 161, 16.
Callimander Alexandrinorum ad Antiochium Asiaticum legatus, II, 716, 26.
Callimedon ὁ Κάραβος, scurra, IV, 507.
Callimorphus, belli Parthici scriptor, III, 649, 3.
Callinice, Phocæ imp. pellex, IV, 622, 219.

Callinicus Suctorius, Petræus, sophista, III, 663.
Calliope Apollini parit Linum, Hymenæum, Ialemum, Orpheum, III, 303, 8; II, 10, 10; mater Homeri, III, 641, 20.
Callipatira, Diagoræ f., Pisirrhothi Olympionicæ mater, ludis Olympicis spectatrix interest, II, 183, 264.
Calliphanes, Parabryson cognomine, quomodo eruditionis laudem affectaverit, II, 309, 16.
Calliphanes, historicus, IV, 352.
Callipolis, e. q. Naxus ins., IV, 294, 4.
Callipolis, ad Lampsacum, III, 232, 39.
Calliphon, Crotoniata, Pythagoræ familiaris. De eo narratio, III, 41, 21.
Callippe, Persei regis, deinde Athenæi Pergameni amica, Andriscum Macedoniæ regnum recuperaturum adjuvat, II, *præf.* XV, 16.
Callippides, tragœdiarum histrio, II, 484, 64; III, 4, 9.
Callippus Corinthius, IV, 352.
Callippus, Ol. 177 Olympionica, III, 606, 12.
Callirrhoe, Lyci f., Diomedem liberat, se ipsam fune necat, III, 472, 23.
Callirrhoe, Mæandri f., Caris uxor, III, 644, 48.
Callirrhoe. V. Enneacrunos.
Callistratus Domitius, IV, 353.
Calliste sive Phace, Ulyssis soror, III, 339, 16, 152, 15.
Callisto Jovi parit Panem et Arcadem, IV, 405, 7.
Callisthenem Athen. oratorem tradi sibi postulat Alexander M., II, 472, 9. Ejus nimia oris libertas, III, 47, 49. Ejus anagnostes Strœbus, III, 47, 49.
Callistratus apud Samios primum 24 literas invenit, II, 348, 7.
Callistratus orator causam de Oropo dixit. Eum sectatus est Demosthenes, III, 50, 61.
Callixenus, Ptolemæi II architectus, III, 65, 4.
Callixenus Rhodius, scriptor, III, 55.
Καλὸν στόμα Istri fluvii, IV, 519, 2.
Calpe vel Alype, Herculis columna, III, 640, 16.
Calpia, Hispaniæ urbs, ubi ad Cæsarem venit Octavius, III, 432, 11. Calpiani Iberiæ, II, 34, 20.
Calpurnia, uxor Cæsaris, somnio de nece mariti præmonita, III, 444, 23.
Calpurnius Crassus, Reguli legatus, a Massylis captus, III, 70, 11.
Calpurnii Pisonis de Sp. Mælio narratio, II, *præf.* p. XXXV.
Calthæ flores ad lacum prope Alpes, III, 416, 82.
Calyces amor ab Euathlo repudiatur; vitam sibi demit desperans virgo pudica, cujus sortem celebrat *Harpalyce* cantilena, II, 287, 72.
Calydon, Pleuronis f., II, 442, 8.
Calydonii cum Eleis litigantes, III, 150, 3. Calydonii apri venatio, III, 584, 45; III, 33, 35.
Calypso, Solis sacerdos, IV, 551, 24.
Camalus, Cantolgunii f., ex Interanesia Lusitanus longævus, III, 609, 1.
Camara, Cretæ urbs, IV, 528, 7.
Camarina, Oceani f.; lacus Siciliæ, IV, 342, 6.
Camarina, Siciliæ urbs, II, 480, 46.
Camarina sive Urie sive Chaldæopolis in Babylonia urbs, III, 212, 3.
Cambistoli, gens Indica, II, 413, 18.
Camblitas, Lydorum rex, uxorem devoravit, Jardanis temporibus, III, 372, 28.
Cambosus, frater Ambri, Sarazenus terram Atamundari, qui Romanis favebat, incursionibus vexat (566), IV, 225, 17.
Cambyse (*Cabye*), Opuntis regis f., II, 145, 118.
Cambysenes regionis temperies, III, 315, 4.
Cambyses, Cyri et Nitetidis Ægyptiæ f., ut matrem ulciscereturexpeditionem in Ægyptum suscipit, II, 91, 11. Thebas diruit, IV, 552, 27. Memnonis statuam vocalem truncat, III, 522. Quot annis Ægypti imperium tenuerit, II, 595, 68 sq.
Cambysû sinus in sinu Arabico, III, 477, 41.
Camesene olim Italia dicta, IV, 485.
Camicum, Siciliæ opp.; ubi Minos periit a Cocali filiabus; oppidum hoc occupant Hippocrates et Capys a Therone in exilium acti, IV, 433, 5. 6. Cf. II, 480, 46. 131, 88. 373, 8; III, 645, 52; III, 34, 36.
Camillus dictus Mercurius, III, 469, 7.
Camillus (L.) Romam a Celtis captam servat, II, 178, 245.
Camirus, Cercaphi f., III, 177, 7.
Camirus Rhodi urbs, IV, 324, 23. Eo venit Althæmenes, III, 177. Camiridem regionem in Rhodo occupat Periergus, IV, 389, 7. Camirensium nymphæ Telchiniæ, III, 175.
Camisa, Jani soror, IV, 402.
Camorius (T.) Tertius, e Fidentia longævus, III, 619, 29.
Campania, Campi regis f., IV, 299, 2.
Campania, priscum Epiri nomen, IV, 299, 2.
Campani Tyrrhenos trucidant, uxoribus, opibus, urbibus eorum potiuntur, II, *præf.* XXXVII. Belli Samnitici tempore a Romanis obtinent, ut præsidiarii milites in Campaniæ oppidis ad arcendas Samnitarum incursiones relinquantur. Illi vero vitæ Campanicæ mollitie corrupti in perniciem Campanorum conspirant; impendentem iis tempestatem avertit C. Marcii consulis prudentia, II, *præf.* p. XXXVI sqq. Campanorum divitiæ vitaque delicatula, II, *præf. p.* XXXVII. Campaniæ natura, II, *præf. p.* XXXIX.
Campani in bello Latino partim cum Romanis, partim cum Latinis faciebant, II, *præf.* p. XXXIX. Campani milites sub Decio duce in Rhegio urbe præsidium a Fabricio cons. relinquuntur, II, *præf. p.* XL. Eorum facinus, *ibid.* Campaniæ populus Sarrastes, IV, 368, 1.
Campus (*Campys?*), rex Epiri, quæ ab eo vel a Campania filia est Campania appellata; ejus posteri Campylides. Ejus filia Cestria, IV, 299, 2.
Camum, Hunnica potio ex hordeo facta, IV, 83.
Canaria ins. ad Mauritaniam, III, 473, 28.
Canarii ad Atlantem montem, III, 473, 26.
Canastræum, Pallenes prom., IV, 422, 46.
Κάναθρον, vel Κάνναθρον ap. Lacedæmonios quid? II, 240, 17.
Cancri prægrandes maris Rubri, III, 239, 135 *a*.
Candace, i. e. regis mater, ap. Æthiopes, IV, 351, 5.
Candalus, Solis et Rhodi f., III, 176, 1; in Co ins. proficiscitur, II, 176, 2.
Candaulæ uxor Nysia, vel Clytia vel Habron, vel Tudu; cur ejus nomen non commemorarit Herodotus, IV, 277, 1.
Candavia, montes Epiri, IV, 130.
Candei sive Ophiophagi in sinu Arabico, III, 477, 41.
Candelia, Libyæ urbs, IV, 651 *b*.
Candich ab Avaribus ad Justinianum legatus mittitur (558), IV, 203, 4.
Candidiani studio et consilio Adaulphus Placidiam uxorem ducit, IV, 62, 24. A Theodosio II in Italiam mittitur contra Joannem tyr. quem subigit, IV, 68, 16.
Candidus, dux Rom. sub M. Aurelio, IV, 186, 6.
Candidus Isaurus historicus, IV, 135
Candrogari, Æthiopiæ opp., IV, 351, 3.
Canebium, postea Cyum, Cariæ opp., IV, 311, 3.
Canes sacri in Adrani templo, II, 376, 3. Canes Indici, II, 410, 10. canes celebres, II, 478, 33.
Canethus ex Henioche Scironem gignit, II, 351, 13.

Canicularis cyclus, II, 534, et sæpius in commentatione de chronologia Manethonis.
Canis, rex apud Ptoëmphanas in Æthiopia, IV, 333, 1 et 2.
Canis fluv. Arabiæ, III, 478, 45.
Cannoni decretum, II, 619, 5 *a*.
Canobica planities, III, 511, 8. Canobicum Sarapidis (sive Plutonis) fanum, II, 198 a.
Canobus stella in temone Argûs primum Rhodi et Cnidi conspicitur, III, 287, 80, 81.
Cantabriæ pars a Laconibus olim occupata, III, 301, 5.
Cantanus, urbs Cretæ, IV, 528, 8.
Canthari portus Athenarum, IV, 450, 4.
Cantharides Cappadociæ, III, 204, 5.
Cantibaris Persa, homo luxuria et voracitate perditus, II, 307, 12.
Cantilenæ: Harpalyce, Calyce, II, 287, 72. Cantilenas cantandi in conviviis rationes variæ, IV, 342, 10.
Cantolgunius, Camali p., Lusitanus, III, 609, 1.
Canulia a fratre stuprata, a patre Papirio Tolucro interfûcitur, IV, 362, 7.
Capæus (?), Siciliæ fl. mirabilis, II, 373, 8.
Capetus, Tyberini pater, III, 231, 27.
Caphareus, Eubœæ promontorium, unde nomen habeat, III, 11, 36.
Caphira, Oceani f., cum Telchinibus Jovem educat, III, 175.
Caphratham (in) venit Jacobus, III, 215.
Capito, Lycius hist., IV, 133.
Capitolinus Juppiter, III, 18, 2.
Capitolium occupare tentare voluit C. Gracchus, II, *præf.* XXI, 27.
Capnobatæ Mysi, III, 291, 92.
Cappadox, Ninyæ f., III, 595, 48.
Cappadoces, olim Assyrii dicti, III, 595, 48. Cappadoces facti sunt Heneti; quot eorum profecti sint Trojam atque hinc in Italiæ regionem, II, 337, 9. Cappadociam non attigit Alexander M.; Ariarathes Cappadociæ præfectus, a Perdicca in crucem actus; Eumeni hæc provincia data, II, 452, 1 *a*. III, 668, 1. Cappadociæ regionem, Mytilenen, occupare tentat Ptolemæus, sub Ariarathe V, II, *præf.* XI, 12. Cappadocia, interfecto Arsathe, potitur Mithridates Eupator, III, 541, 30. Capp. rex Ariobarzanes, III, 555, 56; in Cappadocia cantharidum multitudo, III, 204, 5. Cappadocia Timonitis, III, 545, 37. Cappadociæ opp.: Mucissus, Camana, q. v. Cappadoces: Eustochius et Eutychianus historici, q. v.
Capræ Sardiniæ, II, 377, 6.
Capraria ins. ad Mauritaniam, III, 473, 28.
Capua, II, *præf.* p. XXXIX, a Remo et Romulo condita, III, 70, 9. Ibi servi rebellant, II, *præf.* p. XXII, 30. Capuana Diana, III, 202, 7.
Capyæ vel Caphyæ, Arcadiæ urbs, IV, 318, 3.
Capys Trojanus, Æneæ comes in Arcadia urbem condit Capyas, IV, 318, 3.
Capys, Xenodici f. Vide Hippocrates.
Car, cujus e Callirrhoe filius Alabandam condit, III, 644, 48. Idrici pater, Euromi avus, IV, 312, 12. Caris regis sepulcrum in Suagela urbe, IV, 474.
Caracalla (Antoninus); in ejus honorem Byzantium vocatur Antoninia, IV, 153, 38. De rebus imp. v. IV, 588, 131-135.
Carambycas, Hyperboreorum fluv., qui inde Carambycæ vocantur, II, 387, 5.
Caranus, Aristodamidæ f., Cœni p., III, 165, 21; filius Aristodamidæ vel Pœantis, frater Phidonis regis, ab Hercule undecimus, ab Temeno septimus, in Macedoniam transgressus, Orestarum principi auxiliatur; acquisitæ hostium terræ partem dimidiam nactus regnum condit, quod tenuit annis 30, Cœnoque filio reliquit, III, 690.
Carba vel Carpasia, Cypri urbs, IV, 382.
Carbina, Iapygiæ oppidum a Tarentinis eversum; victorum in subactos sævitia, II, 306, 9.
Carbo in senatu Cottam increpat ob expilatam et vastatam Heracleam, III, 557, 59.
Carbonaria insula in Istro fluv., IV, 267, 65.
Carcesia, vetus Amorgi ins. nomen, III, 379, 47.
Carcesius Naxiis colonis Amorgum frequentat, III, 379, 47.
Cardamine, ins. sinus Arabici, III, 477, 41.
Carduchi, Mediæ populus, II, 75, 3.
Carduene cum Rom. imp. sub Diocletiano conjungitur (297), IV, 189, 14.
Carene, urbs Mysiæ, II, 617, 1.
Cares multum vagati cum Lelegibus, II, 146, 127. Leleges eorum quasi penestæ vel helotes erant, IV, 474, 1. Epidaurum (Epicarum nominatum) et Hermionem incolebant; postea cum iis cohabitarunt Iones ex Attica tetrapoli, II, 137, 97. Cares in Chium insulam veniunt regnante Œnopione; ab Hectore rege ex ins. ejiciuntur, II, 50, 13. Cares in Samo ins., III, 103 sq. IV, 502, 1. Vitice coronantur, III, 104. In Scyro ins., III, 379, 47. Cium Mysiæ urbem ante Milesios tenuerunt, III, 161, 187. Cariea lingua multa habet græca vocabula, IV, 474, 2. Apud eos Endymion degebat, IV, 547, 11. Cariæ dynasta Amisodarus, II, 43, 2. Caribus Alyattes bellum infert, III, 337, 66. Car quidam Cyrum minorem interfecisse dicitur; Cares a Persis *galli* vocantur; quam ob causam? II, 91, 24. Caria Asandro provincia assignatur, III, 668, 1. Cariæ scorpiones mirabiles, II, 179, 248. Cariæ fluvius, Harpasus vel Daphnus, q. v. Urbes: Curopolis, Bargasa, Cyum, Hydissus, Hyllaala, Arconesus insula, Taba, Chrysaoris, Laginia, Euromus, Cholumtichus, Caropolis, Naxia, Amos, Argila, Dyndasum, Alinda, Labara, Mumastos, Tymnos (s. Tymnissus), Chersonesus, Telandrus, Cabalis, Dorus, Chalcea, Pityc, Lepsemandrus, Laia, Suagela, Euthenæ, Telmissus, q. v.
Caria (in) Thracica Antiochus Hierax moritur, III, 710, 10.
Caricum, Memphidis locus, II, 98, 5.
Carinus, Cari f.; ejus indoles, IV, 14, 4; III, 729, 4 et 5; a Diocletiano neci destinatur, IV, 198, 13.
Carinus quidam ab Odenatho interfici jubetur, IV, 195, 8.
Carium Samiis Prienenses concedunt, II, 336, 6.
Carius, Jovis et Torrhebiæ f., cantilenas Torrhebias Lydos docet; ejus fanum, III, 370, 22.
Carius mons Lydiæ, in quo Carii fanum, III, 370, 22.
Carmania, II, 508; ejus oræ longitudo, III, 476, 39. Carmania minium habet, III, 479, 59. 323, 11. Ibi oleum e spina fit, II, 92, 15. Carmanorum mores, III, 275, 5. Carmaniæ fluv. Hytanis, III, 476, 39. Carmaniæ a Cyro præfectus est Nabunedochus; qui ex hac provincia a Dario pellitur, IV, 283, 8. 284, 9. Carm. præfectus Tlepolemus, III, 668, 1.
Carmanor, priscum nomen Inachi fluvii, IV, 291, 4.
Carnana, Arabiæ urbs, IV, 525, 26.
Carnea Olymp. 26 instituta, II, 626, 3.
Carneades phil., Cyrenæus, Epicomi vel Philocomi f., III, 243, 144. Ejus mors, IV, 167, 37; in Mentorem Bithynum, discipulum, dicterium, III, 582, 31.
Carneades Romæ, III, 200, 2.
Carneonica Execestides, III, 130, 47.
Carnia, Joniæ urbs, III, 375, 35.
Caropolis, Cariæ urbs, III, 234, 54.
Carpasia vel Carba, Cypri urbs, IV, 382, 527, 11.
Carpathus insula, IV, 527, 11.

Carpi a Romanis tributum annuum pendi sibi postulant; ridet eos Mœsiæ præfectus Menophilus; (230), IV, 186, 8.
Carpice, herba Indi fluv., IV, 367, 1.
Carpilis, Aetii filius, IV, 81.
Carrhæ opp. Mesop., III, 479, 52. 660, 15. IV, 4. Carrheni, Andromachus et Magnus historicus, q. v.
Carrhotus, frater uxoris Arcesilai IV, colonos in Hesperidas deducendos in Græcia conscribit, IV, 517, 1.
Carsus, Thraciæ castellum, IV, 72, 1.
Carthago a Dido, Pygmalionis sorore, condita, IV, 466, 1. Primum quadriremes construxerunt, II, 136, 95. 182, 257. IV, 490, 5. Reipublicæ ratio describitur et cum Laconica et Cretensi comparatur, II, 167, 209 et 210. Carth. cum Tuscis pacta commerciorum inierunt, II, 169, 210. Cum Romanis fœdera, quorum tabulæ apud Jovem Capitolinum Romæ exstant, III, 18, 2. Carthaginienses a Gelone ad Himeram victi, II, 82, 2. A Dionysio sen. emunt vestem Alcisthenis pretiosissimam, III, 141, 85. Cum Syracusanis bello primo Punico Messanam obsident, III, 17, 1. Belli Punici secundi causæ, III, 91, 18. Ab eorum partibus bello Punico secundo, stant Engyii urbis incolæ, III, 271, 45. Ad Erycem a Lutatio prœlio navali victi, III, 19, 4. Ad Romanos cum exercitus parte transit Himilco Phamæas, equitum dux, II, *præf.* XV, 17. V. Amilcar, Hanno.
Carthago Nova, in Hisp.; arbor ibi memorabilis, IV, 293. Urbs a P. Scipione capta, (210 a. C.) III, 100, 2. Cæsaris ibi et Octavii commoratio, III, 432, 12.
Carus imp. ubi natus sit, III, 729, 3; in literis de Carini filii moribus queritur, 729, 4; contra Probum imp. rebellis (282), III, 298, 11. Se imperatorem factum esse dicit ad Persarum exitium (283), IV, 198, 12.
Caryanda. V. Scylax
Carystii: Pergamenus, Euelpis, Glaucus, Simonides, q. v.
Casamene, Jani soror, III, 656.
Casia insula in Istro fluv., IV, 267, 65.
Casilinorum agri et oppidum a Volturno alluuntur, II, *præf.* p. XXXIX.
Casius, dux Alexandri Balæ quem in fuga comitatur, deinde Demetrio Nicatori prodens occidendum curat, II, *præf.* XVI, 20.
Casius mons, III, 568, 17; unde dictus, III, 566, 7; III, 477, 41. Inter eum et Pelusium Antiochus Epiphanes Ptolemæi Philometoris duces clade afficit, III, 720, 2 *not.*
Casmilus, Cabirus, i. e. Mercurius, III, 154, 27.
Casperia, secunda Rhœti uxor, III, 231, 28.
Caspiæ portæ, IV, 107, 37; II, 475, 25.
Caspio a mari usque ad Colchicum quot sint stadia, III, 289, 86.
Cassamenus. V. Scellis.
Cassander, Antipatri f., etsi jam vir idemque strenuus esset, non accumbebat in cœna, sed sedebat, quia aprum nondum interfecerat, IV, 419, 33; cum patre regnum Aridæi et Alexandri administrat, III, 694. Ejus frater Alexarchus, III, 169, 4, et Philippus, III, 699, 6. Cassander Olympiadem interficit, III, 694; 697, 2; item Alexandrum; alterum Alexandri M. filium, Herculem, per Polysperchontem interficiendum curat, 697, 2. E Bœotia in Macedoniam reversus regem et reginam ac Cynnam splendido funere honorat, II, 361, 3. Demetrium Phalereum Athenis præficit, II, 362 *a*; IV, 358, 10. Thessalonicen Philippi f. ducit (de qua urbi nomen indidit, IV, 440, 1) regnoque potitus annis 19, tabido morbo moritur, relictis filiis Philippo, Alexandro, Antipatro, III, 694; 697, 2, 703, 1. Homeri studiosissimus, IV, 358, 8.
Cassander Salaminius, IV, 359, 422.
Cassiepea, Arabi f., Phœnici parit Cilicem, Phineum, Doryclum, III, 302, 4.
Cassiterides insulæ, III, 273, 48.
Cassii (C.) et M. Bruti in Cæsarem conjuratio fuse exponitur, III, 439 sqq.
Cassius Longinus, unus ex conjuratis contra Cæsarem, III, 442, 21, 443.
Cassius Longinus, scriptor, III, 688.
Cassius (Q.) Rufus, e Rhegio longævus, II, 609, 1.
Cassope urbs Molossorum, II, 36, 30.
Cassopi, Epiri gens, II, 462, 4.
Castalia, urbs Ciliciæ, IV, 510, 16.
Castopudes (C.) Titii f., e Parma longævus, III, 608, 29.
Castor et Pollux Aphidnas expugnant, IV, 427, 3.
Castorion Iberiæ, III, 274, 50.
Castorion, Solensis poeta, II, 476, 27. Ejus carmen in Panem cujusmodi? II, 322, 68.
Casus rex Amycen Citiam uxorem habet, IV, 469.
Cataduρa, urbs Indica, I, 413, 18.
Catanæis leges scripsit Charondas; earum indoles et exempla, II, 173, 226. Catanæ gymnasium a Marcello exstructum, II, 272, 46. Catanensis ager Ætnæ eruptionibus fœcundatur, III, 286, 79.
Cataræi in Arabia, III, 478, 45.
Catastigon Bactrianæ locus, III, 147, 98.
Cathetus e Salia pater Salii et Latini, III, 230, 26.
Κάθετος, agnus in sacris, IV, 445.
Catia, Caji f., e Faventia urbe longæva, III, 608, 29.
Catilinæ conjuratio quomodo sit patefacta, II, *præf.* XXVI, 35.
Catreus Cretensium rex Althæmenis filii manu perit, III, 177.
Catulphus Ephthalita gentem suam prodit Chosroi, apud quem deinceps moratur; hortatur regem, ne commercii pacta cum Sogdaitis ineat, IV, 225, 18; deinde ut Turcorum legatos veneno tollat, *ibid.* Ejus dictum, IV, 266, 10.
Canaces, Gallorum regulus, Massiliæ habitans; ejus generositas, III, 307 sq.
Caucali filiæ Camici Minoem perimunt, IV, 433, 5.
Caucasus, II, 40, 52. Ejus accolæ cur sacra non faciant Jovi et Minervæ, verum eximie colant Herculem, II, 474, 19.
Canconum in Elide sedes, II, 135, 93.
Cauindana, Isauriæ vicus, IV, 134, 4.
Cauliacus scopulus ad Istrum, III, 126, 38.
Caulonia vel Aulonia, Italiæ urbs, III, 641, 21. Eo venit Pythagoras, II, 245, 31.
Caunus, Mileti f., sororem Byblidem deperiens, domum paternam relinquit, Caunumque condit, IV, 334, 2.
Caunus urbs a Cauno condita, IV, 334, 2, 416, 12. Ejus rex Æbialus (vel Ægialus), deinde Lyrcus ejusque filius Basilus; κτίσιν Cauni Apollonius Rhodius scripsit, IV, 313.
Caurus ventus, III, 296, 101.
Cea, i. q. Cos ins., IV, 507, 11.
Ceb sive Saturnus, rex Ægypti, IV, 539, 21.
Cebalcus, Andronis Teji pater, II, 346 *a*.
Cebranitæ, gens Arabiæ, IV, 525, 17.
Cebren, Œnones pater, III, 69, 1.
Cecei, gens Indica, II, 413, 18.
Cecrops, III, 176, 1; e Sai urbe in Atticam venit, III, 639, 11; cur διφυὴς vocetur, II, 319, 49; III, 638, 10; IV, 547, 13. Ejus filiæ tres, II, 22, 1.
Cecrops Pythagoreus, Orphici carminis auctor, II, 185, 273.
Cecropidis tribus denis Xypetæ et Trimenia, II, 356, 12.

Celæno, Atlantis f., ex Neptuno mater Eurypyli et Tritonis, IV, 285, 3.
Celagastus frater Mezameri, IV, 204, 6.
Celmis, Idæus Dactylus, IV, 490, 5.
Celsus cum Nigrino contra Hadrianum conspirans Bajis occisus, III, 585.
Celtarum origo, III, 323, 7; mores quidam, 457, 104, 105. Cur apud eos mulierum potestas, quæ esse solet in bellicosis gentibus, non invaluerit, II, 180, 231. Celtæ Romam capiunt, II, 178, 215. Celtica gens, quæ interdiu oculorum usu orbata cernit noctu, IV, 407, 1. Celtarum rex Borcas, III, 306, 28.
Celtiberi, gens populosa et pecuniosa, III, 274, 50. Celtiberorum equi, III, 274, 51; urbs Arbace, III, 471, 16.
Celtius e Conimbriga urbe, pater Tamphii, III, 609, 1.
Celtius, Pellii f., ex Apilocario urbe longævus, III, 609, 1.
Κημὸς urnæ in judiciis Athen., II, 118, 38.
Cenæum, Euboræ promontorium, ex parte demersum est terræ motu, IV, 381, 2.
Cencenes Æg. rex dynastiæ primæ, II, 539.
Cencheres. V. Acencheres.
Censorinus, a Seleuco, Sinopes præfecto, prœlio navali vincitur, III, 554, 53.
Centauri, II, 465, 7; equites peritissimi, IV, 539, 15. Contra eos cum Lapithis pugnat Theseus, II, 33, 17.
Cephale Acamantidis demus, II, 356, 10.
Cephalius Gergithius scriptor, III, 68.
Cephallenia, II, 147, 133, a Cephalo nomen habet, II, 147, 129. Cephalleniæ rex Promnesus, vir asper; ejus instituta; ab Antenore necatur, qui in ejus locum succedit, II, 222, 32; in Cephalleniam Homerus venit, II, 222, 32. Cephalleniæ mons Ænus cum Jovis Æneii fano, II, 330, 4. Ammus locus, II, 41, 64. Dianæ fanum a Molossis expilatum, II, 217, 17. Ad Ceph. pertinet Dulichium Homeri, II, 350 *b*.
Cephalus, Deionis f., Procridis uxor; ejus canis, III, 309, 5.
Cephalus a quo Cephallenes dicti, II, 216, 17; ex ursa Arcisium generat, II, 223, 38, 147, 129.
Cephenes, Persæ, III, 601, 78.
Cephenia, Æthiopia, III, 25, 4; vel Libya, II, 238, 17.
Cephei filiam Andromedam Perseus liberat, III, 24, 4. Cf. IV, 544, 18.
Cepheus ex Achaia in Cyprum venit, III, 31, 12.
Cephisodorus Thebanus, IV, 357, 7.
Cephissodorus, Isocratis disc., II, 85 *b*.
Cephissus e Sciade genuit Elicum, III, 78, 4.
Cephissus Sicyonis, Atticæ, Argolidis, Bœotiæ fluv., III, 139, 81.
Ceramicus Athenarum, IV, 449, 3; in quo Eurygyæ ludi celebrantur, II, 22, 3.
Ceramicus, Acamantidis demus, II, 356, 10.
Ceraon, heros, Lacedæmone, III, 126, 40.
Geras, promont. ad Byzantium, IV, 148, 6.
Cerastia, i. q. Cyprus, IV, 448, 7, 527, 8.
Cerata, mons Megaridis, de quo Xerxes pugnam Salaminiam spectavit, II, 464 *a*.
Ceraunii montes, III, 204, 4.
Ceraunius collis in Argolide, III, 338, 10.
Cerberus ad Acherusium promontorium ab Hercule in lucem protractus, bilem vomit, ex qua aconitum nascitur, II, 35, 25. Canis Molossicus, IV, 538, 1.
Cerca, Attilæ uxor, cui tres filios peperit, IV, 89. Ei dona offert Maximinus legatus Rom., *ibid.* Romanos legatos ad cœnam invitat; ejus curator rerum domesticarum Adamis, IV, 93.
Cercaphus, Solis f., III, 176, 1; post Achimum in Rhodo regnum tenet, pater Lindi, Ialysi et Camiri, III, 177, 2.
Cercetæorum, Colchicæ gentis, sedes, II, 338, 1; mores, III, 461, 125.
Cercidas Megalopolitanus, IV, 359.
Cercion latro; quem sibi adjungit Charietto, IV, 17, 11.
Cercopes, Olus et Eurybatus, II, 478, 38. Silius et Tribalus, Œchalienses, IV, 528, 13.
Cercopithecæ Indiæ, II, 410, 10.
Cercops Hesiodi adversarius, II, 187, 297.
Cercyon, Agamedis et Epicastæ f., ex Elide cum Trophonio fugiens, Athenas venit, III, 637, 6.
Cercyræ urbis situs, IV, 309. Cercyra ins. olim Scheria et Drepane; horum nominum origo, II, 149, 138.
Cercysera, sic Achilles inter virgines ap. Lycomedem vocabatur, IV, 337, 1.
Cereonia Verecunda, liberta, e Cornelia urbe longæva, III, 609, 2.
Cererem hospitio excipit Dysaules, II, 339, 3. Ei raptum filiæ indicat Cabarnus, III, 633, 6; Eleusiniis fructum donat, II, 189, 282; Cereri χθόνια celebrant Hermionenses, IV, 330, 5. Cereri Eleusiniæ templum in Arcadia dedicat Cypselus, IV, 463. Ceres ποτηριοφόρος, III, 346; χλοή et ἰουλώ, IV, 495, 19. Cereri in simulacrum superbit Eelion s. Iasion, II, 494, 18. Ceres Iasionem amat, IV, 471. Cum Vulcano de Siciliæ possessione litigat, II, 84, 3. Cereris Libyssæ Argis fanum, III, 119. 12. Ceres, i. q. Axierus in Cabirorum religione, III, 154, 27. Isis apud Ægyptios, II, 331, 2.
Cermalus locus ad Tiberim, III, 75, 2.
Cermichiones (a *gherm*, calidus, et *chun*, sanguis, sec. Niebuhr.), sic Turcæ a Persis vocantur, IV, 270.
Κέρνος, quid, III, 144, 88.
Ceroessa, Iûs f., IV, 148, 8; Neptuno Byzantem peperit, *ibid.* Mater Strombi, IV, 150, 20.
Cerpheres, Memphita, rex Æg. (dyn. III, 9), II, 544.
Certos, pastorum in Ægypto rex, II, 570, 49.
Cervi quattuor renes habent, III, 512, 11.
Cerynes, Temeni f., insidias patri struxit, III, 376, 33; II, *præf.* p. VIII, 4.
Ceryx, Mercurii f., II, 301, 40; Eumolpi I f., Eumolpi II pater, II, 351, 11.
Ceryces Athen. a Ceryce Mercurii f. nominati, II, 301, 40; 138, 78. Cerycum unus tamquam ἐπιμελητὴς τῶν μυστηρίων archonti regi sociatus, II, 114, 27 *b*.
Ceryx sophista, Gerasenus, III, 575, 17.
Cessa in Ægypto, III, 220, 14.
Cestria, Campi regis f., uxor Heleni, IV, 299, 2.
Cestrini boves, II, 370, 2.
Cetes, Lycaonis f., pater Megistûs, III, 318, 1.
Cetti, Leontidis demus, II, 355, 9.
Cotuma, opp. Æthiopiæ, III, 478, 42.
Ceus e Naupacto Ceum ins. frequentat, II, 214, 9, 1.
Ceus ins. olim Hydrusa; eam nymphæ habitabant; hæ a leone fugantur (Leo promontorium). Deinde ins. e Naupacto frequentat Ceus, II, 214, 9, 1. Aristæus ibi cultus; mulierum decentia; luctus ratio; incolarum longævitas, II, 214, 9, 2 sqq.; IV, 319, 4. Ceus, Simonides, II, 42, *b*. Cei fons memorabilis, III, 325, 5.
Ceus, locus Bœotiæ, III, 336, 6.
Chaalus (Chæalus IV, 285, 12), Anebi vel Arbeli filius, Arbelique pater, rex Assyriorum, IV, 384, 11; 385, 12.
Chabrinus, Lasi pater, II, 285, 52; 38, 8.
Chabryes, rex Ægypti, II, 549.
Chæreas navarchus ad Cyprum Ptolemæum IX Alexandrum I, regno pulsum, vincit, III, 722, 4.
Chæreas historicus, III, 99.
Chæres, Thinita, rex Æg. (dyn. II, 6), II, 543.

Chæredemus, frater Epicuri ph., IV, 455, 6.
Chæremon Alexandrinus, hist., III, 495.
Chæron, Apollinis et Therûs f., Chæroneam condit, IV, 338, 2.
Chæron, persona in dialogo Dicæarchi, II, 267, 73.
Chæronea, a Chærone condita, IV, 338, 2. Chæronensis clades ostentis annunciatur, II, 471, 6.
Χαλκεῖα (τὰ), Atheniens. festum, IV, 312.
Chalcea, metalli officinæ in Libya, IV, 386, 15; III, 238, 132.
Chalcea, Cariæ urbs, II, 622, 16.
Chalcedon, Calchantis filius, IV, 150, 21.
Chalcedon, Saturni f., III, 598, 61.
Chalcedon fluvius, III, 598, 61. IV, 150, 21.
